6
10 N
5

ÆLII

ARISTIDIS

Adrianenſis

ORATORIS CLARISSIMI ORATIONUM

TOMI TRES

nunc primum Latinè uerſi

A

GULIELMO CANTERO

VLTRAIECTINO.

HUC ACCESSIT

ORATIONUM TOMUS QUARTUS

ex veteribus Græcis oratoribus concinnatus:

eodem interprete.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ITEM

De ratione emendandi ſcriptores Græcos,

eiuſdem

SYNTAGMA.

BASILEAE

Cum priuilegio Cæſareæ Maieſtatis, & Chriſtianiſs. regis Galliæ.

Α Ν Ω Ν Υ Μ Ο Υ

Εἰς ἄγαλμα Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος.

Νεῖκος Ἀριστείδης λήδων κατέπαυσε πολήων,
τὸ πρὶν Ὁμηρείης εἶχον ὑπὲρ γενεῆς.
Φασὶ γὰρ πᾶσαι, Σμύρνη τέκε θεῖον Ὅμηρον,
ἣ καὶ Ἀριστείδην ῥήτορα γειναμένη.

Iu ſtatuam Ariſtidis oratoris.

Deſine natales inquirere, Græcia, Homeri,
Et dubiam rixis frangere uelle fidem.
Namq; ut Ariſtidem tulit inclyta Smyrna diſertum,
Sic eadem eſt docti patria Mæonidæ.

POTENTISSIMO clementiſsimoque Imperatori Auguſto

MAXIMILIANO SECVNDO GVLIELMVS CANTERVS S. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SI quis in hoc mundi theatro clariſsimum Solis lumen ornare laudib. uellet, eiusq; & uſum ampliſsimum & elegantiam non uulgarẽ operoſo ſermone cõplecti; nemo foret, MAXIMILIANE, Imperator Auguſte, qui nõ eum ſuperuacuam crederet atq; inanem operam ſumere. Non aliter, ut exiſtimo, ſi quis eloquentiam conetur prædicatione magnifica nobis cõmendare, mox eum, tanquã qui ſuo noſtroq; abutatur ocio, explodendum duxerimus. Quis enim tam infans & imperitus eſſe poſſet, cui, ſi uim dicendi omnibus notiſsimam prædicare uellet, non multa uariaq; in omnem partem ſuppeterent? Ego certè, qui parum hac in re mihi auſim tribuere, hanc tamen celebrationem ſi aggrederer, non tam quid proferendum, quã quid eſſet tacendum, diſpicere me debere crederem; ac uel omnino nihil, uel parum ſaltem hac de re dicendum arbitrarer; ne forte multa cum dixiſſem, omiſiſſem plura, tamen omnia complexus uiderer, plus tandem eloquentiæ tacendis alijs nocerem, quã alijs explicandis prodeſſem. Itaq; non dicerẽ, hac arte primos hominum cœtus à barbara ferinaq; uita ad humanitatem translatos eſſe; hac reſp. conſtitutas, leges conditas, homines ipſos à ferarum, ferorumq; hominum uiolentia deinceps conſeruatos fuiſſe; hac deniq; etiamnũ ſocietates omnes & cõmuniones humanas contineri atq; cõſeruari. Non etiam dicerem, cum alijs artibus coniunctam eloquentiam, tantum adferre incrementum, quantũ nul-

la res poſsit alia, quantumq; eas multo reddat excellentiores & cõmodiores. Ne hoc quidẽ adferrem, cum opes aliæ, quarum uel uſu uel delectatione capimur, ſingulæ cernantur in ſingulis, & earum copia ſi non unus alterum, plures quidem unũ antecellant; qui ſit inſtructus eloquentia, multis unum fortiter opponi poſſe. Quid ergo? Vnũ hoc equidem dicerem, inter omnia, quæ DEI benignitas nobiſcum eſt dignata cõmunicare, cõmoda primũ iure ſummo locũ obtinere eloquentiam; quiq; ea præſtet, hunc, quanto reliqui beſtijs omnibus, tanto reliquis ipſum potiorem eſſe ducendum. Etenim quæ nos à mutis animantibus longiſsimè ſeparat oratio, qui ceteros in ea longè ſuperet, non hunc hominem præſtantiſsimum, ac propè diuinum omnes habeamus? Iam cũ omnes in omni uitæ genere atq; omni ætate hoc ornatè prudenterq́, dicendi maximè decet ornamentum, tum eos præſertim, quos in ſublimiorẽ aliquẽ humani generis gradum, atq; altiorem ſedẽ DEVS O. M. extulerit. Hi enim ſi, quantum potentia reliquos & opibus, tantum etiam ſuperarint eloquẽtia, nec magis ui ſuos cogere, quã uerbis poſsint ad exequenda quælibet inducere; maius profectò quiddam homine præ ſe ferre cunctis meritò uidebuntur, & quem caſu, ut ita loquar, tenent locũ, optimo iure tanquã debitum poſsidere. Quocirca mirandum nõ eſt, ſi Vlyſſem Homerus, quem uoluit omnibus cumulare laudibus, ſummè fecit eloquentem. Agamemnon quoq; apud ipſum non Achilli, nec Diomedi, uerũ Neſtori ſimiles aliquot habere uelit in exercitu principes; nec dubitat, quin, ſi id contigerit, breui ſit extrema pernicies Troianis rebus euentura. At Heſiodus reges eos, qui dijs cari ſunt, eloquentia diuinitus ait donari, atq; eam ob rem pro dijs à populo coli. Verſus eius, ſi rectè interpretor, ſunt hi:

At natæ quemcunq; colunt Iouis altitonantis
Regibus è diuis, naſcentemq́ ore tuentur,
Huius & in linguam prædulcia carmina fundunt,
Et blanda ore fluunt ſuaui uerba. at populi pars
Omnis eum aſpiciunt dicentem iura benignè
Aequis iudicijs: tum firmiter ille perorãs,
Mox etiam lites permagnas rite diremit.

Præclarè,ni fallor, Heſiodus,& ut laurum,quã à Muſis acceperat,decebat; quaſi nec eloquentia carere poſsiht omnino principes,neq; domi neque foris, & ea res illos maximè reddat admirandos. Atq; huc,opinor,Platonicũ illud pertinet,felices fore reſp.cum reges habuerint philoſophos;ſiquidem nemo unquam inanem eloquentiam,quæq; de pectore,quod ait Quintilianus, nõ prodeat, ualdè expetendã putauit. Pluribus exemplis atq; teſtimonijs in re tam aperta uix opus eſſe crediderim,nõ magis,quã lucerna,quod dicitur,in meridie.Cum igitur hæc ita ſe habere conſtet,non admodum præter decorum facturus mihi uideor,ſi oratorem clariſsimum atq; diſertiſsimum, Aelium Ariſtidem,à me primũ Latinitate totum donatum, multisq; uigilijs emendatum & illuſtratum tuæ Maieſtati ſuppliciter dedicẽ atq; offeram. Cum enim præter ceteras uirtutes heroicas, & Imperatore digniſsimas,hæc in te non obſcurè refulgeat,qua literas,quæ rectè elegantes uocantur, & earum ſtudioſos benignè amplecteris atq; foues; uix mihi dubitandũ puto,quin orator hic,qui Romanis Impp.ob eloquentiam fuit quondã cariſsimus ac familiariſsimus, uultu ſereno ſit à M. T. excipiendus. Et quanquã huius autoris lectione ad eloquentiam comparandam tibi opus non eſt, illud certè efficies,ut reliqui multo libẽtius hũc ſcriptorẽ,quẽ ab Imp. Max.diligi cognoſcent, legant atq; ament; id quod eos non ſine maximo fructu facturos confido.Siue enim uiros illuſtres laudare,ſiue mærentes conſolari, ſiue diſcordes in gratiam redigere, ſiue conſilium rebuſp.impertire,ſiue deniq; ſeſe uel alios defendere uolent; ex his orationibus exempla petere poterunt aptiſsima ſimul & illuſtriſsima. Adiecimus etiam oratorum inſignium,Gorgiæ,Lesbonactis,Andocidis, Herodis, Antiſthenis, Lyſiæ, Dinarchi,& Alcidamantis orationes aliquot,quæ nec uerſæ ſunt adhuc,quod ſciam,& ceteris minus mendoſæ extãt,magisq; poſſunt ad cõmunem uſum conducere.Nam quæ priuatis in controuerſijs & actionib. uerſantur,eæ nec tam ſunt lectu iucundæ,nec ęquè poſſunt omnibus eſſe utiles. Denique Thucydidis orationem funebrem ut pulcerrimã, ita difficillimã,

quanquã ea translata fuerat, addendam putauimus. quod an fruſtra faciendum duxerimus, qui de uerſionibus iudicare poſſunt, intelligent. Quæ cum à nobis omnia ſint ad utilitatem communem elaborata, nõ exiſtimabit, opinor, M. T. quæ nihil habet publico cõmodo carius, prorſus cõtemnenda. quod ſi fiet, ſatis magnum arbitrabor me laboris non parui cepiſſe fructum. DEVS O.M. incolumem S. M. T. diutiſsimè conſeruare dignetur.

G. CANTE-

G. CANTERI

IN ARISTIDEM PROlegomena.

NON *ab re fortaſsis, neq; præter morem communem facere videbimur, ſi operis initio quædam de Ariſtide ipſo, cuius nunc orationes prodeunt, deq; noſtra verſione breuiter dixerimus. Atq; ut paulo repetam rem altius; tres ferè traduntur à ſcriptoribus oratorum Græcorum, quibus illi præcipuè floruerunt, ætates. Harum prima Periclem, Themiſtoclem, Alcibiadem, alios, qui ſubita dictione ſunt uſi, nec ſcriptum quicquam reliquere, complectitur. Altera Demoſthenem, Aeſchinem, Iſocratem, Lyſiā, Lycurgum, Hyperidem, ceteros habuit, quorum adhuc ſcripta extāt plurima & præſtantiſsima. atq; hi quidē Athenis uixerunt. Tertia demū ætas in Aſia prodijt; in qua rurſum ſubita fuit in uſu oratio. Ea Polemonē, Herodē, Adrianū, Ariſtidē, & alios multos protulit, quos deſcripſit Philoſtratus. horū porro nullius quicquā extat hodie, quod ſciam, præterquam Ariſtidis, qui etiam facilè præcipuus inter illos fuit. Is patrem habuit Eudæmonem philoſophum, & Iouis Olympij ſacerdotem; ſub Adriano Cæſare natus Adrianis, quod eſt oppidulū Myſiæ, non procul ab eiuſdem Iouis templo. Qui autem Smyrnæū fuiſſe dixerunt, eo decepti ſunt, quòd Polemonem rhetorē Smyrnæ audiuit, aut potius, quòd Smyrnæa ciuitate donatus eſt, poſtquā Smyrnam ipſam ab interitu vindicauit, vt poſtea dicemus. Polemone igitur, quod iam cœpi narrare, præceptore eſt uſus Smyrnæ, ſicut Athenis Herode, & Pergami Ariſtocle: ſub quibus ita ſe geſsit, ut inter ſuos omnes non difficulter primas ferret. id quod magis etiam apparuit, poſtquam tota deinde uita literarum & eloquentiæ ſtudia per annos aliquot diligentiſsimè perſecutus, eam dicendi facultatem ſibi comparauit, ut princeps Græcorum dici meruerit, quemadmodum ipſe quodam in loco refert. Etenim cum ingenio ualeret plurimum, & eloquentiam amaret atq; affectaret unicè, nec fortuna uteretur aduerſa; ſi perpetuo longi temporis ſtudio non parum in hac arte profecit, nequaquam debet mirum uideri. In Aegyptum deinde profectus eſt, totamq; eam regionē perluſtrauit, ut ex eius Aegyptiaca cognoſcitur; & aliquot pòſt annis in Italiam. Cum autē Smyrna Romam proficiſceretur, grauiter in itinere laborare cœpit, contracto prius apud Aeſepum, Myſiæ fluuium, languore aliquo; nec, ut in Italiam uenit, conquieuit, donec domum in patriam rediret, ubi demum grauiſsimè morbus exarſit. Is autem talis erat, ut eum nulli agnoſcerent medici, quandoquidem intumeſcebāt inteſtina, rigebāt nerui, impediebatur reſpiratio, pectus æſtuabat, aures ac dētes dolebant; cibum præterea ſine ſuffocationis diſcrimine ſumere non poterat, itaq; ſingulis horis mortem expectabat, deſperantibus iam omnibus medicis. Verunta men Aeſculapius, quem religioſè colebat, eum tandem infinitis pharmacis, lotionibus, inedijs, uomitibus, uenæ ſectionibus, curſibus, declamationibus, peregrina-*

tionibus,ac ſimilibus alijs ſecundum quietem imperatis, præter omnem ſpem ac propè naturam ſanauit.quarum quidem rerum integram hiſtoriam ſex Sermonib.Sacris ipſe complexus eſt.totius autem narrationis compendiū initio Quarti dilucidè exponitur. Iam quanquam per annos decem ægrotaret, nunquā tamen à dicēdo prorſus abſtinuit,cum præſertim hoc ei ſæpius iniungeret Aeſculapius, ut ex argumētis multarum orationum,à nobis adiectis, patet. ac teſtatur ipſe, ſe totum illud morbi ſui tempus, quo plerunq; cibo carebat, ſcribendo dicendoq; conſumſiſſe,productis interdum in medias noctes lucubrationib. carminū quoq; circiter triginta myriades eodem ferè tempore ſe conſcripſiſſe tradit. Cum autem ad ſubitam dictionem minus eſſet,quā ad inuentionem aptus;ad accuratam ſcriptionem ſuum contulit ſtudium,ac ueteres imitari conatus eſt, Iſocratem uidelicet,Demoſthenē, Thucydidem, reliquos. Et ab alijs quidem quā propè abſuerit, iudicabunt docti: ceterum quæ Demoſtheni propria tribuuntur, ſententiarum dēſitas, maiorq; rerum quàm uerborum complexio;ea ſolus ex omnibus proximè expreſſit.Longinus etiam ſecundum & argutum in argumentis,atq; adeò uiolētū iudicat. Imperatori quoq;,M.Antonino, præter ceteros familiaris fuit Ariſtides: id quod Aeſculapio alicubi acceptum refert. Itaq; & dicta quædam, quibus apud illum eleganter eſt uſus,à Græcis referuntur. Etenim cum Imperator quodam tempore Smyrnæ tertium iam diem diuerſaretur,& omnes eum ſtudio ſe ſalutarent,ſolus forte deſiderabatur Ariſtides. Itaq; quærente de ipſo Imperatore, reſponſum eſt,non adeſſe. nec enim alioqui latere potuiſſe. Poſtridie uerò per Quintilios quoſdam arceſſitus, reſpondit,ſe ideo ad Imperatorem nō ueniſſe, quòd ijs rebus,quibus alij,non indigeret.donationes autem innuebat. Hoc audito Marcus plus ei,quàm reliquis,dedit. Alij ſic reſpondiſſe narrant: Inuentioni totus uacabam.animus autem intentus à quæſtione ſua non debet auocari. Cum deinde poſtularet Imperator, ut ipſum quamprimum dicentem audiret, petijt Ariſtides,ut argumentum primū daret, deinde notos aliquot orationi iuberet intereſſe,deniq; applauſum quā poſſet maximū indiceret. Significabat uidelicet, abſolutam orationem non poſſe tam breui tempore perfici,nec æquam fuiſſe Antonini petitionem. Poſtea cū Athenis uerſaretur Imperator,& Adrianus quidam permagna cum omnium admiratione ex tempore dixiſſet, Ariſtides, qui ſimul apud Antoninum erat, At nos,inquit,non uomimus,ſed accuratè dicimus,& placemus. Eodem ferè tempore,cum Panathenaicam recitare uellet, ab Herode,cuius mentionēm ſupra fecimus,prohibitus eſt,quòd ille tū oratorio throno præſidebat,& alioqui apud Imperatorem,cuius fuerat præceptor,gratia ualebat. Ariſtides igitur dolo contra inuidiam uſus,aliam quandam Panathenaicam uilem & ineptam Herodi,tanquam recitādam,obtulit; atq; eo pacto ueniā dicendi conſecutus, illuſtriſſimam omniū, quotquot extant,orationem ſumma cum laude pronunciauit;niſi quis eam,quæ pro Quatuoruiris eſt cōſcripta, præferri uelit.ea namq;,ut ueteres quidam,in his Syneſius retulit,totam obſtupefecit Græciam. Quantus quidē literarum & eloquentiæ fuerit amator, ipſe de ſe prædicat, vbi aduerſus eos, qui ſilentium ipſius criminabantur, dicit, his uerbis:

ἄλλοις

ἄλλοις μὲν οὖν ὁμιλία παιδικῶν ἡδὺ, τοῖς δὲ ὡς πλεῖστα λούεσθαι, τοῖς δ' εἰς πλῆθος πιεῖν, τοὺς δ' ἵπποι καὶ κύνες ἐξέπληξαν. καὶ νὴ Δία οἱ μὲν παιδιᾷ προσέχοντες ἀφιστᾶσι τῶν λόγων, οἱ δ' ὑπὲρ ἄλλα σπουδάζοντες. ἐμοὶ δὲ λόγοι πάσας προσηγορίας καὶ πάσας δυνάμεις ἔχουσι. καὶ γὰρ παῖδας καὶ γονέας, καὶ πράξεις τε καὶ ἀναπαύσεις, καὶ πάντα ἐθέμην τούτους, καὶ τὴν ἀφροδίτην ἐπὶ τούτοις καλῶ. ταῦτα δέ μοι παίζεται, καὶ ταῦτα σπουδάζεται. τούτοις χαίρω, τούτους ἀσπάζομαι, ἐπὶ τὰς τούτων φοιτῶ θύρας. *quæ nos ita trãſtulimus: Cumq; alij amoribus delectentur, alij lauacris, alij compotationibus, alij equis & canibus; quidam etiam ludẽdi uel aliarum rerum ſtudio à literis deficiant: mihi uerò literæ omnes appellationes ac facultates continẽt. Nam & liberos & parentes, & negocia & ocia, atq; omnia in his poſui: ad has Venerem inuoco: has ioco & ſerio perſequor: his gaudeo, has amplector: harum frequento fores. Cum his probè conſentit pulcerrima ſententia, quã initio in Aeſculapium uſurpauit:* ὅλως μὲν οὖν χάρις ἀνθρώπῳ τοῦ βίου, καὶ ὥσπερεὶ κεφάλαιον, ἡ περὶ τοὺς λόγους διατριβή. *& quod Platonica ſecunda inquit:* ὡς ἐγὼ δεξαίμην ἂν δύναμιν λέγειν μετὰ χρηστοῦ βίου καὶ σώφρονος, εἰς ὅσον οἷόν τε κάλλιστα ἀνθρώπῳ, μᾶλλον ἢ μυριάκις Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου γενέσθαι, καὶ μικρά μοι πάνθ' ὡς ἀληθῶς πρὸς τοῦτ' ἤδη φαίνεται. *id eſt: Equidem vim dicendi cum proba & modeſta vita, qualis in hominem poſſit maxima cadere, malim coniunctam, quàm decies millies Darius Hyſtaſpis F. fieri, & eius comparatione iam omnia mihi uidentur ſordere. Nec indignam hoc tanto ſtudio mercedem apud ſuos conſecutus eſt; publicos uidelicet, præter immunitatẽ ab Impp. conceſſam, omnium applauſus, gratulationes mirificas, & inſignem admirationem: quemadmodum ſimiliter ipſe fatetur cùm in Quarto Sacrorùm Serm. tum extrema in Aeſculap. cum ait:* καὶ οὐκ ἔστιν, οὐ πόλις, οὐκ ἰδιώτης, οὐ τῶν εἰς ἄρχοντας τελούντων, ὃς οὐ καὶ κατὰ μικρὸν ἡμῖν ὁμιλήσας οὐκ ἠσπάσατο, εἰς ὅσον δυνατὸν ἦν, τὸν ἔπαινον ἐκτείνων. *quæ Latinè ſic ſonant: Itaq; nec ciuitas ulla, nec homo priuatus, nec magiſtratus quiſquam fuit, quin me, poſtquam uel tantillum eſſet mecum uerſatus, magnis cum encomijs ſit amplexatus. Huc etiam pertinent illa contra proditores myſter.* τίνες που μείζους θορύβους ἐν συλλόγοις ἐκίνησαν, ἢ τίς μᾶλλον σὺν θεοῖς εἰπεῖν, τοῦτο γὰρ ἔμοιγε εἰρήσθω πάσης παρρησίας, ἀμφοτέρων ἥψατο τῶν ἐθνῶν, λέγω καὶ τῶν δεξιῶν, καὶ τῶν ὡς πολλοὺς ὀνομάζομεν; *Quis adhuc maiores in concionibus excitauit plauſus? aut quis, quod pace deorũ dixerim (id enim à me in omni liberiore oratione præfatum uolo) utriq; generi magis placuit, tam elegantium, quàm eorum, quos multitudinis nomine complectimur. Cuius rei cauſam deinde iuſtiſſimam ſubiungit:* μόνοι γὰρ τῶν πώποτε ἁψαμένων λόγων εὐχόμεθα, ὅπερ μετριώτατον εἰπεῖν, ὁπόσα ἐστὶ καὶ νομίζεται περὶ λόγους ἀγαθὰ, εἰς μίαν δύναμιν κατακλείσαντες δεικνύναι μεθ' ὑπερβολῆς. *id eſt: Soli namq; ex ijs, qui unquam ad dicendum ſe cõtulerunt, gloriamur nos, quod parciſſimè dictum ſit, quotquot ſunt & putantur orationis uirtutes, in unam facultatem concluſas egregiè uſurpaſſe. Et certè, ſi quid iudicare poſſum, uideor mihi in uno hoc oratore & ſubtilitatem Thucydidis, & ſuauitatem Herodoti, & uim deniq;* καὶ δεινότητα *Demoſthenis, accuratiſſimè expreſſas deprehendere. Nec aliter, credo, ſentire poterunt, quicunq; ſibi eum diligenti lectione familiarem fecerint. Illud etiam prætereundum non eſt, quòd apud Imp. tantum fertur eloquentia ualuiſſe, ut Smyrnæis maximo fuerit commodo. Cum enim Smyrna terræ motibus ac hiatibus prorſus eſſet deleta, ſic eam apud Antoninum per literas, quæ etiamnum extant, deplorauit, ut ad reliqua quidem earum uerba ſæpius ingemuerit, ad hæc autem,* ζέφυροι δ' ἐρήμην αὐτὴν καταπνέουσιν, *etiam libello ſit illacrymatus. ac mox habito Epheſi concilio, Smyrnam inſtaurari iuſſit. Smyrnæi deinde Ariſtidi publicam in gymnaſio ſuo, tanquam*

urbis coditori, ſtatuam poſuerunt; cuius etiam ipſe primo Sermone Sacro meminit. Huic inſcriptum fuit epigramma, quod initio libri collocauimus. Mortuus deniq; eſt Ariſtides Adrianis, uel, ut alij uolunt, in Ionia, cum annos circiter ſexaginta uixiſſet. Iam ut ad orationes eius ueniamus; eas in omni genere conſcripſit illuſtriſſimas ac diſertiſsimas. id quod equidem à lectoribus in re præſenti facilius exiſtimari, quàm à nobis heic doceri poterit. Ceterum eaſdem nos in Tomos tres diſtribuimus, & eum in ſingulis collocandis ordinem ſeruauimus, qui cenſetur in talibus aptiſsimus. Nam in Græco quidem libro confuſa ſunt inter ſe omnia: ne iam dicam, quòd oratio Platonica prima in duas, ſecunda in quinq; orationes temerè diuiſa cernitur. Ueruntamen præter eas, quæ extant, Philoſtratus alias ſeptem citat, quarum hæc fuerint argumenta:

οἱ μισθοφόροι ἀπαιτούμενοι τὴν γῆν.
ὁ παραιτούμενος τὸν τειχισμὸν τῆς Λακεδαίμονος.
ἰσοκράτης ὁ τοὺς ἀθηναίους ἐξάγων τῆς θαλάττης.
ὁ ἐπιτιμῶν τῷ καλλιξένῳ ἐπὶ τῷ μὴ θάπτειν τοὺς δέκα.
οἱ βουλευόμενοι περὶ τῶν ἐν σικελίᾳ.
αἰσχίνης ὁ μὴ λαβὼν ὑπὲρ τοῦ χαρσοβλέπτου τὸν σῖτον.
οἱ παραιτούμενοι τὰς σπονδὰς μετὰ τὸ κλεῖσαι τὰ γένη.

Ipſe quoq; Ariſtides in Sacris Serm. meminit orationis ſuæ de Curſu; itē ſecunda ac tertia in Aeſculapium. Somniorum quoque deſcriptiones in iiſdem libris citat. Hermogenis etiam enarrator Græcus de Critiæ cæde, qui ad Harmodij & Ariſtogitonis ſtatuas confugerat, duas refert Ariſtidem ſcripſiſſe orationes, alteram breuem, alteram benè longam; cum in illa artem, in hac eloquentiam uoluiſſet oſtendere ſuam. Deniq; Suidas huius uiri orationum certum nuſquā extare numerum ſcribit. Edidit quoq; in arte Rhetorica libellos duos, breues quidē, ſed elegātes & abſolutos, alterū de Ciuili, alterū de Simplici oratiōe: in quib. utriuſq; dicēdi generis ratiōnē & methodū atq; exēpla diligenter & accuratè tradit. uerū hi quoniam ſerius in manus noſtras uenerunt, non potuimus eos unà cum ceteris, ut uolebamus, uerſos publicare. operam tamen dabimus, ut hi quoq; cum ſtudioſis breui communicentur.

Poſtremo de uerſione noſtra hoc obiter dicemus, multum nos in ea diuq; totis ingenij uiribus laboraſſe, neq; quicquam, quod ad eam illuſtrandam facturum uideretur, omiſiſſe, quandoquidem ſcriptor hic non nimis facilis uiſus eſt, cum ob alia, tum propter ea, quibus undiq; ſcatet, menda. Et ad illud quidem quantum pertinet, ita nos in eo geſsimus, ut omnia fideliſsimè conaremur interpretari, adiectis etiam alicubi, cum res poſtulare uidebatur, annotatiunculis breuibus, quibus uel hiſtoria, uel aliqua fabula, ad quam alluderet orator, uel aliud aliquid indicaretur. ubi autem nobis ipſi ſatisfacere non potuimus, uerba Græca in margine adiecimus, ut liberum lectori relinqueremus iudicium. In erratis porro corrigendis ea ſumus uſi libertate, quā ſcriptor à multis iam ſæculis neglectus meritò concedebat, ita tamen, ut audaciam nimiam diligentiſsimè caueremus. Ac in duabus quidē orationib. Panathenaica, & proxima, in Urbē, ab Aldina editione nōnihil adiuti ſumus; quæq; ex ea collatiōe reſtituere potuimus loca, his literā A. in emendationibus noſtris, quæ marginem occupant, ſubiecimus: in reliquis autem

autem noſtri ingenij coniectura qualicunq́, rationis tamen haud experte, ut in Syntagmate planũ fiet, ſemper ferè uſi ſumus, niſi quòd etiam I. AVRATVS *Lemouix, admirabili vir eruditione, cum ſimul olim hunc oratorem aliquouſq́ percurreremus, de quibuſdã peracutè nos admonuit. Iam ſub ipſum editionis noſtræ initiũ uir optimè de literis omnib. meritus, & ſingulare totius Germaniæ decus,* I. OPORINVS, *Ariſtidẽ ſuum, à doctiſſ. viro,* A. ARLENIO, *quondã cum libro manuſcripto collatum, qua eſt humanitate & morum elegantia, nobiſcum lubens communicauit: qui codex & noſtras coniecturas permultas confirmauit, & nouas emendationes aliquot, quas O. litera inſigniuimus, nec nõ defectuum ſupplementa ſubiecit. Veruntamen ne ſic quidem, quæ uoluimus, omnia præſtare licuit, quin multa uel libris melioribus, uel maioribus ingenijs aliquando nos debere poſſe credamus. Quæ cum ita ſint, ab æquo lectore ueniam ſpero me facilè impetraturum, ſicubi cùm ut in opere longo, & ab omnibus hactenus intacto, tum ut homo, ac iuuenis quidem, lapſus fuero; cum præſertim hæc non tam in noſtrum decus aut commodum, quàm in utilitatem publicam, ne tanto theſauro diutius eloquentiæ ſtudioſi carerent, à nobis elaborata ſint.*

INDEX ORATIONVM, QVÆ SINGVLIS
Tomis continentur.

ORATIONES TOMI PRIMI.

1	Hymnus in Iouem.	fol. 1
2	In Mineruam oratio.	5
3	Iſthmica in Neptunum oratio.	10
4	In Bacchum oratio.	16
5	In Herculem oratio.	17
6	In Aeſculapium oratio.	20
7	In Aſclepiadas oratio.	23
8	In Sarapim oratio.	27
9	In Regem oratio.	32
10	In Apellam Genethliaca oratio.	38
11	In Eteoneum Funebis oratio.	42
12	In Alexandrum Funebris oratio.	45
13	Panathenaica oratio.	51
14	In Romam oratio.	108
15	In Smyrnam oratio.	126
16	Panegyrica Cyzicena oratio.	130
17	In Aegæum pelagus oratio.	137
18	In puteum Aeſculapij oratio.	139
19	Eleuſinia oratio.	142
20	Monodia de Smyrna.	144
21	Palinodia de Smyrna inſtaurata.	146
22	Gratulatio Smyrnæa.	150
23	Sacrorum Sermonum primus.	154
24	Sacrorum Serm. ſecundus.	164
25	Sacrorum Sermon. tertius.	175
26	Sacr. Serm. quartus.	183
27	Sacr. Serm. quintus.	199
28	Sacr. Serm. ſextus.	208

ORATIONES TOMI SECVNDI.

1	Oratio Sicula prior.	fol. 209
2	Oratio Sicula poſterior.	217
3	Oratio de Pace prior.	226
4	Oratio de Pace poſterior.	231
5	Oratio Leuctrica prima.	236
6	Oratio Leuctrica ſecunda.	248
7	Oratio Leuctrica tertia.	260
8	Oratio Leuctrica quarta.	266
9	Oratio Leuctrica quinta.	272
10	Oratio de Societate prior.	279

11 Ora-

11 Oratio de Societate poſterior. 287
12 Oratio de non agendis comœdijs. 296
13 Oratio de Smyrna, ad Reges Romanorum. 301
14 Oratio de Concordia, ad ciuitates Aſiaticas. 304
15 Oratio Rhodiaca. 317
16 Oratio de Concordia, ad Rhodios. 328
17 Oratio Legati. 337

ORATIONES TOMI TERTII.

1 Oratio Platonica prima, pro Rhetorica. fol. 345
2 Oratio Platonica ſecunda, pro Quatuoruiris. 425
3 Oratio Platonica tertia, ad Capitonē. 509
4 Oratio Aegyptiaca. 517
5 Oratio de Paraphthegmate. 538
6 Oratio cōtra proditores myſteriorū. 562
7 Oratio contra criminantes, quòd nō declamaret. 571

ORATIONES TOMI QVARTI.

1 Gorgiæ oratio in Helenam. fol. 577
2 Thucydidis oratio funebris Periclis. 580
3 Lesbonactis hortatio. 584
4 Oratio Andocidis de Pace. 589
5 Oratio Herodis de Rep. 595
6 Antiſthenis oratio Aiacis. 599
7 Antiſthenis oratio Vlyſsis. 600
8 Oratio Lyſiæ contra Eratoſthenem. 602
9 Oratio Dinarchi cōtra Demoſthenē. 612
10 Alcidamantis oratio Vlyſsis contra Palamedem. 627
11 Gorgiæ oratio Palamedis. 630

ΕΙΣ ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΝ ΤΟΥ ΦΙΛ-τάτου Κάντηρου Ιω. Αυρᾶτος.

Οὗτος Ἀριστείδης ὁ Σμυρναῖός γε σοφιστής,
ἔντεχνος δὲ μὰν ἦν, ἔνθεος ἀλλὰ φύσιν.
Οὗτος ἀοιδάων ὁ ῥητορικῶν τις Ὅμηρος,
πάντα λογογραφίων ὡς σχεδιαζόμενος.
Οὗτος ὁ συλλήβδην Θεόπομπον καὶ Ξενοφῶντα
Ἰσοκράτην τε περὶ χῶν ἅμα Θουκυδίδην.
Οὗτοι ἐριζομένην δεινὴν ἐπὶ χείλεσι πειθὼ
ἡ πόλις ἀγγάλλει ῥητορολιζομένη.
Ἀμφίων Θήβας μὲν ἐπύργωσέν ποτ᾽ ἀοιδῆς,
αὐτὰρ Ἀριστείδης Σμύρναν ὁ λογογράφος.
ὡς δ᾽ ἄρ᾽ Ἀριστείδης Σμύρναν ποτ᾽ ἀνέκτισε, τὰς σὲ
αὐτὸν Ἀριστείδην Κάντηρ ἐρειπόμενον.

AELII ARISTIDIS ORATIONVM

TOMVS PRIMVS.

Interprete

GVLIELMO CANTERO VLTRAIECTINO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ORATIONES

TOMI PRIMI.

Hymnus in Iouem.
In Mineruam oratio.
Iſthmica in Neptunum oratio.
In Bacchum oratio.
In Herculem oratio.
In Aeſculapium oratio.
In Aſclepiadas oratio.
In Sarapim oratio.
In Regem oratio.
In Apellam Genethliaca oratio.
In Eteonicum Funebris oratio.
In Alexandrum Funebris oratio.
Panathenaica oratio.
In Romam oratio.
In Smyrnam oratio.
Panegyrica Cyzicena oratio.
In Aegaeum pelagus oratio.
In puteum Aeſculapij oratio.
Eleuſinia oratio.
Monodia de Smyrna.
Palinodia de Smyrna inſtaurata.
Gratulatio Smyrnaea.
Sacrorum Sermonum primus.
Sacrorum Serm. ſecundus.
Sacrorum Ser. tertius.
Sacr. Sermon. quartus.
Sacr. Serm. quintus.
Sacr. Serm. ſextus.

HYMNVS IN IOVEM.

Ex magna tempeſtate ſeruatus, hymnum, quem Ioui vouerat, dicit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HAEC tibi ex uoto donaria, Iupiter rex & ſeruator, offerimus: tu uerò qua benignitate ſalutẽ nobis tribuiſti, eadem & gratiarũ actionem excipe, noſtræq́ orationi opitulare, & eò perduc, quouſq́ ſolet hominum plerunq́ oratio pertingere, ne ludibrio tandem ſimus, & omnem perdamus operam. Enimuero poſtquam in rem præſentem ueni, omnino quid agam, neſcio. quin nũc demum re uera cognoſco, me in ſummo uerſatum eſſe diſcrimine, nec fuiſſe præ tempeſtate mentis compotẽ, qui ea uouerim, quę nec facilè perſoluere, nec citra ſuſpicionem temeritatis aggredi poſſem, dum Ioui hymnum me dicturum pollicebar, idq́ ſoluta oratione. Magna ſanè tũc erat exorta tempeſtas, quæ me quiduis & facere cogeret, & dicere. Veruntamẽ quoniã, ut aiunt, uotum nullũ [a] negligendũ eſt, ſed quiduis quocunq́ etiam modo pręſtat reddere, quàm prorſus relinquere: conabimur aliqua ex parte religione nos apud Deum exoluere. rectène autem an ſecus faciamus, ipſe uiderit. Si enim omnino promiſsis nõ ſtemus, ignauiæ nobis opinionẽ, quæ in rebus diuinis eſt nefaria, conciliabimus: ſin erimus inferiores, facilè per argumenti naturam excuſabimur, ut qui non ultro deſtiterimus, ſed neceſſariò uicti ſimus. præſtat autem rideri, ſi ſit opus, à dijs, quàm reprehendi. Quoniam igitur Deo uouimus, nec poſſunt uota mutari, debemus inſtar athletarum, qui nomen dederunt, non retrogredi, ſed cominus accedere, & certamen aggredi. Agite ergo Muſæ, Iouis filię (nec enim uos unqum aliàs, quàm nunc, inuocare præſtiterit) ſiue in Olympo cum duce Apolline diuinum canitis canticum, ueſtrum ſimul & uniuerſorum patrem celebrãtes, ſiue Pierium uos delectat domicilium, ſiue in Bœotio Helicone choreas ducitis: unde quæſo, ô omniſciæ, Iouis opera & dona quæque præclariſsima auſpicabimur, aut quid de Ioue dicere audebimus? Date mihi, ut ſicut argumẽtum, ſic & oratio diuina ſit & numinis plena: nec me inter cœlum & terram derelinquite. Iupiter, fecit omnia, & à Ioue facta ſunt omnia, fluuij, terra, mare, & cœlum, & quæcunq́ uel inter hæc, uel ſupra, uel infra eadẽ exiſtunt, & dij & homines, & quęcunque animata ſunt, quæq́ uel uiſu uel intellectu percipiuntur. Pri-

[a] ἐκλιπεῖν pro ἐκλείπειν lege.

Alludit ad Heſiodum illud, σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.

mus autem ipſe ſe creauit, nec in odoratis Cretæ antris fuit educatus, neq; illum uel deuorare uoluit Saturnus, uel pro ipſo lapidem deglutijt: neq; unquam uel periclitatus eſt Iupiter, uel periclitabitur: neq; eſt quicquam Ioue antiquius, ſicut nec filij parentes, nec opera opifices poſſunt ætate præcedere: ſed ipſe primus eſt & antiquiſsimus, & omnium princeps, ipſe ex ſe factus. Quando autem creatus fuerit, nemo poteſt dicere, cum & fuerit ab initio, & ſemper in poſterum ſit futurus, ipſe ſibi pater, & maior, quā ut ab alio creari potuerit. Sicut enim Mineruā ex capite ſuo procreauit, nec ad id nuptijs opus ei fuit, ſic dudum antè ipſe ſe ex ſe creauerat, alterius opera non indigens, ut fieret: ſed contrà ab ipſo omnia fieri & eſſe cœperunt, nec licet ab ijs tempus ipſum excipere, cum tunc nondum fuerit, nedum aliud quicquam. nullum enim poteſt autore ſuo opus eſſe antiquius. Sic igitur omnium rerum principia ſunt in Ioue, & ab eo cuncta proceſſerunt. Cum autem tempore eſſet præſtantior, nec aduerſarium haberet ullum, ſimul cum ipſo mundus extitit: tanta cum celeritate omnia effecit. Fecit autem hac ratione (quòd ſi alicubi fallimur, ipſe nobis benignus eſſe dignetur) ut à fundamentis exorſus, terram primum crearet, quo huic omnia inniterentur. Itaq; radicibus infinitis fundum conſolidauit & compegit, [b] ſaxis loco clauorū, & alia denſa materia uſus. montes deinde excitauit, pluuiarum & fluctuum obices, camposq;, mōtium & terræ baſes intermiſcuit, alterum cum altero, [c] tanquam qualitates quaſdam, compingēs. Quæ uerò ſecundū grauitatis habebāt locum, ea ſuperinduxit, mare medium mediæ imponens terræ. Vt autem tanquam inter uicinos amicitiam & ſocietatē componeret, fluuios permiſcuit, qui & ex terra in mare, & rurſum per occulta quædam loca ex mari fluerent in terram, atq; utrunq; cū altero connecterent. Hæc autem ita [d] coaptauit, ut eſſent utraq; medio ſibi inuicem loco, inſularumq; & fretorum atq; iſthmorum opera alterum ſemper in alterius medio ſedem haberet. Sicut autem terram utraq; communiuit figura, ſic etiam poſtquam terræ & mari firmitatem à ſe inuicem comparauerat, aerem utriq; impoſuit, maris & terræ ſpiraculum. tum igne, quē uocāt ætherem, deſuper collocato, omnia ſimul comprehendit, artisq; excellentiam hac in parte maximè oſtendit, dum & ſtellis cœlum totum, ceu inſulis mare, ornaret atq; perlucidum redderet, & ignis defluuiū ad terrā uſq; deduceret. Quæ quidem omnia non tanto temporis ſpacio, quanto nos de ijs nunc diſſeruimus, abſoluit, ſed multo citius, quā uel cogitari poſsit. Simul porrò ut iſta fabricauit, rite ſingula diuiſit, & loca diſtribuit, propria ſingulis creans animalia, ſuasq; rebus creatis [e] ſedes & domicilia attribuens, dijs quidem cœlum, tanquam arcē uniuerſi, pulcerrimum & [f] ſplendidiſsimum puriſsimumq; domicilium, & quo ſenectus non [g] pertingit: hominibus uerò terram: marino autē generi

b Πέτραις ἀντὶ γόμφων καὶ τῇ δ' ἄλλῃ πυκνώσῃ φύσει ἀλλήχαν.

c ὥπως pro ὅπως.

d συνέπηξε pro συνέπλεξε.

e μονὰς pro γονάς.

f λαμπρότατον pro λαμπρότερον.

g ἧσσον pro ἥκιστα.

neri mare, & uolucri aerem. Etenim ita maximè dignitatem quæq; ſuam uidebantur tueri poſſe, ſi & naturæ ſuæ ingenioq; coniunctas ſedes nanciſcerentur, & cognata occuparēt domicilia, terreſtria quidē terram, humida uerò mare, leuiora autē & ſicciora aerē, ſuperiora uerò & ignea & reliquis incumbentia, ætherē & cælum. Poſteaq; hoc modo quaſi urbem quandā condidit, colonos deinde introduxit, ut cum diſtincta eſſet materia, & mūdus apparatus, gentibus eū impleret, ordine omnia aptè faciēdo & cautè, ne quid omitteretur, quo minus decora & perfecta inter ſe [g] eſſent omnia: opifex ipſe & fundator uniuerſi exiſtens, rerumq; naturas & [h] uires in ſe cōtinēs. [i] Itaq; deorum quoq; genera de Iouis, omnium patris, ui diuina defluuiū quodā ſortita ſunt, omniaq;, inſtar Homericæ catenæ, ad ipſum referūtur, & ab ipſo dependent: qui torques longè pulcrior eſt, quā aureus ille, aut ſi quē alium quis excogitare poſſit. Amorē deinde & Neceſſitatē, ſumma iungendi ſimul & cogēdi poteſtatem habētes, [k] inter primos creauit, ut fortius omnia cohærerent. Tum genus mortale non una nec eadem totum creauit conditione, nec etiam dedignatus eſt homi num perinde, ut deorum, pater dici: ſed id quod ex eodem genere fæcis inſtar, ut fit in unguentorum confectione, infra ſubſederat, humano ſemini relinquebatur, nec honorem nec poteſtatem parē nactū, neq; malorum omnino expers, ut deorum genus, reliqua tamē mortali gente dignius, quòd rationis particeps eſſet, nec prorſus diuina [l] carēs indole, cuius extremum tanquam riui aut fontis alicuius, erat ſortitum. Primum itaque locum, & principatum dijs tribuit: ſecūdū deinde multo pòſt hominibus: quæ autē interiecta ſunt in aere & mari, quæq; in terra reliqua ſunt animalia, ſub utriſq; collocauit, ut ſolēt in exercitu duces, in fortiſſimos quoſq; in prima acie conſtituere, minus fortes in poſtrema, imbelles autē & ignauos inter medios, ut aiunt, referre. Ac dijs quidem, tanquam ſatrapis quibuſdam & præfectis, quatuor tribuit regiones, ne quid uſquam à dijs uacuum eſſet, ſed ubique uerſarentur & adeſſent: primam uidelicet cœleſtē patriam, aeream, marinam, & terreſtrem. eorum autem prouidētiam hominibus maximè ſeruire uoluit, dignitatem gentium & ordinem ubique ſtudioſe conſeruans. Quæ cum ſcirent homines, & magnas de magnis beneficijs deberent gratias, poſtquam tādem ſimul congregati urbes cœperunt condere, Ioui arces conſecrarunt, partim uniuerſi exemplo, in cuius ille ſummo culmine habitaret, moti, partim locis oportunioribus & munitionibus ipſi ultro cedentes, qui ſolus regū optimè ſciret imperare. Quantā uerò generis coniunctio ciuib. cōmoditatē adferat, hoc iā ſecūdo loco manifeſtè nobis oſtendit. Cū enī in deos iniuria nō caderet, itaq; nec legib. indigerent, homines cōtra ſolos ex omnib. animalib. inſtituit legib. cùm ne mutuis cædib. interirent, tū ne rapinæ fierent & iniuriæ, ſed iuſtitia uiolentiā coerceret.

[g] Deeſt εἶναι uel γίνεσθαι.
[h] δυνάμεις pro δυνάμεων.
[i] ὧν pro ὡς δὴ. (ille) ac quo Homerus innuit Iliad. θ.
[k] ἐν τοῖς πρώτοις pro πρῶτα.
[l] ἀπηλλαγμένον pro ἀπηλλαγμένον.

quas quidē leges tū tulit Iupiter, cū Verecundiā & Iuſtitiā in terrā demiſit unà cum alijs dijs, qui hominū curam gererēt, & uitā eorum tuerentur. Primus itaq; noſter, ſicut & Vniuerſi huius, ortus à Ioue eſt, uitæ quoq; cōſeruatio, artes, leges, & quòd mortales cū ſimus, immortalitatem ſucceſsione per partes imitamur. quin & quod hiſce de rebus ratiocinamur, ex Iouis dono totū procedit. Homerus interim inepto numine afflatus fuit, cū fecit Iouem pro cōcione dijs uetātem, ne hominib. proſpicerent, Ille uerò hoc nec uetuit, nec unq; uetiturus eſt, donec ſeipſum reuerebit. nec ēm illi fas eſt mutari, nec uel obliuione uel pœnitentia ductū de ſententia decedere, in qua fuit initio, cum deos hominū curatores, homines aūt deorū cultores & miniſtros deſignauit, prout utriſq; decorum erat & utile futurum. Eſt igitur Iupiter omnium rerum autor & opifex, & per eum tum cœleſtia tum terreſtria omnia efficiuntur, ut & nomen ipſum, à cauſæ uocabulo non procul remotum, declarat, cū Δία eum uocamus. Ζεὺς quidem uocatur, quòd uitæ omnibus & eſſentiæ ſit autor: quo aūt uocabulo autori ſuo rem aliquam tribuimus, hac uocis notatione efficiēti cauſæ cognominem ipſum dicimus, Δία appellātes, quòd per ipſum facta ſint & fiant omnia. Quocirca & perpetuus ſolis motus tum ſupra terram, tum infra, Iouis eſt mandatum de uniuerſi illuſtratione Soli datum, & Lunę curſus, ſiderumq; conuerſiones ex Iouis diſpoſitione proceſſerunt, & qui terram circunfluit Oceanus, ſicut à Ioue initio creatus eſt, ſic manet in [m] ſuis finibus, & anni tempora ſolenni conuerſione totam peragrant terram, tempusq; omne in diem diuiſum & noctem, utriq; cōuenientia diſtinguit ſpacia, quietem & labores maiores uel minores, prout commodum eſt, præſtans: & cœli pluuiæq; coniunctio, ex Ioue eſt, & Apollo *Conſilium verax Iouis* oraculis exponit: & ſicut Æſculapius medendi, ſic Ergane Minerua operandi munus à Ioue eſt adepta. Iuno quoq; Pronuba, & Diana tam Obſtetrix quàm Venatrix, beneficijs homines afficiunt, de maximi benefici uoluntate. Quin & Panes mōticolæ, ac Nymphæ fontium præſides, ex Iouis mādato hanc obtinent præfecturam. Neptunus quoq; & Dioſcuri Ioui obtemperātes, nauigantes tuentur. Muſicam etiam Muſæ inuenerunt & docuerunt, poſtquam Iupiter Muſas & Muſicam deorum ſimul & hominum cauſa extare uoluit. Omnia deniq; ubiq; ſunt Iouis plena, cum ipſe rebus ſingulis aſsideat, non ſecus atq; pueris præceptores, & bellici uectores aurigis: omniumq; deorum beneficia Ioui ferenda ſunt accepta, quandoquidem illi huius, ceu ducis in exercitu, imperio parentes, humanis rebus prouident. Quancunq; præterea ſortem tribuat Iupiter, probè nouit, cum ipſe eam deſignet, & hoc ſit in ſtar fati [n] ineuitabilis, quodcunq; Iupiter, à quo cuncta ſunt orta, ſingulis attribuerit. Non latent hunc nec montiū uertices, nec fluuiorum fontes, non urbs ulla, non maris arena,

Iliad. θ.

Per) nam διὰ Græcis valet Per ſiue Propter: qua particula cauſa efficiēs denotatur.

m ἑαυτῶ pro ἑαυτῶν.

Hemiſtichiū Homericū ex Hymno in Apoll.

n ἄφυκλος pro ἄφυκτος.

arena, non ſtellæ, nec uel nox uel ſomnus magnos huius & ſolos ueritatem intuētes oculos obtenebrat. Nilus quoq;, pulcerrimus omniū & præclariſsimus fluuius, à Ioue delapſus eſt, patriſq; exemplo, & quaſi Ægypto toti ab illo præfectus eſſet, pluuiæ loco terrā replet & inundat. Iupiter omniū rerū pater eſt, fluuiorū, cœli, terræ, deorū, hominū, & ſtirpiū: per hūc uidemus & habemus omnia: hic eſt omniū patronus, obſeruator, & præſes: hic gubernator eſt, dux, & diſpenſator omniū quæcunq; ſunt aut fiunt: hic omnia dat & facit: hic in concionib. & iudicijs cū uictoriā tribuit, Forenſis uocatur, in prœlijs Trophæus, in morbis aut ubicunq; opem fert, Seruator. Hic eſt Liberator, hic Manſuetus, quippe pater, hic Rex, Vrbitenens, Elicius, Pluuius, Cœleſtis, Coryphæus, & quæcunq; præclara ipſe ſibi & decora tribuit nomina. Hic deniq;, cum rerum omnium initia, fines, menſuras & ſortes penes ſe habeat, atq; æquali per omnia poteſtate uigeat, ſolus dignè poſsit de ſe dicere, ut qui maius quiddam, q̃ ceteri dij, ſortitus ſit, quemadmodū hoc rectius Pindarus, quā aliud quiduis alius, de Ioue teſtatur. Ab hoc incipere meritò debemus, & in hoc deſinere, dictorū omniū & factorū præſidem ipſum & adiutorē, ceu uniuerſi imperatorē, & ſolū præfectū, ſemper inuocātes.

IN MINERVAM ORATIO.

Quam in ſomnijs habuerat de Minerua orationem, eam uigilans nunc recitat. Meminit eius quarto Sacr. ſer:

FIAT ergo re uera id quod ſecundum quietē mihi apparuit. Tu uerò, diua Minerua cū in alijs [a] fortunatū me & gratioſum redde, tū huic pręſto orationi, & quæ in ſomnijs perſpicuè apparuerunt, pro dignitate perfice. quæ ut re ipſa quoq; declarentur, & confirmentur, in uoto ſimul et hymno noſtra uerſabitur nunc oratio. Cum igitur pręclariſsima omnia & apud Mineruam ſint & à Minerua proficiſcantur, in ijs digniſsimum dea eſt, ut ſummatim dicam, quod eius, qui uniuerſi autor eſt & rex, unica eſt unius filia. Nec enim habebat ille æqualem dignitate quenquam, ex qua ipſam crearet: ſed in ſe recedens, ex ſe ipſe genuit deā & peperit. Itaq; ſola hæc [b] eſt uerè genuina patris ſoboles, ex ęquali & cognato procreata genere. Huc accedit etiā, quòd ex præſtātiſsima ſui parte, quæ eſt caput, edidit eam pater. adeo nec ex capite illius pręſtantius quicquam potuit prodire, nec [c] Mineruam nobilior locus producere, ut utrunq; decorè cōiunctum fuerit. Ad ea autem, quòd ex Ioue, & ſolo, & ex eius capite orta fuit, quartum hoc non minus mirandū adiunxit, quòd in capitis paterni ſectione dicit accidiſſe, cū ſubitò armata pdijt, inſtar Solis unà cū radijs exorietis, acceptis intus à patre ornamētis. Quare nec unq; poteſt à patris latere diſcedere, ſed ei ſem

a τύχην pro τύχης.

b ἴσα pro ἴση.

c ἀθηνᾶν pro ἀθηνᾶ.

per præſto eſt & cõuiuit, tanq̃ ſi cõnata eſſet, & ex ipſo ſpiritũ ducit, ſolaq́ꝫ cũ ſolo uiuit, ortus ſui memor, & dignã partui referens gratiã. Eſt præterea deorũ omniũ antiquiſsima, pręter paucos quoſdam, q primò ſunt orti. nec eñ facile ſingulas uniuerſi partes diſtribuiſſet Iupiter, niſi Mineruã prope ſe collocatã in conſilium adhibuiſſet. Sola prętereà & ægidẽ fert perpetuò & paternis armis in Homerico bello induit: nec ſecus atq; inter præſtigiatores fit, iiſdem ſimul utuntur Minerua & Iupiter. Adeo quoq; eſt patri reuerenda, & omnium cũ ipſo particeps, ſolaq́ꝫ principatũ tenet, ut & ex poetis iis, qui proximè uidentur deam expreſsiſſe, Homerus quidem ægidis mentionem faciens, & dei qui illam uulnerare conabatur, uocauerit eam firmiter

Horrendam, quam nec fulmen domet Altitonantis,

quód apud Iouem fulminibus omnibus ac tonitruis potior ſit Minerua: Pindarus uerò ad patris dexteram dixerit eam ſedere, mandata diis perferenda accipientem. eſt enim ipſa angelis maior, eorumq́ꝫ aliis aliud imperat, quod à patre primùm acceperit, interpretis uice apud deos, & magiſtræ, cum opus eſt, fungens. Vt autem in cæli uertice, & ex Iouis uertice nata eſt, ita & urbiũ omniũ uertices occupat, ui illis potita, & hominũ piorum capitibus ipſa, nõ Ate, inambulat, ſeruato ortus ſui ſigno. Ac potentia quidem diuq; tum apud ſuperos tum in terris tãta eſt. quanti autẽ apud deos & homines ſit, fueritq́ꝫ, ac futura ſit, deorum quidẽ filii, Mineruæ ſaltatores, rectius dixerint: conabimur tamen & nos quadam ex parte explicare, tum poetarum opera modicè utentes, tũ orationis curſui tñ permittentes, quatenus à ſomnio [d] parũ differre poſsit. Cum enim Gigantes in Phlegra bellũ mouerent Enceladum dea & principes pleroſq; interemit, ſic ut reliquis diis parum reſtiterit gerendum, cum ipſa & aliorum gigantum præcipuos ferè omnes [e] perdidiſſet, genus hoc, tanqaum natura ſibi inimicum, egregiè ulta. Erant enim ex contrario orti genere, quãdo quidem ex cauis & brutis terræ partibus editi fuerãt, ut illa contrà ex puriſsimo ætheris loco. Itaq; contra ſerpentes illis connatos, & quæcunq; alia de terra traxerant, ſuum ipſa natiuum ornatum & ignem oppoſuit, donec genus totum cõburendo uaſtauit. Atq; hæc quidẽ pro diis & deorum cœtu omni à Minerua geſta celebrantur. nam Titanum & deorũ pugnam libens equidẽ tacebo. Quæ uerò in homines collocauit beneficia, facilius mente quàm uerbis concipi poſſunt. Maximũ quidem & generale beneficiũ, quodq; [f] ad oĩa tempora & loca pertineat, in eo cernitur, q nec Minerua duce quicquam ab hominib. unquam peccatum, nec ſine illa quicquã benè geſtum ſit. Quòd ſi etiam ſingularum rerũ eſt facienda mentio, nec contẽnendæ ſunt fabulæ: adiiciemus ualetudinis remedium, oleum ab ipſa editũ, & ueſtem, quæ ſimul & corpori adfert ornamentum, & eiuſdem eſt ualetudinis remedium. Quin & utriq; hominum ſexui adiumento fuit,

a δὲ χιτῶν' ἐνδῦσα διὸς νεφεληγερέταο, &c. Iliad. θ.

Dei) Martis. locus eſt, Iliad. φ.

Vertices) Artes intelligit: quas tamẽ in Hymn. Ioui tribuerat.

d Deeſt ὄ ante πολὺ.

e κλείνας pro κλείνων.

f Deeſt ἐν ante χρόνοις.

fuit, partim laniſiciuo mulieribus, partim armorum uſu uiris tradito. Vtriq; etiam tempori, tam pacis quã bellorum, cõſuluit, armis inuentis & legibus. quin & horum utriq; biſariam opem præſtitit. Ipſa enim primùm hoc effecit, ut à ſiluestri & ſolitaria uiuendi ratione homines deſciſcentes, eodem congregati ſimul habitarent, cõmuni ædium corona ſibi circumpoſita, urbesq́; ipſæ ex Mineruæ liberalitate proceſſerunt, unde & Vrbitenens ab omnibus nuncupatur. arces quoq; ipſi meritò conſecrarunt homines, partim in ſignum ortus, partim quòd ſicut regibus & principibus loca certa definitaq́; excipi ſolent, ſic illi, quæ uniuerſo præerat, munitiſsima quæq; dedicare uoluerunt. Vnum igitur hoc eſt commune diuæ beneficium, ad uitam quotidianam, Remp. & leges pertinens: alterum uerò, quòd artes omnes, tum quæ igne utuntur, tum quæ eo carent, ſingulis diſtribuit, quandoquidem unica eſt omnis ſapientiæ magiſtra. Iam quòd ad bellica attinet, eorum duo præcipua, peditum & equitum agmina inuenit & apparauit: quorum utrunq; binis confirmatur rationibus. Ex peditibus enim Ægyptij quidem in Aſia (eſt enim & in Ægypto præfectura quædam Mineruæ ſacra, cui hæc tribuuntur) Athenienſes uerò in Europa primi clypeum geſtarunt. Similiter & in re equeſtri Erichthonius, deæ alumnus, equos primus currui iunxit. Bellerophon autem equi frenum à Minerua accepit. Triptolemo uerò, qui iunior eſt Erichthonio, ſemina quidem à Cerere, currus uerò à Minerua collatus uideri poſsit. Itaq; pro Mineruæ donis habenda erunt hominibus hæc omnia, ut in bellis, peditũ armatorum phalanx, & equitum turma. Nec hoc omittã, quod me iam effugerat, rem naualem etiam Mineruæ tribuẽdam eſſe, idq; duplici ratione. Nam & bellorum quæ partim terra, & quidem biſariã, partim mari geruntur, curam habuit, eademq́; res nautica ad utrunq; pertinet, in pace quidem ad naues onerarias & mercaturam naualẽ, in bello autem ad triremes: ſicut & currus alius eſt bellicus, alius certaminum proprius. eſt enim Minerua ambidextra, ut & omnia eius inuẽta. Videor aũt examẽ quoddam mouere, bina mihi omnia dea ſuggerente. Dum enim ad mercaturã & rẽ naualẽ, quod à Minerua utrunq; profectũ eſt, reſpicio, bubulcus quidã ex arce mihi occurrit; nec potuiſſet agricola uel aratrũ parare, uel ad paratũ boues iũgere:

Quædam) *Saitica.*

Biſariam) *nam alia ſunt pedeſtria, alia equeſtria.*

Parodia ex quinto Odyſſ.

Ni glaucis dea conſilium tribuiſſet ocellis,

quo partim & aratrum & nauis fabricata ſunt, partim equi & boues ſub iugũ miſsi. Cũq; eadẽ ſit humaniſsima ſimul & potẽtiſsima, potentiæ quidẽ ſignũ eſt ſufficiẽs uictoria ꝑpetua, quandoquidẽ nõ Minerua Victoriæ, ſed Victoria ſemper eſt Mineruæ: humanitatẽ uerò ſatis demõſtrãt ea, quæ de Oreſte narrant, quẽ Argis Athenas fugiẽtẽ, et ibidẽ à Furijs accuſatũ, cũ ęquales eſſent calculi, addito ſuo Minerua ſeruauit, & nũc etiã quoſcũq; ſeruat, ubi exęquata fuerint

Eſt Mineruæ) *nam inter Mineruæ cognomina eſt etiam Victoria.*

Publicæ) Veneris iunioris eſt epitheton.

g αὐτῶ pro αὐτῇ.

h μάλιον pro μᾶλλον (v. Illis) Dianæ & Apollini, quorum epitheta de venatione ſumpta, apud poetas multa extant.

ſuffragia. Talis enim exinde mentes hominum occupauit opinio, ut exiſtimēt perpetuò calculis æquatis à Minerua unum adrjci debere. Quoniam uerò caſta ſemper manſura erat Minerua, nec eā uel deorum quiſquam uel hominum poterat more Publicæ cōtrectare, hoc etiam à patre conſecuta eſt, ut fecunditatis acciperet præmia. Latonæ nanq; terra mariq; erranti ad locum fatalem, in quo ſolo poterat parere, dux fuit, & inter pariendū obſtetricis officio erga infantes functa eſt; coronato ſecundū Græcorum pæanes Apolline. Itaq; ut Diana reliquis mulieribus, ita Dea ipſi Dianæ in puerperio obſtetrix fuit, & utriuſq; rei, tum artis uenatoriæ, tum conſilrj, quo ſola poſt Mineruam uirginitati ſtuduit, autor[g] ipſi uidetur fuiſſe. Si ergo præclara ſunt decora, Diana & apollo, Mineruæ Prouidæ accepta ſunt ferē da: & ſi de ſeſe drj gratias meritò habent, iure nos de dijs illi gratias agemus, quòd beneficorum erga nos numerum auxerit. Venationes igitur Apollinis quidem ſunt & Dianæ ludicrum, ad Mineruam tamē referuntur, partim quòd artis bellicæ, cui[h] præeſt Minerua, pars quædam ſint, ſeu potius ſimulacrū, partim quòd illis, qui inde cognomen duxerūt, eſſentiæ atq; ortus autor ipſa fuerit. Quin & Æſculapio magna eſt omnino cum Dea affinitas. ſi enim Athenienſiū antiquiſsimi rectè Mineruæ Salutaris aram dedicarunt, ſufficit hoc de illorum coniunctione teſtimonium. Neptuno quoq; tum Equeſtri tum Marino, operum quorundam particeps eſt, cum & frenum primà inuenerit, & nauem primùm fabricauerit. Iam quāta illi cū Mercurio ſocietas intercedat, nemini poteſt ignotum eſſe, qui Mercuriū ſermonis, fori, & mercaturæ præſidem uocet. nam Athletico quidē ipſa inſtar choragi eſt, & ab Homero nominatim Athletica uocatur, quòd de certaminibus pro ſuo iudicet arbitrio. Tibiarum uerò, lyræ, & citharæ uſum cum reperiſſet, primum quidem Muſæ cuidam, alterum Mercurio, tertium Apollini donauit. Vbiq; porrò locum habet Minerua, adeo ut Mars quidem cum ipſa comparatus etiam in re militari, pueri uicem teneat: Apollo uerò oraculis ſuis ipſam præfecerit, ac priori ſacrificari iuſſerit Mineruæ: Vulcanus autem amore quidem ductus opus faciat, ſed ingenio deſtituatur: Gratiæ præterea undiq; ipſam circundent: Dioſcuri quoq; ipſius ductu Pyrrhicam ſaltent: Bacchus uerò cum Eleuſinrjs dinæ choreas ducat: Neptunus deniq; uictoriam ei conceſſerit, in quo quidem tanta extitit excellētia, ut ſtirps ipſa uictoriæ ſignū in poſterum obtinuerit, quaſi nō ſolùm uincere, ſed & uictores coronare Minerua debuerit. Quid quòd poetæ, cum res difficillimas expeditas uolunt & faciles reddere, Mineruæ illas attribuunt: ut cum Vlyſſes in alto uaſtoq; mari natant, & ex ſenibus atq; deformibus iuuenes & pulchri redduntur: & cum proci gentiles à uili atq; ridiculo adoleſcentulo & paſtoribus duobus interimuntur, aliaq; etiam geruntur abſurdiora. Aiunt enim

nim Bellerophontem Pegaſo alato inſediſſe, diuæ donum tenẽtem, & cum alia multa perficiſſe, tum Chimæram domuiſſe, cum ab eius igne attingi non poſſet: Perſeum uerò alatum ad Gorgones deueniſſe, Minerua duce, nec Meduſæ aſpectu captum fuiſſe, & capite poſtquàm amputarat, reportato, mandati quidem autores unà cum magna populi parte in lapides conuertiſſe, ipſum uerò illæſum deniq; euaſiſſe, Mineruæ præſentis ad omnia uſum remedio. His[i] ſimilia, atque etiam maiora ſunt ea, quæ circa Herculem fuerunt geſta, quem ipſa in deorum numerum uidetur retuliſſe, ſiquidem & in humanis dum agebat, ad omnia certamina ducem ſe illi præbuit. Nam & ad inferos cum uiuum eum duxiſſet, uiuum reduxit, quãdo Cerberum ille abſtulit, & couſque progreſſus eſt, ut & ſocium quendam, qui illic ante tempus commorabatur, uinculis ſolutum ſecum eduxerit, & quãdocunque ipſi contra deos ſibi infeſtos tela erant dirigenda, Mineruæ auxilio nitebatur. Quibus ex rebus Minerua ſuffragium apud deos tuliſſe de Hercule inter ipſos recipiendo, illi uerò ipſius ſententiam non ſecus ac ſi à Ioue fuiſſet profecta, comprobaſſe poſſunt uideri. Itaque Apollini quidem ac Dianæ, ut naſcerentur, Herculi uerò, ut deus fieret, procurauit. quod cum Apollo non ignoraret, ut ipſe alĳs ad fores præponitur, ita ſibi Mineruam præponi uoluit. Iam cui non uúlis eſt Minerua, aut quæ fidelior reperiri poteſt ſocia, aut quis non ignis euadi poteſt, ſi hæc non ſequatur, ſed præcedat, quæ ſola quidem deorum dearumq; omnium non à uictoria cognomen ducit, ſed commune cum ipſa nomen habet: ſola præterea Ergane ſeu Opifex & Prouida uocatur, à conſeruatione rerum omnium denominata. Vates quoque & ſacerdotes luſtrandi atq; auerruncandi, et efficaces expiationes procurandi munus illi tribuunt, nec immeritò. Vt enim remotis fabulis apertè de Dea pronunciemus, ipſa ueros & cõmunes hoſtes à nobis auertit, & priuatũ cuiuſq; bellũ componit, perpetuos & connatos inimicos, à quibus & ædes & urbes ante tubę ſonitum, ut ita dicam, euertunt, abigens, uerãq; & propriam cuique uictoriam tribuens, eamq́ue longè Cadmea pręſtantiorem, & uerè Olimpicam, quippe per quam, ſtultitia, libido, ignauia, petulantia, ſeditio, contumelia, impietas, & ſimilia reliqua ex homine excedunt: prudentia uerò, temperantia, fortitudo, concordia, modeſtia, bonitas, & honor tùm deorum, tùm à dĳs in homines collatus, in illorum locum ſuccedunt. Atque ut ſummatim dicam[k] Mineruæ opera deorum concio omnia comprehendit. Quare & Ioui proxima eſt, & de rebus omnibus idem ſemper utterque ſentit. Mihi uerò heic definendum eſt, quãdoquidem ad initium nobis redĳt oratio, aut ad ipſum potius finem. Si quis enim ex his Iouis uim eſſe Mineruã collegerit, nequaq; falletur. Quamobrẽ nihil nos eſt neceſſe in ſingulis eius rebus geſtis diutius enumerandis

Donum) Frenũ à Minerua acceptum, de quo ſuprà.

i ἀπήλαυσα pro ἀπέλαυσεν

k τὸ τῆς ἀθηνᾶς μέρος, τὸ θεῶν ἀγορὰ πάντ' ἐστὶ τὰ πράγματα

immorari, cum poſsint Iouis opera Mineruæ ſimul & Ioui tribui. Tu itaque regiorum ueſtibulum palatiorum, ut Æſchylo chorus cecinit, tum cœleſtium &[1] paternorum, tum terreſtrium, quæcunque ſunt maxima, tribue mihi, quemadmodum nocte præmonſtraſti, ut ab Imperatoribus honores conſequar, & eximie tàm ſapiam quàm dicam, isq; qui mihi contradixerit, pœnitentia ducatur: uincam præterea pro arbitrio, ſi tamen in me prius optima quæq; uicerint.

[1] τῶ πατρῷ@ pro τῶν πατέρων.

ISTHMICA IN NEPTVNVM ORATIO.

CVM Olympico conuentui non interfuiſſem, quòd per infirmam ualetudinem non poſſem uobiſcum uerſari, & in extremum diſcrimen ex morbo, quo tum premebar, inciderã: poſtquam Iouem Seruatorem & Neptunum eius fratrem, Liberatorem ſum expertus, & ſanitatem hanc & ſalutem atque uobiſcum habendam conſuetudinem inſtar portus alicuius auidè cœpi arripere: & rumor præterea de quibuſdam, iisq; clariſsimis uiris, increbuit, q̃ meam deſiderarent præſentiam, non tam mea, ut opinor, aut orationum mearum cauſa, quã propter animũ ſuum generoſum, taliumq; rerum ſtudioſum, & honorem beneuolentiamq; erga ſchiores in iiſdem occupatos, & ex quibus antea ſæpe in publicis Græcorum conuentibus aliquã ſe percepiſſe uoluptatem meminerint: his de cauſis exiſtimaui nequaquã mihi cunctandum eſſe, quin ad uos confeſtim prodirem, & ſimul duobus fratrib. debitum perſoluerem, alteri quidem prius & antiquius atq; conſuetũ quodã modo, alteri uerò nũc primùm. nec enim ſatis me pium uideri, ſi, cum ubiq; deorum meminerim, & pleræq; orationes noſtræ de ipſis tractent, huic deorũ ſoli orationis penſum non perſoluiſſem, ne culla extaret oratio noſtra, quæ uel à Deo, uel ab hoc, in quo nunc ſumus, loco nomen duceret: ſed rem tantam neglexiſſem. quare & conſultò me facturũ, ſi Deum mihi prius propitium & placatum reddam, ut de priorib. quidem, ſi quid à me peccatum fuerit, ueniam largiatur, præſentia uerò benignè & placidè accipiat, & cum alia bona tribuat, tũ ut rectè dicam. ſin aliter euenerit, noſtrarum habeat uiriũ rationem, non orationis, cuius immenſa ſit magnitudo, cum præſertim argumenti talis tractatio parem habeat difficultatem, ac ſi quis marinas undas dimetiri uelit. Enimuero quoniam maxima & immenſa maria ſolet peruia Deus exhibere, idq; ſecundo uento nõnunquã, ſi quibus propitius fuerit, ſuſcipiatur & nobis nunc de ipſo ſermo, & ab ipſo Deo rudẽtis inſtar, ut ita dicam, ſuſpendatur. Et quæcunque quidem ueteres philoſophi, qui ad uniuerſi naturam uoluerunt Dei huius eſſentiam referre, cõmenti ſunt, ut humor omnis (intelligo aũt aquæ elementũ) uel maxima uniuerſi pars, uel ipſum[a] eſſe uniuerſum diceretur, ſicut

[a] μέρ@ ὂν pro ὄν. deeſt preterea ὅλον poſt σύμπαντ@.

& poetarum teſtantur carmina, quæ ortum deorum huic rei ſub Oceani nomine tribuunt, ut cũ dicitur, *Oceanumq́, deorũ ortũ*, alimentum præterea & uitã tum cœleſtiũ tum inferiorũ omnium, unde etiuramẽto deorũ ſub alio rurſum Stygis nomine deſtinata ſit: tũ quòd ueteres fluuios omnes & fontes pro dijs maximis et præcipuis habuerint, omniaq́ tum ex illis oriri exiſtimarint, tũ in eadem interire, & Homericæ imprecationi, quæ iubet in aquã reuerti omnia (ſic enim habet carmẽ, *—at uos terra omnes fiatis & vnda*), [b] ſatisfacere, & quæcunq́ ſimilia à uiris & poetis doctis dicta ſunt & inuenta, ea uel omnino à nobis omiſſa, uel hactenus tantùm dicta ſint. quæ uerò uulgaria & omnibus nota ſunt, ac ante oculos omnium uerſantur, ea nunc nobis enarranda ſunt, nec illa quidem per ſe poſita, ſed cum poetarum teſtimonio coniuncta. Saturnus enim, ut aiunt, tres ex Rhea liberos ſuſcepit, Neptunum, Iouem, & qui poſt eos ſequitur tertius. Hi paternam hereditatem, quæ hoc Vniuerſo conſtabat, inter ſe poſtea iuſtiſsima norma diuiſerunt, ut Ioui cœlum cum æthere, unde prodiret, cederet, Neptuno mare, tertio uerò fratri loca ſubterranea. Nunc illud apud nos conſideremus, quiſnam ipſorum maiore cum humanitate & communione imperium ſuum poſſederit, utrum is, qui nemini quicquã de [c] ipſo impertitur, an qui impertitur, ſed non ante mortem, an potius is, qui & uiuos omnes excipit, ac ſecum uiuere atq́ uerſari permittit, et pulcerrimã maris poſſeſsionem, omniaq́, quæ uel ex mari uel per mare acquiruntur, humanis uſib. concedit, totumq́ ſe cum uniuerſo hominum genere communicat. Quid enim homo ab arborib. ſponte natis, dum in terra tãtum erat, diſtabat? quid ue illi iucundum eſſe potuit, antequã hic deus mare aperiret primũ, deinde etiam expanderet: quid porrò uiſu illi uel auditu dignum, qui ne terrã quidem, in qua uerſabatur, norat, præter ea quæ ante pedes erant poſita, nedum eius fines, aut alterã uel oppoſitã cõtinentem cognoſceret. Quin ferarum more antiqui illi, qui beati uocãtur, in latibulis, cauernis, et arbuſtis uictitabant, quib. nihil potuit eſſe miſerius, cũ nec nouiſſent nec uidiſſent quicq̃, & in diẽ more beſtiarũ uiuerẽt. Poſteaq́ uerò deus hic ad ſe cõmeare, et mare nos incolere iuſsit, mõſtrata ſimul ratione eius rei exequendæ, & metũ hominib. exemit, quo illi ſemper antea erga mare, tanquã monſtrũ aliquod ferũ et horrẽdũ, affecti fuerant, unà cum terra tota & uentis uiuos ſe abreptum iri aſſiduè metuentes: tum uerò immenſa bonorum copia ex mari eſt in terrã effuſa, maximoq́ Neptuni beneficio in unũ hæc ambo conuenerunt, & amicitia inter ipſa ſocietasq́ coijt, cumq́ antea inimica inter ſe fuiſſẽt terra & mare, nũc ab hoc deo in cõmune domiciliũ ſunt cooptata, qui & urbes ibidem, quas inſulas uocamus hominib. extruxit, ut ne in mari quidẽ terrã requirerent, uel [d] alibi quã in terra uerſarẽtur, & omnia produxit, tum animalia omnis generis,

Iliad. ξ & alibi.

Iliad. η.

b ἦται pro τῆται.

Tertius) Pluto, cuius nomen εὐφημίας cauſa ſubticet.

c αὐτοῦ pro αὐτοῖς.

d ἄλλοθι pro ἄλλῃ.

tum ſtirpes tam ad uſum ꝙ ad uoluptatẽ hominis & delectationẽ paratas. Quin & menſam multò copioſiorẽ terreſtri inſtruxit, requieſcendiꝗ; loca ꝙ plurima præparauit, &, ut uno uerbo dicã, alatũ effecit hominẽ, qui per mare quaſi alis uolaret, et cũ uentis ferretur: nec hoc magis, ꝙ aliud quiduis, illi inuidit, nec fratrẽ natu maximũ imitatus eſt, à quo aiũt ſolũ Perſeum in regnũ admiſſum fuiſſe, ita tñ ut parum à terra mariꝗ; diſtaret, & poſtea nõ ſatis feliciter Bellerophõtem, qui hinc erat oriundus: ſed ipſe quoſcunq; admittit, tũ uiros tũ mulieres, nec nõ ipſos etiam pueros, quorum è mari quoq; quoſdam produxit, ut Apollinem et Dianã, de quibus ipſi meritò Iupiter gratias agat, ꝙ nec Latonã perpetuò de cauſa quadam uagãtẽ, nec ipſius ſobolem, ꝑpemodum deperditam neglexerit. Venerem prętere a formoſam ex mari, ceu capite quodam, ad Iouis exemplũ protulit, niſi potius prior hic nõ humana tantũ, ſed etiam diuina, quemadmodũ teſtatur Idæ mõtis Troiani hiſtoria, ediderit. Quoniam uerò Latonæ incidit mentio, ſuccurrunt mihi & alij amores, in quibus operam fratri nauauit, ut Ionis, Inachi filiæ, & pulcræ illius Europæ, alijꝗ;, q etiamnum inter homines celebrantur. Formoſum uerò puerum cũ formoſa matre & in filium adoptauit, & regni particeps fecit. ſed de his ſuo loco dicemus: nunc autem Neptuni opera, qualia ſint & quanta, inter ſe conſideramus, ſimul de regni ipſius dignitate tractantes. deinceps autem de honoribus, quos illi maximos tribuerunt homines, eſt dicendum. Etenim celeberrima quæꝗ; terræ loca Neptuno ferè conſecrata ſunt, ut ad Euxini põti oſtia, ubi maris anguſtiæ copioſum ex ſe fundunt mare, petra Cyanea, & maris oſtia, quę olim clauſa putantur fuiſſe, templaꝗ; ipſius, ac delubra, & aræ, tum quod inde ad nos delabitur mare, quiꝗ; Leucates dicitur, ſecundum Leucadem hanc Actiacam, nõ tamen ſaxum, ut hæc, exiſtens, ſed magna terræ copia, in mare procedens, idꝗ; in ſemicirculum exaggerans ad falcis figuram, unde & nomen aggeri datum eſt, & fabula de eo orta, quaſi hoc in loco Saturnus à liberis ſuis exectus fuerit. Propontidẽ deinde & Helleſpontum prætergreſſo, ubi Cyclades inſulas tranſieris, ad Ægæum quidem mare occurrit Eubœa, eiuſꝗ; promontoria, & portus Geræſtius, ac Dei templum, cuius etiam Homerus in reditu Gręcorũ à Troia meminit: ad Ionij uerò maris ingreſſum, promõtoriũ Dei in Tænaro, & indidẽ ſolutio. Homerus autẽ etiã Ægas illũ & Helicen ad cõuiuium profectũ narrat (ut eius fratrẽ, Iouem, ad lactiuoros Nomades) ſuper fluctus uectum, mari tamen intacto (ſicut & hominibus duplex ſuppoſuit uehiculum, currum in terra, & nauem in mari) ubi templa ſunt ipſius, & delubra, & ara odorata, ut idem ait. Quamuis autem, ne quid ueritati detrahamus, omnia litora, portus'que, & partes omnes terræ maris'que, Neptuni ſunt ſacra, donaria, delubra, & templa, nullus tamen gratior ipſi locus eſt

Hæc) quæ à ſaxo quodã albo in mare procurrente nomẽ accepit.

Odyſſ. γ.
Iliad. θ.
Iliad. ν initio.
Iliad. δ.

aut

aut honoratior hoc Iſthmo, quem ego Neptuni palatium, regiã, & aulam, quemadmodum Homerus Iouis aulam & ueſtibulum dixit, uocare auſim. *Odyſſ. δ.* Coniecturam autem cum aliunde, tum hinc facio, ꝙ omne undecunq; mare huc cõuertit, oſtijs utrinq; appoſitis, & Iſthmum hunc ad ortum ſimul & occaſum ei expandit, terræq; non magna copia, ſed quaſi canali anguſto concluſit, ne cõmiſceri poſſet, lege utriq; mari poſita de ſuis cuiq; terminis ſeruandis, tũ deinde utriq; latiſsimum [c] ulteriorem cãpum extẽdit, iucundiſsimo ſimul & maximè admirando ſpectaculo, cum poſsint ibidem ſinguli ſecundo uẽto & ſoluere & appellere, & eodẽ ad utrunq; uento uti in hoc dũtaxat mari, & hac regione contingat, omniaq; undecunq; tã terra quã mari huc commeent. *c [illegible] pro [illegible].* Vnde factum eſt, ut iam olim poetæ opulentã hanc regionem appellarint, tum ob immenſam bonorum omnium copiam, tum ob loci ipſius felicitatem, qui ſit inſtar publici Græciæ fori & cõuentus, nõ quem tertio quoq; anno, ut hunc, celebret Græcia, ſed quę quotãnis & quotidie. Quòd ſi ut inter homines, ſic etiã inter urbes hoſpitalitatis ius intercederet; ea meritò huic urbi honorificè tribueretur, quæ omnes alias excipit ac dimittit, commune omnium refugium, inſtarq; itineris omnium & tranſitus, quocunque quis uel pedem moueat, & cõmunis Græcorum ciuitas, & quaſi metropolis, ac penè mater. nã & alioqui requies eſt, refugium, ac ſalus omniũ, nec uſquã [f] ſuauius aut gratius quiſquã, ceu in matris gremio, poſsit requieſcere. *f ἥδιον pro ἴδιον.* Iam uerò pulcritudine & blanditijs eius atq; amoribus omnes mirè capiuntur ac tenentur, eamq; omnes æquè ardenter amant, quæ habeat in ſe amores, blanditias, & delectationem omnigenam (adeo ut etiã ſuperborum animos illiciat) &, ut uno uerbo complectar, omnia Veneris quæ dicuntur pharmaca. *Alludit ad Homeri uerſus de ceſto, Iliad. ξ.* Itaq; uera eſt Veneris urbs, & ceſti nomine (quicunq; tãdem ille eſt, quo omnes dea ſibi deuincit) donanda, tanq̃ torques & monile quoddam totius ſit Græciæ, delubrumq; Nympharum, quòd oẽs inhabitent Naiades, & Horarum thalamus, cui illæ perpetuò inſident, & unde prodeunt, ſiquando portas ſiue Iouis ſiue Neptuni uolunt recludere. Si præterea inter urbes de pulcritudine incideret contentio, quemadmodum inter deas aliquando factum narratur, hæc Veneris obtineret uicem. De forma porrò ciuitatis nõ eſt opus multa uerba facere, cuius ne oculi quidem omnium ſint capaces. Magnitudinis autem illud eſſe poterit ſatis magnum indicium, quòd in omnia maria ſit extenſa, & ad ipſa undique accolatur, nec unum tantum aut alterum, ſed æquè omnia. Quin etiam æquitatis hæc urbs ſedes eſt, & etiamnum iura Græcis dicit. Diuitiarum uerò bonorumq; omnium affatim illi terræ & maria undique circunlecta ſuppeditant, [g] ut uideatur medijs bonis inhabitare & circunfundi, inſtar nauis onerariæ mercibus undique differtæ. *g Deeſt [illegible] poſt αὐτῶν.* Sapientiam autem etiam in tri-

uijs reperias,& ab inanimatis diſcas. tot ſunt apud ipſam ubique literarum theſauri, in quancunque partem reſpicias, tum per uicos tum per porticus, gymnaſia quoque, & ſcholæ, diſciplinæq́; & res uiſendæ. Quid igitur opus eſt uel Siſyphi, & eius prudentiæ meminiſſe: uel Corinthi Iouis F. uel Bellerophontis Neptuni, uel aliorum heroũ & ſemideorũ, uel eorum qui pondera, & menſuras, eorumq́; æqualitatem inuenerunt, uel quòd naues hæc urbs extruxit, non triremes tantũ, ſed ipſam etiam, ut opinor, Argo, quandoquidem expeditionis eius princeps huc poſt reditum eam in portum appulit. cur etiam, quæ ad terram pertinent, memoremus, ut Pegaſi quam uocant alam, ſiue is equus ſiue [g] auis fuerit, & eum qui primus ea ſublimis eques uehi eſt auſus. Sed hæc antiqua ſunt & fabuloſa. quæ autem adhuc in hominum uerſantur memoria, partim in pace partim bello tam mari quam terra, geſta, nonne omnes alias Græcorum res ſplẽdore, claritate, & excellẽtia ſuperant? Quoniam uerò bellicum nunc tempus non eſt, non debet harum rerum mentio hoc tempore fieri, quo nundinas Græci celebrant, & in hoc pulcerrimo celeberrimoq́; conuentu (qui poſt ſingula biennia ſemel habetur, & præter cetero rum morem duplicatur, alioſq́; [h] præcedit, & rurſum aſſequitur, ſicut in curuli certamine Neptunius quondam currus facere conſpectus eſt) concordes uerſantur, & ad communes epulas conueniunt, libantque ſimul & ſacrificant, pompaſq́; nauales ducũt Neptuno, Amphitrite, Palæmoni & Leucotheæ. Hæc igitur laudare, & celebrare ac de hiſce rebus ſermones habere præſtiterit. Ac Neptunus quidem, nec non & ciuitas ipſa, non ineptè à nobis, etiam [i] ueſtro iudicio, hoc modo breuiſsimè laudari poſsint. reliqua uerò nobis eſt de dijs duobus, puero & matre, ſiue hiſtoria ſiue fabula, quam ego planè timeo tractare, nec quomodo me in hac re uobiſcum geram, ſcio: utrum uidelicet cum Homero & alijs multis credam ærumnas & infortunia in deos cadere, ut ſicut Mars uinctus ſit, Apollo mercede ſeruierit, Vulcanus in mare pręcipitatus fuerit, ſic etiam Ino dolores & errores experta ſit, an uerò iſta piè dici non poſsint, præſertim cum de dijs habetur ſermo, omniſque talis oratio non ex Iſthmo tantùm & Peloponneſo, ſed & è tota Gręcia ſit exterminanda, & Athamas, quiſquis ille fuit, expiari debeat & purgari unà cum furore ſuo (ſiue ille uerè contigerit, ſiue falſo confictus ſit ab impuris quibuſdam poetis) in utroque etiam, ſi opus ſit, mari. Ino certè, quam dicunt, aut nunquam fuit, nec creata eſt, aut ſi fuit & creata eſt, nihil habet cum his ferijs commune. Leucothea uerò ab initio dea fuit, nec inde, unde plerique putant, initium diuinitatis accepit. & quamuis loquax fuerit, ut ille ait, non tamen mortalis fuit. Homerus nãq; etiam deos, ut Mineruam, Mercuriũ, et Neptunum ipſum, more hominum facit tum apertè, tum cum hominibus colloquentes. Quæ uerò ſequuntur, rectè poſſunt à no-

[g] ὄρνιθος pro ὄρνιθες.

[h] προϊὼν pro προσιών.

Currus) quo Pelops uectus eſt, cum Oenomaũ uicit.

[i] ὑμᾶς pro ἡμᾶς.

ille) Homerus ἣ πρὶν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα, Odyſſ. ε.

à nobis ac piè dici & audiri, Neptunum Leucotheæ amore captum fuiſſe (ſicut & Tyronis, Amymones, & aliarum) eamq́; apud ſe detinuiſſe, & ſub undis occultaſſe: iterautem ad hunc locum, ſi & hoc recipiendum eſt, non fugitiuam illam feciſſe, ſed ad mare, tãquam ad thalamum nuptialem acceſsiſſe: puerum uerò, qui ex alia muliere à marito eius procreatus fuerat, non abreptum detuliſſe, ſed pro depoſito, ludicro, & dono apud Neptunum collocaſſe. Quæ quidem omnia ſic ſe habere & res ipſa demõſtrat, & ea quæ adhuc de ipſis, ceu dijs, et dicunť & aguntur Etenim mala, ærũnæ, calamitates nec ſunt inter deos, neceſſe poſſunt, cum in hunc terreſtrem locum relegata ſint, nedum immortalitatis alicui initium præbere poſsint. mala enim ex malis oriuntur, deorum uerò opera bona ſunt: nec hæc aliter ſe poſſunt habere. Quin ſi inter homines illa infelix fuit, qui potuit, quæſo, dea fieri? ſin dijs fuit cara, non fuit ærumnis obnoxia. Si præterea talis ab initio non fuiſſet, nec poſtea facta eſſet (cùm enim à malis aliquos liberare dij poſsint, poſſunt etiam malorum progreſſum inhibere: & ſi pro malis bona tribuunt, & quod eſt maximum, immortalitatẽ, initiò quoque poſſunt iſta procurare. quo fit, ut Leucothea ab initio dea fuerit, non ex calamitatibus diuinitatem ſibi acquiſiuerit. quinimò quia dea fuit nata, non potuerunt in eam clades ullæ cadere) nec in dearum numero cenſeretur, nec tantam, quanta fertur, haberet poteſtatem. At nunc, ſi Homero credimus, monarchiam quandam in mari exercet, nec uel ipſe Neptunus (cur enim hoc taceam?) ſine illa quicquam poteſt, cui ne filij quidem homicidam licuerit punire quamuis in manu ſua poſitum, adeò ut fruſtra turbas fecerit, omniaq́ue miſcuerit ac tentarit, arrepto tridente, præ huius deæ munimento, ſiue id calyptrã poeticè, ſiue alio quis nomine malit appellare: quod quidem illi ſalutem & ſecuritatem in medijs attulit periculis. quæ ſanè apparet non per uim eſſe facta, nec inuito Deo, ſed cedente illi in omnibus Neptuno, & cuncta facere, quæ uellet, permittente. Feliciter autem huc nos deduxit oratio, præſertim cum egregium nobis quiddam protulerit, ſapiẽtiç ſtudioſam eſſe Leucotheam, non tantùm miſericordem, & Græcos amare, cum Vlyſſem, ſapientiſsimum & optimum Græcorum, ſeruarit, ut & alios, omnesq́ue ſapientiç ſtudioſos, facundos, prudentes, & cautos, qualis etiam fertur Vlyſſes fuiſſe. Atque hæc quidem de ipſa hactenus dicta ſint, eaq́ue nec ipſi, ut opinor, Neptuno ingrata. Palæmonẽ uerò æquum eſt & dicere, & nominatim appellare, iuramentoq́ue adhibere, & myſterijs ſub ipſo initiari (tam feſtiuus eſt puer) pictumq́ue etiam cõtemplari, idq́ue uel delphino inſidentem, uel ipſo maris uectum k æquore, uel in maternis manibus, florentem & uernantem puerum, comprehenſum. Hæc enim ſpectacula & uiſu ſunt & auditu pulcerrima: nec indecenter mare tranquillum ibidem appingitur, & Neptu

homicidã) Vlyſſem, qui Polyphemũ excæcauerat.

Alludit ad Homeri uerſum, οὕνεκ' ἐπητής ἐσσὶ, καὶ ἀγχίνοος, καὶ ἐχέφρων. odyſſ. ν.

k νώτων pro νώτων.

no puer ex peplo arridens. aliud autem præterea nihil eſt appingendum, qualia ſunt in impijs quibuſdam & horrendis picturis, quas ego tum qui primi uiderunt, miror quo modo ab earum opificibus & autoribus manus abſtinere potuerint, tum cur adhuc in mediis templis conſpiciantur ueruntamē meum non eſt hæc reprehendere. Reſtat igitur, ut Neptunum, Amphitriten, Leucotheam, Palæmonem, Nereides, omnesquè marinos deos & deas conprecati, ut ſalutem & ſecuritatem tam terra quàm mari & Regi maximo cum tota eius familia, & toti Græcorum genti prębeant, cùm in aliis rebus felices degamus, tum in dicendo ad ſuum quisque officium ſpectemus.

IN BACCHVM ORATIO.

Iuſſus in ſomnijs ab Aeſculapio Bacchum laudare pares mandato.

DEDVCAT nos & Æſculapius, à quo ſomnium nobis apparuit, & ipſe Bacchus, cui canendum eſt, & Apollo præterea Muſarum præfectus, illius quidem, ut aiunt, pater, huius autem frater. Ac perfectos quidem de Baccho hymnos & ſermones Orpheo, Muſæo, antiquiſquè legiſlatoribus relinquemus: nos uerò tanquam oſtendentes, non omnino nos [a] profanos eſſe, moderata oratione Dei laudes perſequemur, quandoquidem illi & longa, & breuia, & quęcunque in naturam poſſunt cadere, grata ſunt: itaquè ſomniū etiam quodammodo complebitur, quo iubebamur dexteritatem in dicendo adhibere. Iupiter cum Semele rem habuit, quæ poſtquam concepit, ille cum uellet utrunque Baccho, tam pater quàm mater fieri, Semelen è terra in cælum per ignem auexit, ipſe uerò partum ſuum femori inſutum, decem continuos menſes geſtauit, in Nyſis ultra Æthiopiam degens. Vbi deinde tempus aduenit, aduocatis Nymphis, ſuturam diſſoluit, itaquè procreatus eſt Bacchus bifariam patris exiſtens filius. adeo eum Iupiter eximiè ſupra omnes deos atque homines dilexit. nam nec ipſe erga quenquam alium, nec alius quiſquam erga alium utroque hoc eſt officio functus. Vnde factum aiunt, ut utroque ſexu Deus ſit præditus, cum illi pater utrāque naturam aſſumſerit. Alios quoque dicere audiui, eundem eſſe Iouem & Bacchum: quo quid maius dici poteſt? Habet autem & formam naturæ congruam, cum ſit ubique ſibi quaſi geminus. nā & inter iuuenes eſt [b] puella, & inter puellas iuuenis, & inter uiros imberbis, atque Briſeus. Bellicus præterea & pacificus eſt egregiè. Quī etiam Panem illi ſaltatorem tribuunt, perfectiſsimum deorum, ut canit Pindarus, & tradunt ſacerdotes Ægyptij. Iunonem quoque ſolus deorū filio reconciliauit, inuitū reducēs ad cælos Vulcanū, idq́ʒ

aſino

a μὴ ὄντας pro ἀμύητον.

b Mutilus eſt hoc loco Græcus contextus. Briſeus) à Briſa, Lesbi promontorio.

aſino impoſitũ. qua quidẽ in re ænigma ſubeſſe ut perſpicuum eſt, ita nec eſt ignotum, quid hoc ænigma ſignificet, magnã uidelicet & inuictam eſſe Dei potentiã, ſic ut etiã aſinos, nõ tantũ equos, poſsit alatos reddere, quemadmodũ & leones illum mulgere dixit Laconicus quidam poeta, nec quicquã eſſe tã firmiter uel morbo, uel ira, uel caſu aliquo conſtrictũ, quod nequeat Bacchus reſoluere. Quid quòd compotor fiet, qui modò erat hoſtis, & ſenex iuueneſcet ac potabit, ſi uelit Deus: id quod Sileni & ſaltatores eius indicant. Potentem uerò facultatẽ tum ferulæ pro haſtis ſumptæ, tũ inulea pellis pro leonina, tũ etiam ſcyphus pro clypeo, demonſtrat: tanquã perinde habeatur pugna Baccho, ac potatio, nec multùm diſtet certamen à triumpho. Quod aũt Indos dicit & Tyrrhenos ſubiugaſſe, intelligit, ut opinor, toti eum terræ imperare, pro Tyrrhenis occidente, & pro alteris orienti ſubiecta terræ parte ſumta. Iam uerò Bacchæ, equitum ac ſagittariorũ loco ipſum præcedentes, & reliquo, de quo mox dicebamus, ornatui cõueniunt, & id ſignificant, muliebrẽ etiã exercitũ in Bacchi expeditione cũ uirili procedere, & eſſe hoc in Bacchi poteſtate, ut nõ tã uiros effeminet, quã feminas in uirorũ acie collocet. adeo magnus eſt, callidus, ac dexter ad omnia. quod etiam hinc apparet, quia cum Venere coniunctus, aperit theatra, ſympoſiisq́ꝫ & choris præſidet, cum Marte uerò congreſſus, apparet armatus, cum Minerua autem & Vulcano, igneus. Præcones porrò & Eumolpidæ iuxta Eleuſinias eum collocarunt, frugum & alimenti præſidem. Illud quoque decorũ de eo fertur, quòd ſolus ex diuinis ſpectris in Perſico bello fuerit egreſſus. ita humanus cum ubique ſit, Græcis fauet. A Nymphis certè auditus eſt multa uariaq́ue canere, canitq́ue etiamnum apud homines, quouis Eurycle efficacius interiora corripiens, & ſaltatorem aliquem facit, *—quamuis ineptus antè ſit,* ita ut ſaliat, ludatq́ꝫ, & canere conetur etiam è lecto & ſella. adeo eſt in omnibus Deus efficax. Magnus denique hominũ tyrãnus, Amor, hauſtis Bacchi fontib. totam peragrat duce Baccho terrã, nec uel ſedet, uel decũbit, uel facit abſq́ꝫ illo quicquam. Noctis igitur & diei regit Deus fines, interdiu quidem ipſe lucem præferens, noctem uerò aliis concedens, ſic tamen, ut interim non ceſſet, ſed in perpetuo uerſetur motu. Quamuis autem deorum ſit antiquiſsimus, nouiſsimus tamen eſt, præſentis ſemper temporis & fortunæ amicus. Salueat igitur à nobis Bacchus, & quocunque alio appellatᷣ nomine. abſoluta eſt enim nũc quidẽ propinatio.

Poeta) Alcman.

Eurycle) uate, qui in aliorum uentres ingreſſus, uocem edebat. meminit eius Ariſtoph. Veſpis.

Hemiſtichiũ ex Veſpis, ab Euripidis Stheneboea mutuatum.

IN HERCVLEM ORATIO.

Te uerò, amiciſsime Hercules, laudare, labor eſt ſuauiſsimus, cũ ſis admodũ laudabilis. Et quãuis multi partim oratiõe ſoluta, partim uario carminis genere ſint laudes tuas pſecuti, maximis nihilominus quotidie encomiis ab omnibus ad quã-

uis occaſionem celebraris. Nec uerò mirum eſt, tantùm te ſupra omnem humanam naturā excelluiſſe, cui pater quidem ſummus Vniuerſi fuerit, mater uerò, quam ille ex omnib. delegerat, cuiuſcꝗ in procreationem tantū ille adhibuerit ſtudium, ut per tres dies & noctes cōtinenter ſit cum illa cōgreſſus, cum plurimam & perfectiſsimā naturæ ſuæ partem uellet in fetum impendere. Vniuerſum enim agebatur, & ut res humanæ ornatum acciperent, mareꝗ & terra efficacitatem ſortirētur. Sic itaꝗ procreatus eſt Hercules, patris adiutor, et rebus ſub orbe Lunæ poſitis ab ipſo præfectus. cuius quidē rei ſigna mox euidentia ſunt conſecuta. Etenim dracones in cunas irrepentes manu uix mota interemit. cumꝗ puer eſſet, Thebanos per luſum à tributo, quod illi iampridē Orchomenij pendebāt, liberauit. A Veſta deinde exorſus, Græciā purgauit, ac totum pòſt humanū genus, ordine omnes perluſtrans, ſiue in inſulis, ſiue in cōtinente degerent, nec ullum beneficij genus omittens, quin monſtra, præ quorum copia & magnitudine multæ erant uaſtæ regiones, domaret, tyrannos autem de medio tolleret, prout eorum quemꝗ oportebat, ciuitates uerò partim legib. partim armis corrigeret: latrones uerò, piratasꝗ, & quicunꝗ roboris fiducia infirmiorib. erant iniurij, funditùs perderet, idꝗ tam in Græcis ꝙ in barbaris regionib. Omnia namꝗ naturæ infeſta, pro inimicis habebat: & ſolus omnium cōmunes tulit leges non hominibus tantū, ſed & beſtijs, ut ita dicam, qui etiā Stymphalides aues, Arcadiā uaſtantes, eiecerit, quaſi non mare tantùm ac terrā, ſed & aerē deberet liberū reddere. Quæcunꝗ præterea fluuiorum aut lacuū fluxionib. premebantur loca, ſicca reddidit: ut contrà, quæ aquis ad purgationem indigebant, ea fluuijs[a] immiſsis, non uiſu modò tolerabilia, ſed & fertilia fecit. Hac igitur ratione terram & mare ſubiugauit, fluuiosꝗ & paludes, aereꝗ, & ſaxa, & uiros, & urbes, leges cum armis coniungendo, ſic ut ipſius principatu nihil potuerit ſplendidius eſſe nec utilius. Nam præ robore quidem eius inuicto, nihil poterat ipſius manus effugere, iuſtitiæ uerò magnitudine ad communem omnia referebantur utilitatē. Hinc porrò poetę tum Prometheum ab ipſo uinculis ſolutum confinxerunt, tanquam ea, quæ ligauerit Iupiter, Herculi liceat ſoluere, tum Atlanti eum ſuc ceſsiſſe, humeris cœlum ſuſtinentē, tum Cerberum ab inferis extuliſſe, & cum eo Theſeum Erechthidem, tum etiam Plutonem ac Iunonem uulneraſſe, Gigantesꝗ dijs auxiliatum ſubegiſſe. quæ quidem omnia id uidentur ſignificare nobis uelle, Herculem totam terram & mare omne perſcrutatū eſſe, & ad oēs terminos ac fines perueniſſe, nec uel ſubterraneorū uel cœleſtiū neglexiſſe curā, ſed ita cōmodū hominib. omnibus extitiſſe, ut etiā dij ad res ſuas cōponēdas ipſius indiguerint opera. Primus etiam, ut opinor, mare exterum ab interiori diſcreuit, ambiēs Græcis locū hūc omnē, ut habitationi aptū:

[a] ἐφιεὶς pro ἐυφιεῖς.

quo

quo quidem pertinent columnæ, quæ adhuc Herculis uocātur. Nec uerò Græcorum tantum narrationes ſi ſequaris, naturam ipſius humana præſtantiorem fuiſſe cognoſces, ſed & Ægyptij plurimi faciūt Herculem, & Tyrij pro ſummo habent deo. Iam ſi omnes eundem ubiq; tanto afficiunt honore, quod maius eſſe poſsit potentiæ ipſius argumentum? ſin alij ut antiquiſsimū deorum illum colunt, nos uerò ut illi ſimilē eodē modo honoramus, hac quoq; ratione maior homine fuiſſe oſtenditur. id quod Apollinis etiā oraculis comprobat, qui, poſtq̃ Hercules è terris [b] exceſsit, purgatus ut dicitur, iuſsit mox templa Herculi extrui, ac tanq̃ deo ſacrificari, idq; Athenienſem [c] alloquens urbē, quæ & Græcarū fuit antiquiſsima, & pietatis, aliarūq; rerum præclararū dux & magiſtra cunctis extitit. Quin & multa ipſi amicitiæ iura cū Hercule intercedebāt, cum alijs de cauſis, tum quod primum ex peregrinis, dum inter homines uerſabat, ad myſteria admiſit. Tanto aūt ſtudio hanc rem ſunt aggreſsi, tantiq; Herculē fecerunt, ut delubra omnia, quæ prius Theſeo fuerāt per curias cōſecrata, ad Herculē mutata retulerint, cū exiſtimaſſent Theſeū quidem ciuem optimum, Herculē uerò plus q̃ hominē fuiſſe. Quid aūt multis opus eſt uerbis, cū adhuc manifeſta ſit Dei uis. Nā & iuxta Gades, ut aiunt, mira quędā efficit, nec quoq; deorū inferior habet: & in Meſſana Siciliæ morbos omnes curat, quiq; ibidem maris euaſerunt pericula, non ſecus Herculi atq; Neptuno gratias agunt. Quamuis autē multa poſsint & alia Deo ſacra loca recenſeri, & potentiæ ſigna manifeſta, ne tamen longè abeamus, ipſum quoq; prætorium uidet Herculanū eſſe, in quo ille ſæpe globis quibuſdā Herculanis (ſunt aūt ij lapides rotundi, nō exigui pōderis) uiſus eſt ludere, ita ut eorum ſonitus audiretur, ipſoſq; ille de loco in locū trāsferret. Alia quoq; mira illic extiterunt uiſa, adeo ut prætorium quamuis aliàs publicū ſit, tamen propter Dei proprietates habeatur pro adyto. Quid porrò referam celebrem illam inclamationē, quæ in comœdijs ac tragœdijs, omniq; adeo ſermone uſitata eſt, dum oēs in quauis neceſsitate obortа, ut ait Sophocles, Herculem inuocant. ſatis'ne hoc magnū eſt monumentum iuſtitiæ ipſius & potentiæ, atq; humanæ gubernationis, qua ſingulos ad optima quæq; deduxit: unde factū ſit, ut & qui ipſius ætate uiuebant, ad omnia eum inuocarent, & idem mos adhuc ab antiqua conſuetudine perduret. Callinici præterea & Alexicaci cognomina partim ſoli, partim præ ceteris illi tribuuntur. Coi uerò etiam Alexin uocant, quantum memini, apud quos Herculis ſtatua ex oraculo ſtat erecta, clauam ſuper humeros, ut domini, & cœlum, ut ſymmetriæ [d] præfecti, ferentis. Nec uerò hæc tantum de ipſo narrari poſſunt, quæ partim inter mortales cū ageret, partim etiam nunc per ſe efficit, ſed & liberorū procreatio magni eſt faciēda, quos ille publicos Græciç liberatores, ſuiq; inſtituti ſucceſſores genuit. E tem horū

De Aegyptio Hercule uide Herod. lib. 2.

b deeſt ἀπῆλθεν poſt ἡρακλῆς.

c φράζων pro φράζω.

In Chor. philoctet.

d ἄρχων pro ἄγων.

aliꝫ Pelopõneſum, in qua permanſerãt, exornarunt: aliꝫ Italiã & Siciliam in tantã, quantã nunc habet, ſpeciem deduxerunt: aliꝫ etiam in Aſiã traꝫciẽtes, Doricas urbes fundarunt ac diſtribuerũt. Quin etiã Spartana ciuitas, ut parua cũ magnis conferã, Herculis uidetur imagi nẽ quandã referre. nec iniuria. Leonidæ namqꝫ & Leotychidę & Archidami & Ageſilai, & Agides, & qui ante hos leges ipſis tulit Lycurgus, ab Herculis poſteris omnes proceſſerũt: à quibus aſſuefacti ſunt, ut pauci multorum uicem obtinerent, omniumqꝫ periculis ſubiecto rum curam gratis ſuſciperent, & Spartanum ducem aliorum exercitui præferrent. Hac igitur ratione tàm per ſe Hercules, quàm per poſteros uirtutis quaſi fontes Græcis aperuit, aliꝫs quidem quo præclara ederent opera, aliꝫs uerò ſeruatores ſubminiſtrando. Veruntamen non ex rebus geſtis tantùm & certaminibus petenda eſt Herculis memoria, cum ſit etiam in uitæ commodis ipſe magni æſtimandus, id quod illa demonſtrãt eius ſimulacra, quę bibentium ſpeciem referũt. Præclara uerò ab omnibus dꝫs eſt adeptus dona, ut quę Iupiter quidem in lucem ediderit, Minerua deinde inſtituerit, & certaminum rationem docuerit, Venus autem & Bacchus amplexi ſint, dignis illi laborum exhibitis ſolatꝫs. Iunonis enim [e] affinitas, & Hebes nuptiæ, antiquiora ſunt quàm ut referri debeant. tantas enim uidetur habuiſſe corporis uires, ut, quãuis dꝫ omnes perpetuò ſine languore & ſenio degãt, Hercules tamen præcipuè iuuenilem uigiorem retineat. Iam inter Mercurium & Herculem tãta intercedit familiaritas, ut eorum ſtatuæ coniungantur. In medꝫs quoque montibus, non ſecus ac in urbibus, Hercules iuxta Matrem deorum, uel cum Dioſcuris cõſpicitur. Lauacra præterea quęcũque ſunt ſuauiſsima, Herculis habent cognomen, ſicut & fluuiorum fontes ab ipſo denominantur, quòd magni ſit inter Nymphas nominis. Quodſi etiam uera eſt Thaſꝫ ſeu Macedonis hoſpitis opinio, qui pæanem à me compoſitum uiſus eſt ſibi quondã canere, cui accinebatur, *Io Pæan Hercules Aeſculapi*, pulcra erit iſta quoqꝫ Callinici cum Seruatore coniunctio. Quapropter & in laboribus, & in uoluptatib. & in corporũ curationibus, & ubiqꝫ locũ habet Deus. Et quãquã ab omnib. hominib. Hrecules in memoria & honore habeatur, mihi tamẽ priuata quædam cum illo intercedit amicitia, ex diuina quadam orta uoce, quæ quidem uidebatur ex Matroo procedere, ac præſentes iubebat ferre caſus, quoniam & Hercules, Iouis filius, patiens fuiſſet. Hęc tibi ſit, amice Hercules, à nobis oratio officꝫ gratia iuxta ſomnium, quo uidebar Herculis laudes in Apollinis ueſtibulo dicere, decantata.

e κηδεία pro κηδείας.

Vigorem) quem quidem Græcis Hebe ſignificat.

IN AESCVLAPIVM ORATIO.

QVANTA cum uoluptate ac deſiderio, diue Æſculapi, quem nos multum ſæpe nocte & interdiu, priuatimqꝫ & publicè inuocauimus, nobis conceſsiſti, ut quaſi è mari immenſo

&

& nauſea ad portum appelleremus tranquillum, & cõmunem generis humani ſalutaremus Larem, cuius ut nemo omniũ, qui uiuunt, expers eſt, ita Græcorum nullus adhuc, affirmare auſim, maiorem, quàm ego, fructum percepit. Quamuis enim ſæpius hæc à me dicantur, non tamen ideo ſunt omittenda, quemadmodum nec ſalutationes has quotidianas, quia nobis frequẽtes ſunt, relinquimus, ſed uel ideo obſeruamus, quòd ijs aſſueuerimus. Tametſi autem iucundior mihi ſit ſacrificiorum & ſpectaculorum honor, ſiue ille ſecundum Heſiodi præceptum, ſiue etiam ultrà uires fiat, orationes tamen me potius decere arbitror. Si enim totus uitæ fructus & quaſi ſumma in literis atque orationibus homini conſiſtit, orationes autem eæ, quæ de dijs habentur, maximè ſunt neceſſariæ & decoræ, nobis uerò eædem à Deo ipſo contigerunt: nec Deo putarim gratiores agi poſſe, quàm per orationes, gratias, nec orationum nos uſum poſſe meliorem reperire. Dicamus igitur ab initio, communia quidem & uulgaria, tantò tamen magis decora, quantò præſtat in obſequijs exhibendis nimium eſſe, quàm quæ minimè oporteat, ſilentio prætermittere. Æſculapij uires magnæ ſunt & multæ, aut potius omnes, nec quantas humana capit uita. Nec temerè Iouis Æſculapij templum huius urbis incolæ fundarunt. Quin ſi rectè me, ut æquum eſt, ipſe docuit (quod qua ratione factum ſit, in ſacris Sermonibus diximus) hic eſt qui Vniuerſum gubernat & regit, omnium conſeruator, ac deorum cuſtos, & ut tragicè loquar, gubernacli præſes, qui quæcunque ſunt uel fiunt, [a] conſeruat. Si autem Apollinis ipſum filium, & Iouis nepotem facimus, rurſus etiam nominibus ipſis coniungimus, quando quidem & Iouem ipſum nunc natum, nunc rerum omnium parentem & creatorem tradunt. Atq; iſta quidem, prout ipſi dij uoluerint (ut inquit Plato) ita ſint & dicantur: nos autem ad ea, unde ſumus digreſsi, reuertamur. Cum itaq; omnem in ſe facultatem Deus haberet, omnibus homines beneficiorum generibus afficere conſtituit, ſuum cuiq; tribuendo. Maximum uerò & latiſsimè patens collocauit in omnes beneficium, cùm eos per ſucceſsionem immortales fecit, nuptiasq; ac liberorũ procreationes, uitæq; degẽdæ rationes opera Sanitatis procurauit. Alia uerò ſingulis uiritim diſtribuit, ut artes, et opificia uaria, cõmuni ad omnes labores et actiones Sanitatis uſus pharmaco. Medicinas deinde publicè aperuit, noctes ac dies ad eorum, qui ipſo indigerent, commoditatem laborans. Atque alij quidem alia canunt & ſemper canent, ego ea, quæ ſum ipſe expertus, uolo commemorare. Quidã enim ſe dicunt à morte reſurrexiſſe, id quod uulgare eſt, & à Deo iampridẽ factitatũ: nos aũt non ſemel, ſed ſæpiſsime hoc beneficium conſecuti ſumus. Quibuſdam etiam uiuẽdi tempus per oraculum prorogauit, inter quos & nos ſumus:

Larem) Pergamum, ubi Aeſculapius impenſe colebatur, & hæc eſt habita.

Heſiodi) qui iubet, καθ' δύναμιν ῥέζειν.

Sermone quarto.

a σώζει τότε pro σώζοντι.

In Phædro.

Sanitatis) quæ eſt Aeſculapij filia, aliàs Hygea.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

idquod fatemur tutiſsimè. Membra quoque corporis quędam tũ uiri tum mulieres Dei prouidentia ſibi enata prædicant, prioribus perditis, & horum aliud alij recenſent, partim ore, partim in donarijs: nobis autem non aliquod corporis membrum, ſed totum corpus à ſe cõpactum, ſicut olim Prometheus hominẽ conformaſſe dicitur, dono dedit. Dolores præterea & languores tam diurnos quàm nocturnos cum à multis, aut innumeris potius abſtulerit, noſtras certè immenſas miſerias ipſe & nouit optimè & ſedauit. Maximè uerò admiranda ſunt quæ mittit ſomnia, quibus iubet alios gypſum bibere, quoſdam cicutam, nonnullos etiã nudos frigida lauari, [a] nec omnino calore, quemadmodum quis putaret, indigere: quibus quidem modis & nos excepit, catarrhos & frigora fluuijs & marina ſedãs aqua, decubitus autem graues longis ſanans itineribus, perpetuæ uerò inediæ infinitas adijciens purgationes, & cum reſpirare uix poſſem, dicere me iubens & ſcribere. Si quis itaque de talibus gloriatur curationibus, licebit idem & nobis. Alij præterea uel patientiam ſuam narrant, quantaq́ꝫ & qualia Deo iubente fortiter tulerint, uel malorum leuationem, quam ſint à Deo conſecuti: nos autem & multa uarijs modis partulimus, & uoluptatem ſæpe magnam ſenſimus, adeo ut nuſquã alibi, ſi inſtituatur comparatio, deliciæ locum ſint habituræ. Atque alias quidem cum poſsim Europæ & Aſiæ urbes cõmemorare, in quibus uerſatus ſim, quæq́ꝫ mihi tanquam de ſuis commodis ſint cõgratulatæ, nonne id omnes excedit delicias? plauſus uerò conciliorum, & ſtudia erga me inuſitata, & præſtantiæ opinio, antequam uel unum facerem uerbum, de me concepta, nonne diuini ſunt beneficij, & ſummæ felicitatis? nemo, ut opinor, negabit, modò excellentiora in medium proferantur. Narrant etiam quidam Deum ſibi, cùm nauigantes in diſcrimine uerſarentur, apparuiſſe, manumq́ꝫ porrexiſſe. alij quoque prædicant ſe res multas præclarè geſsiſſe, cum Dei monitis obtemperaſſent. at nos talia, non quæ audiuerimus, ſed quæ ſimus experti, poſſemus recenſere: quæ quidem & ipſa in Sacris Sermonibus quatenus referri potuerunt, à nobis deſcripta ſunt. Quin & ſophiſmata quædam pugilatus cuidam noſtri temporis pugili fertur dormienti Deus demonſtraſſe, quibus ille quendam illuſtrem aduerſarium proſterneret: uerùm nobis ipſe diſciplinas, & carmina, orationumq́ꝫ argumẽta, & ipſam inſuper inuẽtionem dictionemq́ꝫ, tãquam puerum literas doceret, ſuppeditauit. finiam igitur hoc loco noſtrum ſermonem, ſi prius beneficiorum Dei quaſi colophonem addidero. Etenim ego, diue Æſculapi, multa ſum & uaria tuæ humanitatis, ut dixi, expertus argumenta. eorum uerò maximum ac præclariſsimum & quaſi ſaluberrimum, ſunt orationes. Quod enim Pindaro accidit, id in nobis conuertiſti. Nam cum Pan illius pæanem, ut aiũt, ſaltauerit, ego uerò [b] tuos, ſi liceat ita loq, cano pęanes. ſiquidẽ tu

&

a ἰδ' ὅλως pro ἰδόντως.

b τῶν σῶν pro ὧν, deeſt præterea δοκῶ post εἶναι.

& ad eos conſcribendos me impuliſti, & huius exercitij dux mihi fuiſti. Nec uerò hæc putaſti ſufficere, niſi etiam quæ horum eſſent conſequentia, curares, ut glorioſa tibi res exiſteret. Itaque nec ciuitas, nec homo priuatus, nec magiſtratus quiſquam fuit, quin nos, poſtquã uel tantillum nobiſcum uerſatus eſſet, magnis cum encomijs ſit amplexatus: id quod non mea facundia, ſed te uolente, ut puto, contigit. Maximum autem in his eſt, quod etiam in diuorum Imperatorum tantam familiaritatem uenerim, & præter epiſtolarum cõmercium, coram ipſis maximo cum applauſu dixerim, nec apud illos tantum, ſed etiam apud Reginas, ac totam regiam familiam: quemadmodum Vlyſsi per Mineruam contigit, ut apud Alcinoum & Phæaces ualde magnificè & oportunè diſſereret. Hæc autem dum gerebãtur, non deerat teſſera, quæ nos re ipſa impelleret, cum tu oſtenderes te multis de cauſis in publicum nos produxiſſe, ut inclareſcerem dicendo, & principes uiri mihi aurem præberent oranti. De his & multis alijs tum priuatim apud nos, tu publicè apud alios quantas licebit agemus gratias, donec ulla in nobis memoria uel intelligentia reſtabit. Quin etiã hoc à te beneficium gloriari me poſsim adeptũ, quòd tu, tantus cũ ſis, orationes noſtras tua præſentia cõprobare dignaris.

IN ASCLEPIADAS ORATIO.

Cum ab Aeſculapio iuſſus eſſet in ſomnijs Aſclepiadas laudare, cœpit orationem dormiens habere, quam nunc uigilans recitat.

Iliad. B.

AVSCVLTATE, Deus mihi ſomnia miſit, amici. dicebam in ſomniis, orationem exordiens, cum ſomnium pro re uera haberem. Sit igitur ſomnium pro re uera, & exequamur mandata. Erat autem nobis propoſitum, laudare Podalirium primùm, à quo deinde ad Machaonem tranſiui. Cum uerò dubitarem, uter mihi laudandus eſſet, uiſum eſt tandem laudare utrunq;. Nec enim licere alterum omittere, cum de utroq; cogitaſſem. uter autem ad ſomnium pertineret, perinde fore, poſtquam utrunq; laudaſſem. Illud præterea hac ratione cõſecuturus uidebar, ut & ipſi, & utriq; gratificarer. Cum igitur Deus hoc argumentum mihi propoſuerit, utrùm timere potius, an bono eſſe animo debeã? Timendum quidem eſt, ne minus rectè ſub tanto iudice declamemus: ueruntamen ſpes eſt multo amplior, quandoquidem & ipſi rem curæ fore arbitror. Nec enim propoſuiſſet argumentum, niſi euentũ eſſet ex ipſius ſententia[a] habitura oratio. Præterea nõ erit inoportunum, ſi ipſum ad orationem inuocemus. Nam ſi poetæ, ut quæ ipſi uolunt, dicant, Apollinem inuocant & Muſas, multò iuſtius nos ipſum, qui

Ipſi) Aeſculapio patri.

[a] γνώμης pro γνώμη.

argumentum dedit, orabimus, ut Muſarũ dux ſimul cum patre fieri dignetur. Tu itaque, multùm ſæpe à nobis inuocate, quiq́; cum alia, tum orationes ipſas nos docuiſti, deducas & nunc orationem noſtrã, ut uoles. Propè uerò abeſt à laude initium. Idem eſt enim & orationis & iuuenum pater. Nam talem adhuc quartam [b] progeniem nullus Græcorum cognouit, nec tradidit. Sunt enim ad quartam uſque ſtirpem nobiles. aut potius ſicut nec legislatores, nec ullũ genus hominum, cũ ſint à Ioue quarti per media pręſtantiſsima. Nam Apollo ex Ioue natus eſt, ut Aeſculapius ex Apolline: iſti porrò ab Æſculapio per diuinam naturam ubique nobilitatem traxerunt. Nam Achilles quidem à Ioue quartus eſt per Æacum & Peleum, nec non Minos & Rhadamanthus Iouis ſunt filij, ut Theſeus Neptuni: ſed neutri ſoli de eo parente gloriantur, quem habent cum multis dijs & heroibus communem, ijsq́; [c] uel minores ſunt, uel æquales. Iſti uerò ſoli copia & uirtute maiorum nemini [d] cedunt, Iouis & Apollinis filios, ſi qui ſunt heroes, Æſculapij ſupplemento uincentes. Eos pater, ut nati fuerunt, in horto Sanitatis educauit. prouectiores autem factos non curauit ab alio in arte medica inſtituendos, ſed ipſe eos docuit. Nec enim ad Chironem itare oportebat eos, qui domi præceptorem haberent, quo Chiron etiam ſecundum nomen multò erat inferior. Sic igitur nati, educati & inſtituti cum eſſent, in Theſſalia, donec erant quietæ res Græcorum, uerſabantur, ornamentum paludibus, [e] campis, ac fluuijs longè illuſtrius ſeſe exhibentes, Græcosq́; eius regionis incolas confirmabant, partim publicè quæ [f] ipſos oportebat, adminiſtrando, partim priuatas miſerias corrigẽdo: nec ullus morbis locus erat, ubicunq; Podalirius uel Machaon aderat. Poſtq; uerò Græci per Troianorum iniuriam fuerunt excitati, tum ipſi nec domeſticam quietem conati ſunt redimere, nec ſeſe abſconderunt, ut alij quidam, ſed cùm ſcirent tempus ſuum adueniſſe, bellíq; fortunã præuiderent, ultro ſe communi ſaluti præfecerunt. Ad Troiam itaq; profecti, duplicem Græcis uſum præbuerunt, cum nõ tantum medicinam exercerent, ſed & arma tractarent. Ac ſæpe quidem hoſtes feruntur fugaſſe, ut aũt Troia caperetur, ipſi omnino in cauſa fuerunt, tum ob alias res, tum [g] ob Philoctetis morbum, quem cũ Vlyſſes & Atridæ ſcientes inſanabilem fore, Philoctetem iniuſtè in Lemno reliquiſſent, ipſi poſt annum decimum ſanarunt, ita ut Philoctetes efficax Achiuis redderetur, & Herculis ſagittæ Philocteti per ipſorum artem utiles. Capta deinde Troia, cùm præſcirent multas Græcorum colonias in Aſiam deductum iri, uellentq́; quamplurimos beneficentiæ ſuæ fructum percipere, primum Teuthraniam excolunt in patris aduentum, deinde in Co Meropim nauigãtes (ut aiunt Coi) à Meropibus habitatam terrã, quam Hercules olim, cum à Troia rediret, propter iniuriam ſibi factam uaſtauerat, eam colunt, inductis moribus

b τετραγονίαν pro τεταρτογονίαν. ſic in Herodiano τετρογονία legitur.

c τῶν μὲν pro τὸ

d οὐδὲν ἀνταγώνισται pro ἀνταγωνισταί.

Nomen) nã χείρων, cum non eſt proprium, peiorem ſignificat.

e πεδίων pro παιδίων.

f ἐκείνοις pro ἐκείνους.

g deeſt διὰ poſt καὶ.

moribus qui naturæ regionis cõuenirent, in eo aui ſui factum, ut uidetur, imitantes. Sicut enim Apollinem narrant poetæ Delũ, quæ prius fluebat, ſtabilem in mari fixiſſe, poſtquã in ea natus fuit: ſic iſti Meropicam regionem, cum iudicaſſent eſſe omnium, quæcunq; pari erant magnitudine, pulcerrimam, ſanarunt, & peruiam Græcis omnibus Barbarisq; reddiderũt, quæ [h] antea lubrica fuerat & infida, inſulæq; felicitatẽ certam attulerũt. Quin & Rhodij, cum de multis rebus iactare ſe poſsint, inter prima ponunt imperium ſuum, quod Aſclepiadis detulerunt, in Heraclidarum locum ſuffectis. Habitauerũt etiam in Carico agro, & Cnido, inſula Veneri ſacra. quod enim alterius uel utriuſq; eſt, commune nunc ducatur. Corſica quoque ipſos excepit. ſed hæc longioris ſunt ſermonis. Poſtquã uerò liberos procrearunt artis paternę ſucceſſores, & adiutores, iſtum quaſi colophonem ſuorũ in Græcos, aut in oẽs potius homines, beneficiorũ impoſuerũt, ne unquã apud homines deeſſet ipſorum auxilium et gratia, ſed & per maiores & per poſteros æterni exiſterent humanæ naturę conſeruatores, perpetuò cum hominibus omnibus tanquã cum [i] æqualibus ſuis uerſantes. Quin & Ægyptios illos celebres de medio ſuſtulerunt, & beneficentia pro generis ſymbolo ſunt uſi. Sunt aũt ſiti non in Theſſalia, nec in Coorum ſuburbijs, ſed omnia arte ſua medica, ut Triptolemus frumento, compleuerunt. omnia namq; ab his & ex his proceſſerunt. Ac ſicut fertur Medea, cum per Theſſaliam ſugeret, uenenis illic effuſis totam Theſſaliam reddidiſſe [k] ueneniferã, ita horum quoq; ſcientia & humanitas latiſsimè diffuſa, multas tum Græcorum tum barbarorum regiones exornauit & adhuc exornat, conſeruauitq; & adhuc cõſeruat, & poteſt tertium utrinq; tempus accedere. Quod ſi unus inter omnes indoctos intermedios Hippocrates artis ſucceſſor ab illis duntaxat natus eſſet, ſufficeret & hominibus iſte prouentus, & ipſis prolis ab hominibus gratia. nunc uerò tanquam gens quædam Aſclepiadarum propagata eſt, quæ per manus artem uicíſsim traderet. adeo benignè Machaonis & Podalirij liberos excepit fortuna, ut facilè manifeſtum fiet, ſi cum Heraclidis tum in uſu publico tum in fortuna priuata comparentur. Primùm enim Heraclidæ diſperſi fuerunt, nec unam uel familiam, uel, ut ita dicam, gentem confecerunt, cum pari dignitate non eſſent. Itaque hoſpitum loco ſibi inuicem ſunt habiti. Potior deinde illorum pars nec calamitatibus fuit immunis, nec artem paternam integrè conſeruauit. non enim collatis in publicum beneficijs potius, quàm propria potentia, gloriam ſibi pepererunt. Aſclepiadæ uerò, ex Machaone orti & Podalirio, communem omnibus ſecuritatem & ſalutem attulerunt, auita ſcientia tanquam generis aliquo ſymbolo conſeruata. Fortuna præterea pro uitæ inſtituto contigit. nam nec eiecti ſunt nec ciuitati ulli ſupplices fuerũt, ſed abſq; omni clade uixerunt,

h [illegible] pro [illegible].

i τοῖς ἐν ἀνθ' pro τῆς.

k πολυφάρμακον pro πολὺ φάρμακον.

Tertium) nempe futurum.

una atq; eadem curia, ſententia, & fortuna ſemper uſi. Redeo autem, unde digreſſus eram, ad principes & primos Aſclepiadas dictos. Illi enim, quandiu ſunt inter homines uerſati, militia, & conſuetudine, liberorumq́; ſe dignorum procreatione, & omni denicp ciuili uirtute ciuitatibus utiles erant, cum nō corporis modò morbos depellerēt, ſed & ciuitatum ægritudines ſanarent, aut potius oriri omnino prohiberent, & ab utroque ciues ſuos ſeruarent, comparato ſimili pòſt artem imperio. Cum uerò prę̄ſtantiores iam eſſent, quàm ut cum hominibus diutius poſſent uerſari, tum exutis opera patris & maiorum corporibus, in aliā uenerunt Remp. non quidem in Elyſium campum, & exteras inſulas, ut Menelaus & flauus Rhadamanthus, ſed immortales facti, per terram cœperunt commeare, catenus ab antiqua forma mutati, quatenus ætatem conſeruant. Quapropter multi iam eos Epidauri uiderunt, & ex motu manifeſto agnouerūt, multi quoq; alibi ſæpe, id quod maximè eſt in illis mirandū. Cū enī Amphiaraus ac Trophonius in Bœotia, & Amphilochus in Æ tolia, reſpōſa dent, & appareāt, iſti p totā terrā inſtar ſtellarū tranſuolantiū [l] tranſiliunt, cōmunes * et patris præcurſores. Vbicūque aūt Aeſculapio, ibidē & Aſclepiadis dicata ſunt honoraria, rerumq́; omniū, ut tēplorum, ſacrificiorum, pæanum, ſupplicationum, & rerum gerendarum perpetua ſocietas patri cum filijs intercedit. O uos felices tum maioribus in utrāque partem, tum poſteris ueſtris, tum etiam uobis ipſis, ac ſororibus ueſtris, Iaſone, panacea, Aegle, & Hygea, quæ omnibus par eſt medicis, & liberis nomen dat. Vobis nec ſedes, nec domicilia ſunt inter ſe diſiuncta. Vos & pulcerrimum patri uos exhibetis chorum, & multos ab hominibus illi choros adducitis, cum choragi ſitis præſtantiſsimi, & pontifices inſuper, præſidesq́; craterū omnium & gratiarum. Alia ſiquidem ſacrificia & feriæ lege ſunt, ut ita dicam, conſtituta: ueſtra uerò, ueſtræq́; officinæ quæ ſunt, & plurima fiunt quotidie, pluraq; reliquis omnibus, & uerè ex animo proficiſcuntur mentis hilaritatem per ea, quorum nobis conſcij ſumus procurantes. Veſtigia quoque ueſtra plurima ſunt, & maximè conſpicua cum ſemper uos ſplendor, quocunque [m] diſcedatis, inſtar umbræ ſubſequatur. O Dioſcuris pares & æquales diuerſo ortus tempore, qui & miſerias ſæpe multas curaſtis, et multas faces lucidas tam in inſulis quàm in continentibus extuliſtis. Hæc uobis à me oratio ex ſomno & ſomnio ſtatim eſt recitata. uos autem eam pro ueſtra benignitate & humanitate in meliorem redigentes formam, à morbo me liberate, ac tum ſanitatem tantā date, [n] quanta corpori ſufficiat ad obediendum animo, tum, ut uno dicam uerbo, uitam facilem & commodam.

Aegritudines) Seditiones ac tumultus intelligit

Alludit ad uerba Protei, Odyſs. δ.

[l] διάττουσι pro διαΐττουσι.

[m] κινοῖσθε pro κινῆσθε.

[n] ὅσον εἰς ὃ ψυχὴ βούλεται τὸ σῶμα ὑπακούειν.

IN SERAPIM ORATIO.

Gratiarum actio, in festo Serapidis habita.

FELICES uerò ſunt poetę,& ab omni moleſtia liberi. nec enim tantũ licitũ eſt illis argumẽta qualiacunq́;, ſiue illa falſa ſint,ſiue inepta,ſiue omnino abſurda, ſuſcipere: ſed & ꝓ ſuo arbitrio ſententijs eadẽ uariant et argumẽtis,quorũ alia quidẽ cũ per ſe nihil ſignificent, ſi quis ea quæ præcedunt & quæ conſequũtur auferat, poſtq̃ tamen ea recitatis omnib. intellexerimus, ꝓbamus, quaſi præclare nobiſcum,quòd ea perceperimus, actũ ſit: aliorũ uerò initia ſi illi expoſuerint, reliquã partem omittunt,quaſi ipſos incepti pœniteat, nõnullorũ etiã uel principia tollunt, uel media deligunt, iſtud rati ſufficere, quaſi uerborum quidam ſint tyranni. Nihil præterea uel intentatum uel inuium relinquunt: ſed in machina deos ex tollunt,& in nauib. uectores adiungunt, quibuſcunq́;,[a] ipſis libuerit: nec hominibus tantũ aſsidentes, ſi ita contingat, faciunt, ſed etiam cõpotantes, ac lumen præferentes. Quo fit, ut adeò ſint magnifici, unde quidem hic ſermo ortus eſt, eos uidelicet felices eſſe, ac ſecundum ipſum Homerũ, uiuentes facilè, ſi quando hymnos aut pæanes in deos componunt. ſtrophæ namq́; & periodi rem totam abſoluunt. Nã ſimulatq́;[b] Delum circunfluam nominarint,[c] uel Iouẽ fulmine gaudentem, uel mare fremebundum, & breuiter attigerint, ut Hercules ad Hyperboreos uenerit, uel ut Antæum occiderit, aut ut Ianus fuerit uates antiquus, Minoa deinde uel Rhadamanthũ, uel Phaſin, uel Iſtrum adiecerint, tum ſeipſos à Muſis nutricibus & incredibili ſapientia commendauerint, abunde à ſe hymno ſatisfactum putant, nec uel rudiorum quiſquam amplius aliquid ab ipſis requirit. Adeo autẽ ſacros illos ducimus, ut ipſam quoq́; hymnorum compoſitionem ac deorũ ſalutationẽ illis, tanq̃ deorum profetis, ceſſerimus: nec in ijs, quæ ad deos referuntur, uel decorum ſumere argumentum, & id quã fieri poteſt exactiſsimè pertractare, neceſſarium putamus. Verũ in alijs quidem negotijs omnibus oratione utimur, ſiue nundinas celebramus, ſiue res geſtas aut bella narramus, ſiue fabulas condimus, ſiue cauſas in iudicijs agimus, & ad omnia deniq́; præſtò nobis eſt oratio: apud deos autem, qui nobis illam dederunt, nolumus ea omnino uti. De ſacris præterea ſacrificijsq́; ipſis oratione ſoluta leges habemus perſcriptas, quibus rerum agendarum docetur ratio, hymnos autem eodem modo conſcribere non audemus. An uerò poetæ ſoli deorum indigent opera, nos autem, quod dictu nefas eſt? quin & ipſi teſtantur poetæ

Dijs[d] omnes eguiſſe homines. Odyſſ. γ

quare omnes debent pro ſua quiſq́; facultate ipſos honorare. An por

a αὐτοῖς pro αὐτῆς.
b Δῆλον pro δᾶλον.
c ἢ διὰ pro ἢ δέ.
d deeſt πάντες poſt ἐν.

rò poetæ ſoli dijs accepti ſunt,& ab illis dij libentiſsimè accipiũt munera? cur ergo & ſacerdotes dijs nõ attribuimus ſolos poetas? An deniq; quia deorũ uates quoq; carminib. edunt reſpõſa? immò pleraq; ſine carmine uates hæc Delphica, ſacerdotes Dodoneæ, Trophonius,[e] Aeſculapij præterea Serapidisq; ſomnia. Quin etiã naturæ conuenientius eſt ſoluta loq; oratione, ſicut & ire pedib. q̃ uehi. Nec enim [f] carmina ante orationes & colloquia ſunt inuẽta, nec poetæ nomina rebus impoſuerũt, ſed cũ exiſterent nomina, & oratio ſoluta, tũ deinde uenuſtatis cuiuſdã & delectationis gratia poeſis acceſsit, quæ hæc excoleret. Itaq; ſi naturã ſequemur, ipſi deorũ ordini & uoluntati parebimus, & ſi quæ priora ſunt & antiquiora, ab ipſis etiã poetis præſtantiora ducuntur, honorificentius lõgè deos, horũ omnium autores, tali ſermone cõpellabimus, quemadmodũ nec inter nos ſine carmine ueremur colloqui. Hæc equidẽ non ut poetarum genus ſugillarẽ, aut honori ipſorũ quicq; detraherẽ, in medium ꝑtuli, ſed ut ex ijs ipſis, q̃ ſunt illis cõceſſa, efficerẽ, meritò nos hęc tanq̃ ſacra cũ alijs in uſũ trahere. Qđ ſi quę ſecundũ naturã ſunt, ubiq; dijs putant̃ eſſe gratiora, longè præſtabit alteri hæc gratificandi ratio: magisq; nos honorabunt dij, ſi ijſdẽ rebus, quib. illi, prerogatiuã tribuerimus. Alioq; & carmen ipſum uocabuli quidẽ honorẽ poetis tribuit, uſu t̃n eſt potius noſtrum. Etenim apud illos Iambicum uerſum metitur tantũ, ſi tonum implet, nobis uerò totã cõtinẽter dimetitur orationẽ, ac per oĩa penetrat, & ab ipſo ſtatim incipit nomine. Nã nec ultra nec citra permittit declinare, ſed ſuum cuiq; iubet tribui: deinde ſuperuacua nõ concedit inſerere numerorum gratia, quod eſt ridiculum: tum in clauſulis plenũ quid, quod eſt omnib. numeris difficilius, requirit, et illud ſuper oĩa, ut dicebã, an ſingula ſint inter ſe apta, & ſcopo ꝓpoſito ſatisfecerint, cõſiderat. Sicut igit̃ menſuræ, quibus in foro utimur, quamuis hoc ſint quod uocant̃, non ideo tamen ab inſtitorib. quòd illi chœnices habeant & heminas, iuſtam nos menſuram conſecuturos arbitramur, cum iſta quidem ſingularũ ſint rerum menſuræ, aut earum potius nomina, uera aũt menſura, ad quã & iſtis nõnunq̃ eſt opus, quoq; oĩa in re omni referuntur, & quæ re uera magni eſt faciẽda, & ad uirtutem pertinet, aliud & ſit & [g] dicat̃: ita & heic ſinguli quidem apud poetas reperiuntur numeri, uerùm non omnes nec toti. Neq; uerò propter nominis dignitatem debemus propoſito deſiſtere, quaſi poetæ ſoli uocum numeros cognoſcant. poſſumus enim uel ſine ipſorum numeris eſſe numeroſi, & uiciſsim, non ſecus ac medicus ſine ponderib. & menſuris oportunè poteſt ratiocinari, & rurſum alius, q̃ iſtis utat̃, falli, quòd rem ipſam mẽſurãdam nõ intelligat. Nõ equidẽ ignoro, multo facilius eſſe, ut dicebã, carmine q̃ oratiõe hæc cõſcribere, & poetis iſta certamina eſſe attributa, nec immeritò, cũ habeãt illi multa præter ceteros ad eas res adiumẽta, et ꝓ arbitrio

[e] τὸ ἐξ ἀσκληπιοῦ pro τά.

[f] μέτρον pro μέτρῳ.

Tali) id eſt antiquo, nempe ſoluto.

Metitur) ſ. τὸ μέτρον. quod Græcis & carmẽ, & numeros & mẽſurã ſignificat. quæ homonymia latinè reddi uix poteſt.

[g] deeſt λέγειν poſt alterum καὶ.

quiduis poſsint fingere, nobis uerò non liceat hymnorum reſerare doliũ, nec Muſarum currũ, nec holcadem põdo decies mille, uel nebulas, uel grypes, uel tale quicquam proferre, nec ferocire, nec extra rem quicquã [h] inſerere, ſed uerè intra menſuram debeamus conſiſtere, & ubiq; noſtri memores eſſe, locum noſtrum tanquam in acie ſeruãdo. (b ἐπεμβαλεῖν pro ἐπ' ἐμβαλεῖν) nihilominus tñ hymnũ conabimur perficere, cũ præſertim uoto ſatisfaciendũ ſit, quandò ſeruati ſumus. & alioqui indecorũ eſt, de numeris diſputando tempus terere. Tu itaq;, Serapi, quem omnes in auxilium omni tempore uocant, da nobis, quandoquidem nihil eſt tibi difficile, ut ad arbitrium tuum dicamus, & principiũ tibi gratum nobis [i] ſuppedita, nec ſecus atq; dediſti priora, in ſecundis quoque nos exaudias. (i πόριζε pro πορίζειν) Nam omnia, quæcunq; potiſsimum optamus, per te nobis & propter te contingunt. Ac quis nam quidem, & cuius naturæ ſit Deus, ſacerdotibus Ægyptijs & uatibus cognoſcendum atque exponendum relinquo. quantum uerò in homines bonorum cõtulerit, ſi explicauero, ſatis illum à me, ut nunc quidem eſt, laudatum putabo. nec minus tamẽ ex ijs ipſis eius natura poterit cõſiderari. Nã ſi poteſtatem eius & beneficia dixerimus, uidebimur etiam naturam ferè totam oſtendiſſe, cum ille nequaquã ſit alius, quàm qualem facta demonſtrant. Quæ ſunt ergo Serapidis facta? ad iſtam uerò quæſtionem non eſt hominis, ut mihi quidem uidetur, reſpondere. Quin ſi Homerus negat ſe, uel ſi decem ora & linguas haberet, nauium, quæ Achiuos ſequebantur, numerum poſſe dicere, niſi eum Muſę ipſi indicent, & uerbis præeant, (Iliad. β.) ego uerò ne ſi omnium quidem hominum ora uocesq; poſsiderem, maximi dei facta & in homines collata beneficia facilè poſsim recenſere, niſi dij aliqui re uera ſint orationi meæ duces. Deos itaq; rurſum inuocemus, ut opera Dei exponamus, cũ id uelit ipſe, & per eadem, quibus & humana uita ducitur ac ſuſtentatur, dicendi materiam ſuppeditet. in his enim cernuntur Serapidis operà. Sed ab initio, ut aiunt, nobis eſt incipiendũ. Cum ergo tria in quouis homine conſiderentur, quę uitã eius cõtinent, animus, corpus, et quæ de exteris ad uſum pertinẽt, his omnib. deus hic præeſt, qui et initio nos in lucẽ atq; imperiũ ſuũ pducit, et iã natis neceſſaria procurat omnia, animũ quidem noſtrũ ſapientia exornãs, quæ ſola deorum cũ hominib. cognationẽ demõſtrat, quaq; alijs tũ hominib. tum animalib. præſtamus, & quæ deorum naturã, ſacra, myſteria, honoresq; omnes inuenit, leges præterea, Reſp. artiumq; et opificiorũ genera omnia docuit & cõſtituit, ueri & falſi diſcrimen eruit, uitã denique totã informauit: animũ ergo ſapientia purgãs, corpus uerò ſanitatis beneficio, ſine quo nec animi dotib. nec alia cõmoditate ulla frui liceat, cõſeruãs. Tantam aũt potentiã & honorem tã à dijs quã ab hominib. cõſequitur, ut nec è diuinis ſedibus unquã diſcedat, nõ magis quàm ſtellæ è cælo, aut cælum è loco ſuo, & homines, quos ille deſe-

ruerit, in uita magis, quàm poſt obitum miſerationem mereatur. Solus præterea tam à regibus quam à priuatis hominibus, tam à ſapientib. quàm à ſtultis, tam à magnis quàm à paruis, denique tam à felicibus quàm ab infelicibus, cum & illis fructuū felicitatis autor, & his ſolus miſeriarū ſit ſatis, colitur. Quę uerò poſt ſanitatem ſummo ſtudio ab hominibus expetitur, opum poſſeſsio, ea m quoq; Serapis abſque bellis, prœlijs, & periculis cuique conciliat. tāta eſt eius erga nos per omnem uitam benignitas, cum [k] nullus ab eo locus intactus ſit relictus, quin omnia, quæcunque ad hominē requiruntur, inueſtigaret, et per ea beneficentiam ſuam diffunderet, ab animo exorſus, et in externis commoditatibus deſinens. Itaque pro harmonia uitam noſtram habet, quā donis ſuis cōglutinet, ſapientię quidē a morē per ſanitatē adferēdo, ſanitatē uerò opū additamēto cōdiendo, extrema denique medio, tanquam clauo, animi bona uidelicet ac diuitiarum fructum ſanitate connectendo & confirmando. Quis nō ergo publicis in conuentibus & omni tempore hunc deum, locupletem omnium hominum curatorem & ſeruatorem prædicet? Cum præterea totam humanæ uitæ menſuram penes ſe habeat, & hominibus diſpenſet, meritò eum putabimus omnia complecti, omnemq; uitā noſtram quaſi gubernare. Illi ſanè, qui magnam urbem ad Aegyptū incolunt, hunc etiam ſolum pro Ioue inuocant, quòd nulla deſtituatur facultate, quin omnia peruadat ac repleat. Etenim cum aliorum deorum uires & honores ſeorſum ponantur, alijq; ad alia inuocētur, hic uerò tanquā coryphęus, omnium principia & fines occupat, ſolusq; ad omniū neceſsitatē paratū habet auxilium. Quapropter alias quidē ob res aliò ſe conferunt homines, aliosq; deos colunt, hunc autem omnes æquè. ac patrios deos uenerantur. Nam cum reliquorum omnium potentiam ſimul unus habeat, alij ipſum inſtar omium colunt, nōnulli autem ijs, quos de more certas ob cauſas honorāt, hūc etiam adijciunt, ut orbe toto eximiū. Nec uerò terreſtres facultates omnes ſolus hic tantum habet, nec more aliorum deorum, qui alij alibi florent, nec ſecundum Homericam ſortitionem partem aliquam ſibi nactus eſt, quomodo Iouem ille, Neptunum, & Plutonem ſortitos fuiſſe fingit, ſed & in mari magnus eſt hic deus, holcadesq́ue ab ipſo ac triremes reguntur, & in æthere atque nubibus terram ipſum & maria [l] curare, neceſſariò efficitur. Quanquam autem Homerus inquit terram & olympum indiuiſa fuiſſe à dijs relicta, hic tamen & terræ præter ceteros habet dominium, & propriarum pręterea ſingulis aliorū partium accedit particeps, qui unus omniū uicē ſuſtinet, & ſolus, quanta oēs, habet potentiā omnesq; hominū actiones & cōmoditates omnib. in locis ac temporib. adiuuat, maris & terræ, quod dicerent poetæ, clauiger. Nā etiā poſt neceſſariū uitæ obitū manet idem hominū præfectus, et ab ipſo ad ipſum trāſeundū eſt, de domo in domum,

k ἄσημα pro ἐᾶ μέγα.

Vrbem) Meroë. Aethiopum metropolim.

l μέλειν pro μένει.

Iliad. ο.

mum, ut aiunt. Hic enim loca ſingulis pro dignitate uitæ in terris actæ & iudicij ſequẽtes diſtribuit, interdiu quidẽ per terrã cõmeans, nocte uerò abſcõdita uiuẽtib. exercẽs iudicia, ſeruator idẽ et animarũ dux, in lucẽ producens, & reducens, omnesq́ue ubiq́ue cõtinens. Si quis porrò Serapidis inter deos mẽtionẽ faciat, lætitia mox et metu percelliť, quòd ille ſit & humaniſsimus idẽ & maximè metuendus, quiq́ue ſalutari timore homines afficiat, ne quam ſibi inuicem inferãt iniuriã. ad miſericordiam tamẽ magis eſt propenſus. & quod de omnibus dijs Homerus dixit, mutabiles eos eſſe & exorabiles, hic egregiè confirmat, qui toties ad hominum ſalutem mutetur. Quin & de ſacrificijs huic ſoli deorum omnium accurratè homines impertiuntur, ad conuiuiũ eum uocantes, ac ſimul conuiuam & conuiuatorem creantes. cumq́ue alij dij alias obeant epulas, hic ad omnes accedit, conuiuij magiſtrũ ſemper conuiuis ſe prębens. Nec ſecus atque Homerus dixit Mineruam precari, eandem & preces exaudire hic quoque uota idem & facit & excipit. Idem ſimiliter, & choreas uiſitat, & ad ſe conuocat ſaltatores, qui ſub hoc præſulatore malorum expertem ducentes choream, & iucundam lætitiam unà cum coronis domum reportantes, alterã illi ad ſe uocato retribuunt. In alijs[m] quoque rebus ſocietatem cum ipſo contrahunt homines, æqualẽ cum inæquali, nõ qualis eſt nautarũ & mercatorum inter ipſos: nec ei tantũ decimas offerunt, ſed & partiariũ ex æquo faciunt, tanq̃ ſi mercator, & rerũ omniũ intermediarum particeps eſſet. adeò eſt hominib. familiaris. Hic eſt uerus uentorum cuſtos lõgè iuſtiùs, quã inſularis ille Homericus. hic

Et ſedare poteſt quem uult & tollere uentum.

hic in medio mari aquam præbuit potabilem. hic mortuos reſuſcitauit. hic amabile Solis lumen hominib. oſtendit, quorũ infinitus numerus in ſacris librorum ſacrorum capſis continetur. Immo plena ſunt, quod aiunt, fora, portus, & urbes eorum, qui ſingula recẽſent. Ego uerò ſi illa narrare aggrederer, ne immenſo quidem dierum numero catalogum poſſem abſoluere. Nullum etenim ipſius facta modum habent, nec tot ſunt numero, quot extiterunt, ſed noctes ac dies alia ſuper alia cumulantur. Ac ſicut æternitatis, quæ quotidie progreditur, partem elapſam nemo poteſt ulla menſura comprehendere, quin ſemper tantundem reſtet, ita quæ Deus operatur, utrum plura præceſſerint, an ſecutura ſint, affirmari nequit, quòd numerus eorum ſit immenſus. Si quis igitur iſta uolet commemorare, fugientia captabit, ut qui fluminum undas à tergo ſectantur, & perinde faciet, ac ſi totum æuum (nam toto ipſi opus foret) uicturum ſe ſperaret. Verùm hæc alij ſuis quique temporibus celebrabunt, partim quæ ſibi, partim quæ alijs acciderint: nobis uerò communi uoce, ut in fœderũ denunciationibus, iam cõpellitur. Nec uerò periculũ eſt, ne quẽ fallamus. Illud ſanè, quod initio

Iliad. ι

Odyſſ. γ

[m] [illegible] pro [illegible].

Odyſſ. κ

propoſueramus, manifeſtò efficitur, ut omnia, quibuſcunque genus humanum continetur, Serapidis ſint opera, nec unquã nos ex illius poteſtate exeamus, quippe qui & in hac uita nos ſeruet, & in poſterum noſtri curam gerat. Quin & animalium omnium ortui præeſt & educationi, multaque ſacra pecora apud ipſum ut homines nutriuntur. Hic Nilum quoque tum æſtate adducit, tũ [n] hieme reuocat, ac duo & quadraginta Ægypti templa, omniaque totius terræ delubra continet & exornat, publicorum ſimul & arcanorum cuſtos, deorumque & hominum præſes. Ac iam ad ſe noſtram auertit orationem, ut ipſo ſalutato, finem faciamus. O qui pulcerrimam omniũ, quaſcunque uides, urbẽ incolis, quæ tibi ſolennes celebrat nundinas: ò cõmunis omnium lux, quam & nobis manifeſtè nuper præbuiſti, cum inundante mari & undique fluctuante, nec ulla re præter imminẽs ac propè præſens periculum nobis conſpicua, tu manum porrigens, & cœlum obſcurum aperuiſti, & terræ conſpectum, atque ad eam appulſum nobis dediſti: id quod adeo præter ſpẽ cõtigit, ut ne expoſiti quidẽ rem ueram eſſe crederemus. De his magnã tibi, ò multũ uenerande, gratiã habemus: tu aũt [o] deſerere me noli, uerũ penitus conſerua, & hymnũ hunc, quem his temporib. compoſuimus, hilariter excipe, tanquam qui de præteritis gratias agat, de futuris uerò tibi ſupplicet, ut ea iucundiora & meliora, quàm nunc ſunt, contingant.

[n] χειμῶνος pro χειμῶνας.

Vrbem) Memphim.

[o] μὴ πρόῃς με pro πρόῃ.

IN REGEM ORATIO.

Marcus Aurel. Antoninus philoſophus laudatur.

EGO uerò decorum fore putarim, ſi his menſtruis ferijs diuini & humaniſsimi regis mentionem aliquã faciamus. nec enim id metuẽdũ eſt, ne, poſtquã ipſum laudare cœperimus, uerba nos deficiant, ſed potius, ne tot ſint in ipſo laudanda, ut ea nemo pro dignitate poſsit explicare. Verũ ego bonitate eius & humanitate, qua in ceteris rebus utitur, fretus, orationem etiã de ipſo ſum auſus inſtituere. Quapropter alijs omnibus omiſsis, quæ ſolent in procemijs adferre nonnulli & prætexere, uel rerum magnitudinem, uel exiguum temporis ſpacium in orationes inſumtum, nec uel Muſis, ut faciunt poetæ, uel alio ullo auxilio inuocato, ad ipſum regem laudandum me confero: nõ quò mihi confidam, aut argumentũ hoc deſpiciam, ſed quòd exiſtimem eos, qui initio dicendorum auditores deleniunt, & ſe excuſant, ipſos quodã modo orationũ ſuarũ ſubiecta cõtemnere. Iſta namque cũ dicunt, illud propemodũ uidentur indicare uelle, ſc. ſi lõgiori tẽpore in eã rem incubuiſſent, facilè orationẽ rerũ magnitudini exæquaturos fuiſſe: atque ita facultatẽ de rebus maximis dicendi ſibi tribuũt, & iſta maxima laude ſe afficiũt. Ego uerò nec

tempus

tempus ullum ſatis longũ duco, nec orationem ullã uideo, quę Rege poſsit eſſe digna, eumq́ ſatis laudare. nec tamen ideo debemus torpeſcere, ſed pro uirili, quæ poſſumus, dicere. Cum enim in ſacrificijs nõ ad deorũ dignitatẽ reſpiciamus, ſed pro noſtris facultatibus gratiam illis referamus, multo minus in rege laudando debemus eſſe meticuloſi, ſed animoſè ad ipſum laudandum accedere. quamuis enim minor quàm pro ipſo, non tamen erit [a] noſtris uiribus inferior oratio. Illud igitur primùm ſumma cum laude dici de ipſo poteſt, eum, priuſquam regnum capeſſeret, regno dignum fuiſſe. Etenim qui uel per alios imperium acquiſiuerunt, uel [b] à maioribus per manus acceperunt, ij uel uim iuri prætendentes, uel generis ſeriem & ſucceſsionem conſeruantes, regnum ſibi compararunt. qui uerò, cum nihil ipſe nec promiſiſſet nec poſtulaſſet, omnibus ipſum obſecrantibus et ad regnum capeſſendum adhortantibus ſe dedidit, huic iampridem uirtutis ergo præmium hoc debebatur. etenim cum illis de regno cõtendunt multi, cum hoc autem nullus. Siue præterea metui, quo erga ipſum afficiebãtur, ſiue dignitatis reuerentiæ, ſiue, ut dicebam, moribus optimis ac iuſtiſsimis illud tribuendum putarent, manifeſtò ubiq́ apparebat is, qui rex erat eligendus. Quin & ij, qui ante ipſum regnarunt, facilè poſſunt animaduertere, quantum in hoc ipſo primùm ab illo differant. Illi enim per bella multa & cędes ad rerum adminiſtrationem acceſſerunt, tum ex magiſtratu multis occiſis, tum alijs quãplurimis irreparabili clade affectis, ita ut & ciuitates ipſorum diriperentur, & regiones multæ uaſtarenť, & homines plurimi perirent, adeo ut ne ipſi quidem de ſe auſint dicere, an per omnia ſeſe innocenter geſſerint. hic autem tanta cum innocentia & probitate rerum gubernationem ſuſcepit, ut nec in creatione, nec in regno auſpicando cæde ulla opus ei fuerit, nec, ut in rerum mutatione & conſtitutione, iniuriam ullam quiſquam paſſus ſit, neque quicquam eorum, quæ talibus in rebus neceſſariò multa ſolent accidere, contigerit, nec uel ciues, uel ciuitates, uel regiones indignum aut graue quicquam ſint perpeſſæ. Tantam enim dij curam adhibuerunt, quò piè & innocenter ad regnum accederet, ut ea, quæ furoris erant & amentiæ, alijs attribuerint, quæ iuſtitiæ, humanitatis, & pietatis, ipſi reſeruarint. Quin nec poſt regnum partum ſeuerius quicquam uel fecit, uel conſectatus eſt, nec ut alij ſolẽt reges, cum quoſdam ex magiſtratu metuunt, eos de inſidijs ſibi poſitis incuſantes, uel morte uel exilio multare, tale fecit aliquid, nec mores priſtinos mutauit: ſed adeò ab his omnibus abhorret, & auerſatur ſupplicia, ut multi etiam ex ijs, qui ſint inſidiarum manifeſtò conuicti, per ipſius humanitatem ſuperſtites uiuant. id quod non tantùm clementiæ eſt indicium, aut quod innocenter erga omnes ſe gerat, nec potentiorib. inuideat, ſed & quòd nullo penitus metu percellať, neq́ ob rerũ

[a] ἡμῖν pro ὑμῖν.

[b] παρὰ pro ἀπὸ.

euentus turbetur, nec ad iram ſit procliuis, ſed firmo conſtantiꝗ; erga omnes animo ſit affectus. nec mirũ. Qui enim ea, quæ oportebat, didiciſſet, nec ullã rem præclaram neglexiſſet, nec rudis eſſet, ſed omni uirtutis genere animum ſuum exornaſſet, eum æquum erat omni peccato eſſe immunem. Hac igitur ratione cum inſtitutus eſſet, nec ulla re pulcerrima careret, quòd eas illi partim natura, partim educatio nõ mediocriter, ut alijs, ſed [c] affatim ſuppeditaſſet: magnum erat regni præſidium etiam antequam illi præficeretur. Huic nã[m]ꝗ; ſoli, uel cum paucis ſaltem regibus contigit, quòd cum alij tum demum regni curam gerant, cum id adepti fuerint, hactenus uerò ſuas res agãt, ipſe tantopere regno [d] conſecratus fuerit, ut, cum fortè ſummo loco conſtitutus eſſet, incerto etiamnum euentu futuro, & multa minus rectè uideret adminiſtrari, exorta in nonnullis contumacia, iniuria, & petulantia, non permiſerit eam ingraueſcere, nec ulterius progredi, ſed quaſi magni & morboſi corporis ulcera parteſꝗ; infectas ſanaret, aut ſi ferocis equi & indomiti feritatem & contumaciam cohiberet, dũ nunc ab illo ui auferretur, nunc ipſum cõtineret, eiuſꝗ; cõtinuos, effrenes, et uiolẽtos impetus coerceret, ita quę ad utilitatẽ [e] regni pertinebant, omnia procurarit. Ac talem quidẽ ſe præbuit, antequã regnum iniret. Poſtquã uerò diuina prouidentia, quæ omnia gubernat ac diſponit, hunc etiã, iuſtiſsimũ & ſanctiſsimum regem, in regio ſolio collocauit, plurimos & maximos humanitatis ipſius atque prouidentiæ fructus percepimus. Cum enim eſſent omnia cõmota, & in aliam, ut ita dicã, terram tranſlata, regnum aũt tanꝗ; in magna tẽpeſtate aut terræ motu fluctuaret, & inſtar nauis peſſum euntis ad extremos terræ fines (quò & antea reges ac principes quidam aberrauerant, qui deinde cum in difficultates multas & graues tanꝗ; in labyrinthum incidiſſent, ad deſperationem tandẽ redacti ſunt, cum reditus ipſis eſſet interclusus) delatum eſſet: ipſe, qui hæc uideret, non permiſit illud, ut imperitus gubernator, fortunæ & periculis, ſed ut rex prudentiſsimus, ab impetu primùm, quo in alteram partem ferebatur, cohibuit, deinde in portum adduxit. Itaꝗ; nunc ipſum quidem regnum in tutiſsimo portu conſiſtit, tanquã nauis poſt multas procellas tranquillitati reſtituta, ipſe uerò rectè illud adminiſtrat, pietatem, iuſtitiam, temperantiã, modeſtiã, prudentiã, & alias omnes uirtutes [f] colẽs. Nam à pietate, ut oportebat, exortus, per alia quoꝗ; uirtutis genera progreſſus eſt. Quis enim uel iuſtitiæ, uel humanitatis, uel aliarum uirtutum tot tantaꝗ;, quot & [g] quanta hic rex, exempla edidit? Ac primum iuſtitiam eius in pecunia conſideremus. Etenim cum penſiones multæ in Remp. cõferrentur, ac [h] tributa multa nondũ ſufficerent, ſed & æraria omnia eſſent exhauſta, & grauiora quoque in poſterum metuerentur, ipſe maiorem pecuniæ ſummã ut cõquireret, coactus non fuit, nec ea de cauſa acerbius ſe geſsit, uerũ tributa

c πρὸς ὑπερβολὴν pro ὑπερβολῇ.
d καθωσίωτο pro καθωσίωτο.
e αὐτῷ pro αὐτῷ.
f κοσμῶν pro κόσμων.
g Deeſt οἷα poſt καὶ.
h φόρων pro εἰρων.

buta ſubleuauit, maxima non modò iuſtitia, ſed & humanitate præter ceteros reges hac in re uſus. Atque hæc quidem de pecunia. in iudicijs autem quàm iuſtum & æquum ſe præbuerit, nemo facilè dixerit. Nam nec Rhadamãthus nec Æacus iuſtius hac in re ſeſe geſſerũt. Quinimo cum ius non ſemper nec ubiq; ſit cum ęquitatẽ coniunctũ, ipſe & ius exactè nouit, quippe qui eius autor ſit ac legislator, & iuſtitiæ executione nihilominus humanitatem ſuam confirmat, adeò ut exactiſsima [i] iuſtitia ſummæ humanitati apud ipſum ſit æqualis. cuius eſt rei cauſa, quòd ille non ab alijs interpretibus iuris cognitionem accipiat, ſed ad eam, in qua inſtitutus eſt, rerum præclariſsimarum ſcientiam adiuncta legum experientia, ſic ut nihil eum ſcripti iuris effugiat, ita demum de rebus omnib. iudicet. Quapropter oẽs ab eo ius ſuum conſequuntur, nec [k] eius iudicia quiſquam calumniatur, ſiue actor cauſa cadat, ſiue reus uincatur, uerùm uterq; æquo animo & hilari diſcedit, nec aliter de re iudicata ſentit is, qui cauſam obtinuit, quã qui litem perdidit. Quòd ſi pœnas aliqui dare cogantur, nõ id tã graue ducunt, quàm, quòd maiora non patiantur, pręclarè ſecum agi putant. nec enim ille odio eorum, qui peccarunt, ſupplicia ſumit, ſed ut corrigat ipſos primùm, ſi fieri poſsit, [l] ſin minus, ipſorum exemplo alios. Iam ſi decorus eſt regi Græcorum amor, nemini certè laus hæc magis conuenit. Tanto enim amore Græcos proſequitur cum maxima uirtutis huius excellentia, ut, cum Græca eruditio negligeretur & contemneretur, ac honores ipſi decreti eſſent ſublati, nec ullo loco haberetur Græca natio, id nequaquàm neglexerit, uerùm priores honores alijs additis auxerit. Et hactenus de iuſtitia. Humanitas autem quæ poſsit eſſe maior aut [m] clarior hac, qua ciues omnes metu contractos & ſubiugatos, quòd delatores quidam urbes omnes circumirent, ſubauſcultantes quid quisque loqueretur, ita ut nihil iam liberè nec ſentire nec dicere quisquam poſſet, ſublata iuſta loquendi libertate, ſingulisq́ue umbram ſuam timẽtib. ab hoc timore liberauit, libertate perfecta omnibus in ſolidum reſtituta. Maximum autem & incomparabile eſt hoc regiæ humanitatis ſignum, quòd in tanta potentia reliquos reges omnes clementia & æquitate ſuperauit, ut propemodum quaſi pater ac paſtor aliorum, & quibuſcunque alijs nominibus principes ſuos poetæ demulſerunt, appellari poſsit. Quod enim humanitatis genus ille prætermiſit, qui & erga ciues omnes, uel quauis de cauſa ipſum accedentes familiariſsimè ſe gerat, & geſtu utatur clementiſsimo. Omnem uerò humanitatem illud excedit, quòd puro utitur ſermonis genere, nec ad eum accedere uolentibus multum eſt laborandum, cum liceat omnib. qui uel alicuius ſunt frugi, quaſi ultra luſtrale labellum penetrare. Nec enim exiſtimat ſe, ſi rari & [n] difficiles contingãt acceſſus, hoc modo magnitudinis & potentiæ, qualem antea nullus ha-

[i] δικαιοσύνην pro δικαιώσεως
[k] ὑπ' αὐτοῦ pro ἐπ.
[l] εἰ δὲ pro εἰ δὴ.
[m] φανερωτέρα pro φανοτέρα.
[n] δυσπρόσοδοι pro δυσπρόσοδον.

buerit, famam in uulgus conſecuturum, ſed ita potius, ſi communiter beneuolum ſe & æquum omnibus indigentibus exhibeat. Arbitratur etenim debere uerum regem ſecundum Vniuerſi regem cõformari, tum quantum ad humanitatem, tum quantum ad ciuiũ omnium curam pertinet, neq; eum ante regnũ adeptum benignè et moderatè ſe geſſerit, eo comparato difficilem ſe & uiolentum præſtare. id enim non regni clementis eſſe ſignum, ſed ruſticitatis & inſcitię argumentum certiſsimum, qualis fuit in Macedonico Gręcorum

Thucyd. a. contra barbaros duce, Pauſania Cleombroti F. qui dum domi maneret, modeſtè ſe gerebat, poſtq; autem in Helleſpontum expeditionẽ fecit, & patriæ & ſui oblitus eſt, ut quiduis potius q̃ Spartanus uideretur, cũ & erga ſocios uiolentus eſſet, & in cõuictu proteruus atq; iniurius, & moribus planè tyrãnicis. Verùm rex noſter & priuato licere & regi, eundem perpetuò manere, apertiſsimè demonſtrauit, qui tum ante regnum talẽ ſe prębuit, ut eo dignus meritò iudicaretur, tũ poſt creationem eadem animi ſententia & morib. ijſdem eſt uſus, ſic ut à ſeipſo non declinaret, nec iniuriam affectaret, ſed modeſto uitæ genere ſibi propoſito, partim uiolentiã & iniuſtitiam odio haberet, partim ſeſe temperantiæ exhiberet exemplum, adeò ut ij, qui antè proterui fuerãt & iniurioſi, cõſpecta huius modeſtia, mores ſuos mutarint, ac tam opũ cupiditatẽ reliquerint, q̃ ſeipſos ad tẽperantiam cõpoſuerint. Nulli prӕterea uoluptatis generi, quotquot inter homines uigent, deditum ipſum fuiſſe cognouimus. Tantum enim ab ijs iam initio abhorrebat, ut omnis continentiæ, quæcunque celebratur, ſpecies tum demum fidẽ haberet, ſi ipſi ſoli tribueretur. Etenim quis eſt adeò uel in cibo, uel in rebus Venereis, uel in alijs tẽperans? Nec enim, ut dicebã, dimidiam habet uirtutem, ut alij reges quidam, qui cum fortitudine eſſent & humanitate mediocri, circa uoluptates & libidines maximè fuerunt intemperantes, qualis ab Homero prædicatur Græcorum rex, Agamemnon, qui, ut ait,

Iliad. γ. *Vtrunq;, & miles ui pollens, & bonus eſt rex.*

Hic enim apud illum Chryſeide capitur, et Achillis Briſeidem amat, iſtiusq; cupiditatis cauſa plurima Gręcis et maxima cõciliat mala. Achilles uerò, Thetidis F. & Pelei, adeo fuit circa uoluptatẽ intemperans & puſillo animo, ut, cùm ablata eſſet ab ipſo Briſeis, & aliquandiu cum Agamemnone uixiſſet, mox quidem flere cœperit,

Iliad. a. *Nigrum reſpiciens mare,*

& matrẽ inuocare, quaſi puer id ab aliquo æqualiũ paſſus eſſet, ipſiq; aduenienti lacrymarũ cauſam exponere, & iubere Iouem orari, ut ipſe Troianis fauẽs, maximis cladib. Græcos afficeret: poſtea quoq; cum uideret multos ubiq; Græcorum à Troianis & Hectore interfici, atq; inter eos ex amicis quoſdam, nihil tamen id curauerit, nec eos miſeratus ſit. Itaq; cũ illis ad uirtutẽ ꝑfectã multa defuerint, hic uerò

Vtrunq;

Utrunq; & miles ui pollens, & bonus eſt rex.

Etenim qui tantoperè uoluptates omnes contemſit, ut earum nulla ſit captus, is uerè fortis eſt, temperans, ac patiens. Nam cum urbes ſæpenumero, quamuis inuictæ uiderentur, à uulgaribus hominib. captæ ſint, uoluptatibus contrà multos etiam clariſsimos uiros ſuperatos uidemus. Victus porrò facilitatẽ ac ſimplicitatẽ nemo facilè tanta cum fortitudine tulerit. Multi præterea cum contra hoſtes fortiter ſe gererent, à ſuis tamen militibus regebantur potius, quàm eos regebant: hic autem tam facilè rexit eos & compoſuit, ut cum multa quædam ipſis & innumera pręberentur, illique difficiles eſſent ac me tuendi, niſi tot, atq; etiam plura acciperent, illorum cupiditatem nõ modò non auxerit, ſed & modo conſtituto, ad labores & exercitia corporis aptiores milites reddiderit, non ultra donis eos inhiare paſſus, ac delicatè uiuere, ſed ita bellicis certaminib. aſſuefaciens, ut iſtis cupiditatibus non eſſent amplius obnoxij. Hac igitur ratione & ciuium inopiæ ſubuenit, & militaris diſciplinæ curam habuit, atque etiam uectigalia ut eſſent certiora, procurauit. Hæc autem ſicut fortitudinis & prudentiæ maxima ſunt ſigna, ſic nõ minus perfectiſsimæ ſapientiæ perhibent indiciũ. Si enim ui illos, ut his acquieſcerẽt, coegiſſet, nõ tam prudentiæ q̃ metus incuſsi magnitudine ea uiderẽt effeciſſe: cum aũt eos, qui in ſatiabili tenebãtur accipiendę pecuniæ deſiderio, ád moderationem nõ inuitos redegerit, apparet facilè, id eum nequaquã facere potuiſſe, niſi & ſapiẽtia reliquos & eloquentia ſuperaret. Prudentię uerò cum alia multa in regni adminiſtratione edidit exempla, tum pulcerrima omnium & præclariſsima in bellis gerendis: ubi cum uideret eos, qui bellicoſi eſſe uidebantur, eam habere opinionem, ut exiſtimarent non cõſilij bonitate, ſed pugna uictoriam eſſe comparandam, illos nequaquã ſecutus eſt, quòd arbitraretur cõtra æquales, qui præclarè fortitudine ſuperarentur, armis, contra barbaros aũt conſilio utendum eſſe. Etenim ſciebat eum quoq;, qui multa hominum millia cõtra Gręcos adduxerat, nec uel terra uel mari potuerat capi, unius uiri induſtria ſuperatũ fuiſſe. Nam cum cõſultatione poſſumus ſuperiores euadere, q̃d opus eſt pericula ſuſcipere? Deinde prœlio uincere uulgaribus etiam contingit hominibus, prudentia & ſapientia ſuperare tantùm eſt eorum, qui conſilio ualent. Præterea qui corporis robore in omni tempore & loco uti uolunt, ſi quidẽ felices fuerint, pſunt, ſin uincantur, maximis cladibus & ſeſe & amicos implicant: qui autẽ rerum gerẽdarum rationes ſecum putãt, ſi rectè fecerint, æquè uoti cõpotes fiunt: ſin errauerint, damnũ tamen nullum ſentiunt. Quæ cum nec Rex ignoret, nõ putat inſulſos ac temerarios homines ſibi imitandos eſſe, ſed conſilij præſtantia ſecuritatem à barbaris cõparandam. Quin nec in pugnis ita ſe geſsit, ut eũ hoſtes contẽnerent, quibus abundè oſtendit, ſe nõ prudẽtia tantũ &

Eum) *Xerxem, quem uicit Themiſtocles.*

aliȷs diſciplinis, ſed etiam fortitudine ipſorum potiri poſſe. Cum enim partim Celtæ, maximi omnium homines & [o] crudeliſsimi, poſt multa uariaꝗ facinora Regẽ nunc uenerent, poſtquam cognouerũt, quantũ bello quies præſtet & obediẽtia, [p] partim quæcunꝗ ultra Euphratem & Tigridem gentes Orientẽ accolunt, poſt tumultus in ordinem ſint redactæ, & præſtantiorib. parere didicerint: omnis præterea cõtinens pacem agat, terra uerò ac mare dominũ coronent, Græci quoꝗ cũ barbaris cõcordent, regnum deniꝗ totũ inſtar nauis aut muri alicuius extructum ſit & munitum, ſuiꝗ fructum tranquillè [q] capiat: quæ maior fortitudo, uel quis melior & utilior rerum ſtatus optari poſsit? Nunc oẽs impunè poſſunt quouis proficiſci, omnesꝗ ubiꝗ portus operoſi ſunt, nec minus tuti ſunt uiatorib. montes, atꝗ ciuibus urbes. oẽs quoꝗ agri uenuſtate pleni ſunt, omni undiꝗ metu ſublato. Quæ enim uel fluuiorum uada tranſiri prohibentur, uel marina freta præcludunt? Nunc & nundinæ ſunt hilariores, & feriæ dȷs gratiores. nunc Cereris ignis maiorem obtinet ſplendorẽ & maieſtatẽ. O lucem felicitatis humanæ. nunc enim demùm ueram ſibi felicitatem inueniſſe homines uidentur. O qui omnes reges ſuperaſti, ſapientes ſapientia, fortes fortitudine, pios pietate, felices felicitate. quibus quidem de rebus nõ poſſumus tibi dignas agere gratias nec laudibus, nec alio ullo honoris genere. Faxit autem Deus, ut tu, nobilis nobilium filius, ueſtigȷs paternis incedas. Hoc enim multum à me paucis dictum ſit.

o φονικώτατοι pro φοινικώτατοι.

p τοῦτο τὸ ὄνομα λείπεται μόνον τῶ γένει, additur in Græco: quod nõ intelligo.

q κεκόμισται pro κεκόσμηται.

Cereris) id eſt, Veſtalis. nam ut Veſta, ita & Ceres eadem eſt terra.

Faxit) Hæc ad Commodum Antonini filium, dicuntur.

IN APELLAM GENETHLIACA ORATIO.

Pergami habita eſt, die natali Apellæ.

QVAECVNQVE ad deos tum natales tũ auitos, & cũ his atꝗ poſt hos ad Seruatorẽ & uitæ ducem, & quicquid eum appellare libuerit, pertinebant, eorum à Veſta uſꝗ uota ritè concepta ſunt. quibus uerò rebus hunc diẽ quis celebrare poſsit, prout leges in eã rem latæ ferunt, oẽs alacritate ſumma pro uirib. exequunt̃. Itaꝗ nõ paruis licet indicȷs cõȷcere, quantũ ciuitas hęc in animi tranquillitate tã publicè ꝙ priuatim profecerit, quaſi nunc maximè uniuerſam ſentiendi uim accepiſſet, quantumꝗ alias urbes felicitate excellat, quæ reliquis rebus, quibus inter illas præſtat, huius etiã ortum poſsit adiungere. Nam nec illarum ulla, quæ quidem nomen aliquod habeat, aliter poteſt, quin ciuitate illum donet, ac ciuem uocet, & nõnunquã prẽfectũ. adeò tanꝗ matres, ut uidetur, filiũ ſibi uindicant, ac matris quidẽ eſſentiam illi, cui hoc à natura cõceſſum eſt, relinquunt, nomen uerò etiam ſibi tribuunt. Eas aũt cum ſpectat hæc urbs naturã ingenio ſuperare conãtes, amorẽ in ſe auget. Vtilẽ ergo maximè poſsimus hanc cõtentionem cũ Heſiodo appellare, in qua tamen hæc ciuitas ſit ſuperior, ubi & ſacrificia nunc fiunt, & orationes habentur.

Huius) Apellæ.

habentur. Nam & orationes ipſa tibi donat, puer cariſſime, nec has tantũ, ſed & alias quotidianas. Me nanq; ab extremo ſeruatum periculo Deus ciuitati[a] donauit, tu aũt quicquid à me cõſequeris, id[b] ab ea, quæ nos accepit, tibi datur. Itaq; ſimul & matrem potes & nutricem re uera hanc urbem appellare, id quod non parum & tibi & illi glorioſum eſt. ac tibi quidem, quòd nequaquam patria contemta, quaſi ad uirtutis & eruditionis[c] exercitium nobili[d] ingenio non ſufficeret, peregrinos lares ſectatus es: illi uerò, quòd non tantùm feliciter te produxerit, ſed etiam ætate iam prouectum apud ſe detinuerit, literarũ & ſapientiæ ſtudio, præter alia quæ habet egregia, ceteris urbib. æqualis, aut potius ſuperior iudicata. Quare etiam præmia, quæ hinc conſequuntur, partim per te propediem ſe adepturam bona ſpe eſt, partim iam[e] à maioribus tuis eſt conſecuta. Nam nec hoc paruum inter uos intercedit, quòd non tu tantùm in hac urbe natus ſis, maioribus aliunde oriundis, ſed altiſſimè repetita ſeries, unde præ temporis diuturnitate, niſi faceret nominis ſplendor, peti uix poſſet, ad te uſque proceſſerit, per te in poſterum complenda. Siquidem à Quadrato, cuius nomẽ uel memoratũ, ab omnib. agnoſcitur, gradatim ad hunc genus deſcendit, totum genuinũ huius terræ germen, ut poeticè loquar, egregiè ſibi ipſum ſuperfloreſcẽs, & magis etiam ad id enitens, quippe quod oriatur perpetuò, necunquam intereat, donec huius fructus ferax terra perduret. Quin & hãc ipſorum prærogatiuã mihi ſuccurrit admirari, quòd cum generis autores inter ueros ciues poſſe numerare, multis commune ſit, Quadrati poſteris, præter alia quæ habẽt eximia, cõtrario alijs modo hæc prærogatiua ſe habeat. Etenim cum alij de ciuitatis iure gloriari poſsint, & id maximi meritò faciant, hic uerò ad reſtituendã urbem temporis[f] iniuria collapſam à Deo uocatus, urbi id, quod eſt, dedit. Quapropter ſicut alij à ciuitate genus ducunt, ſic ciuitas à Quadrato. quæ quidem oratio nequaquã eſt mea, quãdoquidem id ipſa ciuitas in curijs, theatris, concionib. & ubiq;, quoniã omnia ab illo ſunt exornata, fatetur & clamat. Quod cũ ita ſe habeat, ea quidẽ, quæ poſteri ipſius & filij, & nati natorũ, ut inquit Poeta, p̃clari præclarè in Romana rep. geſſerũt, rectè mihi uideor o miſſurus eſſe. Si enĩ eſſent exigua, poſſemus eorum mentionẽ facere, uerbiſq; exornare ſingula: cum aũt magna ſint, atq; adeò tanta, ut nec proprio debeant opere,[g] niſi magnũ ſit orationis ſubſidiũ, explicari, cur quis ijs, quæ in manibus habet, omiſſis, quæ nec ipſa parua ſunt, niſi potius antiquis maiora cum ſint, uotum requirunt, de ſumma rerum inſuper prætereà, quæ habet propoſita, periculum aggrediatur? Præſtabit autem, intermedijs optimi pueri maioribus relictis, eorum qui in oculis noſtris quodam modo uerſantur, breuiter hactenus meminiſſe, quatenus id ad rem præſentem pertinet. Eius autem occaſionem ſubijcit nobis[h] ipſum

Deus) Aeſculapius.
a ἐδώκε, pro ἔδωκα.
b παρὰ pro ἀεὶ.
c ἄσκησιν pro ἄσκησις.
d ψυχῆ pro ψυχῆς.
e παρὰ pro ἀεὶ.
f ὑπὸ χρόνου pro ὑπὸ τῷ.
g deeſt ἢ poſt μὴ.
h αὐτὸ pro αὐτῷ.

pueri nomen, generis ſimul atq; orationis initium de domo in domũ exhibens. Ac generoſus quidem & optimus uir fuit, omniq; uirtutis genere excellẽs, cuicunq; nominis iſtius dignitas ab hominibus fuit tributa, Fronto, pater huius pueri: de quo nihil eſt, quod dicamus, cum ijs iam præoccupatæ ſint aures auditorum, præſertim cum ille nõ ita pridem in feliciorem ac diuiniorem migrarit locum: niſi quis Homericè rem totam paucis indicans, ita dicat,

Frõto) Is M. Antoninum Latinas literas & eloquentiam docuit.

Verba Menelai ad Tolemachũ, Odyſſ. δ.

Stirpe bona, fili, prognatus es.——

Verũ auus eius, qui fuit huius cognominis, Apellas (hinc enim paulo antè ordiebamur dicere) qualis, obſecro, fuit? Nihil heic equidem dicam eorum, quæ uulgò celebrantur, non fortitudinẽ, nõ animi magnitudinem, non quot gentib. imperarit, quantosq; honores à regibus conſecutus ſit. nam iſta quidem ut etiam de hoc Apella dicere poſsimus aliquando, optare debemus, & firmiter ſperare, ipſum nõ patre modò, ſed & auo, reliquisq; etiam maioribus præſtantiorem futurum, quoniam id cum reliquis dijs, tum Æſculapio ſit ita uiſum. Verùm id, quòd utriq; non ſecus, atq; nomen ipſum, commune eſſe uideo, oportunè nunc dicturus uideor, cum in oratione progredi incipiam, tranſilire tamen præ nimia uoluptate non poſsim. Tu itaq;, diue Æſculapi, quem nuper uotis inuocabã, ad omnia preſtò ſis, & ad ea maximè, quæ nunc dicentur. Nam & illud tuum fuit opus, tuæq; gratiæ cõmentum. Etenim cũ olim Apellam illum tam carum habueris, ut nec quieſcentem uel dormientẽ negligeres, nec à uigilante & operis aliquid agente abſiſteres, ſed eũ noctes diesq; ex medio, quod aiunt, igne eriperes (quẽ enim non poſsit ille, ſi uelit, etiam flãma ex ardente extrahere, cum poſsit ipſe ignis naturam ſumere) nunc alium, ut uidetur, pro illo miniſtrum alis, qui ſimul in nomen aui & honorem à te collatum ſuccedat. Videris autem hac in re cum patre tuo contendere, ut & ego cum Homero. Sicut enim tibi lõgè [i] Deliaco præſtãtius germẽ ad aras emergit, ſic ego illud poſsũ tuũ germen uocare, nec alteri, ut fecit ille, cõparare. Quid qđ eſt ipſa Seruatoris ſtirps, in intactis Gratiarũ hortis, poſtquã beatũ egreſſa eſt uterum, educata: id quod non tantũ ex generis radice, de qua dictum eſt, ſed ex ijs quoq;, quæ in hac ætate ipſi ſuperfloruerunt, certò licet conijcere, ſi corpus & animũ ſeorſum cõſideremus. Atq; animi quidem mãſuetudo maturior eſt q̃ pro ætate, et ad ſenectutẽ uergẽs, nec tñ debilis, qualẽ in pleriſq; uitæ labores efficiunt, ſed quæ honeſta grauitate tẽperata floreat. quod ſi quis re ipſa nõ potuit experiri, ex oculorũ coniectu colligat. Nec enĩ illi uel defixi, ꝑminent, uel ſomno quodam depreſsi per humilitatem uidentur: uerũ ſuauis grauitas modeſtè aſpectũ [k] fulcit. Gratia deinde, quã pueris dij tanq; ex pacto tribuunt, nõ cernitur in eo nuda, ſicut in picturis, ſed multo cũ pudoris uelamine mẽbris omnib. ſuffuſa. Itaq; nemo tãta cũ uenuſtate nec

i τῷ δήλῳ pro τοῦ δ' ἰδίᾳ.

Alludit ad Homeri uerſus Odyſſ. ζ. Δήλῳ δή ποτε τοῖον, &c.

k ἐρείδει pro ἱνίδει.

riſit,

riſit, nec orientē riſum rubore cōpeſcuit. Nec uerò animi pars ea, quæ iram continet, uel deeſt ipſi, quo minus uir iudicetʒ, uel in agreſtem illam & belluinam ferocitatem irritata procurrit. cuius quidem rei utriuſq; clara exhibet ipſe indicia, dum nunc uultu animi motum prodit, nunc eum ſenſim ſedat, & ad tranquillitatem reducit. Suada uerò nunquā ab eius labris nec in ſerijs nec in luſibus, etiā cum tacet, nō tantùm cum loquitur, recedit. Nam nec uerbis quiſquam ita poſsit exhortari, ut hic ſilentio, quicquid uult, innuit: nec Neſtor ille, quāuis ſenex, mellis iam ſimilia loqui uideretur, ſi cum iſto comparatus eſſet. Denique nec ſeria ſine hilaritate tractat, uerùm omnia, quantumuis difficilia, cum feſtiuitate ſunt illi coniuncta, nec iocoſa uiciſſim ſine ſtudio. Quod ſi rectè iubet Plato, ut quidem uerisimile eſt, per luſum diſciplinas eas, quæ prius cognitu ſunt neceſſariæ, prædiſcere, ut fabrum futurum metiendi uel ponderandi artem, militem autem equeſtrem, uel aliam ſimilem, ut puerorum uoluptates & cupiditates eo per luſum detorqueantur, quo ſunt ad extremū peruenturæ: hæc ergo ſi rectè ſunt à Platone dicta (ſic enim eorum forte memini, nihil nec addens, nec detrahens) quis erit ex tota iuuenum cohorte, cum hoc comparandus, qui & equorum certamina, canum'que exercitia iam [l] omiſit, nedum aliquid uilius [m] tractet præter ea, in quibus nunc uerſatur ac deinceps eſt uerſaturus (certamina dico, palæſtram, & declamationes) & per luſum de futuris indicium perhibet, uerè fortunam ſuam exercens, iamq; iudex ſedet. nec enim ignorabat natura, per luſum ad ueram fortunam perueniri. Ac nemo hunc facilè iniuſti conuicerit iudicij, quemadmodum Cyrum præceptor. Nam Cyrum quoque in arte iudicandi ſuperat, cum à nemine illam didicerit. Tantum ualet integra natura, ex ſincera ſecundum Platonem cera formata, media inter molle lentumq́ue & durum atque lapideum qualitate. Quid quod ad deum Vniuerſi principem, & [n] eum, cui à maioribus ipſis uſq; curæ fuit, ſe refert, digniſsimus bonorum parentum bonus ſucceſſor, nepos, filius, & quocūq; nomine uocandus eſt. O ter & ſæpius felices illos, qui ea immortalitate, quæ ſola humanæ naturæ tributa cernitur, per te fruuntur, gloriā'que ſuam, omnibus terræ theſauris præſtantiorem, cum ſempiterna ſui memoria tibi reliquerunt, in qua te nunc præſens Deus firmiter collocat tam pro ſua uoluntate, quàm pro priore generis dignitate. Qualis enim, qualis beatum hunc ac dijs gratum diem alter paulo pòſt excipiet, duobus anni initijs ſimul concurrentib. (nā & præſens ortus tui initium annū optimū ab initio reducit, & ſubſequetʒ mox initiū, idq; eodem anno) [o] paterna et auita ſecundis auibus nutrimenti præmia tibi perſoluēs. Exiſtimo aūt Deum [p] honorem eum, qui [q] pueris in certaminib. ſacrorum Æſculapij tribui ſolet, à maiorib. prǽſumtū,

Legum primo.

l ἀφεῖται *pro* ἀφεῖναι.
m ἀσκῶν *pro* νοσῶν.

In Theæteto.

n θεὸν *pro* θεῶν.

Initium) cū Aeſculapij ludos dabis.

o καὶ ταῦτ' ἐκ ταὐτοῦ, *additur.*

p Deeſt πολλῷ *ante* ἐπὶ.

q ἐπὶ παίδων *pro* τίς.

ut ſæpe iam diximus, in te contuliſſe, cum paterni ſuperiorũ tempo-rũ honores ad te quoq; pertineãt: ita ut & omnia, quantũ licuit, pere-geris, & deinceps inter uiros cenſendus, prout fert lex regia, honores eos à Rege conſequaris, quos ille talibus, ubi in uiros excreuerint, ſo-let tribuere. [q] Omnino non longè ab Apollinis diſtamus uaticinio. O præclaram ſpem, tum illã, tum hanc, quæ mox nobis in oculos in-curret. Equidem alacritatem quandã ſentire mihi uideor, qualẽ Dio-medes apud Homerum à Minerua cõſequitur, leuiorib. redditis mẽ-bris, & purgato uiſu: nec me ipſum præ lætitia poſſum cõtinere. Et e-nim tametſi pulcri extiterint ac decori ſuperiores ætatis tuæ anni, quiq; indolem tuam totam exprimerent, multò tamen iſte mihi pul-crior uidetur, qui à ſequentib. ſolis [r] ſuperandus, ſuperiores iam uice-rit: quo te familiares, cognati, præceptores, æquales, & amici deniq; omnes iucundè ex ſacra Seruatoris purpura intuentem aſpicient, cõ-iuncto cum anni uigore ætatis flore,

Stellæ autumnali ſimilem,

& eius inſtar coruſcantem. Neceſt ineptus huius certaminis præſes. Tua nãq; hæc ſunt, ô diue (ſic enim præſtabit ad initium orationem reducere, uoto repetito) tua, inquã. Age igitur, ſumto gubernaculo, ſicut id iam tenes, conſerua hanc familiam, & partim huic regios ho-nores, quales ipſius maiores [s] à maioribus Regis conſecuti ſunt, tri-bue, partim effice, ut Rex magnus cum omni familia ætatem totam, qualem à Ioue ſortitus eſt, tranſigat: huic præterea uitæ fatalis felici-tatẽ concilias, generis ſucceſsionẽ p natos natorũ urbi tibiq; cõſerua.

q πάντως οὐ πόῤῥω μαντικῆς ἡμῖν ἐστιν ἀπόλλωνος.

Iliad. e.

r ἀπληθησόμενος pro ἀπλησόμενος.

Iliad. e initio.

s παρὰ pro ἀπὸ.

IN ETEONEVM FVNEBRIS ORATIO.

Cyzici habita, quæ fuit Eteonei patria.

QVAMVIS hoc argumentum nec felix ſit, nec optatum, ne-ceſſariò tamen à nobis ſuſceptum fuit, partim Vrbis cauſa, partim amicorum Eteonei, tum etiã noſtri conſolandi gra-tia. Exiſtimo autem, etiamſi nondum uſitatæ inter homines fuiſſent næniæ, nunc ſanè hac in re meritò poſſe inſtitui. Quid enim quis non defleat? utrum ætatem, qua florens obijt, & fortitudinem cum ca in-feliciter ſepultam? an temperantiam, cui nulla facilè ſimilis extiterit? an uerò ſpem, qua cùm ipſe orbatus eſt, tum etiam familiares, amici, ciuitates, ac tota deniq; Aſia priuatur. Quis talia uel Simonides, uel Pindarus apto carmine aut ſermone deploret? Quis chorus hanc cladem decorè exprimat? Quæ uerò Dyſeris Theſſalica mortem Antiochi tanto cum dolore luxit, quantus nunc huius matri in-ſtat. Non tamen tacitè dolendum erit, nec nomen duntaxat in-clamandum, ſed & ornatus aliquis næniæ accedet. Cur enim

timendum

timendū nobis ſit, ne quid de eo inter dicendū mentiamur, cuius genus primū tam eſt inſigne per Vrbē & Aſiam totam, ut de eo nemo dubitet. etenim omnes eius maiores ad unum primo loco cenſentur. Iam uerò cum genere paterno certat maternum. Ex parētibus autē, ille quidem inter uiros eſt nobiliſsimus, hæc uerò mulierum omnium probiſsima, &, quod ad liberorum curam pertinet, muliere potior. Indoles deinde atque inſtitutio pro natalium dignitate ipſi contigerunt, cui nutrix quidem & cuſtos fuerit mater, corpus autem & animus inuicem ſe deceant. Et aſpectu quidē pulcerrimus erat, maximus, ac perfectiſsimus æqualium ſuorum, quique multa uoluptate ſpectatorem perfunderet, mores autem ornatiſsimi erant & maximè ingenui, atque amabili grauitate decori. Itaque difficile fuit iudicare utrum puer eſſet, an iuuenis, an ſenex. Nam ut ſimplicitas in eo erat puerilis, ita uigor iuuenilis, & ſenilis inerat prudentia. Intelligentiam porro in eo admirabamur nequaquam ferocem nec duram neque præfractam, ſed cum lenitate morum coniunctam ingenij acrimoniam: temperantiam quoque nec ignauam, nec ſupinam, nec ſtupidam, ſed inſtar uernæ temperiei æqualem manſuetudini uigorem, ita ut nec temperantia nec gratia ſibi inuicem officerent. Ac matri quidem non ſecus adhærebat, atque lactentes pueri, fratrem uero tanquàm filium amabat, literis autem ita deditus erat, ut qui abſque illis uitam acerbam duceret. Quocirca quæcunque ſemel audierat, mox intelligebat, & ſimul ut quenque uiderat, ſtatim eum, qualis eſſet cognoſcebat, & utrum eſſet amplectendus, an minus. Cumquè appoſitè putaret illud ab Homero dictum eſſe,

Multorum malus eſt dominatus,— Iliad. B

& præceptorum turbam potius ad ignorantiam facere, præceptorem quendam ex omnibus delegit, quicunque is fuit (nec enim eum ſatis honeſtè poſſum nominare) cui talem dabat operam, ut cum omnia faceret, quæcunque ad ſtudioſiſsimum & obſequentiſsimum quenque pertinebant nunquam tamen ſibi ipſe ſatisfaceret. Cum eo ſiquando uerſabatur, ita gaudebat, quaſi eam ſolùm uitæ partem exiſtimaret uitalem, cum autem non poterat, dolebat quidem, nunquam tamen conquerebatur. Iam cum auſcultabat, ita erat in ea, quæ dicebantur, intentus, ut applaudere non uacaret, ſed ut qui ſitiunt, tacitè bibunt, ita ipſi auditus ſufficiebat: ceterum geſtu, nutu, & uultus hilaritate lætitiam, quam accipiebat ex dictis, præ ſe ferebat. Semper autem conſpiciebatur uel librum in manibus habere, uel orationes conſcribere, uel matrem narrationibus aut declamationibus ſuis recreare: quo quidem habitu agens omnia, pulcerrimè potuiſſet depingi. Quæ autem alij, cū ad hanc ætatem peruenerūt, noctes dieſq; per luſum ſolent cōſectari

ea pro fabulis illi erant. Nam ex mulieribus ſola cum illo uiuebat mater, ut ex pueris, frater, & amicorum ij, cum quibus erat ſtudiorũ & literarum cõmercium, inter quos ille facilè eminebat. Omnino pudoris eum dixiſſes eſſe ſimulacrum, cum & plerunq; taceret, nec niſi inflammatus loqueretur. Nec enim alias unquam uox eius audiebatur, qui in uel cum rubore loqueretur, uel cum locutione juberet. uſque eo nihil turpe nec uiſu, nec auditu, nec ſenſu ullo perceperat. Eloquentiam porrò & eruditionem adeò amabat, ut earum ſtudio ſit immortuus,[a] cum panegyricum & declamationes recitaret. O pulcerrime puer, qui cum legitimam ætatem nõ eſſes aſſecutus, eam tamen, quæ contigerat, grauitate ſuperâſti. Nunc te requirunt & æqualium cateruæ, & ſeniores, & urbs, quæ maximam de te ſpem conceperat, quamq; tu nuper primùm ſimul & poſtremùm exhilaraſti. Quę uerò noctes, uel quę dies matri reſtant, quæ cũ prius ob felicẽ ſobolem celebraretur, nunc infelicis partus eſt conuicta. O orbes oculorum, in perpetuum deinceps claudendi. O caput antea uenuſtiſsimum, nunc in cinerem conuerſum. O manus non apparentes. O pedes, qualem dominum cum ferretis, labaſtis. O te & ſponſo recens uſto miſerabiliorem, & coronis quàm [b] nænijs aptiorem. qualem in temperie excitaſti intemperiẽ, qui, priuſquam tibi hymenæus [c] caneretur, næniarum dicendarum tempus [d] occupaſti. O decorem uenuſtiſſimum. O uocem, quæ communiter Græcis creſcebat, procemio recitato diſcedis, ita nos recreãs, ut magis contriſtes. Adijciam & illud Pindari, quoniam ſuccurrit:

Sideraq; & fluuij, & fluctus maris,

tuum deplorant immaturum funus. O alterum caſum. qualis quali iuueni incũbis. O appendicẽ. quale nobis hoc alterũ cõceſsit. O tragicum genium, qui cùm nuper curias nobis, orationes, applauſum, & gaudium protuliſſet, breui fabulam diuerſa ratione concluſit. O communem & eloquentium & infernorum deorum iacturã. Quidnam ad decreta reſpondebo? utrum hoc, Eteoneum ad ſuperos abijſſe? O feſtiuiſsime puer, qualem tibi mitto libellum: qualibus nunc frueris orationib. Enimuero non aliter quàm in tragœdia quadam uideor mihi inter lamentationes dei alicuius ex machina uocem exaudire, qui nęnias in laudes conuertat, itaque dicat: Silete, homines. nec enim miſer eſt puer, aut uir potius, nec miſeratione proſequendus ob iter, quod inſtitit. quin ipſi, ſi cui alij, benè accidit humanitùs. Nam nec Cocytus illum, nec Acheron excepit, nec urna conteget, ſed glorioſus deinceps & ſenij expers heros deget, Cyzico aſſeſſor, & ab auito Apolline eodem loco habitus, quo Amyclas, Narciſſus, Hyacinthus, & ſi qui alij cum formæ pulcritudine maiorem humana uirtutem ſunt adepti. Alijs igitur honoribus iam uobis eſt afficiendus, & aliter deducendus, ut qui lacrymis omnibus euaſerit

[a] εἰς πανηγυρικὸν καὶ μελέτας βοῶν.

[b] θρηνῶν pro θρηνεῖν.

[c] ᾀθλῶαι pro ἀθλῶαι.

[d] κατέλαβες pro κατέλαβεν.

ſcrit ſuperior, nec ſine diuino numine migrationem inſtituerit. Cum autem mors omnibus æquè ſit propoſita, illud certè, ut quis præclariſsima quæcꝫ cõſecutus, glorioſè obeat, nec dijs nec hominibus inuiſus, non omnibus eſt, ſed paucis admodum conceſſum. Iam uita omnis hominum breuis eſt, nec ualdè longa, adeò ut ſiue Arganthonium commemores, ſiue Tithonum, ſiue eum, qui ad tria durauit ſæcula, Neſtorem Pylium, omnibus his temporibus in ſummam collectis, minima deprehendatur eſſe pars æternitatis. Quare non eſt, quòd uitæ cupidi ſimus, aut moleſtiarum multitudine, uel longæ ſenectutis fructu, qualem quidem homines percipiunt, felicitatem metiamur potius, quàm cum eò præclariſsimè actum putemus, qui conceſſum ſibi uitæ ſpacium in res optimas inſumſerit, ac tanquam poeta quiſpiam, nondum ſatiatis auditoribus & ſpectatoribus, fabulam abſoluerit. Ille uerò felix ac ſpectabilis tum iuuenibus tum ſenibus diſceſsit, hactenus uita functus, quatenus ea duntaxat fuerat optanda, expers malorum & moleſtiarum, honoribus cumulatus, in literis atcꝫ artibus & laudibus educatus, à cara & contubernali matre ad antiquam matrem profectus. Quòd ſi quis non ſatis honorum illi tributum putat, id nunc ſuppleat, & inſtar herois eum colat. Etenim cum tuta [c] ſit laudatio, debetis hæc à dijs uobis eſſe pronunciata exiſtimare, itacꝫ uos tum ad ueritatem proximè acceſſuros, tum ipſi gratiſsimum eſſe facturos. Nec ineptum erit in ſcolijs eum quoque, ſicut Harmodium, decantare, ſic dicentes: Nondum es mortuus, ſed ſi quis alius, in medijs tum ciuibus tum hoſpitibus notus uerſaris. O qui uixiſti ut ſanctus, & more pluſquã humano mortuus es. O ornamentum & amicis, & generi, & ciuitati: qui primas in uirtute pro ætate obtines. Atcꝫ hæc tibi à nobis tributa ſint: reliqua ciuitas publicè curabit.

[c] παρόντων pro ἀπόντων.

IN ALEXANDRVM FVNEBRIS ORATIO.

Ad Senatum Populumq́ Cotyaicum.

CVM omnes ex tota Græcia oportebat ad uos cõuenire, qui & ob talem cladem uobiſcum dolerent, & uirum inter Græcos facilè primum exornarent: tum ego, ſi inter eos me collocem, quos res iſta propius attingit, nequaquam uideor mihi ineptè facturus. Etenim quæcunque ſunt inter homines pulcra & honorifica nomina, eacꝫ tum pueris iucunda, tum ſenioribus ueneranda, ijs me omnibus ille ſibi obſtrinxerat. Nam cum ab illo & educatus fuiſſem & inſtitutus, atcꝫ omnia deinceps, quæcuncꝫ fortuna obtulerat, ſtudioſè cũ ipſo cõmunicaſſem, poteram illũ nutriciũ, prę ceptorẽ, patrem, ſociũ, & omnia denicꝫ uocare. maximum aũt inter

nos erat,quod æquè poteramus alter de altero gloriari, cum & ego de tali pręceptore me iactarem,& ille nos noſtraq; ad ſuam pertinere gloriam arbitraretur. Ac donec ad ipſum ſcribere mihi licuit, feci ſedulò nec inameno utebamur per epiſtolas exercitio literario: poſtquã uerò non licuit amplius cum ipſo colloqui, nec ea quæ prius miſeram,cariſsimis mihi manibus excepit,illud reſtabat,ut ad uos ſcriberem,ac ciuitatem illius haberem loco. Hac enim ratione ſimul & Alexandrum duplici honore proſecuturus uidebar,partim ipſius honorificam faciendo mentionem, partim uos per illum mihi conciliando, & à uobis duplicem initurus gratiam, dum & publicè uobis to fretus eſſem,& eius uiri mentionem facerem, quem uos plurimi facitis,nec ſoli,ut arbitror,ſed unà cum Græcis omnibus. Ego uerò memoria quidem dotes illius omnes facilè conſequor,uerbis autem nõ item poſſum explicare. Ea nanq; mihi ſimul occurrunt, quæ per partes quidem narrare ſit difficile,omnino autem ne aggredi quidẽ præſtiterit. nam ſi aliqua duntaxat ex omnibus recitarem, metuo, ne tacere ſatius eſſet. Ille enim primùm uulgarem laudandi rationem immutauit. Nam tantùm abfuit, ut per generis coniunctionem ſe commendauerit,ad gentem aut urbem aliquam ſe referendo, ut, cum & gens ueſtra ſit antiquiſsima, & ex tota Phrygũ gente urbs ueſtra,ut aiunt, ille cõtrà tũ urbi tũ genti uniuerſæ ornamento fuerit: adeò ut magno ſit uobis apud omnes Græcos honori,quòd illius ciues ſitis. Sicut autem præceptoribus optimis uſus fuiſſe perhibetur, ſic eos, tanquam pueros,omnes ſuperauit. Poſtquã deinde ad iuuentutem acceſſit omnium præclariſsimorum,qui quidem ſeniores erant,diſcipulus,reliquorum uerò omnium partim præceptor extitit, partim collega. Ac de diſcipulis quidem eius,quales eua ſerint,alijs dicendũ relinquo,collegas aũt in docendo uincebat omnes. Cumq; alij maiora affectantes,minutiora quælibet omittãt, ille à minimis exorſus ad ſumma peruaſit,quemadmodum & in myſterijs aiunt minora debere præcedere. Alij præterea ueſtigia quidem & principia ſunt exactè perſcrutati,aut in ijs potius ætatem totã cõtriuerunt,quo aũt ea pertinebant,illa uel nõ cognouerunt, uel, ut apparet,nõ ſunt aſſecuti:hic uerò tanquam iter quoddã ab initio ad finem inſtitit, nihil omittens, quod ullius eſſet precij. Itaq; Græcis inſtar publici fuit promtuarij, cum liceret ab ipſo,quicquid ad eruditionem pertineret,tanq; ex fonte haurire. Maximè aũt fuit illud in eo mirabile,de quo etiam corã aliquãdo apud ipſum uerba feci,quòd cum oẽs,ut dixi, artes tractaſſet, & earum unãquanq; multo diligentius q̃ ij, qui ſingulis tantũ dãt operam,nõ tamen ideo nec ſuperbius aliquod nomen aſſumſerit, ſed antiquũ retinuerit,nec alios priuarit ſcholis, ſed unumquẽq; ſemper pro uiribus ſit adiuuare conatus. Cumq; alij dignitatem ex artib. ſibi cõcilient,ille artẽ quoq; ipſam per ſe maiorẽ reddidit,ac multis eã mo

dis

dis adauxit, ita ut ab ipſo dignitatem quandam conſecuta ſit. Nec ſecus atque alijs ſufficit, ſi æquales ſuos superent, ita hic in arte tota primas tenere uoluit. Nam cum alij, qui in his diſciplinis uerſantur, ita ſe habeant, ut uel iudicio ualeant, & elocutione deſtituantur, uel dicendi facultate pollentes, ſcientia careant, uel etiam ſtudiorum uarietatem ſectentur, & ab ea ſic circunducantur, ut omittāt potiora, hic unus omnia ſimul erat complexus. Iam quòd, cum tantùm eloquētia ualeret, non tñ ſe ad hiſtorias ſcribendas, uel tale quid cōtulerit, ſed antiquitati Græcę ſubſeruire maluerit, nōnè geminum eſt eius, quòd facilem ſe & commodum uiſitātibus prębuit. Itaq; & artium cognitione mox eos replebat, & quibuſcūq; uitę cōmoditas erat quęrenda, ijs cōmendationes procurabat & penſiones. Quo fit, ut unus q̃ plurimos tū docuerit tum diſtribuerit, quaſi coloniarum quidā deductor. Quinimo metropoli cuiuis cōparari poteſt, quatenus alios alibi terrarū collocauit ad ipſorū ſimul & aliorū utilitatē. Solus p̃terea Heſiodū mēdacij cōuicit, qui poetā poetę inuidere dixerat. Erat em̃ eorū, qui eādē colebāt artē, tanq; pater cōmunis, nec minorē in illo omnes, quā in ſe quiſq; ſpē poſitā habebat. Solus etiā nec rudiores cōtemnebat, & apud elegātiores homines ſummo erat loco, nec minus numero quā præſtantia teſtiū excellebat. Quin & literatis honorificū erat, ipſius familiaritate uſos fuiſſe, & alijs nobilib. clariſq; uiris multū ad ſplendorem conducebat ipſius cōſuetudo. Quocirca nunq; ceſſabat, & ſi quādo à munere ſuo uacabat, uel inter principes uiros uerſabať, uel in ipſa regia. Iſtis tamen regum conuictibus obiter tantùm utebatur, cum adepto iam per totam Græciam primatu, ac mille editis ſui ſpeciminibus, ita demū in regis aulam et aures penetraſſet, ex quo quidem alius eum ab alio quaſi per manus accipiēs, tanq; ornamentū aliquod aulicum fouebat. Cum igitur eò facultatis & potentię perueniſſet, ut etiam nutricius adoloſcentū, nō præceptor modò haberet, ibi tum modeſtia et tēperantia tanta uſus eſt, ut difficilis eſſet explicatu, tū ita ſe geſsit, ut in antiqua ſcholæ p̃fectura ſolebat. Sicut em̃ illic nemini unq̃ omniū moleſtiā aut dānum attulit, uerū cōmodus ꝑpetuò fuit & diſcipulis & ipſorū pædagogis, quorū plurimis libertatē et honores alios cōciliauit, cū tales parentib. liberos effeciſſet, ut etiā pędagogi & qui ad ipſum aditum habebāt, in precio eſſent apud eos, q ipſos huic muneri p̃fecerant, & ipſe p̃tereà palā talia beneficia ſolen niū loco ꝓ alijs peteret: ſic & in regijs negocijs nemini unq̃ doloris erat cauſa, uerū perpetuis beneficijs & ꝓpinquos et amicos, ac patrias urbeſq; ſingulorū ꝓſequebať. Quanq; aūt multa in multos contuliſſet, à nemine tñ mercedem unq; popoſcit, niſi qđ artis gratia nō uerebatur honorariū accipere, q; putaret id iuuenib. cōducere, ſi ſumtum in diſciplinas factū ſuſtinerent, qui quidē facultatib. abundarent. nā pauperib. quidē adeò moleſtus nō erat, ut etiā de ſuo ſuppeditaret.

Nec uerò, cū arte & prælectionib. tātū prodeſſet, in Reip. munerib. cuiq; ceſsit. Nam id & uos probè nouiſtis, & ego de quibuſdā ueſtrū intellexi, urbem eū penè totā de integro uobis inſtauraſſe. Vſq; eo nō uerba duntaxat ille uobis dabat:[a] nec tāti faciendus eſt ædificiorū ſplendor, quāti æqtas tēperātiæ, q; ille in omnib. & dictis & factis tuebatur, ſic ut nuſquā modū excederet, ſed decētia uobis decora cōpararet. Quid quod nec in iſtis admodum frugalis erat, cū cōſtet, maxima quæq; ueſtra ornamenta de ipſius magnificentia ꝓfluxiſſe. Exiſtimo aūt illum, etiāſi nihil unq; in uos impēdiſſet, ob ea tñ, quæ ueſtra cauſa tū dixit tū fecit, benefici nomē apud uos mereri debere: rurſum uerò, etiāſi nihil nec dixiſſet aliud nec feciſſet, tot aūt tātaq; in uos ex ſe cōtuliſſet, uel ſic primo fuiſſe loco habendū. Quinimo etiāſi nec opibus nec alijs rebus publicè uobis utilis fuiſſet, quia tñ eū inter Græcos locū tenuit, id uobis meritò ſit glorioſum. ipſius nāq; gloria in totā ciuitatem redundat. Nam cū honorificum ſit & genti & urbi, ſummum aliquē uirum ꝓtuliſſe, uos certè uberrimū præ ceteris felicitatis ipſius fructū percepiſtis. Nemo etenim tātopere unq; patriam ſuam celebrauit, quandoquidem ut alij de patria uel alia re quauis innoteſcunt, ita ſemper ipſe ſimul cū patria nominabat̃. Nā & in ijs, q̄s corrigebat, libris hoc ſignū fuit relictum, ut Alexandri nomini patriæ nomen aſcriberet̃. Ita fit, ut quoties illius incidat mentio, toties etiā uos celebremini,[b] ueſtraq; ciuitas antiquæ Græciæ ſit reddita metropolis. Quas ob cauſas iure & ſepulcrum uiri colitis, & ipſum ut generis autorē & urbis cōditorem ueneramini, oēs eos honores, qui primis oppidorum conditorib. tribui ſolent, in illum cōferendo. Quæ cum ego intellexiſſem, cōſolationem quandā, ut in tali calamitate, accepi, & ideo maximè ad uos ſcribere in animū induxi, cum ueſtrū admirarer cō ſilium. Erat enim turpe futurū, cum Amphipolitæ Braſidæ ut heroi & urbis cōditori ſacrificarent, q; eos ab Athenienſiū dominio liberaſſet, ſi uos eū, qui uos apud oēs Græcos reddidit cōmendatos, & cum nemini unq; nocuit, tum ſemper omnib. & dictis & factis ꝓfuit, à ueſtra exorſus patria, nō ut generis ueſtri, ac totius etiam Græci, ut ego libens dixerim, autorem coleretis. Quinimo ſi Smyrnæis Homeri, Parijs Archilochi, Bœotijs Heſiodi, Ceis Simonidis, Himeræis Steſichori, Thebanis Pindari, Mitylenæis Sapphonis & Alcæi, alijsq; populis aliorum uirorū ortus glorioſus fuit (Athenas enim nunc omitto) uos etiam meritò de illo, qui hos oēs exornauit & patefecit, iactare uos poteſtis. Exiſtimo enim, ſi quis illos deorum ab inferis hoc uiuo reuocaſſet, omnes ubiq; homines in unū cōuocatis ijs illorū, qui eandē artem colerent, ab hoc ut inquirerent iuſſuros fuiſſe, quid de ipſis ſentiri ac dici deberet. Riſum uerò mouerūt mihi quidam, qui Platonem ſibi ꝓponunt, & huic ſoli dant operā, cum hic ſit omniū, mea quidem ſententia, Platoni gratiſsimus, aliosq; tum poetas

[a] ἀλλὰ τὸ τῶν pro ὁ δὲ τῶν.

[b] ὑμῶν pro ἡμῶν.

Thucyd. 5.

tas [c] tum ſoluta utentes oratione tot ſpacijs ſuperauit, quot uere flores, ut aiunt, naſcunt̃. Neq; illud uel uos uel poſteros latere debet, eleganter illum quædã etiã cõſcripſiſſe, & melius reliquis omnib. ſuę nationis, quæ tñ parua ſolùm quædã ſint ipſius eruditionis & ingenij ſimulacra. Nã dicendo longè præſtabat, ita ut Platonis dictũ cõprobarit, Ludicra uideri ſapientũ ſcripta præ ipſorum colloquijs. Quocirca nemo ex iſtis Alexandrũ debet æſtimare, q̃uis Homerici eius cõmentarij magni poſſint ornamẽti uicem ſupplere. Et quanq; Æſopus feſtiuus fuerit ac ſapiens, nihil tamen habet cum Alexandri doctrina cõparandũ, cùm illius ſapientia uix milleſimã huius partẽ ualeat. adeo uobis ſecunda priorib. potiora terra ꝓtulit. Illud etiã in eo mirandum fuit, ꝙ ipſi ſoli æqualiter omnia Deus cõtribuerit. Nã corpus primùm habuit pulcerrimũ, robuſtiſsimum, ſuauiſsimum, & auguſtiſsimum, ut neminem uiderim adeò florentẽ & uenuſtum, atq; ille fuit in decrepita ſenectute. Animus deinde contigit manſuetus, & omni uirtutis indole cõſummatus: eruditio uerò ſumma, & gloria ꝓ dignitate, honoresq; cũ à priuatis, tum à regib. ſicq; pares ꝓ utrorũq; conditione. Huc accedebat res familiaris ſemper accreſcẽs, laboresq; faciles, & uita longiſſima. Omnia deniq; expetenda ad eum cõfluxerant, æquitate cũ fortuna coniuncta. Cumq; hactenus difficile factu iudicatum fuiſſet, ut unus omniũ cõpos fieret: hic tñ oĩa, uel ſaltẽ plurima unus eſt cõſecutus. id quod ita ſe habere facilè apparebit, ſi quis unã quandã ex eius laudibus, commercium cum regib. habitum, excutiat, & cum eo comparet uel Ariſtotelis cum Philippo & Alexandro cõſuetudinẽ (nã illa quidem nõ omnino crimine apud Græcos caruit, cum uideretur ille cum aduerſarijs & hoſtibus Græcorum uerſari: hæc unà cum potentia gloriam obtinuit, cùm hic non cum hoſtibus Græcorum in communem perniciem, ſed cum ſtudioſis haberet commercium, & præterquàm quòd nihil nocebat, multos etiã Græcorum, quibus id opus erat, pro uirib. iuuaret, & communiter omnib. regiam benuolẽtiã conquireret) uel Platonis cũ Dionyſio, qualis quidẽ ille poſtea Corinthi probè apparuit. ſed ut hoc omittã, cõſuetudo certè iſta ut ſatis generoſa, ſic minimè felix fuit: huic aũt utrũq; illud obtigit, ut optima ſemper & appeteret & cõſequeret̃. Nec etiã facilè dictu ſit, utri populo, Græco nè an Romano, carior fuerit, quãdoquidẽ apud principes magni ſolebat fieri. Quod aũt genus hominũ q̃tũuis uel remotorũ uel ſtupidorũ, nõ illius memoriã iãpridẽ cõſeruat? Quis poterit lacrymas cõtinere, poſtq̃ mortis rumor increbuerit? Etenim licet illi tẽpeſtiua mors fuerit, intempeſtiua tñ accidit Gręcis tãti uiri priuatio. Iã nimirũ & poeſis oĩs defloruit, & oratoria facultas omnis eſt cõtracta, deficiẽtib. omnib. poſteaq; interprete carent & prę ſide. nũc & artes orbę iacẽt, & arcta hæc arctè ſunt apud pleroſq; cõpreſſa, Quod aũt de Æſchylo dixit Ariſtophanes, tenebras

c deeſt καὶ poſt ποιητάς.

In Phædro, ſub finem.

per eius mortē obortas eſſe: id de hoc homine, q̃d ad literas attinet, iure dici poteſt. O pulcerrimum ornamētum. ô Græcorū antiquiſſimum. ô perpetua celebratum admiratione: quē & qui cognouerūt, & qui ignorarunt, ex æquo deſiderant. Mortis etiā genus, quod audiuimus, felicitati tibi uerti debet, qui nec morbis abſumtus, nec doloribus fueris afflictus, ſed cum ſolitis ſtudijs uacares, tanq̃ à Deo uocatus, in librum animā expiraris, dignum cognomine ſortitus uitæ exitum, cum totum uitæ curſum quaſi aliud quiddam accuratè [d] perfectum peregiſſes, & officium tuum uſq; ad extremum uitæ halitum præſtitiſſes. Quòd ſi uera tradunt Pindarus ac Plato, totaq; Alexādri officina, ut aliqua ſint infernorum inter ipſos commercia, crediderim ſanè nunc poetarum ab Homero uſq; choros, & oratorū, hiſtoricorumq;, ac aliorū omniū ipſum circūſiſtere, qui dexteram porrigant, & ut ad ſeſe diuertat, hortentur ſinguli, tænijs eum & coronis redimientes, idq; nulla cum controuerſia & cum [e] altero contentione, ſed primo quoq; ſuffragio. Nec enim exiſtimo multis annis eò deſceſſurum aliquem, qui cum ipſo comparari poſſit, uerùm ei perpetuū ſolium, ceu præconi Græcorum ac duci optimo, deſignatum iri. Nemo tamē ex uobis ægrius ferre debet, ſi hæc inter ſcribendū ad uos enunciaui, cū ſit hoc epiſtolæ argumētū, uelle de ipſo tū audire tū dicere. Quinimo nec hoc uitio cuiquā uerti debet, ſi obitu uiri doleat, licet ætate tā prouecta deceſſerit. Primùm etenim non quæ ſunt recentiſſima, ſed quæ perfectiſſima, debemus amplecti. Deinde tanto grauior eſt iactura, quanto rarius cōtingit, ut decrepitus ſenex ita ſe gerat per omnia, ſanitatis, memoriæ, prudentiæ, hilaritatis, & aliarum rerum uires conſeruans. Quin præſtabat omnino, dum uiueret, anxiè metuere, ne q̃n moreretᷓ, eumq; dū licebat, ceu precioſum quiddā ſpectare, q̃ poſt mortē ætatem prætexere. Sed q̃m non metuo, ne quis iſta ueſtrū reprehendat, quos audio cuncta tā dicere q̃ facere, ad uos me rurſum cōuerto, breui finē facturus. Aio nāq; uos cū alijs honorib. eum iuſtiſsimè proſequi, tum, q̄ eius familiarium rationē habetis, optimè omniū & rectiſſimè facere, dum uxorē quidē ut ſacrā, et diui alicuius, ſi fas eſt dicere, ſedē habetis, & cognatos, ut pulcerrima ipſius monumenta, ex liberis uerò partim ſeniores omni ueneratione colitis, partim natu minimum ſtudioſiſſimè educatis, ac publicè tuemini. Id enī illi miſerrimū accidit, q̄ pater eius, cū plurimos Græcorū in literis inſtituiſſet, atq; etiā filios ex illis quorundā, ſuo id officij filio præſtare nō potuit, uerū is iā alium, q̃ communem Græciæ præceptorem, requirit. Vos igitur & hanc calamitatē & totam huius euentus miſeriā reſarcietis, parentum erga illos animo aſſumto, &, ut uno dicam uerbo, Alexandri familiā, ꝑ publica habentes. q̃ quidē neceſſariò uobis fuerūt à me, ꝓponēda, q̃m, ut initio dicebā epiſtolæ, aut q̃cunq; nomine libellū hunc donare uultis, multa mihi cū illo iura intercedebāt.

Nam

d ἐξειργασμένον pro ἐξειργασμένου.

e ἑτέρῳ pro ἑταίρῳ. Alludit ad contentionem eam, quā Ariſtophanes in Ranis expreſſit.

Nã & amicitiæ, qua ipſum proſequebar, locupletes percepi fructus, cũ ille nõ ſecus me redamaret: id qđ cum alibi, tũ in morbo meo Romæ ſatis oſtẽdit, ubi nihil eorũ, quæ ad ſalutẽ meã facerent, omiſit, adeoq́ ut ſaluus domum redirem, maximè poſt deos in cauſa fuit. Quæ autẽ ſecuta ſunt qd recenſeam? Nec parũ cruciauit me eius admonitio, qua ſæpiſſimè partim corã, partim per literas à me petijt, ut quædã ſcriptorum meorum uobis dedicarẽ, primũ illis locũ pollicitus. Ego uerò, cum ea uellẽ recognoſcere, nõ potui illi parère. Ita factum eſt, ut nec deſcripſerit libros noſtros Alexander, nec legerit pleroſq́. Iudicium tamen de orationibus noſtris ſi non inuidia maius, inſigne certè ſem per tulit. Qubus ex rebus fit, ut & memoria ipſius apud me hæreat, & eius obitum magno tribuam infortunio, ac præterea nõ ineptè mihi uidear nunc uobiſcum ſermonem cõferre. Vellem autem corpore eſſe firmiori, cum alijs de cauſis, tum ut mea quoq́ opera uti alicubi poſſetis. eos em̃, qui ſunt cũ illo cõiuncti, nequaq́ à me alienos puto.

Morbo) de qua uide ſecundũ Sacrorũ ſerm. ſub finem.

PANATHENAICA ORATIO.

ANTIQVA uiget inter Græcos lex, & inter barbaros, ut opinor, pleroſq́, qua iubẽtur ſinguli nutricijs ſuis, quas poſſunt maximas, referre gratias. Nutricios [a] autem uobis antiquiores, Athenienſes, nemo facilè ſibi repererit, qui quidẽ inter Græcos cenſeaẽ. Primũ enim conſueti huius & cõmunis alimenti autores ab initio fuiſtis uos atq́ cognomines. quare cum alij ſint [b] aliorum nutricij priuatim, prout fortuna et concurſus temporum tulerit, uos meritò ſoli poteſtis communes omnium nutricij uocari, atq́ ipſis etiam nutricijs priores, ut quos poetæ uocant patrum patres. qua quidem uel ſola de cauſa omnes uobis beneuolentiam ſuam & ſtudium debent. Iam eius alimenti, de quo, cum eò tenderem, in animo habebam dicere, quodq́ uerè purum eſt, & hominis proprium (artes dico & literas) initium à uobis ortum eſſe, & in omnes propagatum, nemo tam illarum rudis eſt, qui id ignoret. Quapropter etiam quæ de ijs habetur oratio, huc eſt iure referenda, ut digni honores ciuitati tribuantur. Etenim cum aliæ gratiæ, quæcunq́ referuntur, licet iuſtæ, non tamen beneficiorum ſint propriæ: hæ utique ſolæ donationi cognatæ dici poſſunt. Oratione namque relata pro orationibus gratia, non iuſta tantũm eſt, ſed & ductum à ratione uocabulum ſibi uindicat, cum ſit exactè rationi cõſentanea. Nemo aũt ueſtrum, quotquot heic uel adeſtis, uel eſtis ad futuri, inceptũ hoc temerariũ aut ineptũ iudicet, quòd nec ignobile argumenti genus deligentes, nec rei amplitudinem ac difficultatem reueriti, palam hoc certamen ſuſcepimus. Illud enim primum ſi reprehendendum eſt, nequaquam tamen deorum laudes intactas reliquimus. Hoc deinde non me latet, operoſum eſſe iſtud argumentum ac tractatu difficile, plurimaſque in ſe continere digreſſiones, quas & perſpicere omnes, & ſingillatim diuidere, &

a deeſt δὴ post ὑμεῖς A.

b ἄλλων pro ἄλλοις A.

Ratione) nã λόγος Græcis & rationem notat & orationem: unde componitur uox εὔλογος.

perfectè abſoluere nemo poſſit, niſi præclarè faueat illi fortuna: tum etiam, alijs multis, qui hac de re olim dixerunt, & auditorum aures iam præoccuparunt, nos ſuccedere, maiore'que cum difficultate quid taceamus, quàm quid dicamus, eſſe reperturos. Cum enim alij alia explicauerint & exornarint, quæcunque ab alijs omiſſa fuerant, alij ſuppleuerunt. itaque ei, qui poſtremus hanc rem aggreditur, duplex eſt ſuſcipiendum certamen, alterum ſeorſum cum ſingulis, alterum communiter cum omnibus. Veruntamen illud ipſum duntaxat me ad dicendum impulit, quòd cum tot tantisq; in rebus ciuitas excellat, nec cuiquam laudis argumentum deneget, nemo adhuc ea fuerit fiducia, ut rem totam ſit auſus pertractare. Nam alij quidem ſuperiora tempora, deorumq; cum ciuitate coniunctionem uerſibus cecinerunt, idq; obiter: alij uerò bella ſingulis temporibus cum barbaris aut Græcis geſta per partes enarrarunt, nonnulli etiam reipubl. genus demonſtrarunt, aut in orationibus funebribus mortuos quoſdam celebrarunt. horum tamen quidam non, ut moris eſt, ordinem rerum ſecuti ſunt, ſed aliò ſe contulerunt, cum putarent dictionem ſuam rebus exæquari non poſſe, nec immeritò, nedum ſint omnia, quæ ad ciuitatem pertinebant, complexi. Reliqui autem uel ſapientiam ciuitatis laudant, uel colonias enumerant, uel humanitatem extollunt, idq; partim inter alia ſcripta, partim uoce, prout ſuggerit memoria. Omnes deniq; ex ſua uel uoluntate uel facultate, non ex ciuitatis aut rerum magnitudine urbem c æſtimarunt: nec ſecus atque in mari immenſo, nec ſub aſpectum undique cadente, tantum quiſque, quantum uidet, miratur. atq; hoc ciuitati inſtar ænigmatis accidit, quòd cum tot laudum generibus ſcateat, earum ſi uel minimā partem quis recenſeat, non omnino ludat operam. Iniquum foret igitur, ſi ea cauſa, quæ & ſola mihi audaciam attulit, & meritò hanc orationem requirebat, illa cauſa, quæ crimini datur, eſſe cenſeretur. Deinde ſi nec magna nec multa eſſent, facileque ſub numerum & menſuram caderent ea, quæ tantum decus attulerunt ciuitati, in ijſque numerarentur etiam orationes: non eſſet, quòd audacius periclitaremur, aut Vrbis laudes tractaremus. Cum autem ſicut aliarum rerum omnium, ſic etiam orationum apud Græcos & alios omnes homines inuentrix ipſa extiterit: nequaquam aliena tractamus, nec diuerſam inſiſtimus uiam, ſed eam, quæ rectà ad Vrbem & Athenienſes ferat, nec gloriā ciuitatis imminuimus, ſed ipſi quæ ſua ſunt, quantum licet perſoluimus. Quod autem ſæpe à multis dictum eſt, non poſſe facilè ſe initium dicendi reperire: eius dicti uſum ad me ſolum pertinere iudico. Nam quòd uix poteſt apertè ac facilè Vrbis origo explicari, id nō ex eo tātū euenit, quòd urbs omniū ſit antiquiſſima, ſed et quòd multa ſuppetant undiq; initia, quæ nec coniungi commodè poſſint, nec ita dijudicari,

c μεμετρήκασιν pro μεμερίκασιν.

diiudicari, ut quod eorum primum ſit, appareat. ſingula namq; ſuas præ ſe ferunt cauſas, quibus primatum ſibi prima fronte uindicent. Eam igitur originem, quæ omniũ uidetur aptiſſima, & quò ſi totam orationem retulero, minimè ſim erraturus, ponã: quod utrum rectè faciam, an minus, ueſtrũ erit iudicare. Nec tamen, ſicubi tanq; de domeſtica urbe, cuiuſq; commodorum particeps fuerim, uidear uerba facere, id uobis pudori futurum ſpero. Regionis itaq; natura naturæ incolarum uidetur conuenire, nec uel terra alios decere homines, uel illi alia digni eſſe terra. unde & factum eſt, ut nec incolas illa, nec hi patriam mutarint. quod quidem utrunque tum aſpectu tũ memoria comprobatur. Primũ namq; huius regionis ciues [d] mira & euidentia ſuæ æquitatis ſigna ad omnem occaſionem [e] ediderunt, partim, [f] ut ita dicam, humanitatem oſtendentes, dum in morum manſuetudine, affinitatibus & cõmercijs nemini in benignitate cederent, partim in periculis & neceſſitatib. propugnaculum Græciæ ſeſe exhibentes. Deinde regionis is ſitus eſt, ſiue ad terram ſiue ad mare oculos conuertas, ut id facilè comprobet. Prominet enim Attica inſtar præſidij cuiuſdã Græcorum, proximè ad orientem debito loco conſtituta, & in mare uergens: unde euidenter quis conijciat, eam eſſe Græciæ totius fulcrum & columen à deo quopiam fabricatum, ipſiq; ſoli principatũ natura deberi. Iſtud præterea quaſi humanitatis edit ſpecimen, quòd longiſſimè progreſſa mare placat, atq; inſulis miſcetur, continentẽ inter inſulas, quarũ etiã pleriſq; eſt Auſtralior, iucundiſſimo ſpectaculo inferens. Itaq; prima eos, qui per mare adueniunt, tanquã manu porrecta excipit, multos undiq; portus ac ſtationes in circuitu ſui præbẽs, litoraq; alia in alijs tum ſui tũ maris partib. nec nõ freta prope adiunctas inſulas, æqualem inſulis ſeruantia diſtantiam, ita ut partim nauigio uel intrare Atticam uel circumire, partim pedibus iter facere, ut in mari nihilominus quis uerſetur, liceat, ac pro arbitrio quidlibet, quod arriſerit, tanquam in pompa deligere. Cyclades porrò ac Sporades undique illi adiacent, quaſi è mari de induſtria pro ſuburbijs eſſent editæ, chori forma: earumque ornatus etiam ad Vrbem pertinet, quãdoquidem illę palatiorum ſunt atrijs ſimiles, & Lunam, ut poetæ dicerent, cingunt ſtellæ, maius auferentes decus quàm adferentes, quoniam regionem accolunt. Quas ob res has inſulas inter cetera Græciæ loca ſummo iure ad [g] Vrbem ſolũ pertinere, nõ temerè quis iudicet, alios aũt ut ſubditiios ac ſpurios mare inuaſiſſe, nõ ut auitas inſulas occuparent, ſed per fortunæ temeritatẽ raperent. quo etiam factũ eſt, ut breui fuerint expulſi. Iam uerò, cũ hic ſit regionis ſitus, quanta cum commoditate & delectatione uel mercatores, uel qui uiſendi aut aliorũ negotiorũ gratia accedunt, ad eã appellant, nemo facilè dixerit, niſi quantũ [h] ipſe de ſe teſtari poſſit. ſiquidẽ omnib. modis animus purgatur, ac ſubtilior & leuior redditur, dũ ad Athenarũ

[d] θαυμαστὰ pro θαυμασίαν
[e] ἐπιδεξιώσεως pro δεξιώσεως A.
[f] ἵνα pro ἂν A.
[g] μόνη τῇ πόλει pro μόνης τῆς πόλεως A.
[h] αὐτὸς pro αὐτῶν

ſpectaculum, quaſi in ſacris expiatus, pręparat. Quin & oculis maius ſolito lumen innaſcitur, auferente ab illis etiã tum ad regionem adue nientib. denſam nebulã Minerua, Homerico more. Quocirca tanquam inquiete delectãt illos ſpectacula, nec tam nauigationẽ abſoluere, quam choream uidentur euoluere. tales undique res pulcerrimæ nauem circunſiſtunt, à quibus illi fauſtis ominib. in Atticã deducunt. Nec abſimilia rebus uiſis ea ſunt, quæ narrant, nec fide indigna: quãdoquidẽ omnia deinceps ſimiliter ſe habẽt. Latona nanque primũ (quanque erit poſtea de rebus diuinis dicendi locus) zona in Zoſtere Atticæ ſoluta (unde & nomen loco datũ eſt) ad Orientem rectà tendẽs, duce Minerua Prouida, cum ab extrema Attica ad inſulas eſſet progreſſa, in Delũ deuenit, ac Dianã cũ Apolline, qui ciuitati deus[i] auitus eſt, peperit. Tum etiam qui primus ex Aſia traiecit in Grçciã exercitus, per inſulas ad Marathonẽ appulit, quò præclarè à loci natura deductus eſt, ut inſidiarum Græcis poſitarũ pœnas lueret. Quãuis aũt in Græciæ fronte ſit hæc regio, nihilominus mediũ totius obtinet locũ. Etenim quocunque ab ipſa diſceſſeris, celeberrimæ te Græcorũ gentes excipient. nec ſecus atque Vrbẽ ſuã regio, ipſam porrò regionem tota ac colit Grçcia. Itaque ſola etiã Græcię decus obtinuit, ac lõgiſſimè diſtat à barbaris, quantũque ab iis eſt loci interuallo remota, tãtundẽ et moribus diſcrepat. Nec enim uel fluuius ullus inter utroſque intercedit, uel[k] ullum cõfinium utranque terrã pariter diuidit & cõmiſcet, uerũ ad hanc mediam regionẽ, tanque ad umbilicum clypei, ab omni extremitate tẽdit Græcia, eamque uariis cingit orbib. partim marinis, partim terrenis, ceu cõmunem totius gentis ſtirpem. Adeò aũt ab externa & barbara regione abhorret, ut etiam in oppoſita trans mare continenti aliam Græciã ſibi prætenderit, coloniam ſuam, quæ iam à barbaris eſt alieniſſima, quaſi Vrbs naturæ inſtinctu iſti hominum generi eſſet inimica. Vnde factum eſt, ut & ſinceris incorruptisque ſemper uſa ſit moribus, & accuratum purumque ac ſuaue dicendi genus, quod oẽs imitarentur Grçci, introduxerit. Idem deinde eſt regionis in Grçcia ſitus, qui urbis in regione, quandoquidem media iacet ipſa in illa media, hactenus ad mare declinans, quatenus portus, quò pertineant, dignoſci poſſint. Tertia deinceps uerticis inſtar è medio oppido eminet ea, quæ urbs olim, nunc Arx dicitur, non quòd ea ſit urbis ultima pars, ſed quòd circa ipſam reliquum ſit urbis corpus circũfuſum, medio eodem ac ſummo concurrente: in quo iam uniuerſum conſiſtit ornamentum, & ſumma regionis[l] oportunitas. Sicut enim in orbibus clypei in ſe inuicem incurrentibus, quintus umbilicum implet, qui eſt omnium pulcerrimus: ſic & Græcia eſt in medio totius terræ, Atticamque in ſui medio complectitur, in qua deinde media iacet Vrbs, & in huius medio Arx. Verùm huc nos orationis curſus abripuit, rerum perpetuò incidentiũ ſeriem ſecutæ. Quare tempus

eſt,

Alludit ad caliginem Diomedi à Minerua ablatam. Iliad. ε.

i πατρῷον pro πρῷον A.

k οὐδὲν pro οὐδ'.

Coloniã Ioniã.

l εὐκαιρίας pro ἀκμαίας A.

eſt, ut ad regionem ipſam redeamus, eiuſq́ue dignitatem tueamur: de qua quidem, quantũ ad maris & terræ naturã pertinet, diximus[m] quantum opus fuit, ut nec lõgiores eſſemus, nec eorum quicq̃, quæ dicenda fuerãt, omitteremus. Iam uerò aerem ſupernũ, anniq́ue temporum temperiẽ tam cõmodã eſt nacta, ut uix ulla poſſit oratione explicari. Æquo namq́ue ſpacio ab omni nimio diſtat, & cum facultatis cuiuſq́ue commoda percepit, quæ ſunt in ſingulis moleſta, declinat. Huius autem rei argumentum non ex fructibus modò, quæ & cognomento ceteris præſtant, &[n] magnam anni partem durant, licet ſumere, ſed etiam ex declinatione, non ſecus atq́ue trutina quicquam exactius perpendimus. Nam quo quis ab Vrbe longius in alterutram partem receſſerit, hoc maiorem uel caloris uim uel frigoris ſentiet. Ita fit, ut ibi uincatur Vrbs, ubi moleſta ſit ac damnoſa uictoria. Tãta quoque præſtat felicitate, ut & aliarum gẽtium oppida ab ipſis deducta, quæ ſunt in Ionia, optimè uideantur eſſe temperata, quaſi hoc inter alia domo ſecum detulerint. Nec eſt, quòd alias regiõis partes Septẽtrioni dicamus oppoſitas, alias Meridiei, & ſimiliter Ortui atq́ue Occaſui, ſed ſimpliciter utraq́ue parte Septentrionem ac Meridiem definiamus, & ortũ atq́ue Occaſum ſuperiori et inferiori regione, ut Vrbs ipſa ſit omnium quaſi confinium, & cõmunis locus, in quo ſegmenta oĩa cõmiſceant̃, ſub ipſa, ut ita dicã, cæli arce, Iouisq́ue imperio ſita, debita Mineruæ ſedes, eiuſq́ue operũ & alumnorum locus proprius. Etenim nullus uſquã terrarum aer uel à terræ natura eſt alienior, uel ad ætherem propius accedit. Ac terræ quidem, maris, & aeris natura tali Atticam inſtruxerunt eius conditores: quæ autem hinc cõſequuntur, facilem habent demonſtrationem. Inter ea ſunt agrorũ decora & uenuſtates, quorum alij ab ipſis mœnibus, aut ab Arce potius Vrbi infunduntur, quidam ad maris cuiuſque litora procurrunt, nonnulli in media regione montibus[o] circumiectis uelut terminis circundantur, marinorum ſinuum figura. Montium uerò pulcritudinem quis non admiretur, cum illis tantum ornamentorũ ſuppetat, ut etiam Vrbi de ſuo impertiãtur. Nã quod regioni, quæ decorum eſſet opus, debebatur ſignum, diuinæ gratiæ, id primo loco profert, ac naturæ ui gratiam ſibi conciliat. Præterea ad templorum & ſtatuarum ornatus eſt[p] aptiſſima, eorumq́ue bifariam poteſt originẽ ſibi uindicare. Nam & heic ea primùm legibus inſtituta ſunt, & ex ſe[q] ijſdem Vrbs materiam ſuppeditauit. Iam uerò quid agã, neſcio, poſteaquã per partes oportunitatem regionis mihi explicãdam puto. Quod enim primũ nec ubiq́ue plana, nec undiq́ue mõtoſa, ſed ad utrũque uſum eſt aptè uariata: id eam perfectã eſſe indicat, orbiſq́ue totius imaginem in ſe continere. Deinde maris & terræ per interiectos portus coniunctio, camporũq́ue cũ montib. uenuſta connexio, nõ ubiq́ue temerè reperiuntur. Cernuntur etiã argenti metalla tanq́ue uenæ per

m δὶ ἴσων pro ἴσον A.

n ποιεῖν pro ποιῶν.

o περιέχουσιν pro περιέχουσαν A.

p ἐπιτηδειοτάτη pro ἐπιτηδειότατα A.

q εἰς αὐτά pro αὐτῶν A.

montana loca penetrantes, ne quid in Attica ſit ocioſum, nec redituũ contingat penuria, ſed aliorum fertilib. agris iſte præſtet ſterilis. nam & hoc liberalitatis atq; magnanimitatis inſtrumentũ Vrbi ſuppeditandum erat. Huc accedunt perenniũ fluuiorum curſus inoffenſi, fonteſq; copioſi, & fructuum prouentus omnium, quorũ qui eſt [r] mãſuetiſsimus, hoc in loco creſcit pulcerrimè. Qm̃ autem hęc perinde narramus, quaſi qui è bellarijs probant epulum, nunc maximum & coniũctiſsimum regionis fructũ atq; ornamentum, in quo tota cõſiſtit eius utilitas, dicere aggredior, ad aliud principiũ tranſlato ſermonis principio. Etenim ſicut alias regiones elephanti [s] exornãt & leones, uel equ & canes, uel ea quæ pueris audita terrorẽ incutiunt: ſic eo [t] ueſtra ornatur regio, quod eſt orbe toto pulcerrimum, & Indicis formicis alatis longè præſtãtius. Siquidẽ prima hominẽ ꝓtulit, eiuſq; prima eſt patria: & quod in alias animantes tota contulit terra, id hæc humano generi præſtitit, cuius eſt mater cõmunis ac nutrix, naturæq; origo, proprius hominũ locus è tota terra, inſtar delubri, delectus. Quocirca etiã optimos, omniq; uirtute cõſummatos homines protulit, quippe cui prouentus iſte non externus eſſet, ſed ſuus. Huius namque regionis incolæ non ſunt huc errore delati, nec cùm patriam terra mariq; uelut in tenebris quærerent, nec etiam poſt clades duas, dum & potentiorib. cederent, & imbecilliores eijcerent, regionẽ atq; cognomen ui occuparũt: ſed ut aqua de fonte, ſic hi de terræ gremio prodierunt, initium ſui à ſeſe ſumentes, adeò ut heic meritò duntaxat à ciuibus peregrini diſtinguantur. Cum enim alii de his ita, ut qui in theatro locum occuparunt, iudicent, nec ideo reliquos excludant, quòd ad ſe potius, quàm ad alios, regio pertineat, ſed quòd eam priores occuparint, & peregrinos nominent eos, qui poſteriores acceſſerunt, cùm ignorent, omnes æquè peregrinos, ac ſe potius primos eſſe, eoq; ab adſcriptitiis differre ciuibus, quòd non ob uirtutem in ciuitatem ſunt aſciti, ſed per uim eam ſibi uindicarunt, id quod primùm occurrebat, uelut in armorum inopia, arripientes: uos uerò ſoli de uera nobilitate poteſtis, ac de patria gloriari. De duobus itaq; nominibus alterum apud uos per alterum confirmatur: nec immeritò. Nam & peregrini cõparatione aliorum, qui genuini ſunt ciues, hac appellatione continentur, & ciues eo nomen ſuum ſtabiliunt, quòd ab initio peregrinis caruerint. Vobis præterea ſolis nemo poſsit, ut ita dicam, iudicium Vnde ui de patria intendere, non magis quã de matre homini cuiq;. Pari ratione ij ſoli, qui in hanc ciuitatem adſcribuntur, nemini riſum mouent, quandoquidẽ omnes genuini ciues cum ſitis, alijs hunc honorẽ lege defertis. At alij uidẽtur plerunq; peregrini peregrinos ciuitate [u] donare, antiqua natura per tẽporis diuturnitatẽ corrupta, cũ totã terrã pro oppido incolant, & patriã uiciſsim appellẽt, quicũq; eã poſtremi habitãt. Quin hoc etiã uideor mihi, uenia prius poſtulata,

[r] ἡμερώτατος pro ἡμερώτατος. oleam autẽ intelligit.

[s] κοσμεῖ pro κοσμοῦσι.

[t] ὑμετέραν pro ἡμετέραν A.

[u] εἰσποιοῦσι pro εἰ ἐποιοῦσι.

poſtulata, rectè poſſe adijcere, alios quidem urbes ſuas ut caſtra incolere, ijs quæ occuparunt, inhærentes, huius autem regionis poſteros urbem propriam ſolos habere, quadoquidem hæc ſola, uel cum paucis alijs, immotos Prytanei focos iure conſeruat. Cum autem permulta mihi deinceps occurrãt, quæ ſingula dici mereãt, illud eligã, quod eſt ordine naturæ ſecundũ & ſuperiorum rationẽ complectitur. Poſteaquã enim regio hæc homines emiſerat, cibum illis, ut matrem decebat, conquiſiuit, nec eos alienæ nutricis eſt indigere paſſa, ſed ex eadem ſinu etiam reliqua depromſit. Habitus eſt itaq; his in locis uerè ſacer cõuẽtus terræ totius cauſa, omniaq; uelut in põpa ſe ad certamẽ compararunt. Ac terra primũ ad omne fetus genus fuit inſtructa: tũ dij ſtirpes contulerunt, & ſemina, atq; animalia, quæ tam ſua quã hominum corpora communi tegerent operculo, quod ipſis quidem perenne, & primum contingeret, his uerò, quantum poſtularet uſus. deinde etiam artes oſtenderunt, alias igni miſtas, alias eo uacuas. Atque iſta non hunc tantum honorem & gratiam Vrbi propter eorum quę nata ſunt, abundantiam, conciliant, ſed eorum quoque, quę ſuprà de homine in hac terra primùm edito dicta ſunt, teſtimonium præbent euidẽtiſſimũ, eadẽq; & multitudine præſtãt, & ueritatẽ inter ſe teſtãt. Vt enim eos, qui fuerunt primi creati, primos etiã harum rerũ inopia laboraſſe, ſit ueriſimile: ita etiam, quibus indigebant, ea ſunt conſecuti. id autem factum non eſſet, niſi dijs fuiſſent cari, id quod de ijs, qui primò fuerunt editi, facilè creditur. iam enim nobis ad initium redijt oratio. Quinimo duabus de cauſis uidentur dij rerum neceſſariarum prouentum huic [x] terræ procuraſſe, tum propter neceſsitatem, quæ [y] hos, ut dixi, primùm excepit, tum quòd is honor optimis debebatur. Hæc autem beneficia cum à dijs accepiſſent, ita cœperunt eorum autores imitari, ut aliis ipſi loco deorum fuerint, & hac primùm ratione dignos ſe donis iſtis eſſe comprobarint, quòd iis [z] rectè fuerint uſi. Nec enim uel ſub terram exiſtimarunt defodienda, uel alios ſibi æquales euaſuros eſſe timuerunt, ſed ita demum ſe, quantum reliquis præſtarent, poſſe oſtendere putarunt, ſi eſſent erga omnes benefici. Atque exiſtimo Herculem poſtea, cum huius urbis exemplum ſibi propoſuiſſet, eam ſententiam de communi hominum ſalute cõcepiſſe, quæ illum inter deos collocauit. cuius quidem rei euidens eſt argumentum inita cum Theſeo amicitia, in qua ea extiterunt officia, quæ nõ ipſi modò, ſed nec alij ulli cuiq; exhibuerunt. Quocirca etiã prima illum hæc ciuitas diuinis honorib. coluit, eiusq; liberos ſola conſeruauit. Sed me oratio fluctus inſtar tranſuerſum rapuit: itaque ad id, unde digreſſus fueram, redeo. Diuina igitur pompa cõmeatum in omnes regiones, tanquam pecuniã theatralem, dimittunt, præfecto illi Cereris alũno quodã, cui & alatũ currũ attribuit fama, qm̃ ſpe citius omnia loca peragrabat, nec ei quicquam

x τῇ γῇ pro τὴν γῆν A.
y οὓς ἐνταῦθα κατελάμβανε pro τὴν ἐν ταύτῃ καταλαμβάνει A.
z ὡς προσῆκε pro προσῆκει A.
quodã) Triptolemo.

arduũ erat aut inuium, uerũ quaſi per purũ aerem ferebat̃. Illud præterea oſtenderunt primùm & cõfirmarunt, Gratias eſſe natura ueloces, poſteaq́ beneficĳs ſuis egentium cupiditatẽ præuenerunt. Huius porro beneficĳ publici memoriam cõſeruant eæ, quæ ſingulis annis huc à Græcis mittuntur frugum primitiæ: tum Apollinis oracula, qui hãc urbem frugũ appellat metropolim, ſignificans eã & primã illas habuiſſe, & alĳs poſtea diſtribuiſſe. Prima deinde certamina ꝓpoſuit & præmia, ac beneficĳs fidẽ donorum cõmuniuit. Meritò uerò deorum filĳ & alumni, cõmuniſq́ uitæ autores illi ſunt iudicãdi, qui poſt honores tot [a] à dĳs in ſe collatos, maiorem aliam gloriandi materiam poſteris præbuerint, cum ita ſe tum erga deos, iſtarum rerum autores, tum erga ceteros geſſiſſent. Et hęc quidem hactenus ꝓducta, finem habent: quæ aũt ſequuntur deinceps, ea duorum uel etiam plurium uiæ unius ſegmentorum ſpeciem referunt, & ut cum ſuperiorib. ſingula ſunt coniuncta, ita ſe inuicẽ per partes nõ uſquequaq́ cõſequuntur. Primùm igitur de rebus ad deos pertinentib. dicemus, tum de alĳs horum hominum uirtutib. deniq́ de ĳs, quæ uel per ſe, uel cum alĳs coniuncti ſtrenuè ſingulis temporibus geſſerunt.

Beneficĳs) quia tanta erant, quãta nõ niſi ex deorũ donatione poterãt proficiſci.

a παρὰ pro ἀεὶ.

Vt autem paulò altius repetam, non ĳs tantùm, quos dixi, honoribus dĳ ueſtram regionem cumularunt, ſed & alĳs multis, eoq́ inter cetera maximo atq́ eximio, quòd de hoc unico totius terræ oppido principes penè dĳ inter ſe contenderint, occupata uelut in imperium Arce. Quin & alterum non minus honoris genus uobis detulerunt, cùm ĳs, qui tum regionem tenebant, cauſæ ſuæ iudicium commiſerunt, quòd cariſsimorum arbitrium [b] in utranq́ partem gratum ac ſuaue fore exiſtimarent. Poſtquam autem notæ ſunt utrinq́ editæ, termes, & mare, uicit Minerua, termitiq́ uictoriæ ſignum dedit, cui ceſſit quidem Neptunus, a mare tamen non deſĳt. Inde magnum iam utiruſque erga Vrbem ſtudium extitit. nam ab illa ſapientiæ præſtantiam accepit, ab hoc, ut naualibus prœlĳs non aduerſarios modò, ſed & ſocios, omneſqúe quibus res naualis eſſet curæ, ſuperaret. Verùm de hac re pòſt dicendum erit. Cum autem ſuffragia dea obtinuiſſet, Vrbem à ſe denominauit, eamq́, ceu ſuam, ad bellum & pacem abundè inſtruxit. Primum etenim literas ac leges protulit, & moderatum Reipub. ſtatum, ex quibus artes omnes, & uaria uitæ genera ſunt reperta. deinde armorum uſum docuit, eo maiores noſtros ornatu induens [c], quo nos illam nunc ſolemus. Pòſt equorum currus ad bella & certamina comparatorum edidit, poſtquàm in hac primùm terra integrum currum Dea iuuante aſſeſſor deæ conſcendit, ac perfectam tradidit omnibus equeſtrem diſciplinam. Tum choreæ, ſacra, & feriæ ad ſingulorum deorũ aduentũ ſunt introducta. nã ex honorib. à dĳs profectis dona, quæ ſinguli ꝓ ſua parte darent & acciperẽt, ſequebant̃. Neq́ uerò [d] de Vrbe ſolùm inter

Dij) Neptunus & Minerua.

b ἐπ' ἀμφότερα pro ἀμφοτέρους. A.

c ᾧ pro ὧν.

Aßeſſor) Erichthonius.

d ὑπὲρ pro ὑπὸ A.

inter ſe dij contenderunt, ſed & in Vrbe de controuerſijs ſuis ferri ſententiam uoluerunt, ut omnes undecunq; ad hanc urbē conuerterent; in qua rerum omnium elementa & exēpla, quaſi pueros docerēt, proponebant, ut quemadmodum, cùm periti ſunt magiſtri, benè agitur cum diſcipulis, ita & illi perfectā uirtutem, imitātes quos oportebat, conſequerentur, nec hordei tātum & frumenti, ſed etiam iuſtitię omnisq; ciuilis uirtutis à dijs haberent ſemina. Primū igitur Neptunus Marti litem cædis intendit, & cauſa cecidit, omniū deorum ſuffragio: unde & nomen locus ſumſit, partim ad rei geſtæ [e] memoriā, partim ad iuſtitiæ teſtimonium fidele apud homines ferendum. Nihil enim eſt Areopago excellentius: nec ſecus atq; ex fontib. ſacris flatus unà ſolent [f] ſubmitti, hic etiā locus perfectam iuris ſcientiam, ac propè diuinam uidetur emittere. Itaq; tanto omnium conſenſu honoratur, ut eius iudicijs qui uincuntur, æquè ſint, atq; uictores, contenti, omnesq; principatus, & cōuentus, ac potiſſimum populus ad hunc locū ſe [g] cōferant, nec ulla heic unquā acciderit mutatio, prout ſunt res humanæ, uerū tanquā certaminis locus, dijs fuerit, & qui poſt eos ſuccedunt, dicatus, omnesq; eum, ceu iuſtitiæ exemplar, deorū ueneratione colant. Altera deinde acta eſt ibidem cauſa, diuerſis cōſtans actorib. iudicib. aūt dijs, in qua Pelopides quidam ab Eumenidib. quæ locum nunc accolunt, reus agebatur: qui cū ad ciuitatem cōfugiſſet, & quaſi prouocaſſet, tanquā heic ſaltem æquitatem reperturus eſſet, Deæ fauore adiutus, à furore fuit liberatus. Atq; hactenus quidē de origine, alimento, & deorū donis atque honoribus, quos ipſi & ab illis conſecuti ſunt, & cum alijs communicarunt, diximus, non ut res poſtulabant, ſed ut uires ferebant. ſequitur autem ex multis dicendum, quāquam & in ſuperioribus aliqua ex parte explicatum eſt, quanta ſint erga omnes humanitate uſi, qualem'que communem muneris ſui functionem inſtituerint. Etenim quemadmodum dij (ut & heic paulò altius ordiar) non unum duntaxat beneuolentiæ ſpecimen ipſis ediderant, ita nec illi frumentum cum alijs communicatum iudicarunt ſufficere, niſi gradatim procedentes, uelut qui ſerunt, ſtudium ſuum augerent. Maximum autem beneficium eſt illud, quod omnes undique afflictos ſuſceperunt ac fouerūt. Nulla namque Græciæ gens eſt, ut ita dicam, quæ [h] hac ciuitate non ſit uſa, & in ea ſuo tempore non habitarit. Nam & oppida, & gentes, & uiri ferè nobiliſſimi in eam cō migrarūt, quos eum oēs, tam qui priuatim per temporū iniuriā, quā qui cateruatim huc cōfugerunt, digna referre mentione factu ſit difficile, exponam ea, quæ prima ſunt & antiquiſſima. Cū enim Hercules è uiuis exceſſiſſet, [i] Vrbs ei primū templa & aras conſecrauit, ſicut & olim primū ex peregrinis ad initia admiſerat, unde pro deo deinceps eſt habitus. Nec enim antiquiſſimos illa tantùm deos eximijs honoribus præter oēs ſui ſectatores affecit, ſed & nouos deos cū alijs adopta

cædis) nam Halirrothius, Neptuni filius, à Marte fuerat occiſus, cū eius filiam ſtupraſſet.

e σύμβολον pro συμβόλῳ.

f ἀνίσχει pro ἰσχύει.

g τινὰ ἔχοντες pro ἔχοντες A.

Quidam) Oreſtes.

h τῆσδὶ pro τῆδε.

i πόλεις pro πολλάς A.

f

uit, quaſi cõmunẽ remp. regerẽt. quod cũ illi admitterẽt, ipſa nõ ignorauit, uerũ apud alios prædicauit, adeò ut paruã admodũ Thebanis, alijsq; ſimilib. qui eius memoriã pro familiaritate colunt, cum Herculecognationẽ intercedere oſtenderit, quandoquidẽ eum ſola rite nouerat colere. Hanc igitur ipſi gratiam retulit, quæ oẽs etiam, quas ab alijs ille conſecutus eſt, in ſe complectitur. ſiquidem huius æmulatione reliqui officium ſuum præſtiterũt. Poſtquã aũt Euryſtheus eius liberos è Peloponneſo exegit, & maiore inſuper ingrati animi uicio reliquis oppidis, ne illos acciperent, interdixit, grauiſſima quæq; interminatus: tum alij quidem uicem ipſorũ miſerati ſunt, quoniam opem ferre non ualebant, Vrbs aũt ſola eos excepit, minas illius exoſa potius quã reuerita, & quod Hercules in omnes habuerat imperium, id eius liberis quaſi collationis prouentum reſeruauit. nec iniuria. nam & cum ipſo multa per Theſeum fuerat aggreſſa, eumq;, poſtquã ſecũ ſentire cognouerat, pro ſocio habuerat. Et quęcunq; quidem cũ ipſis uel pro ipſis geſſerit, ſuo loco dicentur: ceterùm tutelam ipſorum tam magnificè geſſit, ut eis clades profuerit. Etenim nõ orbitatem modò abſtulit, aſſumta patris uice, ſed ut paternos hominum ſeruatores honorauit, tum urbes quatuor, quæ tunc in ea regione incolebantur, eis attribuens, tum ipſos publicè primos alens, uelut pòſt eorum, qui in bello perierant, liberos nutrire cœpit. Quinimo nõ pœnitenda ſuæ benignitatis recepit præmia, nec malè ſe liberalitatem ſuã collocaſſe cognouit. Illorum porro in urbem aduentus cõmuniter ab omnib. exulibus poſtea fuit uſurpatus, ſi nõ & ipſi potius poſt alios multos huc ſe contulerunt. Omnib. enim ab initio cõmunem ſe in ærũnis ciuitas præbuit, ita ut Gręci omnes duabus niti ancoris uiderentur, cũ antiquam patriã pro uera ſinguli haberent, cõmunem autẽ hanc appellarent, & ut priorem ſecundo, ita poſteriorẽ primo loco ponerẽt. Hanc namq; tutiorem & cõmodiorem putabant, quòd eam inuictã eſſe ac uerè ſacram, experientia didicerant tum qui ad Thebas cladem acceperant, omniq; Bœotia exciderant, tũ Theſſali, qui huc diuerterunt, tum etiam Tanagræi, qui, cũ Dores Pelopõneſo potirẽtur, ab ijs, qui olim ceſſerant, expulſi, huc cõmigrarunt. iſti autem oẽs ſub Io-

lis) Heraclidis.

nia cõprehendebant. Eadem aũt & ijs, qui utrunq; litus, tam orientis q̃ occidentis, accolũt, præſtitit. utroſq; enim temporib. ipſorum excepit. Quid quod etiã gentes quaſdam lõgiſſimè nũc à ſe remotas, intra ſe admiſit: ex quibus ſunt Dryopes & Pelaſgi, quorũ adhuc ſalutis extant ſigna. Ducta namq; ab ipſis nomina, ut habitationis, ita ſalutis quoq; ipſorum retinẽt memoriã. Hoc aũt modo iſtum ſe omnib. imptiẽdi animũ ab initio ad finẽ uſq; cõſeruauit, ad quaſuis Græciæ clades omnib. portas aperiens, eoſq;, qui alicunde propter bellũ, ſeditionẽ, aut alium caſum exularent, pcul bono animo eſſe iubens, quaſi nullus Græcorũ, donec Athenarũ ſtaret urbs, urbe cariturus eſſet.

eſſet niſi quod patriam mutarent, ſi quibus hoc contingeret. Sanè poſtquam una de tribus Peloponneſi partibus, Meſſeniaca, fuit deleta, ſola ciuitas hæc eorum reliquias conſeruauit, locumq́; in quo eas collocaret, conquiſiuit. & nunc ciuitatis extant beneficio Meſſenij. Cum autẽ in Boeotia clades eſſet accepta, & urbs ea, in qua Græci aliquãdo floruerant, prçter opinionẽ ac meritum eſſet exciſa, nullus eorum inopiæ ſuccurrit, cum Platæenſes etiam ſtationem reliquiſſent, uerùm Vrbs ipſorum infortunium ſubleuauit, Athenienſes Platæẽſibus ſubſtituens, ac loci memoriam conſeruãs, quemadmodum ea, quæ tunc omnib. præerat, dignum fuit, ijs etiã, qui ex optimatib. ceciderant, erectis. Poſt rurſum, cum Thebani iniquius à præſidijs Lacõnicis tractarẽtur, populum ad ſe recepit, qui iure ciuium heic uſus eſt, donec ciuitatis opera ſuam regionem recuperaret. Iterum deinde Platæenſes ſecundò expulſos unà cum Theſpienſib. oppidatim accepit, ut & Thebanos denuo, in extrema miſeria, & paulò ante ciuitatum duarum ac triginta reliquias è Thracia profugas. Iam qui ex Corintho, Thaſo, Byzantio, & undiq; huc confugerunt, nullo poſſunt numero comprehendi, ac ne inſulares quidem duntaxat. Etenim ſola cũ omnium fortuna perpetuò contendit Vrbs, omniumq́; clades in melius conata eſt conuertere, uetusq; dictum immutauit. oſtendit enim ſe amicos infelices nequaquã fugere, cũ permultos etiam, à quibus antea diffidebat, poſt acceptas clades in amicitiam receperit, nec quos felices admiſerat, infelices factos dimiſerit, quaſi fortunç humanitatem accõmodaret, ſed infortunijs ad beneficiorũ occaſionẽ ſit uſa, de ſuo pleriſq; impertiens, quæ prius nunquã uel ſperauerant. Omnes igitẽ in omnib. calamitatib. huc ferentem uiã ſolùm norant, & urbs Græcorum antiquiſſima nõ tam propter longi tẽporis præſcriptionẽ cõmunis eſt omnium quaſi domus ac patria, q̃ quòd oẽs undiq; ſuſceperit, ſuamq́; cum omnib. cognationem nõ magis ijs, quæ à ſe in oẽs regiones dimiſit, quã quòd omnib. ad ſe confugientib. locum dedit, & eos in ſe ceu membra admiſit ſua, comprobauit. Atq; hoc quidem ac tale eſt unum beneficij genus, priorib. acceptis cõſentaneum. alterũ deinde, quod & tempore cõſequens eſt, & magnitudine nõ inferius, tale edidit. Cõſulto nãq; Apolline q̃ cõmunis eſt Græcorũ interpres, & ciuitatis deus auitus, Græcos in omnẽ partẽ eduxit, cuſtodię ſimul & augmenti ſui rationem iniens. Ac primùm quidem (quanquã hoc primũ opus non eſt) adiunctum purgauit mare, & Græciæ quaſi lemam abſtulit, ſublatis ijs, qui ad [k] fores moleſti erant (piratas dico, & barbaros omnes) & lõgiſſimè coactis à Græco litore recedere. unde & inſularum orbis ſecurè cœpit habitari, & per mare Ægæũ tutò licuit nauigare, binas uel ternas unius inſulæ urbes, uelut in cõtinenti, nonnunq; prçtereundo. Deinde Pelopõneſo uicinas inſulas excoluit, occidentalib. plagis ſibi cõciliatis, ac barbaris undiq; tanquã per

Xenoph. lib. 5.

Xen. 6.

Miſeria) cũ Alexander Mag. urbem diruiſſet.

Dictum) Menãdri, ἀνδρὸς τυχῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.

k ἀκροθύρων pro πορφύρων A.

propugnacula remotis. Poſtq; uerò bifariam Græciā cōmuniuerat, ut iam quaſi portubus eſſet concluſa, tum demùm etiam ultra regionis fines mari eſt progreſſa, multasq; & magnas colonias in Aſiam tranſmiſit, ac terram, ceu natura perpetuā, cum ijs cōnexit, quæ ultra Græciā diſiuncta nō erant, donec in Aſia oppoſitā ueteri Græciæ, ut ita dicam, frontem extruxit, qua ſimul & Græciæ res magna parte auxit, & publicæ ſecuritati, ut poſtea patuit, probè conſuluit, atq; etiam maximum utriq; genti ornamentum circumpoſuit, nō tam ob magnitudinem regionis & oportunitatem, quā quòd oſtenderet effectum concordiæ ad multas res utilis. Hoc autem quaſi fundamento iacto, per totam deinde terram coloniæ Græcorum cœperunt commeare, cùm ij, qui erant emiſſi, ac ſuperiores euaſerant, metropolim ſuam ſtuderent imitari. Varias itaq; regiones incoluerunt, et Græciā undiq;, ut ita dicam, extenderunt, donec omnia cōpleuerunt, ita ut iā ad utrunq; terræ terminum ueſtri habitent liberorum liberi, partim ad Gades uſq; à Maſſilia pertinentes, partim per Tanaim ac Paludē diffuſi. Vnde fit, ut ridere ſoleam, ſi quando noſtra oppida de ſuis ornamētis, ut egregijs, audio gloriari, cum uideam ciuitatem ueſtram maria omnia terrasq; exornaſſe, ut alia plura & maiora omittam: id quod propius repetens oſtēdere ꝓpoſui, ac ſimul perpetuā muneris functionem, quod inter Græcos Vrbs obijt, explicare, ita ut aptius nomen reperiri nō poſſe pateat. Nā cū auxilio Heraclidæ indigerent, id eis ſola ciuitas hæc præſtitit, maiore, q; fuit opus, uſa magnificētia. Poſtquam aūt Peloponneſus in Dorum poteſtatem debuit recidere, eoſdem rurſus ex oraculo reduxit. Cum uerò redijſſent iam Heraclidæ, ac motus quidā in Peloponneſo extitiſſent, rurſus eos, qui fuerāt expulſi, excepit, ſic ut priores quidem ſupplices in tuto iam eſſent, alij aūt ipſorum uicem ſubirent. Hoc modo cum oēs iam in ſe admiſiſſet, regionem ſuam & leges atq; Remp. illis impertiens, tū iſtam ciuium copiā in uſum Græciæ deſtinauit impendere, multasq; ciuitates, quæ ad ſe confugerant, in occaſionē multarum magnarumq; coloniarū uertere. quo quidem eius conſilio nihil potuit nec humanius eſſe nec illuſtrius. Sicut enim prius ſuam cū illis regionem & Remp. communicarat, ſic poſtcà nouæ conquirendæ dux fuit, quoniam tū ſua tum externa regione exules recipi uolebat, & utrique fortunæ ſubſeruijt. Nam ut imbecilles metu liberauit, & ærūnas eorum ſubleuauit, ita poſtquàm à cladibus fuerunt recreati, ornatos produxit, ac ſingulis duces præfecit, quemadmodum ipſa dux omnium & cuſtos fuerat, & ciuium ſuorum comitatum adiūxit. quæ omnia non magis rerum quā conſiliorū ordine ſunt coniuncta. Etenim ſicut priores, Heraclidas, cum excepiſſet, reduxit: ſic etiam poſteriores admiſſos aliò deduxit, ac duplicē ab utriſq; gratiā inijt, & ab initio ad finē ordine ꝓceſſit. Hac igitū ratione muneris functioni ſimilis eſt, ut dicebā, ea

quam

quam de Græcis Vrbs curã ſerie continua ſuſtinet. Quinimo profugorum ſuſceptio q̃uis ſummæ ſit humanitatis, ijs tamen duntaxat uideri poſſit eſſe cõmoda, quib. iſte caſus accidit: coloniarum deductiones ad communem Græcorum omnium, non eorum modò qui emittuntur, utilitatem tendunt. Multas nanq; & magnas tam urbes quã regiones cõmuniter ſunt adepti, quib. ipſorum res non paruum acceperunt incrementum. Ex quib. efficitur, ut non minorẽ deducẽdis colonijs, q̃ recipiendis profugis, gratiã apud Grecos ineatis. Iam ij ſoli, qui ſunt huius regiõis, ex rebus oppoſitis laudẽ ſibi pepererũt, cùm ijdem & Græcorũ omnium ſint antiqſſimi, & inter recentiores Græcos, uelut de Baccho narrant, ſæpe cenſeantur: & qui nullo è loco ſint egreſsi, uerũ indidem orti, oẽs undiq; uenientes admiſerint. Sicut aũt undiq; multos acceperant, ſic & in omnem orbis partẽ dimiſerũt, ſeruato in hac quoq; re decoro. Nam & antiquiſſimi plurimos ferè habent poſteros, & profugorum ſuſceptio ad optimos pertinet. Præterea[l] quod initio frumentum omnib. diſtribuit, eodem pertinebat omnino, quò coloniarum deductio, cùm præſertim omnibus iam terram colere liceret, ac facilem uiuẽdi rationẽ inire. Sequitur ea nunc orationis pars, à multis, ut opinor, expectata, quæ res bello geſtas complectitur, quas equidem metuo maiorem narrandi difficultatem[m] dicenti, quã ciuitatis olim gerendi, exhibituras eſſe. Omnino tamẽ attingendę ſunt, idq; duab. de cauſis. Primũ enim poſt enumerata pacis cõmoda, eaq; quibus uitæ ratio nem omnibus abundè hæc ciuitas procurauit, æquum eſt, aliorum etiam temporum res aggredi, cum & plures ſint, quàm reliquorum omnium, & maiores omnibus, quæ ſunt unquam traditæ. Deinde coniuncta eſt cum humanitate ciuitatis, de qua diximus hactenus, rerum bellicarum explicatio, ſic ut ad principium nobis iterum redeat oratio. Neque uerò coloniæ ab hac ſermonis parte ſeparãtur, quę nec ipſæ ſine magnis certaminibus & uniuerſo ſunt imperio conſtitutæ. Vt autem inde, ubi deſij, incipiam, non alijs tantùm beneficijs, nec profugorum cura, nec ijs, quæ diximus, Græciæ incrementis hæc ciuitas humanitatis ſuæ & magnificentiæ communis ſigna dedit euidentiſſima, ſed nullum prorſus certamen ſuſcipere recuſauit, adeò ut melius cum afflictis, quàm illi ſperauerant, egerit. Vnde autem paulò antè de omni eius humanitate cœperamus inquirere, inididem nũc eius, quæ in bellis extitit, initium ſumamus. Primũ namq; Pelopõneſios, qui[n] ſub Euryſtheo fuerant, fortiſſimè pro Heraclidis eſt ulta, negociumq; illud totum commutauit. Nam qui & ciuitatibus, & hominibus, & gentibus Gręcorum omnibus grauis erat, & euſque proceſſerat, ut ſimul & Heraclidis & oppidis extrema quæque minaretur, ſi uel illi uſquàm apparerent, uel hæc eos acciperent, hunc eò redegit, ut peregrè ſepeliretur, atque ipſius indignæ poteſtati dignum inuenit finem. Exercuit autẽ

l τῷγε pro τόγε A.

m τῷ λέγοντι pro λέοντι A.

n σὺν pro ἐν O.

Euryſtheus iſtã iniuriã dũtaxat ad occaſionẽ. uiribus etenim ſuis cõfiſus, pœnas dedit. Atq; iſtud quidem in Attica geſtum eſt, et unà cũ ſupplicium ſalute Peloponneſus tota libertatem fuit conſecuta, quæ quidem hoc peiore in ſtatu, q̃ illi, fuerat, quòd cum nec illi ad alios confugere, nec hi eos accipere poſſent, illi tamen Vrbis beneficio ſecuritatem fuerant adepti, cum hi non poſſent non mandatis parere. Alia uerò res ante hãc in media Bœotia fuit à ciuitate geſta, eiusq; eſt [o] admodum propria, quę rumore quidem & uſu tenus pro Argiuis, re autem uera & beneficij ſpecie eſt pro tota natura humana ſuſcepta. Cum enim audiuiſſent, eos, qui ad Thebas uicti fuerant, inſepultos eſſe proiectos, nec aliorum uiolentiam, nec ea quæ [p] ſolent uictores in uictos [q] conſulere, timuerunt: ſed uictoriæ ſpe in præſtantia repoſita, ira uerò tanquam priuata pro communi iure concepta, meritum & illis honorem, & his ſupplicium rependerunt. Atqui hoc ipſum primùm, quòd omnes, qui ſunt in neceſsitate cõſtituti, ad hãc urbem duobus, ut aiunt, pedibus cõfugiunt, nec ad aliud oppidùm ullum reſpiciunt, id euidenter, omniq; columna clarius oſtendit, cã ab initio ſtatim Græciæ principem, non modò non ignobilem fuiſſe, ac de rebus duabus pulcerrimis, fortitudine & humanitate, aut potius iuſtitia, teſtimonium illi perhibet. Etenim iſti omnes inſtar prę conum ipſius fuerunt, qui experientia docti prædicarent, Athenienſes & iuſtiſſimos eſſe, & iniuriam optimè coercere, aliasq; ciuitates, huius indigas, pro ſe ſingulas Græciæ numerum implere, hanc autem uerè tanquam urbem inter pagos eminere, apparatu & prudentia æquali inſtructam, ut iuſtis fortiorem, ita potentibus æquiorem, aut potius & iuſtis exactè iuſtiorem, & uiolentis potentiorem, ita ut utroſq; utroq; ſuperet. Atq; hæc quidem communia ſint humanitatis ac fortitudinis exempla, de antiquis ſelecta. quæ autem pro patria contra uarios hoſtium inſultus geſſerunt, quamuis nemini ignota, paucis tamen ſunt declaranda. Nam cum Amazonibus, quarum facta ſuperarunt naturam, equeſtri prœlio commiſſo, totam gẽtem deleuerunt, cum eis nullus ad Atticam uſq; reſtitiſſet, uerùm omnia ſolo adæquaſſent, à Thermodonte quaſi centro profectæ, & Aſiam quidem uſq; ad Lyciam, Cariam, & Pamphyliam, tanquam caſtra, Europam autem uſq; ad caſtra in Attica poſita occupaſſent, unde tum [r] omnia quaſi fune rupto retroceſſerũt, diſſoluto Amazonũ & imperio & èxcurſu, ut iam dubium ſit, an unquam extiterint: qua quidem etiam in re communiter omnibus Athenæ profuerunt. Quinimo nec Thraces, ut uidetur, fortunam illis exprobrarunt, qui cum huc prius etiam cum Eumolpo & Græcis quibuſdam acceſsiſſent, perinde ſe deliberaſſe cognouerunt, ac ſi pedibus mare ſtatuiſſent tranſire. Illud præterea huc adijciendum eſt, quod à multis, qui ad publica ſepulcra ſolent dicere, prætermiſſum uideo, non modò

ciuitatem

[o] μάλα pro πάνυ A.

[p] ἐπίασιν pro ἔπαισαν A.

[q] βουλευομένοις pro βουλομένοις.

[r] πάντα pro πάντας.

ciuitatem publicè tanta in rebus neceſſarijs alacritate & fortitudine excelluiſſe, ſed etiam propriè quoſdam Reip. cauſa uoluiſſe pericula aggredi: nec immeritò. Exiſtimabant enim debere ſe eodẽ erga patriã modo, cũ res poſtularet, quo illa uidebãt erga Græcos affici, ut iã duplex Vrbi, partim ex publicis rebus, partim ẽ priuatis, cõpararẽt gloria. Quid quòd externi etiã quidam hoc animo fuerunt. Erechtheus enim primũ in iſto contra Eumolpum bello filiã pro ciuitate deuouit, Apolline iubente, cũ quidẽ eam mater exornatã quaſi ad põpam deduceret: id quod imitatus [f]Leo, filiabus ſuis & ipſe ceſſit [e]famis tẽpore. Codrus deinde cũ cõtra Dores ac Peloponeſios pugnaret, ultro pro regione mortem oppetijt. Quo fit, ut, ſi qui de ſuis etiã ciuib. idem narrare poſsint, non tñ eo nos ſuperent, poſtq; iſtarum rerum initium à talib. atq; alijs pluribus exemplis Vrbs fecit, ad quæ nulla nec publica nec priuata magnitudo poſſit accedere. Neq; uerò, cum alijs in rebus omnib. reliquos ſuperaſſet, & hoſtib. longo interuallo ſuperior fuiſſet, ijs, qui [u]res illas pro ipſa geſſerant, [x]in gratia referenda cõceſſit, ſed hos quoq; beneficijs longe ſuperauit. & Codro quidẽ regnum in filios propagauit, eiuſq; genus tũ domi tum peregre exornauit, puellis aũt templa conſtruxit, additis honoribus diuinis: Erechtheum deniq; inter deos in Arce collocauit. Atq; hæc quidẽ hactenus dicta ſint, quæ maiorum tam humanitatem erga cæteros, quã animi fortitudinem in patria defendenda teſtentur, atq; etiam quomodo plebs & nobilitas inter ſe uerſatæ ſint. Nunc etiã reliqua, quantum licet, conſideremus, tum quæ pro alijs, tum quæ pro patria geſſit, prout in ſermonem incurrent, ne longius diſtrahantur, quandoquidem poſſunt auditores inter narrandum à priuatis publica ſeparare. Ac ſi quidem de alio quopiam oppido ſermo nobis haberetur, nõ eſſent ea, quæ nunc ſunt, omittenda. ſola namque dicenti ſufficerent, cum talia ſint, qualia ſolent optari, multiq́ue magna pecuniæ ſumma, ut ſibi tribui poſſent, redemerint. At nunc, cum par labor in quæſtione omittendorum, & digna eorum, quę præclariſſima uideantur, explicatione ſit ponendus, nec quiſquam adhuc uel nuda narratione ſit omnia complexus, quamuis alioqui plurima ſinguli de hac una ciuitate, atque adeò plura quàm de reliquis omnibus, dixerint, non licet nobis accuratius pertractare ſingula, & plurima ſunt omittenda, ut maxima ſumamus. alioqui certè nemo non & iſta libenter in medium proferret, quę reliquis uel ſola ſufficerent. Cum enim tres Gręcorum gentes maximæ ciuitatem eſſent adortæ, Dores primùm fugam ultro ceperunt, Bœoti deinde, ut & Eubœenſes eadem die in Eubœa, prœlio uicti ſunt, inſigni ciuitatis præſtantia. Verùm ne his enarrandis longius à propoſito diuertar, medijs omnibus per Vrbis magnanimitatem omiſſis, ad ipſa præcipua me conferam. Nam cum Græci de ſumma rerum cũ barbaris decertarẽt, parua terrę parte

[f] λέων pro λεώς.
[e] λιμῷ pro λοιμῷ.
[u] ταῦτα pro ταὐτὰ.
[x] περὶ τῶν χαρ. pro παρὰ Α.
Herodotus Terpſichore.

cum ingenti commiſſa,& uirtus unà cum ſalute periclitaretur,tum ciuitas utranque gentem præter omnem ſpem uicit, & alteram eſſe paruam ſui appendicem, alteram tanto deteriorem, quanto uidebatur maior,declarauit. Quanquã uerò poſſint hæc ad deum aliquem autorem referri, qui ſuorum quaſi periculum aliquod facere uoluerit, & iſtud humano more certamen propoſuerit: negari tamē non poteſt, Vrbis uirtutē non minimã huc partem contuliſſe, idque meritò, & cũ accurata futuri euentus cõſideratione. Etenim quaſi propterea barbaros cõmoueret, ut ſe unà cum Græcia, imperiumque ſuum[y] oſtētaret, ſic eos allexit, nõ iniquam præbens occaſionem, uelut qui poſtea per auaritiam in Aſiam traiecerunt, ſed iam tum Græcorum Ionum ſeruitutem ulciſci ſtatuens, quos ipſa ſola & excepit, cũ per totam Græciã miſerè uagarentū, & in priſtinũ ſtatũ reſtituit. Primi ergo fuit tēporis Græcorũ Sardes profecti, cõmunib. eas copijs populantū, quas antea quaſi Babylonem, uel Indicas regiones fuerant admirati. Hanc occaſionē nactus Darius, quieſcere nõ potuit, quin imperium excuteret, & exercitum colligeret, quanquã nihil ei ſufficiebat. Ac prætextum quidē in ultione Athenienſium & Eretrienſium (nã hos pro appendice adiecerat, ut fidem res haberet) ponebat, cum tñ duæ eũ res præcipuè incitarent, quarũ prior erat metus, & ſuſpicio de Vrbe cõcepta, ne illa tandem nullis opibus foret contenta: altera, cupiditas augendi amplo Græciæ addita mēto imperij, utque toti deinceps, nõ[z] diuiſe terræ imperaret. Hoc aũt ei nõ omnino deſperandũ erat, qui tot gentes iam ſubiugaſſet, quot nec nominari, nec uel obiter peragrari, niſi magna[a] cũ laude, & præter expectationem poſſent. oĩa namque tum ſub Perſis erant, tanquã ſine quibus uita cõſtare nõ poſſet. Ita denique affectus cũ eſſet, media inter timorem & cupiditatē inceſsit uia, & cũ ipſe traijcere nollet, exercitum eò miſit. Ac primùm quidem fetialium p totam Græciam cõmeatus, qui ab ipſo & eius ſucceſſore de terra & aqua petenda fuit inſtitutus, ab hac urbe cœpit, ad quã referebanťomnia. Nam & in mandatis Græcorum, & in ijs, quæ ad præfectos dabãtur, Athenarum duntaxat mentio fiebat, quaſi eſſet idem, utrũ Athenas quis, an Græciam nominaret: nec hoc tantùm, ſed & re ipſa contingeret, ut qui hanc occupaſſet urbē, is tota Græcia potiretur. Quin & quæcunque ab illis agenda erant & in medium conſulenda, hæc ciuitas conſiderabat, cum ab initio ſe Græcis præfeciſſet: & iam inter duas partes bellum committebatur, alteram Perſicam, Athenienſem alteram, illam minãtem & pertentantem, hanc reſiſtentem, ac ſtatim reſponſis dandis uincentem: ita ut utrique manifeſtum facerent, Athenienſes cum Perſis de Græcia decertare, cum hi eos captarent, illi prohiberent. Tum uerò facta ſunt à uerbis, aliena uidelicet à ueſtris, ſuperata, cũ plebiſcitum omni trophæo præclarius, uerbis pariter & re uicit, quandoquidem manibus ſtatim fuit comprobatũ, nõ modò ſublatis,

[y] ἐκφαίνοι pro ἐκφαίνῃ A.

Herodotus Terpſichore, ſub finem.

[z] διηρημένης pro διηρημένως.

[a] φιλοτιμίας ἔχε pro τῶν A.

ſublatis, ut fieri ſolet, ſed etiam præcones perdentibus. De eo autem, qui literarum fuerat interpres, populũ quidẽ in ſuffragium miſerũt, ut iudicij formam, quoniam Græcus erat, prętercæteros haberet, nihilominus tamẽ & ipſum interemerunt, quaſi ne uoce quidem ſola barbaris eſſet inſeruiendum. Itaq; id quo ille maximè nitebatur, eum fefellit, cum illi cenſerent hominẽ municipalem interpretis officio cõtra Vrbem & Græcos pro hoſtib. fungi non debere. Tum in barathrum proiecti ſunt, ſic ut alij reſponſa Regi retulerint, cum ab ijs, quos miſerat, ea non poſſet accipere. Ille autem acriter iam commouebatur, ac ducibus primùm imperabat, ut cõpedes haberent paratas, aliquanto plures quã pro numero Athenienſium, ne quis [b] ipſum nõ uinctus euaderet, in quo quidem iram ſuam, dum licebat, exercuit: deĩde copias undiq; conſcribebat. Necuerò feciales deinceps in Græciam miſit, uerũ claſſi hoc impoſuit officiũ, cui Perſarum fortiſſimos præfecit cum tanto exercitu, ut eius differentia inter ſingulos hiſtoricos ſola pro maximo copiarum numero habeaẽ. Nolebat enim nec illis, nec [c] ipſe ſibi quicquã reliquum facere, quo minus ipſius exequerentur mandata, quæ quidem dederat eiuſmodi, ut Vrbe primùm in mare demerſa, populum deinde omnem ad ſe, eo quo prædixerat habitu, adducerent. Talis cum eſſet animus Regis & apparatus, illi ad iter iam accingebantur, ita ut Ægeum mare ſtrepitu uincerent, obuijs omnibus uiſum præſtinguerent, fugitiuis mare complerent, quãdoquidem nemo tum ſuſtinebat in inſulis permanere. In itinere uerò, paulò ante claſſis appulſum, poſtquam Regis mandata delibare, bellicq; quaſi præludiũ canere uiſum fuit, Eretrienſes aggreſſi, quaſi nauali quadam ſagena abripuerunt. qui cum hoc modo tanquam ab aliquo malo genio fuiſſent abacti, tum iſti ad [d] ſequentia proceſſerunt, uelut ipſos iam Athenienſes expulſuri, & Græciam direpturi, cum non cogitarent, qualem captarent feram, quæ non tàm fugere ſolebat, quàm fugare. Cum ergo procederent, & iam continenti, quaſi monſtrum aliquod marinum, appropinquarent, alij quidem Græci omnes, qui hanc expeditionem cùm antea præuiderant, tum iam uidebant, animo percellebantur, quòd futura pleraque præſagirent, & Eretrienſem cladem ſibi augurarent ſinguli, nec maiore interuallo, quã quod erat ab ipſis ad barbaros, ab infortunio diſtare ſe putarẽt: ciuitas autem pompam potius ducere, quàm ad certamen ſe comparare uidebatur. Templa namq; omnia aperuerat, ſacerdotibus conuocatis, ac dijs antiquo more ſupplicationes faciebat, in auxilium eos uocans, ac duces creãs. Rebus diuinis peractis, nemo ceſſabat amplius, uerùm ſenes quidem ad Vrbis atq; templorum cuſtodiam relinquebantur, iuuenes autem extra urbem procedebant: ac primùm quidem curſus eos omnes, qui ob coronæ præmium ſuſcipi ſolent, longè ſuperabant, æqualem præmiorum excellentiæ præſtantes

Græcus) erat enim Samius, Mys nomine.

[b] αὐτὸν pro αὐτῶν A.

[c] αὐτὸς pro αὐτὸ A.

Habitu) nempe uinctum.

[d] τὸ δεύτερον pro τὸν.

alacritatem,in fine uerò ſeſe ipſi uincebant. Quin & in medio itinere confuſus equorum & uirorum clamor, aliorumq́ exercitus appendicum,quæ partim ad uſum,partim ad delectationē barbarorū pertinebāt,eos è mari quaſi afflauit. Vt aūt appropinquarūt, nihil præter hoſtes & mōſtra illa,in oculos incurrebat,cum quidē ferrū & æs eminus eos prohiberent accedere. Tanta uerò fuit huius apparatus & facti ſuperbia,ut exiſtimarent barbari ſe,ſi modò uiſi eſſent,tantū effecturos,ut omnes uelut in ludis mox cederēt,ultroq́ ſe dederēt. Atq́ hæc prima inter homines publica uirtutis cum diuitijs, & prudentię Græcæ cum turba & apparatu barbarico extitit cōtrouerſia,quæ nō ſermonis eloquentia,ſed factorū demonſtratione, tēporisq́ oportunitate fuit diremta. Nec enim iſto ſpectaculo in metum, ſed alacritatem illi conuerſi ſunt,nec [e] inſolentiā eorum, quæ cernebant obſtupuerunt,ſed cū uiderent,quot eſſent uincendi, læti ſunt, quoniā ſe iſtam occaſionem à fortuna omniū fortiter ſuperandorū nactos putabant,& hoc fore tanti exercitus cōmodum,quòd abundantē ſui uſum eſſet præbiturus, ac ſe iamiā magnifico ſeq́ digno quaſi conuiuio excipiendos putabant. Nam & equos,& tela,& naues,tum phaleras,torques,canes,opesq́ oēs fortuna et uictoria,propoſitas fortioribus,donant. Quæ cū apud ſe duces,& inter [f] ſe milites expēdiſſent, tum à dijs & amico orſi Apolline,curriculo tanquā per purum [g] campum proceſſerunt, nec barbaris uidendi,quid ageretur,ſpacium dederunt. uerùm pariter & acies rumpebantur,et homines occidebant, & capiebanī equi,naues,opes, inſtar Panicæ cuiuſdā choreæ. Quid quòd etiam mortuus quidā,cum barbarorum telis cōfoſſus eſſet,ſtetit erectus, ac tanquā immortalis eſſet, reliquos perterruit. Poſtquā autem perierant ij,qui tanta fuerant audacia,& ſecū trophæa per mare aduexerant, multo plures eſſe, q̄ antè, ſunt uiſi. Etenim nec paludes eos nec maria poterant oēs capere,nec ullus reperiebatur iſtis malis tranſitus aut cōmeatus,ita ut tum demum uerè turbam ſe eſſe,maximeq́ ſeipſos impedire cognouerint, cum eſſent maiore numero, quàm cui aliquis initio ſuſtinuiſſet reſiſtere,deminuti, & iam ſanguinis torrentes nauibus ſalum præſtare poſſent. Tanta porro prę́ſtantia fuit horum hominum, ac uictoria, ut & locus ipſe uirtutis quaſi notam quandam obtinuerit, nec ullus ſit, quin, audito Marathonis nomine, exciteturanimo, & hoc uocabulum hilariter amplectatur, ac colat. Vrbs itaq́ & prima inter Græcos periculum eſt aggreſſa, & ſola uictoriæ ſuffecit, ſuorum autem periculorum communia fecit omnibus præmia, & cum Græciæ altrix eſſet, contra legum præſcriptum ſe geſſit. Nam cum ab ijs, quos educauimus, [h] iubeat lex præmia repoſcere, illa præter alimenta,quæ principiò præbuerat, libertatem inſuper cum ſalute [i] ſuo periculo Græciæ comparauit, tanquā ei perpetua,quaſi ex pacto per priora inito, beneficia deberet. Quo fit,

e ἀήθειαν pro ἀνάθειαν A.

f πρὸς ἀλλήλους pro αὐτοὺς A.

g πεδίου pro παιδίου.

Quidam) Callimachus dux Athenienſis.

h λέγει pro λέγων A.

i τοῖς ἑαυτῆς pro αὐτοῖς A.

ſit, ut cum Iouem Liberatorem ob res geſtas Vrbs colat, Græci Vrbem, ac populũ Athenienſem iure Liberatoris loco debeãt habere. Exiſtimo autem prœlium illud fortunæ ciuili cõnatũ fuiſſe, nec alterius gentis, quã Athenienſis, extitiſſe. Etenim, ſi liberius loquendũ eſt, occaſio & quaſi metropolis omnium poſterius à Græcis geſtorũ illud fuit, nec bellicorũ modò certaminũ exemplum propoſuit, aut fundamẽtum iecit, ſed & omnium ſtudiorum, uitæq́ generum, ac totius deniq́ Greciæ ſeminarij: quod niſi tũ ciuitas ea fortitudine obijſſet, tota rerum natura cũ hominib. actionib. et literis perijſſet. Quod ſi mirantur eos plerique, qui tot barbarorum millia deuicerint, ego uerò illos aio omnes homines, non aduerſarios modò, ſuperaſſe (qđ ſine inuidia dictum ſit) non tam quòd omnibus tantorum commodorũ autores fuerunt, quã quòd cum eorum fortitudine nemo ſe poteſt comparare. Quocirca ſi inæqualitas inferiorum eſt, omnibus hi uictoriam ademerunt. Itaque ſi his tantùm explicatis à dicendo ceſſarem, debitum haberet, opinor, & finẽ[k] oratio, & Vrbs honorẽ. Cũ eũ hæc prima & homines ediderit, & eorũ alimẽtum inuenerit, nec ſuos tantũ, ſed & omnes alios nutriuerit, cum profugos & prima & plurimos tam ſingillatim quàm cateruatim acceperit, multos'que in omnẽ partem dimiſerit, cum in periculis pro ſalute ſuſceptis tum externos tum ueteres Græcos tutata ſit: omnes uticq́ numeros impleuit, & curſorum more curriculum peregit, ut iam ei nulla Græcorum ciuitas prҿmium poſſit auferre. antequã enim inciperent ceteri, hҿc longè erat prægreſſa. At nos res geſtæ non dimitunt, ſed ad ulteriorem ſermonis partem protrahunt eò magis, quò illa diligentius peracta ſunt. Tantùm enim[l] in ſequentibus profectum fecit hæc ciuitas, ut ſeipſam eo interuallo, quo nuper alios, ſuperarit, & priuſquã primæ res debita exciperent admiratione, ſecũdas mox adiecerit, quaſi ſecũ ipſa cõtenderet. Nã poſtq́ facinus Marathoniũ fuit cõmiſſum, et barbari more pulueris è Græcia ſunt eiecti, Darius quidẽ perplexo erat animo, nec ſecus ac ſi de cælo tactus fuiſſet, Vrbi cõcedebat, et expeditionis autores incuſabat, quòd nõ rectè ſe in Athenienſes incitaſſent: deinde, priuſquã maiore dãno ſe afficeret, obijt: filius uerò, Xerxes, qui omnium regum cogitationes ſuperauit, & nihil mirandũ nõ tentauit, cum & patris conatus inopia fuiſſe impeditos crederet, & ciuitatẽ, Græcosq́, ut nuſquã cõparituros, cõtemneret, duplex inſtituit certamen, quo partim illum excelleret, partim hanc egregiè puniret. in quo quidem tam ſuperbè ſe geſsit, ut priorem expeditionem pro ludicra decreuerit habendã curare. Quin etiam cũ effectis cæleſtib. omnibq́ tum uiſu tum rumore inſolito, nõ cum patre duntaxat, uideẽ concertaſſe, quaſi qui ſuã eſſe terrã uoluiſſet oſtendere. Nam & fluctuum, & fulminum, & terræ motuum, nubiumq́, & grandinis, & inſolentiũ ſtellarũ uim eleuauit, omnesq́ terrores, qui uel terra uel mari

k τὸν λόγον pro τῷ λόγῳ A.

l deeſt ὡς ante τοῖς.

ſolebant incuti, leuiores uideri fecit. Ac minas eius primū nemo poterat attentis aurib. audire, cum ad ultimos terræ fines progrederentur, ea prædicentes, quę ex ipſius tantū ingenio poterant prodire. Nihil enim alienū petere ſe aiebat, uerùm aquæ ac terræ primitias, quorum eſſet omnium dominus: facinus aūt ad Marathonem cōmiſſum hac una poſſe ratione cōdonari, ſi iſta cum alijs præberent, & cōmunem dominum agnoſcerent: alioqui ſe probè ipſis id monſtraturū, iuuantib. dijs auitis, quibus ita cum Xerxe de hac re deliberatū eſſet. uenturum namq; cum tanto apparatu, ut nec naues mare caperet, & equitatu peditatuq; terra tota obtegeretur: Vrbē deinde ſolo æquaturum, combuſtis templis, erutisq; monumentis: atq; immutaturū omnia: Atlātici deniq; maris colonias uiles redditurum, & extra eā, quæ habitatur, terram conditurum, camq; ipſos coacturum mutilatos in mare exaggerare, aqua exhauſta, & lapidibus effoſſis, tantū habentes membrorum, quantum ad opus ſufficeret. Nec uerò, cū iſta tā inſolita, omniq; metu maiora minatus eſſet, ſubſtitit, uerū factis uerba longè ſuperauit, præterq; quod Vrbi nihil potuit nocere. Quod enim Mediterraneū uel Atlanticū æquor non cōmouit? quos ab exteriori māri influētes ſinus, qui quidē ſint hominib. cogniti, intactos omiſit? non Phaſianum, nō Perſicum: nec uel Rubrū uel Hyrcanum mare. Omnes certè terræ angulos curioſius eſt, q̄ Datis Eretriā, perſcrutatus, mariſq; ac terræ finib. expeditionē ſuam terminauit, quaſi ſagena ſuum ipſe cingeret imperium. Quod aūt ſpectrum tunc excitatum non eſt? quid nō uel cum extaret, ſuperatum eſt, uel cum non extaret, apparuit? Ac freta primum hactenus illi à fluuijs diſtabant, quòd eorum aqua potabilis non erat: fluuij autē perennes nihil à torrentib. differebant, atq; adeò contrario torrentib. modo afficiebantur. ut enim horum aqua pluuijs augetur, ita illi ſub Xerxe omnes deficiebant. Ipſum uerò nec terra poterat, nec mare capere, quamuis in eius gratiam cederent, & naturæ uices permutarent, ut & terra alia fieret, alia periret, & mare nunc cederet, nunc rurſum coiret (& iam totidem numerantur à nouo mari, quot ab ipſius expeditione, anni, Athonc quoque ad rei memoriam relicto) & omnia denique ad ipſius arbitrium moueri ac mutari uiderentur. Iam cameli tàm aurei quā argentei collucebant, longiſſimum [m] occupantes ſpacium. ſin umbram deſiderabat, præſtò erat arbor aurea, quæ umbram faceret. Itaque & nocte auro atq; argento diem, & interdiu, cum ſuos iaculari iuberet, noctem inducebat. Multi quoq; in exercitu, ubi terrarum ſingulis temporibus eſſet, neſciebāt: nec ulla gens in itinere, quin obtegi poſſet, occurrebat. Cum autem conaretur inſolens iſte rex exercitus ſui numerum cognoſcere (nam & hoc in eius poteſtatem cadere debebat) metiri potius eū quodā modo, q̄ numerare, coactus eſt, ita ut muro, cuius ambitus decies mille uiros caperet, extructo,

m ἐπέχουσι pro ὑπέχουσι A.

ſuos

ſuos ad menſuram numeraret. Atq; hic quidem hoc modo cõmouẽs omnia procedebat, obuijs omnibus aſſumtis, cum eum & gentes & ciuitates, omnesq; tum Europæ tum Aſiæ incolæ timerẽt, & ad eius motu m, ut ſtipulæ, magno cum terrore cederent. At ciuitas hæc alia contrà edebat ſigna, nec tãtam excitabat admirationẽ Xerxes, quòd omnia contemneret, quantã ciuitas, quòd eorum nihil admirabatur: ac tanto per totum orbem excitato tumultu, cum de utraq; terræ parte in Græcia contenderet, inſtar propugnaculi reſtitit, ad ſuos mores iterum reuerſa. Ac primũ quidem in mandatorum uelitationib. nõ modò ad inſolitos illos terrores non expauit, ſed & animos tãtos adhibuit, ut nullo ad eas nouo plebiſcito indiguerit, uerùm quaſi illud, quod contra Darium fuerat latum, ne[n] cui barbarorum aures præberentur, cõmuniter eſſet ratum, abſq; populi concione fetiales unà cũ ornatu ſuo de medio ſuſtulerit, & reliquis Græcorum, qui ſaperent, reſponſum præiuerit. Deinde cum oẽs horrenda quædã nunciarent, omnia uidelicet miſceri, Græcorumq; poſtremos moram tantam lucrari, omnes aũt bellico quaſi fluctu obtegendos eſſe, ac tãtus à barbaro terror eſſet omnib. incuſſus, ut deorum aliquis in Græciã cum reliquis hominib. uidereẽ[o] expeditionem facere: nondũ hæc animũ remittebat, nec mutabat conſiliũ, neq; reſponſum ſuum damnabat: ſed partim Græcos ad cõmune certamen cõuocabat, q; erubeſceret, ut arbitror, ſola ſe barbaris opponere, ut apud Marathonem fecerat (nec enim in alijs ipſa ſpem ſalutis ſuæ ponebat, uerũ alij, qui ſalute ſimul & libertate indigerent, in ipſa ſpem ſuã collocarãt, ut ex prioris certaminis euentu didicerant utriq;) partim, quem'nam terrorem uiciſſim barbaris incuteret, cõſiderabat, atq; adeò illorum portenta uicit. Surgens etenim migrat, idq; non in terram aliam, quæ tota iam erat occupata, ſed in mare, atq; hoc facinus nec auditu inſuauius, nec conſilio deterius uel monte perfoſſo, uel mari põte conſtrato contrà edidit, ac Xerxi ueſtigij duntaxat conſpectum reliquit, ita ut cum in Atticam ueniſſet, Vrbem non inueniret, nec eam, cum habere uidereẽ, capere poſſet. adeò erat in dubium & mirum ænigma concluſus. nec ſecus atq; poetæ quidam narrant de Paride, eum, cum Helenam ſecũ deferre non poſſet, imaginem eius attuliſſe, Xerxes quoq; ſolum Vrbis cepit, cum ipſam non inueniſſet, niſi quòd eam probè ad Artemiſium & Salaminem reperit, cum quidem eius conſpectum, tanquàm Gorgonis alicuius fabuloſæ, non tulit, ſed perculſus non tam alijs quàm ſibi timuit, quod ei antea fuerat inſolens, ut qui ſoleret ceteros terrere. Quod autem prius dixeram, utranq; gentem, tum Græcam tum barbaram, ab Athenienſi fuiſſe ſuperatam, cum & hanc omnis conatus fruſtraretur, & illa longè à tergo relinqueretur, quodq; mox dicebam, pudore potius quàm inopia coactam hanc ciuitatem Græcos cõuocaſſe: id nunc in mediũ proferendũ eſt, ac rebus ipſis cõpro

n μηδένα pro μηδὲν A.

o πορείας pro πορείαν

bandum. Tanto nanq; interuallo, ſi quis omnia conſideret, reliqua
ſuperauit oppida, ut ipſi nõ primũ modò, nec maximè, ſed & ſoli de-
beat inter Græcos libertas accepta ferri. Illud etenim primò fatebunt
omnes, ĳs qui tanta nauium, armorum, militum, pecuniæ, & omnis
bellici apparatus penuria laborabãt, unicum fuiſſe relictum, idq; ue-
rè Græcum remediũ, prudens cõſilium, niſi uellent ignominioſè tã-
p deeſt ἵν poſt ὅν A. quã herbæ tenellæ cõculcari. Tanta eñ erat ipſorũ paucitas, ut ad Re-
gis copias adiuncti, leuiſsimum addituri fuerint incrementũ, [p] nedũ
numero cum hoſtib. certare poſſent. Quod cũ ita ſe habeat, eandẽq;
ſententiã hac in re & plebeĳ & docti oẽs ſequantur, nemo iam poteſt
Eum) Themiſtoclem. negare, eum, qui de cõmuni ſalute conſiliũ caperet, hanc ciuitatẽ ex ſe
q τοῦτο ἐξήρτηται pro τοῦτ' A. præbuiſſe. Quod aũt [q] hinc dependet, ac ſeipſum euidenter demon-
ſtrat, deinceps cõſideremus. Omnib. eñ notum eſt, niſi ſi qui uelint
apertæ ueritati reſiſtere, omnẽ Græcorũ ſpẽ in nauib. fuiſſe tunc ſum
Herodot. Polymnia. ma cum prudentia collocatã. Nam qui ad Thermopylas fuerant e-
greſsi, ut fauces occuparent, ĳ partim quaſi nebulam aduentantẽ nõ
tulerunt, uerùm relicta turpiter ſtatione, fugã ceperunt, ut ſaluti ſuæ
quiſq; ſeorſum cõſuleret, inſtantibus duntaxat periculis, nedum Ma
rathonios imitarentur: partim relicti non potuerunt tamen cũ Ma-
rathonĳs paria facere, ſed cũ ut ad ferendã uim q̃ ad inferendã para-
tiores manſiſſent, ab hoſtib. obruti ſunt, ac morte tantùm præclara
Græciam decorarunt, cũ quidem barbari iam torrentiũ more perua
derent omnia. Ex his nunc illud efficitur, nec in terra Græcorum ul-
los, atq; adeò ſimul oẽs cum Athenienſium rebus geſtis priorib. cõ-
parari potuiſſe, & mare ſolũ Græcis tunc relictũ fuiſſe. Quod cũ ap-
tum ſit, nec ullã recipiat dubitationem, in eo iam tantopere Vrbs ex
celluit, ut reliqua Græcia pudorẽ etiã alicui adferre poſsit. Siquidem
primũ nauium multitudine ſic eminuit, ut ſi quis ſepoſita Vrbis di-
gnitate ac potentia, nauiũ ab ea collatarũ numerum ſeparatim cõſide
ret, is & Vrbis naues, omniũ cõmunes, & reliquorũ cõmunes, urbis
eſſe unius putare poſsit. Itaq; ſi quis deorũ ex Græcis tunc q̃ſiuiſſet,
utrũ reliquas omniũ naues, an ſolas Athenienſes mallent, ſi quidẽ nõ
poſſent oẽs nec deberent certamẽ ſimul aggredi, nemo dixiſſet relinq
dubium, quin Athenienſib. prœliũ eſſet cõmittendũ. Tũ ſi rurſum i-
dẽ illos deus interrogaſſet, an nõ maiorẽ ſe faterenť in Athenienſib.
q̃ in ſeipſis habere ſalutis ſpem, negare nõ potuiſſent. Nec eñ illi par
tem quandã in cõmune cõtulerant, ſed aliorũ omniũ collatio uix par
tem ciuitatis æquabat. Iam uerò fortitudinẽ quoq; & animos eos cõ
tulerunt, præ quibus illa nauium præſtantia parui queat æſtimari.
Soli namq; ſua terra ſuſtinuerunt excedere, ne alienã uaſtari uiderẽt,
nec id ab hoſtib. coacti, ſed ſponte, fecerunt ſua, nõ cladis euentu, ſed
uictoriæ ſpe moti: ſic ut ĳs, quæ ſolent alĳ pro extrema bellorum mi-
ſeria ducere, ad uirtutem ſint uſi, & Xerxis ſpes, quantum in ſe
fuit,

fuit, præciderint. Hoc enim oſtenderunt, quãuis ille regionem ipſorum, quoties uellet, occuparet, quamuis omnia ſcrutaretur, & à fundamentis reuelleret, nequaquã tamen Athenienſium nomẽ & gloriam eſſe ſublaturum, uerùm fruſtra, & eorum more, qui apud inferos perpetuis pœnis ſunt addicti, laborare. Quæ autẽ unquã uel alacritas præclarior, uel animi fortitudo euidentior in ullis hominibus extitit? cũ hi terra ceſſerint, ne uel terra uel mari ſeruirẽt, quòd rerũ ſuarũ & conſeruationem in ſeruetutis occaſionem, & amiſſionem in nouarum opum ſubſidium uertendam exiſtimarent, ita ut aliorum fortunas ſuarum iactura tuerentur. Atq; hæc fuit eorũ tũ ante pericula, tũ ad ea ſuſcipienda alacritas, eaq; tantopere rationis expers, uel, ut uerius dicamus, rationi cõſentanea: quæ aũt in ipſis periculis extitit, ita fuit illuſtris, ut ſoli uideantur ſuo Marte uictoriã peperiſſe, quãdoquidem primi hoſtem fugarunt. Verũ heic breuiter quædã ante prœliũ nauale uolo repetere. Etenim quòd alij nauium numerum, & alacritatem atq; res geſtas Athenarum extollunt, in eo uidentur quiddã, licet id mirum uideatur, omittere, quod non minori commemoratione [a] dignum eſt & admiratione: id quod ego nunc, quẽ ueritatis minimè pudet, in medium proferã. Nam ſi quis iſtud pudore ductus & ſtudio ciuitatis præterit, perinde facit ac ſi prœlium ipſum nauale ciuitatis amore præteriret. Vtranq; etenim uictoriam clariſsimè obtinuerunt ij, qui & Athenas olim incoluerant, & ſplendidius etiam recuperarũt: cum hoſtes armis, amicos æquitate ſuperaſſent. Nam qui, cum & alacritate tanta cõmuni ſaluti cõſuluiſſent, & in uſum cõmunem tantã collationẽ feciſſent, omniũ uicẽ ſupplẽtes, quãdo & ſalus omniũ in nauib. & nauium ſpes erat in hac ciuitate poſita, ad quã reliqui tanquã in tempeſtate confugerant, illius uirtute & fortuna pro portu uſi (quod quidẽ ita ſe habere, nec ipſi facilè negarint) qui ergo eã inſuper adhibuerũt manſuetudinẽ et magnanimitatẽ, ut alijs principatus ſpeciẽ conceſſerint, nec uel contenderint uel cunctati ſint, uel quicq; eorũ, quæ uel [r] negligẽtiſſimus quiſq; pro ſe, uel etiam alij pro ipſis dixiſſent, prolocuti ſint, quaſi uocem prorſus in hoc negocio nõ habuiſſent, ij ſe & ſapiẽtia & uirtute tam communiter quàm ſingillatim reliquis omnibus præſtare liquidò cõprobarunt. Quòd ſi enim hanc indignitatem non ferentes, de medio ſeceſſiſſent, aut ad contentionem ſe comparaſſent, quænam ſalutis ratio uel per ſomnium fuiſſet alijs relicta? aut quis cum plurib. uel paucioribus nauibus auxilio Græcis poſtea ueniſſet? Nam, ut huic rei paulũ immoremur, quò id, quod dico, certius cognoſcatis, ſi tum à Græcis ipſi principatũ in hæc uerba petijſſent: ſi quidem prœlio nauali ſuperemini, non habebitis ullam ducum uobis eligendorum poteſtatem, nec id Barbarus permittet, quem uos, in ſeruitutẽ abreptos, ſequi oportebit, aut etiam de medio ſublatos ad ipſius arbitrium, ſimul cum ſacris, armis,

a εἰπεῖν pro ἰδεῖν O.

r οἱ νωθρότατοι pro νωθρότατα.

& legibus perire:id quod nos præuidentes,ciuitatem totam in triremes tranſtulimus,& ſiue maxima quæq;[s] fuerunt audenda, nos cõmunem rerum naturam ueſtra cauſa reliquimus,ſiue apparatu opus fuit,quaſi poſt cladem acerba foret uita, eius rei nos curam geſsimus, ut iam nobis ſolis neceſſaria ſit uictoria. itaq; ſiue de uictoria ſoliciti eſtis, hactenus eſt à nobis proſpectum, ſiue collationis rationem habetis, noſtra duas totius partes implet, iſta uerò noſtræ uiceſimam. quapropter ſi quidẽ nos hac lege recipitis: ſin minus, cauete, ne uobis ipſis maiori,q̃ nobis, dãno ſitis. præterea, ut iam omittamus ducem, qui tantũ inter reliquos excelluit, ut ſolus omnium loco fuerit, cum & loca, & occaſiones, atq; arcana barbarorum, futuraq; quaſi uates ediceret, illud unum addemus, fore, ut ſi uos aliter hac de re ſtatueritis, alius nobis imperium ueſtrum ultrò tribuat, additis inſuper opibus, ac donis Perſicis. Proinde, utrum malitis, eligite: hæc ergo ſi dixiſſent, num alijs uerbis, quàm quæ cum æquitate congruerent, nec eſſent in tali neceſsitate contemnẽda, uſi fuiſſent? Vt enim omittam, quòd mare ſolum reſtiterit, & ipſi tot naues de ſuo ſuppeditarint, ſpem omnem & ſalutis momentum ſuſtinentes, ſoliq; locupletes huius certaminis athletæ fuerint, & pro omnibus non ducum tantùm, ſed & parentum more ſe obiecerint, iamq; res ipſæ geſtæ principatũ in illos contulerint: ſi tamen etiam communia fuiſſent omnia, nemine alterum ſuperante, omnesq; ex æquo contribuiſſent, ducibus inſuper paribus, ut tanquam in collatione communi, pro rerum qualitate duces fuerint conſtituendi, nonne illi inter omnes ut ſidera elucebant, omniũq; cõſequebantur ſuffragia, idq; nõ modò ſcientiæ iure, quod illi minus æſtimabant, quanq; tamẽ in talibus negocijs ſummum eſſe ſolet (nã ſi per ſingulas naues peritiſſimi quiq; imperabãt, omnium utiq; principatus perinde prudẽtiſſimis debebat) ſed quia, quod manifeſtũ eſt ac ſolum ſufficit, cum ex omnibus ſimul collectis belli barbarici poteſtas aliquib. aſſignanda eſſet, eos qui cum priore eorundem barbarorum exercitu pro cõmuni ſalute ſoli fuerant congreſſi, imperare decebat. Cum[t] enim in cõmuni uerſarentur diſcrimine, priuatis uiribus omnes uicerant: cuius quidem rei exilem erant accepturi remunerationẽ, ſi poſt omnes liberatos, principatu in præſentia[u] caruiſſent. Iam uerò ſi his nemo cõtradixiſſet, omnes autem utraq; manu ceſsiſſent, erat inſuper, quod eorum magnanimitatem miraremur, qui, cum ubiq; ſuum commodum negligerent, & cùm antea tantum conſecuti eſsent, tum in præſentia inuſitata certarent alacritate, nihil maius peterent: ſin eos non erant Græci admiſsuri, & ipſi illos irati reliquiſsent, quid obſtabat, quin Græciæ, quæ nec inter barbaros admiratione caruit, ne nomen quidem ſuiſset relictum. Vnum certè de tribus neceſsarium fuit, ut uel hi imperiũ omnium conſenſu acciperent, quod erat ipſorum uirtutis, & Græciæ

conſeruatæ

[s] δεῖ πεπολεμηκέναι pro δεῖ.

Iſta) ueſtra, ſeu Laconica.

Recipitis) bene eſt, ſubaudi.

Ducẽ) Themiſtoclem.

[t] deeſt τὸ poſt οὖν A.

[u] deeſt ἐκ ante ἡμῶν A.

conſeruatæ ſignum maximum futurum, uel omnibus id negantib. omnes deſerti perirent, uel denicꝫ diuiderentur ſuffragia, id quod iā ad tumultum & ciuile bellum uergebat, cum rationem barbaros aggrediendi ignorarent: quod cum rei natura debuiſſet accidere, horū eſt prouidentia inhibitum. Si præterea, cum his rationibus moti fuiſſent, linguam tamen continuerunt, ſummam exercuerunt patientiam. ſin exiſtimarunt illis rebus nihil ſe lædi, eximij ſunt habēdi, qui ſolis nouerant barbaris iraſci. Quinimo huc tantùm, ut opinor, reſpexerunt, ut tam præſentes quàm abſentes, illos inuitos, hos uolentes conſeruarent, eocꝫ iure duntaxat nitebantur. Alioqui ſi præciſè excuſsiſſent omnia, nemo erat Græcorum Salaminæ, ut iam hoc nomen ad laudem apponam, manſurus. At nūc illud exiſtimarunt ſufficere, ſi Græcorum res componerent, eacꝫ de cauſa non principatu modò, ſed & urbe tota ceſſerunt, quòd utilitatem publicam priuato commodo ac ſecuritati præferrent, & cum uerū atcꝫ magnum principatum adepturos ſe putarent, ſi libertatis & ſalutis principes Græcis eſſent. Lacedæmonios autem quoniam alacriores uolebant reddere, ut ſolent puerorum magiſtri, priori loco ſtatuerunt, ut eos ad imitationem factorum ſuorum incitarent: id quod & in plebiſcitis fecerunt. Nec tamen quod nomine tenus & aciei ordine imperium alijs, idem quocꝫ in rebus gerendis permiſerunt, nec ijdem qui nomine gaudebant, ſimul officio ducum fungebantur: eocꝫ maiorem obtinuerunt dignitatē, quòd ipſis imperatorib. imperabāt. Nihil etenim, quod uni cuidam Athenienſiū improbaretur, ratū habebatur. Quapropter ut Lacedæmoniorū dux[x] ſingularū nauiū ducibus imperabat, ita Athenienſis ducū duci. quod & cùm Græci non ignorarent, prima naualis prœlij præmia Vrbi tribuerunt, & ex ijs quæ uiderāt quibuscꝫ interfuerant, de ſalutis autoribus ſunt teſtati. Bifariam autem primas Vrbs tulit. Nam & inter urbes Athenæ, & inter uiros Athenienſis quidam excelluit. Ita factum eſt, ut cum morum māſuetudinem ceſsione expreſſerint, tum uerum imperium ex omniū collatione acceperint. Deinceps etiam reliquo bello Græci Vrbem prę fecérunt, ſic ut conuentus omnes apud Athenienſes & ab Athenienſibus haberētur, ac belli barbarici communis eſſet in Vrbe curia. Enimuero demonſtrandi ſtudium, ſermocꝫ alius ab alio tractus, lōgius nos abduxit: quapropter, quoniam de quibus uolebam, interim diſſerui, ad rem ipſam redeo. Nemo tamen exiſtimet nos temerè in iſtis immorari, aut actum, quod aiunt, agere, ſed uſum conſideret, & ſermonis uniuſcuiuſcꝫ occaſionem ac finem. Ita fiet, ut multa quidem uideantur dici, ſingula tamen ſemel duntaxat narrentur: & cum ſint omnia neceſſariò dicēda, nec quicquā honeſtè queat prætermitti, ordinē tamen aliū ſeruari non poſſe, digreſsionescꝫ iſtas ex ſerie & cōtinuatione rerū oriri cognoſcet, cū hæc apud ſe reputabit, &

[x] ἐπ' ἐκείνων pro ἀφ.

an melior aliquis ordo potuerit adhiberi, cõſiderabit. Præterea, ſi quidem de rebus leuib. aut uſitatis iſta diſſereremus, meritò poſſemus aliquod ineptiæ crimen incurrere. at nunc de ijs, quæ nec poetæ omnes, nec oratores ulla ui dicendi potuerunt explicare, quæq; omnes quaſi præ ſtupore magis admirantur quàm ij, qui ſingula perſpexerunt accuratè, non leuius, propè dixerim, uerborum certamen, quàm illi tunc rerum gerendarum, peragimus. Quamobrem nihil non excutiendum eſt, quandoquidem æquè & rerum minutarum cõſectatio, & tantarum leuior explicatio uitio datur, nam id eſſet aliud ineptiæ genus. ſed ad rem. Cum igitur ad Thermopylas accepta clades eſſet, & Græcia cum periculo aperta, alij quaſi mœnibus ruptis utrinque inſundebantur, cum Græci [y] partim ultro, partim neceſsitate ducti procederent, bello circunfuſi, & barbarorum uelut ignis impetum ſubterfugientes, alij uerò, qui Mineruæ cognomen, & propitium ſibi [z] numen ſæpius iam comprobarant, cum ſcirent urbis cuſtodiam foris eſſe conſtitutam, plebiſcito decernunt, ut urbe præſidi deæ commiſſa, filios & uxores Trœzene [a] deponant, itaque ab omnibus impedimentis uacui, mare ſibi opponant. quo quidem facto omnium rerum præclariſsimarum uno atque eodem die ſigna ediderunt, pietatis, fortitudinis, prudentiæ, humanitatis, magnanimitatis: pietatis, quòd in dijs fiduciam collocabant, fortitudinis, cum à liberis, uxoribus, & familiaribus ſuis patienter ſe diſiungebãt: humanitatis, quòd hæc in aliorum ſalutem ſuſcipiebant, magnanimitatis maximæ, cum rebus ſuis ob libertatem cedebant. iam quod unicum ſalutis remedium intellexerunt, id ſapientiæ [b] tribuo, per quam & obtemperandi principibus, ab omnibus laudatæ rei, decreto omnes quotquot unquàm fuerunt, homines uicerunt. Hac itaque ratione exonerati cum eſſent, ad Salaminem Græcos continebant, cum ille utraque manu inſtructus accedit, Græcos ſimul & barbaros, qui ad Atticam uſque reperti erant, adducens, & rurſum Salaminem mittit aquam & terram, ut antea, petitum, quòd exiſtimaret fore, ut ſi ad præſens diſcrimen uerba fierent, magis ipſi flecterentur, aureſque præberent. uerùm & heic plurimum ſpes eum ſua feſellit. Tantùm etenim abfuit, ut aliquid timerent, aut de propoſito mutarent, ut, cum quidam ceſsionem auſus eſſet ſuadere, & ipſum uiri, & eius uxorem mulieres cominus peremerint, atque hæc prima Græcis ad prœlium facta ſit exhortatio per uiros ſimul & mulieres, quam nec ſequentibus actis dedecorarunt. Primũ enim, cum Græci indigna rebus ad Artemiſiũ geſtis & Athenienſium præſentia inirent cõſilia, & iam de fuga deliberaſſent, hi obſtiterunt, eosq; quaſi pueros in officio cõtinuerunt inuitos, omnem mouentes lapidem, & prius, cum uix audire quenquam ſuſtinerent, uerbis eos inducentes, poſt uerò, cum nihil proficerent, neceſsitatẽ

[y] οἱ μὲν pro οἱ.

[z] τῇ τοῦ θεοῦ διανοίᾳ pro τῆς τοῦ θεοῦ διανοίας A.

[a] [illegible] pro [illegible]

[b] λέγω pro λέγει A.

Quidam) Cyrſilus.

cx

ex improuiſo adhibentes, conflato prœlio, ut iam cogerentur animos ſumere. Deinde, ubi exercitus fuerunt commiſsi, & barbari loca quæuis exteriora nauib. occuparant, ut iam ipſa undiq; tam terra q̃ mari excluderentur, niſi quantũ triremes occupabant ſpacij; & ubiq; ceu in mari uaſto nihil aliud q̃ hoſtes circunſpicerent, tum illi, nihil alijs cõmittentes, & primi nauale prœlium ſunt auſpicati, ſicut in Eubœa fecerant reliquis cunctantib. & ſoli rem totã confecerunt: atq; ea quidem, quæ ducis prudentiã in opprimendo Rege requirebant, primò peregerunt, ſicut ne apud hoſtes quidem amicorũ beneuolẽtia carerent (ea dico, quæ ſunt cum Ionibus geſta) quæ uerò manu ſui & cõmuni fortitudine geri debebant, [c] pulcerrimè omnium, quæ unquam ſunt acta, tum inceperunt tum perfecerunt, adeò ut, cum ſe contra eos collocaſſent, qui claſſis hoſtilis primas tenebãt, primi barbaros in fugam uerterint, naueſq; alias alibi uarijs modis deſtruxerint, & reliquis perſequendi occaſionem uice pugnæ ſuppeditarint. Quocirca mihi eodẽ ferè modo uictoriã ex hoc prœlio uidetur Græci retuliſſe, ac ſi Marathoniæ uictoriæ interfuiſſent. Vt enim ciuitas illic ſibi ſuffecit ipſa, ita & ad Salaminem reliqui rerum à ciuitate geſtarum fructum perceperunt. nec ſecus atque tunc altero poſt prœlium die acceſſerunt Lacedæmonij, heic quoq; hoſtibus fugandis ſocij defuerunt. Quas ob rês meritò quis non libertatem tantùm, nec belli præmia, ſed & uictoriam ipſam Vrbi Græcos debere dixerit, ſiquidem & hanc quaſi pro lucro habuerunt, in gloriæ ſocietatem inſuper admiſsi. Tum uerò & litora omnia naufragijs plena cernebantur, & freta quæuis permiſta, undæque fluxio triſtia Regi ſpectacula in terram exponebat, ac multum ab eius [d] petulantia luxuriaque diſſentanea. Nec uerò prætermittenda eſt malorum [e] barbaricorum appendix, quandoquidem eſt nulla in re ipſo deterior opere. Cum igitur barbari tria occupaſſent initio loca, continentem, mare, & eam, quæ Salamini eſt obiecta, inſulam, ut Græci quaſi reti omnes concluderentur (exiſtimabant enim calamitoſum hoc & contra leges Perſicas fore, ſi quis eorum, qui contra regem arma cepiſſent, euaderet) tum contra eos, qui ex prœlio erant elapſuri, præcipuam exercitus partem, & principes Perſarum uiros conſtituerant, qui inſulam occuparent, & uelut paratam exciperent prædam. Poſtquam autem primo conflictu ſuperati fuerant, fauente Græcis fortuna, & conatus eis malè ceſsit, tum Athenienſis quidam hoc diſcrimen ultro ſubijt, ut ſenibus, qui erant Salaminæ reliqui, in inſulam expoſitis, Perſas omnes occideret. Xerxes uerò cum ſederet in terra cum ornatu, quaſi certaminis alicuius præſes, aut iudex rerum gerendarum de cœlo datus fuiſſet, exiſtimans metum ſui militibus ſuffecturum, nec aliud ſibi opus relictum, niſi ut honore

c κάλλιστα pro μάλιστα A.

d πετρολίας pro περιοίας.

e deest τῶν γενομένων ante τῶν A.

Inſulam) Pſyttaleam.

Quidam) Ariſtides. Herod. Vrania.

metum redimeret, ac lucrum faceret, ciuitatem tẽtare uiſum eſſet, mittit ad eam legatos cum mandatis, quæ ſuperioribus erant contraria. Etenim quæ antè petierat, terram & aquam, ea tum dabat, idq; non æquali menſura, ſed ut partim urbem & regionem totam redderet, partim reliquam Græciam muneris inſtar adijceret. huc accedebant opes immenſæ, firmaq; ſocietas & in poſterum amicitia. qua quidem re & ſolos ſe hos uereri, & ſolis plus quàm reliquis omnibus, ſi res impetrari poſſet, confiſurum eſſe oſtendebat. Hæc cum eſſet legationis ſumma, obijt eam Alexander, Macedoniæ rex. Illi autem adeò non admirati ſunt hæc promiſſa, aut opes eius uel omnes ſe dignas fore exiſtimarunt, ut legatum iuris hoſpitalis prætextus illæſum ſeruauerit, quanquam [b] nec ſic omnino ſecurum dimiſerunt, niſi ante Solis occaſum terminos regionis eſſet egreſſus, admonentes inſuper, ne quid in poſterum ſimile ad Athenienſes referret, niſi morte legationem uellet luere, ſimul etiam [i] eum per regionem deducendum curantes, ne cum quoquam rem aut ſermonem haberet. Hoc certè reſponſum non minorem, quàm uictoriam Salaminiam, nec admirationem mereri, nec gloriam tam ijs qui id dederũt, quàm autori adferre arbitror. Sicut enim ad illam armis, triremibus, inſtrumentis opus fuit, ita heic rebus uerè ſuis, prudentia & ſermone, ſunt uſi. Quos ergo pulcriores his uirtutis uel cultores uel demonſtratores reperias, qui nec auro, nec argento, nec ferro, nec re deniq; ulla uinci potuerunt, ſicut hæc omnia non maiorem Regi uſum adferrent, quàm ſi etiam tum ſub terra delituiſſent, cum illi paupertatem diuitijs, ſecuritati pericula, humanitati Regis tantæ iuſtitiã præponerent. Nec uerò, ſicut barbarorum promiſſa odio atq; inimicitia proſequebantur, ita Græca quoq;, cum neceſsitas urgebat, remiſsius, quàm ut aures adhiberent, excipiebant. Quinimo cum ueniſſent Lacedæmonij perterriti, & contrarias legationi regiæ preces funderẽt, puerosq; & ſenes unà cum mulieribus toto belli tempore ſe alituros promitterent, ignouerunt eis potius quàm conceſſerunt, cum & è metu probos, & è promiſsis ignaros uirtutis Atticæ iudicaſſent, ſuamq; animi magnitudinem non minus ira cohibẽda, quàm promiſſis reijciendis exeruerunt. Sciebant enim ſe non ad accipienda, ſed ad conferenda beneficia natos eſſe, & ijs, qui Græciam tuerentur, mercedem perſoluere, non ab aliis accipere debere, nec utilitatum gratia ſuos amare, non magis quàm parentes aut liberos, ſed etiam ſuis impenſis conſeruare, quemadmodum eos, qui erga aliquos ut ſuos affecti ſunt, facere ſit æquum. Ac tale quidem tantæque uirtutis [k] opus belli tempore inter Salaminiam & Plataicam pugnam eluxit. Itaque & [l] hiſce rebus, præter ſuperiores, oſtenderunt Rex & Græci, omnia ſe in Athenienſibus ponere, cum & ille per Macedonium eos tantis præmijs alliceret, & hi per Lacedæmonios,

b ἐὰν pro ἐπὴν A.

i αὐτὸν pro αὐτῶν.

k deeſt ἔργον, poſt τηλικοῦτον A.

l deeſt διὰ ante τούτων.

ne quid tale facerent, eos obſecrarent. Cũ enim utrią; illos ad ſe pertrahebant, manifeſto iudicio tam ſibi illos quã hoſtib. longo præſtare interuallo cõprobarunt. in qua opinione cum initio fuiſſent, maiore etiam cum admiratione diſceſſerunt. Nam hi[m] nec illum tulerunt, & hos è loco longè ſuperiori admiſerunt. Quocirca uidentur etiam de ſe iuſtum ipſi ſuffragium tuliſſe, ſic ut iam tres ordine extẽt teſtes, hoſtes, fœderati, ipſi ſibi, qui ubią; ſui ſimiles fuerint. Poſtquam aũt Græcos, qui libentius iam ſequebantur, coegerunt, Platæas ueniunt. Ac ſi quidem heic copiarum magnitudinem, aut barbarorum per Bœotiam inſtructam aciem, & quæ ante prœlium contigerunt, aggrederer narrare, nihil hac mora proficerem. ueruntamen & heic utrią;[n] graue in prœlio teſtimonium Vrbi dederunt. Etenim cũ Atheniẽſibus Lacedæmonij aciei partem Perſis oppoſitam ceſſiſſent, quaſi fato fuiſſet ac natura conſtitutum, ut ab Athenienſibus uincerẽtur Perſæ: contrà Mardonius aciem ſeduxit, qui Lacedæmonijs opponi malebat, qui fortiter morerentur, quàm Athenienſib. qui præclarè uincerent. id enim experientia didicerat. Itaq; pugilum inſtar de loco primùm certabant. At hi & Perſas & omnes homines ſuſtinuerunt, cum ubią; uincerent, barbaros uirtute, Græcos tam uirtute quàm copijs, prœliumq; diremerunt, omnia perrumpentes, equitum ducibus de medio ſublatis. Vt autem oppugnatione fuit opus, contra eos, qui multis partib. plures erant, pugnauerũt, donec barbari partim mortui Bœotiam aliter quàm prius, occuparunt, partim uelut ex naufragio ſine armis & ordine, cum noctem diei præferrẽt, pauci de multis & multi paulatim euaſerunt, ſuperbæ expeditionis & Athenienſium probè memores. Quæ cum ita eſſent geſta, alij quidem Græci omnes poſt magnum deſiderium reſpirabant, cũ tempeſtatem opinione maiorem effugiſſent, Vrbemq; coronis & laudibus proſequebantur, nihil ei magnum poſſe tribui putãtes, nedum eam pro dignitate tractarent. ipſa uerò heic uel maximè uirtutis ſuæ magnitudinem declarauit, cum eò rerũ progreſſa eſt, ut etiam extra regionem amplius barbaris eos oſtẽderit, & qui in Græcia ipſos hoc excepiſſent modo, & quos nunc[o] alacritate maxima fugerent. Ac uideo equidem orationem produci, nec facilè quenquã poſt tales narrationes gratiosè deinceps uel dicere uel auſcultari poſſe, uelut cum poſt actorem aliquem, qui placuit, alius in ſcenam prodit. ueruntamen quoniã non tã delectãdi cauſa ſermonem hunc ſuſcepi, q̃ ut Vrbis digniiatem re ipſa oſtenderem, exiſtimo me potius ſupprimẽdo quicquam, iniuſtum, q̃; dicẽdo moleſtum fore. Iam illud ex ipſo debemus orationis argumento colligere, ne ipſas quidem Mineruæ ferias uno die neceſſariò abſolui, uerùm plures etiam, ſi hoc quoq; dicendum eſt, decoris gratia adijci, ita ut nec orationũ magnitudo poſſit hoc[p] dicendi tempore inepta uideri. Quin & gymnica certamina, multoq;

m τὸν pro τῶν. Illũ) Mardoniũ.

n θαυμαστὴ pro θαυμαστῇ A.

Hi) Atheniẽſ.

o κρίναντες ἀγαπητὸν pro ἀγαπητῶς A.

p λόγων pro ἔργων A.

multoq́; etiam magis muſica nō ſemel, ut notum eſt, peraguntur, nec [q] ſpectaculorum uarietatem eodē, quo cœperunt, die perficiunt, ſed cum ſingulis diebus, ut ita loquar, deſinant, iterum deinde repetunt. Quo fit, ut quæ hodierno prætereuntur die, non tamen totum feriarum tempus euadant. Alioqui namq; abſurdum foret, ſi legiſlatores ea de cauſa publicos cōuentus produxiſſent, ipſo etiam feriarum nomine per tēporis propagationē uiolato, ut ꝙ diutiſſimè conſuetudine mutua frueremur, nos aūt, qui hac uteremur cōmoditate, in reprehenſionem incurreremus. Quemadmodum igitur alijs certaminib. nō grauatim quotidie interſumus, ſed perpetui ſpectaculi fructum in lucro ponimus, ſic etiam erga orationes, præſertim quæ cū ferijs coniunctæ ſunt, affici debemus. Illud certè curabit, ut ne obſoleta quædā ac priorib. indigna uobis deinceps ꝓponant. Ne aūt ipſa excuſatione longiorem faciā moram, ad ſequentē deinceps me ſermonē cōuertam. Poſtq́; igitur ad priſtinā libertatem redijt Græcia, cū et naues et copiæ tā pedeſtres ꝗ equeſtres, duceſq́; unà cū Rege diſceſsiſſēt, primū quidē ſolēnes ſupplicatiōes ad deorū tēpla factæ ſunt, quales nec antè unq́; nec pòſt libera Græcia meminerat. Nec enī legib. aut ſtatis [r] tēporū cōuerſionib. inſtituebant, uerū è re nata ſinguli & oppidatim & uiritim coronas cum lętitia ſumebant, ac felicitatem ſuā apud deos teſtabantur. Tum Iouis Liberatoris ara eodē, quo res erāt geſtę, loco ad honorem diuinū & fortium uirorum memoriā eſt erecta, quæ ad concordiam & barbarorum contemtū Gręcos cōmuniter incitaret. Deinde publicū Græciæ tēplū quod Delphis eſt, ornamētis decorè inſcriptis exornatum fuit. Oppida quoq; non tā uirtute ꝗ apparatu illuſtrabāt, gaza barbarica [s] inter præſtātiores diſtributa. Verūtamē in his quoq; rurſum hæc ciuitas eodem ſplēdore, quo in prœlijs, excelluit, quæ cum Arcem monumentis rerū geſtarū decorauit, addita ad natiuam pulcritudinem ea, quā diuitię atq; ars adferebāt, ut iam illa tota donarium, uel potius ſtatua uideri poſſet, tū alios honores ceteris omnib. pręclarius dijs decreuit, partim in ſuo, partim in alieno agro. Ipſa quoq; antiquos trāſgreſſa terminos, ambitus incremētum pro factorum dignitate accepit, &, ut ſemel dicam, per uirtutem ſola fuit & deſerta, & iterum frequentata, aſſumtis etiā ijs locis, quæ prius uaſta fuerant, ut ſimul & gloria rerum geſtarū, & ornatu atq; pulcritudine creſceret. Sed in hunc ſermonem penè inuitus incidi, narrationis ſerie magis quàm uoluntate ductus, cum nequaquā huc tenderem, ſed illud conarer oſtendere, ſi quidem deorum ſupplicationes honeſtiſſimæ eſſent & utiliſſimæ, itemq́; iucundiſſimæ, eas quoque, quæ tum apud Græcos tantopere floruerint, ad hanc ciuitatem præcipuè referri debere, idq́; tum ratione ipſius diuini honoris, quoniā ſicut deos ceu bonorum autores colimus, ſic et ciuitas maximū ad res gerendas momētum, prout ferunt uires humanæ, cōtulerit: tū quòd

[q] θεαμάτων pro θεμάτων A.

Violato) nam ἱερομηνία unū tantū diem complectitur.

[r] χρόνων pro χορῶν.

[s] εἰς τὰς κρείττους ἐπιδόσεις pro εἰς τὸ ἐπιδόσεις.

in ipſis donarijs ac honorarijs perſoluendis reliquos adeò perſpicuè uicerit, cum hæc eius pietatis ſigna, pulcritudinis etiam ac magnitudinis fuerint indicia. Nec tñ ita ſe officio defungi poſſe credidit, ſi dijs gratias dũtaxat ageret, nec quicquã ultra conaret̃, ac trophæis, quaſi ſibi diffidens, incumberet: ſed cum præterita pro tranſitu ad futura haberet, ſecum ipſa contendit, ac pulcrum inijt, & oportunum conſilium, ut ſecundo tempore ſecundas res gereret, ac eos, qui ipſam prius erãt aggreſsi, uiciſsim inuaderet, terrore omni & periculo in ipſorum agrum translato: qua quidem in re hoc belli genus maximè eſt admirandum. Etenim cum duæ ſint diuerſæ belli ſpecies, quarum altera eſt eorum, qui priores inuadunt, altera, qui uim propulſant, illa cum iuſtitia coniuncta non eſt, huius neceſsitas[t] laudem imminuit, quoniam eſt à uoluntate diuerſa, quanquã præſtat neceſſariò iuſte agere, quã ultro peccare, ſic tamen ut id omnibus numeris abſolutũ non ſit. Eodem porrò modo & in priori bello rei quidem turpitudo in barbaros reciderat, neceſſarium autem officium à Græcis eſt profectum, qui tametſi uicerunt, nihil tamen prӕter debitũ præſtiterunt. Quod autem tertium eſt belli genus, cum quis priores belli autores uiciſſim aggreditur, ut inuadentium libertate, ita propulſantiũ uſus iuſtitia, illud uerò ciuitas contra barbaros tã pro ſe ꝗ̃ pro Græcis omnibus ſuſcipere decreuit, ne illi ſe putarent áduentu ſuo Græcos fortes reddere, aut illas res neceſſitatis impetu temerè geſtas eſſe potius, ꝗ̃ quia nõ putarint hi ſe priores honeſtè bellum inferre poſſe: nunc aũt, cum initium poſſit iuſtum cenſeri, probè ipſos, quibuſnam bilẽ mouiſſent, cogni turos. adeò magna cum iuſtitia & fortitudine poſteriora non minus quàm priora, ne quid maius dicam, geſsit. Illud præterea ſecũ putauit, non in eo ſitã fore Græcorum ſalutem & ſecuritatem, ſi eos domi concluſos teneret, ſic ut nec ipſa[u] per illos, nec illi pro ſe quicquã agerent, uerùm ſi barbaros à Græcia lõgiſſimè repelleret, ita demum optimam & ueram tranquillitatem apud omnes fore exiſtimauit, ac rectè quidem, & rerum naturę cõſideratione ducta. ij etenim ferè quiete uera fruuntur, qui ſe non uſequequaꝗ ea indigere oſtendunt. Hoc ergo fuit huius ciuitatis conſilium, omnibus reb. pulcerrimis refertum. Iam uerò quid uel primum dicam, uel poſtremum? Nam & ad Mycalen inſignem obtinuerunt uictoriam, & omnia ſunt Europæ litora perſcrutati, ne quis ipſos hoſtium lateret, omneſꝗ è Strymone, Seſto, Byzantio abegerunt, cum[x] omnia tanquã piaculo obſtricta perpurgarent, nec ſecus atque mercatores, ancoras figerent, iterꝗ Triptolemi per aerem factum, quatenus imperfectum fuit, ſuppleuerint. Ille namꝗ duntaxat benè de omnibus merebatur: hi etiam punire, quos oportebat[y] aggreſſi ſunt, quoniam exiſtimabant hoc quoque publicè cõmodum fore, ſi iniurioſi & ſuperbiores plerique dignas pœnas luerent. Quod cum ita decreuiſſent, mox & circum

t τὴν φιλοτιμίαν pro τῆς φιλοτιμίας A.

u δι' αὐτῶν pro πρὸς A.

x πάντα pro πάντας A.

y ἐπιέναι pro ἀπιέναι A.

circum Aſiã nauigarunt,& per patentes fluuios renauigarũt, ſimulq́ꝫ & audiebantur & cernebantur, mirabilemq́ꝫ & uerè armatam choream atq́ꝫ bellicam duxerunt,idq́ꝫ tam crebra & intenta exultatione, ut etiam Lacedæmonij cum primis rebus interfuiſſent,poſtea domũ diſceſſerint,quòd eos quaſi uolucres, conſequi non poterant,nec nõ Græci reliqui, quicunq́ꝫ nauigationem ſimul erãt auſpicati,tanq̃ꝫ uertigine laborantes abierint. At hi Aſiaticis,quos contra Rex ipſos totamq́ꝫ Græciam duxerat,ad omnia utebantur, & regijs inſtrumentis Regem ipſum oppugnabant,cum ipſis portus,ualli,foſſę,cetera paterent omnia,armaq́ꝫ & naues in ipſorum poteſtatẽ uenirent. Itaq́ꝫ nihil intactum reliquerũt,adeò ut partim cum Phœnicibus, Cilicib. & Cyprijs in medio mari Ægyptiaco prœlium conſererent, & naues caperẽt plurimas, partim contra totũ Perſarum imperium diſcrimẽ in terra ſubirent,ac pro ſingulis hominibus gentes integras tũ occiderent,cum caperent. Quid quòd eodẽ die duo parta ſunt trophæa, cum nauale prœlium terreſtri fuiſſet adæquatum. Illud autem commodi Rex habuit, quod eius imperij loca uictorijs horum fuerunt celebrata, uelut Eurymedon, qui per hos non leuiter fuit illuſtratus. Quin & hoc oſtenderunt,non eſſe futilibus ratibus ſternẽda ad traiectũ freta, nec cum altiſsimis montib. colluctandũ,ſed prudentia ubiq́ꝫ & fortitudine uincendum, quæ ſint omnium pulcerrima ſubſidia, & uerè cuiuſque propria, quandoquidem perpetuò nobiſcum manent, cum alia communiter omnibus ſint propoſita fortunæ dona, uel potius uirtutis, ſiquidem ut à deterioribus etiam initio poſsidentur,ita firmiter à melioribus conſeruantur. Omne denique imperium ita concuſſerunt,& eouſq́ꝫ cuncti tam Perſas contemnere, quam in Vrbe ſpem omnem ponere cœperunt,ut Pharij primũ commoti fuerint,deinde defecerint etiam Ægyptij,& Rex,quanquã ipſis alioqui ad arbitrium uti uidebatur,paluſtrem Ægypti regionẽ,quæ non eſt exigua,amiſerit, cum eam bis antea totã bello cepiſſet. Atheniensium uerò triremes ſagittis è cælo miſsis uidebantur ſimiles. Soli enim ex ijs,qui communem inſtituerũt remp. & ſuam regionem pro aliena habuerunt,& aliena quæ eſſet,non ſibi alienam,ſed ijs qui eam cum ſcelere incolerent: cuſtodum deinde more uixerunt,non ut qui in præſidijs collocati ſunt,aut unum aliquẽ locũ obeunt,ſed ut Græcorum omnium per totam terram circitores: hoſtes autem eos, qui optimè poſſent reſiſtere,non qui imbecilliores eſſent,ſumſerunt,partim quòd, cùm barbari nullum cladis genus, quod quidẽ in eorũ notitiam uenerat,in Græcos edere [z] obliti eſſent,pœna erat hac de re ſumenda nõ leuis,partim quòd ſecuritas in poſterum Græciæ procurãda reſtabat: donec tandem cognouit Rex, perinde ſe contra Vrbem bellũ cepiſſe,ac ſi igni late graſſanti oleum oppoſuiſſet. Nihil eñ dãni erat,quod nõ pateretẽ,ſic ut ipſe cõſumeretẽ à ſeſe,et regiõis ſpacium ad

Thucyd.

z ἐκλελῆσθαι pro ἐκλελῆφθαι.

ſalutis ſubſidium habere ſe intelligeret, ac tandē primo tertium meli-us, aut ſaltem magis neceſſarium duceret. Cum[a] enim initio Græciā ſibi acquirere unà cum reliqua Europæ parte ſtuduiſſet, maiora uiribus moliri ſe cognouit. Alterum igitur ipſi faciendum erat, ut imperium ſibi ſaluum conſeruaret: uerū nec hoc illi Vrbs permiſit. Quod ergo tertium reſtabat, saluti ſuæ cōſuluit, & Vrbi terra mariq; ceſsit, non ut remos tantùm, quod aiunt, inhiberet, aut pedem referret, ſed ad infinita ſtadia omnem inferiorem Aſiam dimitteret, quantùm uel regno magno ſufficeret ſpacij, ſic ut non inſulæ ſolū, easq; incolentes Græci libertate donarentur, ſed & qui in ipſius regione prius habitarant, lōgius iam ab eius dominio & imperio, quàm prius Græci ueteres, abeſſent. Nam hactenus quidem uſque ad Peneum imperabat, aut potius (magnam enim partem detraho, quanquam multum dicere uideor) uſque ad Atticam, donec Athenienſibus in mari occurrit, tanto iam ſpacio Delphos, terræ totius Græciæq; umbilicum, tranſierat. At per Vrbis certamina & marinas expeditiones eo redactus eſt, ut polliceretur ſe nec terminos duos, Chelidoneas ad Meridiem, Cyaneas ad Septentriones, nauigio deinceps ſuperaturum, & à mari ad quingenta undique ſtadia receſſurum, adeò ut orbis ille Græcis pro corona capitis eſſet, & in ipſo iam regio agro præſidia collocarent ſua. Ac tale quidem hæc ciuitas partim in ſua, partim in illorum regione bellum geſsit, & pacem talem fecit: quod utrunq; ſatis oſtendit, ipſam non opū, nec lucri ſpe iſta executam eſſe, ſed hoc unum ſpectaſſe, ut firmam Græcis libertatem pararet. Quem autem pulcriorem uel pacis uel belli tam contra Græcos quàm contra barbaros exitum quis reperiat, quā quo res has Vrbs concluſit? quanquam nec hæc ipſa, quæ tot tantaq; ſunt, ſine multis Græcorum obſtaculis peregit, omnibus eam quaſi diripientibus, cū Lacedæmonij alieno eſſent ab ipſa animo, Bœoti bellum cum ea gererent, nec non Æginetæ, quibus hæc ſola uictoriarum copia maris principatum[b] præripuit, Corinthij per Megarenſes impulſi, terra mariq; eam oppugnarent, cum quibus etiam Sicyonij ſe & Epidaurij coniunxerāt, Naxij unà cum Thaſijs et Caryſtijs malè ſocietatis fidem ſeruarent, Phocenſes etiam & Lacedæmonij utrinq; ipſam inuocarent, immenſus deniq; moleſtiarum ambitus in Græcia uerſaretur. Itaq; auſim dicere, ſi hæc modò geſsiſſent, & Græcæ res duntaxat nobis eſſent narrandæ, relicta Perſica gloria, nihilominus habituros affatim nos fuiſſe, in quibus explicandis tempus collocaremus. Quocirca meritò gratulari nō fortitudinē tantùm huic ciuitati, ſed & magnanimitatem debemus. Etenim quòd, cum Græci contentionem & bellum contra ipſam ſuſcepiſſent, nihil tamen de Græcorum cura remiſit, uerū pro communi ſalute bellum cum Rege terra mariq; geſſit, quantæ eſt animi magnitudinis, præter quod[c] in tot partes ſe diuiſit, ac

[a] deeſt μὲν γὰρ ante τὸ A.

[b] ἐν ἐκώλυσεν pro ἐνεκώλυσεν A.

[c] deeſt πρὸς ante τοσαῦτα A.

ſic ac omnia non ſecus atq; ſingula curauit,[d] & cum animi fortitudine, cum apparatus magnitudine admirandam ſe præbuit. Nam & contra barbaros ita ſe geſſit, quaſi ab omnibus negocijs uacaret, nec interim Græcis, ſi qui erant infeſti, occaſionem gerendi, quæ uellent præbuit: uerùm & his ita ſe obuiam dedit, ut quinas uel etiam plures ſimul res ab ea geſtas, uelut ea quæ numerantur coniunctim commemorare liceat. Vicerunt enim Peloponneſios nauali prœlio ad Cecryphaliam, & Æginetas ad Æginam, & rurſum Peloponneſios. Deinde Megarenſium mœnia ad mare uſq; protenderunt, libertatem eorum ſimul cũ regione defendentes. Tum Corinthios ante Megara primùm ſuperarunt, & iterum poſt dies duodecim, cum iniuſtè trophæum ſubripuiſſent. quę tametſi magni momenti non ſunt, dicenẽ à me tamẽ, licet feſtinem, quandoquidem appẽdix rem totam abſoluet.. Cum eĩm abeſſent Vrbis copiæ, partim ad Ægyptiorũ ſubſidiũ naues plures, q̃ tunc erant in tota Græcia, partim in Æginæ obſidione, aggreſſi ſunt hoſtes Megara inuadere, quòd exiſtimabãt Athenienſium ocium ſibi in occaſionẽ rei gerẽdę cedere, aut ſaltẽ, ſi rurſus Vrbs uinceret, Æginę obſidionẽ ſolutũ iri: ſiquidem illi aliũde opẽ ferre nõ poſſent. Illi autem adeò hoc commẽtum riſerunt, ut qui ad Æginam erant, non magis quã qui in Aegypto rem omnem ignorabant, loco ſe mouerent, ſed qui reliqui erãt tum iuniores tũ ſeniores, Megara profecti, duobus continuis prœlijs Corinthiorũ & Peloponneſiorũ florem uincerent, ut iam illis omnino cederent, nec quicq; ultra, quo minus & hanc uictoriam ad ceteras iuſtè dicerent [e] adieciſſe, cauſarentur. Exiſtimo autem alterum hoc, tanquã in fabula, deorũ alicuius ſtudio & beneuolentia Vrbi conciliatum fuiſſe. Si enim ad primum ictum illi diſceſſiſſent, habituri fuerant poſtea, quo ſe tuerentur: cum autem poſt acceptas à ſuis contumelias rurſus ad prœliũ ſe comparauerint, & erecto uiciſſim trophæo, maiorem priore cladem inſuper accepe-rint, id certè horum uictoriam quaſi obſignauit, ut iam non fortuna fauente potius quàm fortitudine res utraſque geſſiſſe uiderentur. Quin & tertium facinus in Iſthmo ſunt aggreſsi, ubi & aduerſarios ui pugnare coegerunt. An uerò hæc tantũ de uiris iſtis habemus, quæ dicamus? magnam ſanè hoc modo facerent laudis iacturam, qui & circum Peloponneſum nauigarint, nec id more uectorum, ſed ita ut partim munitiſsima quæque regionis loca occuparent, partim duces ſingulos, qui negligenter reſtitiſſent, ſuperarent, & in oppoſitam continentem traiecerint, omnibus, quicunque occurrerent, cedentibus. Poſtea cum Lacedæmonii contra Phocenſes eſſent profecti, ad extremam regionem hi occurrerunt, clauſo ſinu Criſæo, cum interim etiam Geraneam ultra Megara occupaſſent, ita ut incertos conſilij Lacedæmonios, qui in Bœotia ſubſtiterant ad reditum procurandum, redderent, & undique circundarent. Tan-

[d] deeſt τοῦ ante τῆς.

[e] προσανενικηκέναι pro προσανηρημηκέναι.

illi) Corinthij et Peloponneſii.

Hi) Athenienſes Thucyd. a.

f τῆς Βοιωτίας pro τοῖς.

dem ad Tanagram [f] Bœotiæ prœlio commiſſo, cum utrique fortiter pugnaſſent, Lacedæmonij hoc tantum habuerunt commodi, quod quomodo decorè proferam, neſcio, cum illud, eos non fuiſſe interemtos, grauatim dicam. Hoc enim utriſque propoſitum fuerat, Athenienſibus, tranſitum præcludere; Lacedæmonijs autē, domum ſaluis redire. Itaq; [g] uidetur hoc prœlium ſolum fugam pro uictoria habuiſſe. alioqui enim, qui nam fuerint prœlio ac re tota ſuperiores, præter multa priora indicia, ex ſequentibus etiam patuit. Nā Athenienſibus uictoria trium gentium teſtimonio tribuitur, Attico, Laconico, & Bœotico. Lacedæmonij enim primùm euaſiſſe ſe gaudebant, Athenienſes autem à tergo ſunt hoſtes ſecuti; Bœoti uerò in Oenophytis uicti diſceſſerunt, ut & Phocenſes atque Locri eadem opera. Atque has quidem de his pœnas Vrbs ſumſit, quòd in communi Græcorum diſcrimine cum barbaris ſe coniunxerant. nunc alterum eius opus aggrediamur, quod & ipſum uel eminus autorem ſuum indicat. Etenim cum terræmotus in Laconia extitiſſet, & finitimi plerique Lacedæmonios oppugnarent, rebus omnibus ceu in terræ motu admodum perturbatis, uix dum appellati Athenienſes mox cum armis adfuerunt, cum fortitudine freti, tum de illorum ſalute tanquam de ſua, ſoliciti, id quod & metu Lacedæmonios liberauit, & ut eos [h] punirent, effecit. Quo fit, ut non tam res ipſas ab Vrbe geſtas admirari, quàm earum qualitatem, quæ exactè prodit autores, debeamus. Iam expeditionem pro Mileſiis ſuſceptam, & prœlia in Samo mari commiſſa, ac Eubœenſes, poſt quam defecerant, caſtigatos, aliaqúe multa, nihil uetat omittere. Denique cum omnes ſuperaſſet, pacem fecit: de qua quidem nobis eſt aliquid dicendum. Contrario namque modo Græcis, atque cum barbaris, fœdus percuſſit. Nam ut ab illis omnem inferiorem regionem & mare intra ſupradictos terminos comprehenſum abſtulit, ita his ea, quæ bello ſibi compararat, redidit, Megara, Trœzenem, Pagas, Achaiam totam. Vnde manifeſtum fit, eam, cum ſuperior eſſet, in pacem conſenſiſſe, ſiquidem quod [i] reciperet, nihil extabat, idemque & uictoriæ & natiuæ bonitatis edidiſſe ſpecimen, cum exiſtimaret, contra barbaros omnibus uiribus, contra Græcos uſque ad uictoriam duntaxat eſſe pugnandum. Hoc igitur modò contra barbaros & Græcos cum certamen peregiſſet, talem cū utriſque pacem fecit, poſtquā ambos & ſimul & ſeparatim uicerat. Quinimo ſola priuato periculo communi utilitati ſtuduit, & beneficiorum copia principatum ſibi comparauit, more communi muto. Non enim quòd oppida ſubiugarat, ſed quòd libera fecerat, imperium eſt adepta: ita ut eodem tempore & Græcis libertas, & Vrbi fuerit imperium tributum. Huic enim ſoli ultro paruerunt reliqui, & hunc populū communi ſuffragio iuſſerunt imperare, adeò ut, cum

g κινδυνεύειν pro κινδυνεύσειν A.

h δίκην λαβεῖν pro λαλεῖν.

i ἀνταπέλαβεν pro ἀνταπέλαζεν A.

cum barbaros armis coegiſſet, ſocios tamen nihil precatus fuerit, ſed ipſorum precibus compulſus principatũ acceperit, quo ad iuſtitiæ, non ad iniuriæ notam uteretur: ut autem diſiunctim rem totam explicem, ſola hæc ciuitas barbaris inuitis, Græcis aũt petentib. imperium eſt adepta. Quę cũ ſic eſſent peracta, ciuitates ad tempus aliquod tranquilla felicitate fruebantur: uerùm tãdem fortunam cõmunem, quæ ſolet omnia peruertere, Græci ſimul cum Vrbe ſunt experti, cũ ipſi grati animi obliuiſcerentur, & rerum geſtarũ inuiderent magnitudini, hæc autem cũ ijs, quorum cauſa omnia fecerat, confligeret, ꝗ̃uis inuita, quemadmodum hoc duobus indicijs patefecit. Primũ eñi cum inciperent commoueri, ſedare eos conata eſt, & ut iure de rebus controuerſis agerent, poſtulauit. deinde cum neceſſariò ad prœlium deueniſſet, poſtquam uictoriam obtinuit, nihil eſt ultra molita, ſed eos, cum quibus de imperio diſceptarat, liberos dimiſit, nec paulo lubentius è carcere exemit, quàm in eum prius coniecerat. Quid autẽ de his fiet? erubeſco namque prœlia Naupactica, quibus & ſplendidè uicerunt & copioſè, & in Thracia partas uictorias omittere: tum Corcyræ liberationem, & res in Ampracia maximas geſtas, idq́ue uirtute, non neceſſitate; deinde alias ad Pylum, partim nauali ex terra, partim terreſtri in inſula prœlio; & mox alios Lacedęmonios Cytheris abductos, atque Corinthiaca trophæa, aliaqúe multa perinde tum admiranda. uerúm tempus non omnia patitur, cui equidem parcendum puto. Præterea non hiſtoriam nudam teximus, ſicut dicebam, ut Vrbis facta narremus omnia (ſic enim uel ad alterum luſtrum pertingeret oratio) ſed cum rerum bellicarum nobiliſſimas quaſque referre, tum Vrbis ornamenta nulla, quo ad res patietur, omittere ſtatuimus: id quod ita conſecuturi uidemur, ſi nõ ſingillatim potius omnia narremus, quàm nullum laudis genus ſcientes prætermittamus. Poſtquã ergo nondum iſta Gręcię dijs ſufficere uiſa ſunt, niſi etiam amplius terra mariqúe ciuitates iactarentur, & cum exteri ipſos inuaderent, tum ipſi in exteros expeditionem inſtituerent: tum uerò ita ſe geſſerunt Athenienſes, ut nec Græci nec Barbari, quos ipſis opponant, inuenire poſſint. Nam & pro Leontinis atque Ægeſtæis claſſem adornarunt, & Carthaginenſibus, quoniam Græcos in Sicilia quondam afflixerant, bellum denunciarunt, eo nauium numero, qui ex tota Græcia mitti uideretur, inſtructo. Quinimo nec pedeſtres nec equeſtres pugnas admodum mirari nos opus eſt, cũ uictoriæ aſſueuerint, & priores ubiq; partes quaſi debitas tulerint: uerùm quòd ne in aduerſa quidem fortuna deſtiterunt propoſito, ſed, cũ & equites & pedites tam numero ꝗ̃ uirtute incõparabiles, abeſſent, & naues cum telis, inſtrumẽtis, artib. ſociis, omniq; apparatu in Siciliã quaſi recens incolendã translatæ eſſent, ex Arce inſuper decies mille propemodũ talentis ablatis; cũ La

Thucyd. 3 & 4.

cedæmonij & Bœoti cum alijs, non ultra è Pelopõneſo, ſed ex Attica media, & Decelea impetum facerent, amiſſo præterea famulorũ tanto numero, qui uel integram gentem poſſent conſtituere, cum etiam transfugere cuiuis liceret; cum deniq; tantũ circa Vrbem bellũ graſſaretur; quod ergo tum ea fuerunt cõſtantia, fortitudine, & alacritate uſi, ut alteram claſſem priori æqualẽ cum ducibus parib. miſerint, & Lacedæmonios illic unà cũ focijs oppugnãdos cenſuerint, quis unq̃ dignè uel expendet, uel admirabitur? Vt autẽ inſignis illa clades accepta fuit. cur enim hoc taceã, cum & ipſum ad Vrbis magnitudinem oſtendendam pertineat, quæ ita ſit ad reliquas res progreſſa, quaſi totã cepiſſet Siciliam, nec copias amiſiſſe, ſed nouas cõparaſſe[k] uideret. ac morum quidẽ facilitatem, ac temperantiã, uitæq; rationẽ ad fugã turpitudinis ſuſceptã nemo facilè pro dignitate dixerit: ueiũ cũ Græci omnes ipſos circũſiſterẽt, & antiqui hoſtes tum primũ ex fortuna ſpem cepiſſent, noui aũt è Sicilia accederent, omnibus ferè ſocijs omniũ tam inſularum q̃ regionũ aliarum rebellione in hoſtes mutatis; illud præterea flagitiũ præter opinionẽ cõmiſſum eſſet, ut Regẽ contra Vrbẽ aduocarent ij, quos ab eo Vrbs ſeruauerat; ille uerò libens adueniſſet, ac tum militib. tum nauibus, tum etiã pecunia opem illis ferret, omnibus terræ mariſq; locis in belli ſubſidium præſtitis; non erat quiſquã, qui non crederet prima fronte Vrbem iamiã direptum iri, quam Græci ſimul & Barbari bello uexarent: at hi eam fecerunt rerum mutationem, quaſi apparatus ille non damnũ ipſis potius, q̃ auxiliũ attuliſſet, ipſiq; adeò hoſtes belli duces ſe præbuiſſent. Iam illud omnino maximũ, quòd mutato Reip. genere, & quibuſdã domeſticorum abalienatis, cũ præter Samũ, non haberent ubi ueſtigiũ ponerent, uelut Salaminẽ in bello Perſico, atq; adeò in eandẽ penè fortunã recidiſſent; urbis magna parte ſimiliter euacuata, & res domeſticas cõpoſuerunt, & exteros uicerunt, & trophæis Helleſpontũ diſtinxerunt, alijs aliò fugatis, ac uelitationes potius q̃ prœlia cum obuijs cõmittentes, quemadmodũ tum à nobis, tum ab alijs antè dictũ fuit. Deniq; ad Cyziciũ ſimul cũ Lacedæmonijs, Græcis, barbaris, et Pharnabazo congreſsi, naues oẽs, præter quas depreſſerãt, ceperunt: cũq; Pharnabazus infirmam opem per equitatum ferret, hi partim equeſtri, partim nauali prœlio commiſſo, pariter omnibus potiti ſunt, nauibus, equis, ſagittarijs, Siculis, Pelopõneſiis, regiis copijs, ſpe Laconica, ut iam uacuum eſſet hoſtibus bellum, omnibus ceu naufragio perditis. Itaq; quæ tanta laborarat [l] ſeditione ciuitas, hoc tempore ne mentionem quidem pacis fecit ullam, cum illi, quibus tot initio ſuppeditarant cõmoda, clade accepta, mox ad pacem confugerent. Ac ſoleo equidẽ eos reprehendere, qui, cũ Spartanã ciuitatẽ inſectantur, id ad huius laudem arbitrantur facere. nam & illis odioſi ſunt, nec uos, quemadmodum ipſis uidetur, laudant. Quid quòd etiam contrariũ propoſito

k ἰόντα pro ἰδόντα A.

Thucyd. 8.

l στάσεως pro συστάσεως A.

propoſito ſuo effectum ſortiuntur, adeò ut illos altius extollant, quã Vrbem laudent, & maiorem ab illis, quos uituperãt, quã à uobis laudatis ineant gratiam. Vt enim illi non id, quòd ſecundo poſt Vrbem cenſentur loco, grauatim ferunt, uerũ quòd cum Vrbe cõparãtur, in lucro ponunt; ita nec hi uos, cũ pręſtãtiores illis exiſtimant, extollũt, ſed malè uos, quos cũ illis cõparant, uidentur cognoſcere. Quocirca nõ uobis debet, quàm Lacedęmonijs, iniucũdior iſta cõtẽtio uideri. Veruntamen quandoquidem ad hanc ſermonis partẽ deuenimus, quæ ciuitates inter ſe cõparat, iſtud quoque uobis erit ferendũ, ut Vrbis pręſtantia non in prœlijs modò, ſed & in genere toto emineat. Etenim Lacedæmonij cũ trecentos uiros amiſiſſent, mox animũ deſpõdcrũt, id quod maiorẽ Vrbi, quàm ipſa uictoria, laudẽ attulit. nã illa quidẽ hoſtib. heic aũt, ubi defecerãt alij, omnib. ſuperior euaſit, ut cũ in certaminibus omnes [m]cedunt. Hæc uerò cum poſt res illas Siculas tantam cladẽ accepiſſet, non modò nõ cõtraxit ſe, aut ad pacẽ confugit, ſed et ita hoſtes excepit, ut ſummo cũ deſiderio pacis autores requirerent. Iam uerò hi cum obſideri Cononẽ Mitylenæ cognouiſſent, ad Arginuſas nauigarũt magna cum claſſe, minore tamen quàm erat aduerſaria, & cum omnibus hoſtium copiis conflixerunt, quaſi naues quidẽ ſuppeditarent alii, ipſi autem in Care, non ſuis manibus pugnarent, nec hoſtium numerum, nec Callicratidę gloriam, neque adiunctas inſulas, & alieniorem iã à ſe fortunam curantes, nec uel tempeſtati cedentes, uel reliquæ pugnæ magnitudinem conſiderantes; ſed ita prorſus, quaſi maris duntaxat intuitus ſufficeret, & Lacedæmonios fugarunt, & Peloponneſios omnes ceperunt, nauibus aliis depreſsis, alijs captis, unà cum tempeſtate & cum hoſtibus bellum gerentes (tantum fecerunt obſidionis diſcrimẽ) &, quod eſt maximum, eum liberarunt, qui ſolus poſtea Laconicam potentiam ualuit extinguere. Illi uerò, quaſi eſſent omnes nauali prœlio deuicti, pacẽ rurſus poſtularunt, adeò nõ præſentes tantũ Vrbs uicerat, ſed & abſentes terrebat, uniuerſos ſuperãdo. Quinimo nõ uictorias modò maximas retulit, ſed etiã aduerſam fortunã ita tulit, ut non tã eius res præclarè geſtas, quàm in malis tolerantiã mirari debeamus. Quo fit, ut cũ uictoriis excelluerit, tum in calamitatib. ferẽdis oẽs ſuperarit. Primũ enim quod factis inſignib. alios uicit, præter ea quæ cõtra rebelles geſsit, duo quædam extra omnẽ poſita cõtrouerſiam teſtantur. Nam & quæ per ſe egit, aliorũ factis priuatis manifeſtò præſtãt; quæque geſsit cõmuniter, iis [m] omnes in uniuerſum ſuperauit. Deinde etiã in rebus aduerſis ſuperior uictorib. euaſit, quandoquidẽ fortunæ, cui cedebant illi, hæc reſiſtebat. Quocirca utrunque uictoriæ genus egregiè cõſecuta fuit, oppidis omnibus tam ſecunda quã aduerſa fortuna deuictis. Iam cum ipſa gentes ſimul & ciuitates ſubegerit, à nemine tamen ſine multis ſociorum copiis eſt domita, cumque ipſa ſimul contra omnium

m πᾶσι τοῖς ὅλοις pro ὅλοις O.

Xenoph. 2.

Eum) Cononẽ.

m πάντες pro πάντας A.

impetus opponere ſe coacta ſit, hoſtes plerić partem eius aliquā infeſtarunt, uniuerſas copias nunquā ſunt aggreſsi. Quapropter ciuitatem hanc & multos ſæpe uiciſſe, & perpetuò inuictam permanere meritò dixerimus. Quid quòd ipſa nemo unquā potitus eſt, nec eius conſilium mutauit, quandoquidē reliquæ clades ad exercitū referuntur; cum ipſa tam conſilia hoſtium quā facta ſubiugarit, partim Xerxe ſtrenuè fugato, partim Lacedæmonijs & abſentib. & præſentib. atq; uictis, repreſsis. Quod autem nec geſtorum, nec animi magnitudine, nec ulla re denić ciuitates iſtæ cū hac cōparari poſsint, ex ijs, q̄ dicam, facile patebit. Etenim Lacedæmonij Leuctrica clade accepta, non ſe receperunt, ſed inſtar hominis mortui fuerūt, cum nec pacem cum Thebanis facere dignarentur, ſolis Athenis honeſtè ſe ceſſuros rati, & cum alijs ex Peloponneſo coniuncti, ſalutem non tàm adferre quàm poſtulare poſſent: cum quidem, quod eſt omnium maximū, Vrbs illis ſubſidium tulit, ne penitus tanquā à procella uel turbine aliquo abriperentur. Vrbs autem cum nauali ad Helleſpontū prœlio circumuenta eſſet, nauibus inſuper ac mœnibus amiſsis, & graui ſeditione laboraſſet, iniquis uſa Lacedæmonijs, nihilominus & illis

Viri) Cononis. unius uiri opera maris imperium ademit, & ipſa, quaſi recens Perſicis negocijs ſe expediuiſſet, res Græcas eſt aggreſſa. Quo fit, ut non modò res bellicas aduerſas melius, quàm proſperas alij, tulerit, ſed & domeſticas moleſtias ita compoſuerit, ut reliquis exemplum temperantiæ, quo nullum potuerint inuenire præſtantius, exhiberet,

Xenoph. β. idq́ue partim in Reipub. mutatione, quæ tempore quadringentorum uirorum ſine omni tumultu facta eſt, partim in bello contra tyrannos triginta à paulò pluribus, quàm quot erant ipſi, geſto. Temperantiæ uerò & fortitudinis præclariſsima ſimul ediderunt exempla, qui, cum non amplius quinquaginta numero eſſent primi huius conſilij autores, pariter contra Lacedæmonios mari terraq́ue imperantes, & eos qui in Vrbe erant, periculo ſe obiecerunt, quòd exiſtimarent ſibi uel liberis uiuendum, uel ignauis oppetendum eſſe, ne Solem conſcium intuerentur. Poſtquam autem cum Lacedæmonijs & cum Vrbanis manus conſeruerunt, occupatoq́ue Piræo, ſpei exemplum in aduerſis habendæ prodiderunt; cum ciues congregati ſimul ad manus & uerba uenerunt, quaſi alteri ſalteri, nec ſibi bellum gererent. Itaque difficile eſt iudicatu, utrum hanc ſeditionem, quæ hoc modo fuit ſedata, hoſtes Vrbi imprecari, an amici gratulari debuerint. Vt enim iuxta communem hominum naturam ægrotauit, ita iuxta ſuam fuit ſanata, laudemć ex eo maiorem, quā cladem, percepit. Illud etiam de uiris his dicendum reſtat; ab eorum fortitudine non Lacedæmonios tantùm, ſed & maiòres ipſorum, qui ad Marathonem pugnarant, fuiſſe ſuperatos. Cum enim illi, quamuis hoſtibus numero minores, copijs tamen

inſtructis

inſtructis prœlium cõmiſerint, hi uerò paulò plures in uniuerſum, quã contra quot pugnabant tyrannos, Phylam ceperunt. cumq; illi florente patria hoſpites & barbaros, hi eadem depreſſa Græciæ principes Lacedæmonios & Vrbanos uicerunt. Quod cum feciſſent, tum deinde hoſtibus fortitudine & amicis æquitate ſuperatis, partim bellicis uiribus, partim maturo poſt res geſtas conſilio patriam recuperarunt. Quapropter ſi quis omnia non ſtudeat complecti, is acceptam in bello cladem poteſt diſſimulare, quandoquidem ſequentes res eodem, quo priores, conſilio ſunt & euentu peractæ. Qua uero urbe Lacedæmonij, cum eſſet omnibus rebus priuata, tantopere inferiores erant, quanta eam præſtantia inter ceteras oportet eminere. Iam illud nihilo ſecius, quàm ſuperiora, tũ narrare tũ admirari debemus, quod cum Lacedæmonij ea, quæ XXX uiris contra populum mutuarant, repeterent, poſtquam inter eos conuenit, populus ex parte perſoluit, quò firmitas fœderibus maior accederet. Quid quod Lacedæmoniorum quidem mutua conſuetudo difficilis eſt explicatu, quandoquidem illi ſua cælare ſolent; Vrbs autem, præter quod ita res ſuas coram multis teſtibus compoſuit, alijs etiam exemplum præbuit. Argiuum ſanè populum, cum in eo poſtea ſeditio uigeret, & ne ſanauit & uerbis, quando miſsis ad eos legatis, & refricata ſuarum rerum memoria, diſsidentes ipſos in gratiam reduxit. Quocirca tam priuatas quàm communes Græcorum res ſoli uidentur ex omnibus pariter adminiſtraſſe, qui & Græcos non ab hoſtibus tantum, uerùm etiam ab inteſtinis bellis liberarint, & ipſi tum ad externa bella tum ad moleſtias domeſticas omni ſpe melius inſtructi fuerint. Nec uerò inæqualitas ex eo tantum perſpicitur, quòd exteri & iuniores ad indigenas & ſeniores in hanc urbem confugerunt, aut quod eos, qui maximam rei bellicæ curam geſſerant,[n] non ſecus hac in parte, atque in aliis Vrbs uicit; ſed & quod ipſis belli temporib. ſiue proſperis ſiue aduerſis inter alios excelluit, queadmodum ex iis, quæ tum diximus, tũ deinceps dicemus, procliue eſt cognoſcere. Verũ equidem in Vrbis factis, uelut in pulcro corpore, primũ quodque ſemper pulcerrimum exiſtimo, idq; dicendo ſequor. Atque hoc quidem deorum iudicio permittatur: nos autẽ, ut propoſuimus, reliquarum rerũ celeberrimas quaſq; perſequamur, è quibus prudentia ſimul & poteſtas Vrbis patefiat. Primùm nanq; mirum & inſolitum pro Thebanis bellum ſuſcepit. Nam cum Lacedæmonii poſt ueſtram quietem reliqua pro ludo iam habentes, ſociis imperare, & in Thebanos delectum habere cœpiſſent, utrunq; horum Græcos perculit, eum nec Vrbs hoſtibus inteſtioribus, nec Lacedæmonii ſociis fidelioribus atque adeò fortioribus contra illam ipſam uſi eſſent, idq; tam prima, quàm media poſtremaq; belli parte. Nec tamen Vrbs æquo hæc animo tulit, neq; nauium eſt aut mœniũ

Margin notes: Xenoph. 6. — n deeſt ἐν ante πλέον.

Xenoph.γ. inopiam cauſata, uerũ quaſi ipſos, quocunq; ſe mouerẽt Lacedæmonij, oporteret occurrere, ciuitate bellicis periculis apud ipſa cladium monumenta obiecta, ad Haliartum contra Lyſandrum & Pauſaniã egreſſi, Bœotiam liberarũt, ſicut probè ſentiret Lyſander, nequaq; ſe Athenas, ut putarat, cepiſſe, ſed pueriliter de ijs uelut ſomniaſſe, cũ illæ quidẽ iacturã ſuã mox recuperaſſent, ipſe uerò amiſſa Gręciæ adminiſtratione inter ceteros iaceret. Quin & iã Corinthios paulo pòſt Vrbe digna apprehendit ultio, qui ad Vrbẽ itidem confugerũt: quę cum nunquam ſatis magnas de illis poſſe pœnas ſumere uideretur, idem tamen de ipſis, quod ante de Thebanis ſtatuens, opem Corintho tanquam [o] ſuæ tulit. cumq; diuturno bello multa pro ipſis ſuſcepiſſent prœlia, eosq; & mœnibus & omni munitione tutati eſſent, Xenoph.δ. poſtremò quod fuit pulcerrimum, cum Acrocorintho capto poſſent oppido potiri, nihil minus cogitarunt nec fecerunt, ac oſtenderunt ſe ut patronos pro clientibus, non pro ſeſe bellum gerere. Xenoph.ε. Denique ad eam cõſilij inopiam Lacedæmonios redegerunt, ut ad Perſarum regem denuo ſe recipientes, uulgatam pacem fecerint, Aſiaticis Græcis proditis. quod ut nolim equidem reprehendere, ita libẽs ex ipſis quæſierim, utrum ſponte illa, an coacti conceſſerint. Etenim ſi ſponte dicent, proditionem fateantur neceſſe eſt, [p] quod non fit uериſimile. ſin ui cõpulſi, Vrbe ſe toto genere inferiores fuiſſe teſtantur, cum non fuerint rem tã pudendã ultro cõmiſſuri, niſi cõſilij fuiſſent inopes. Ergo quæ ſola relinquit᷑ ipſis ratio, hac Vrbis in bello præſtãtiam nõ uulgarẽ indicant. Et qm̃ pacis mentionem feci, paulũ quiddam de ea repetã. Nam cũ duæ ſint omniũ ciuitatũ probationes, pax, & bellum, quorũ utrunq; Gręcis cũ barbaris interceſſit: in bello quidem Vrbs ita excelluit, ut maximas res ſola geſſerit, aut ſi quis poſteriores magis approbet, in ijs adeò ſocios ſuperarit, quaſi per ſe certaſſet. Iam tribus præterea temporib. declarata fuit, quandoquidem & initia belli ſola confecit, & in poſterioribus cum Rege congreſſa, primas tulit, poſtrema uerò ſibi ſola uindicat, pugnas uidelicet tum terreſtres tum nauales iuxta Cyprum & Pamphyliam magno progreſſu confectas. Quapropter & ſola barbäros & prima uicit, cum alijsq; coniuncta, ipſos non minus atq; hoſtes ſuperauit, ac ſola reſtitit. Iã uerò pacis quantum eſt diſcrimen. Quæ enim Vrbis eſt, ea Regi imperat, eumq; parere cogit, nec intra Chelidoneas & Cyaneas nauigare permittit, aut ad mare, quamuis equitatui confidat, accedere, uerũ ipſius equi diurno itinere ab eo abire, & de Aſiaticis Græcis non minus, quàm de alijs audire. Atq; hæc quidẽ [q] ait Vrbis pax. altera uerò quid? Aſiaticos Græcos Regi parere, eumq; de illis quodcunq; libet ſtatuere, & alijs ius ſuum præfinire. Hæc utrum parum diſtant, an potius omnino ſunt contraria? Nunc ad res cum Græcis geſtas, & Thucyd.α. bellorum in iis exitus ueniamus. Et Athenienſes quidem cum Lacedæmo-

o ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν pro ὑπὸ A.

p ὗ pro ὦ A.

q λέγει pro λέγων

cedæmonios cepiſſent, impunitos cum pace dimiſerunt, quaſi uirtutis ipſis ſuffeciſſet uictoria. Lacedæmonij autem in Helleſponto (ſic enim conuenit dicere) quoſcunq; Athenienſium prœlio nauali intercęperant, confeſtim iugularunt, ne quid dicam grauius, cum tamē domeſticum ipſis ſuppeteret exemplum, è quo Vrbis erga deuictos humanitatem diſcerent. uerū ne ſic quidem ipſam ſunt imitati, nedū priores tale quid poſſent edere. Illi prætereà, cum nihil ſufficere putarent, ad mœnium uſq; demolitionem ſunt progreſsi: Vrbs autem cum Peloponneſios omnes prius ſuperaſſet, poſtquam Eubœam recuperauit, non modò nihil petijt amplius, ſed etiam quæ bello præoccuparat, ultro reddidit, Megara, Niſæā, Trœzenem, Pegas, & Achaiam. Iam quæ cū captiuis egit, ac reliqua ſimilia, duplicis uirtutis, non humanitatis duntaxat, ut [r] dicat aliquis, indicia præ ſe ferūt. Qui bus enim præter ſpem aut uires talia ſuccedunt, ij fortunæ ſolent iniuriti, quemadmodum qui uenari neſciunt, ſi quid inſperantes ceperint, non dimittunt, nec niſi cariſsimè uendunt, imbecillitate ſua rei precium metientes. hæc autem, cum ſe toto genere præſtare cognoſceret, nunq; ſordidius ſe geſsit, quoniā de abſentib. non leuius, quā de præſentibus, ſperabat, ideoq; citius omnia hoſtib. quā illi ſua peterent, reddidit. Quid quod Vrbis imperium nemo Lacedæmoniorum ſolus occupare potuit, ac ne uniuerſi quidem: Athenienſis autē unus maris imperium Lacedæmonijs abſtulit, cum ſolus Regi ſimul & Vrbi, atq; adeò Græcis exercitum duxiſſet. Vrbem namq; muniuit, & Græcos liberauit ſine ullo eius, cuius auſpicia ſequebatur, damno, Lacedæmoniis terra mariq; deuictis. Ipſum porro maris imperium, quod illi ex Vrbis clade, Vrbs è barbarorum, naturalium nobis hoſtium, uictoria ſibi comparauit. Iam adepto imperio, hi quidem ea rerum ſingularum diſtributione ſunt uſi, ut qui eam adminiſtrauit, ſolus Græcorum deinceps Iuſti cognomen inter Græcos ipſos obtinuerit, nec alia requiratur eius appellationis, quàm per illum Vrbs conſecuta tum fuit, amplior nota: illi autem eos, qui ſe dediderant, ita exceperunt, ut præclariſsimam illis criminibus, quæ ſingulis temporibus à quibuſdam Vrbi ſunt impoſita, excuſationem compararint. quæ tamen non ad crudelitatem, nec ad ea, quæ reprehenſores obijcere ſolent, ſed ad ingeniorum inæqualitatem referri debent. Deinde cum hi plus LXX annis imperio potiti ſint, illi uix ad luſtra tria illud habuerunt, cum quidem ante luſtrum inceptum occupaſſent. Atque hæc ferè ſunt, propter quæ comparationes iſtas ægrè fero, quanquā & ipſe quibuſdam abſurdè facere uidebor, qui in eum ſermonem, quem uituperabam, inciderim, eumq; ea de cauſa, ꝑpter quā meo iudicio fuerat omittendus, habuerim. Quinimo hinc uel maximè perſpicitur, nec magnam illos ab Vrbe gratiā inire, nec eſſe hæc de induſtria tractanda. Quapropter ſi quis à nobis etiam

Xenoph. 2.

r deeſt φύσει poſt αὐτὰ

uelit hæc præteriri, hactenus certè dicta ſint, cum præſertim ſine calū
nia ſint prolata, atq; etiam neceſſitate urgente, quandoquidem aliter
propoſito meo ſatisfacere non poteram. Quo fit, ut quæ tacendi cau-
ſa fuerit, eadem ad dicendum me compulerit. Videntur etenim La-
cedæmonij eodem modo ad Vrbem, quo Teucer Homericus ad
Iliad. θ. Aiacem, ſeſe habere. Nam ut ille pro reliquis prœlians, ad Aiacem ſe
recipit, à quo proditur pariter & tegitur, ita Lacedæmonij, qui pro
Græcis ut principes opponere ſe ſolebant, puerorum uicem Vrbis
comparatione ſubeunt. Quæcunque enim præclarè geſſerunt, in ijs
Vrbis auxilio ſunt uſi, ſicut & priuatas res infeliciter, & cum Vrbe
ἐνδοξότατα, τὸ ἐνδοξότατα. coniunctas ᵗ feliciſſimè peregerint. Ita fit, ut ab Vrbe tum prodantur
tum celentur. Quid quòd tam inuitus in hunc ſermonem deueni, ut
etiam trophæa, quæ recenſebo, ab alijs eſſe Vrbi parta cupiam, ne
pleriſque Laconicum nomen eſſet inſerendum. Quoniam uerò res i-
pſæ nos huc adigunt, hæc nō tam contentionis gratia dicemus, q̃ ne
res omnes tranſeamus, ut in quibuſdam fecimus: nec eſt leuiter pro-
grediendum. Primùm igitur ad Lechæum uicerunt: omni prope ex-
Xenoph. δ. ercitu deleto: deinde Corinthiaca præſidia ceperunt, eiectis Lacedæ-
monijs, muriſq; ſubrutis. tū in Arcadiā ad Laconiam uſq; ſunt pro-
greſſi, cōcluſiſq; Phliuntijs, trophęū de ijs, qui fuerant contra ipſos
egreſsi, erexerunt, ut & de Mantinenſib. Sicyonijs, atq; ſocijs. Poſtea
Byzantiū nauigarunt, omniaq; circa Thraciam loca ceperunt, reli-
Xenoph. ε. quis inſuper Harmoſtis, pręſidijsq; tā Methymnæis q̃ Abydenis p-
fligatis. Quin & eouſq; ualuerunt, ut reges Thraciæ in concordiam
redigerent. Deniq; cum inſperata clades ad Cadmeā eſſet accepta, ſoli
ex Græcis & pacis turpis & Græcorum ius defenderunt, bello con-
tra Lacedæmonios ſuſcepto: quorum utrunq; maximū debet cenſe-
ri. Vltimi enim inter Græcos in pacem cō ſenſerunt, cū ſcirent, nō cū
Lacedæmonijs, & Rege, Seuthe, Dionyſio, ac Peloponneſiis modò
(hactenus enim iā inſtructi erant) ſed & cū ſocijs alioqui ſibi pugnan
dum eſſe, quanquā nec ſic rem totam cōprobarunt, quin uel eius au-
tores cōdemnarent, quòd id ſibi nefas ac præter naturā crederent, Re
Quos) Lacedæmonios. gi ante trophæa quenquā aures præbere. Poſtq; uerò cōtra pacis hu
ius decretum Thebas adorti ſunt, quos uix nominare ſuſtineo, tū hi
& primi Græcorū & ſoli rerum adminiſtrationē tanq; oblatā capeſ-
ſere ſunt aggreſsi, nec tam unum ediderunt beneficii genus, quā nul-
lum omiſerunt, cum & profugos reciperent & rem totam ipſis cōpo
nerent, quaſi fabulā docētes, & immunitatē atq; Reip. rerūq; omniū
ſocietatē ipſis præberēt, quemadmodū & Corinthijs, Thaſiis, ac By
ᵘ τῆς διὰ τῶν ὅπλων pro διὰ τῆς. zantinis exulib. Deinde cū ᵘ armis auxiliandū eſſet, oēs propemodū
egreſsi ſunt, quaſi ad ſpectaculū nō ad diſcrimen irent, priorē imitan
tes expeditionē, atq; adeo, quantū ad conſiliū pertinet, ſuperantes.
Nā cū antea nullo ſocietatis uinculo cū Thebanis cōiuncti exiuiſsēt,

nunc etiam columnis, quibus inſcripta fuerat ſocietas, per Thebanos ſublatis, nihil magis eorum dementiam cauſati ſunt, nec tam ĳs, q iuſtè periclitabant, q̃ qui illos iniuſtè inuadebant, irati fuerũt. Quæ cum ita præclarè ſtatuiſſent, decoro fine concluſerũt, inſigni parta uictoria, qua non modò Lacedæmonios perterrerent, ſed eiectis præſidĳs & Harmoſtis, ciuitatem ſibi reſtituerent. Atq; hoc quidem certamen pro libertate Thebanorum, quemadmodum id, quod ſequitur, pro ſalute, ſuſceperunt. Cum enim Lacedæmonĳ hoc euentu exacerbati, cum omnibus ſociorum copĳs accurrerent, hi ante Thebas aciem contrà inſtruxerunt, & magis horrendis ducib. q̃ erat Ageſilaus cum ſuis, oppoſitis, ſalutem ciuitati attulerũt. Multę autem eorundẽ temporum res uelut in hiſtoria mihi occurrunt, quas adeò non poſſim facilè cunctas explicare, ut ne duci quidem ulli queam ſufficere. Earum uerò quas, quibus omiſsis, recenſebo? utrum celebrem illam Naxiã pugnã, opus tantũ? an Corcyræa certamina? an quæ in Thracia pro Græcis, aut in Acarnania, aut ubicq; ſuſcepta ſunt? an potius, reliquis relictis, id quod maximum eſt, & ſolum eſt pro Athenienſiũ dignitate geſtum, proferam. Etenim cum Thebani Lacedæmonios prœlio Leuctrico uictos delere ſtatuiſſent, illicq; in [x] ipſorum periculа, niſi eos deus aliquis reſpiceret, eſſent ſucceſſuri, cum iam & à Thebanis legatus cum corona uelut ob lætum nuncium ueniſſet, & Peloponneſus tota ſeſe dedens, ad ſubruendam Spartam ducem ab Vrbe poſtularet, niſi ipſam mallet ad Thebanos deficere: tum hi & ad legati [y] narrationem tanquam in clade propria lacrymati ſunt, eũq;, quaſi à barbaris ueniſſet, ſpe ſua falſum dimiſerũt, & Lacedæmoniorum inopiam ultro oblatæ Peloponneſiorum ſocietati, uictorumq; amicitiæ prętulerunt, cum non tam iniuriarum memores eſſent, quã eius miſeriæ, quam Lacedæmonĳ neglecti erãt ſubituri, impeditionem ad ſe pertinere arbitrarentur. Iam illud maximam meretur admirationem, omnemq́ue ſuperat humanam naturam: cum poſſent Lacedæmonĳs terra mariq́ue pro famulis uti, uel calamitati ſuæ relinquere, quos & ſocĳ & finitimi & ſerui omnes oppugnabant; nihilominus æquo iure eos admiſerunt, & cum Thebani inſtar flammæ ad urbem Laconicam & reliquas Peloponneſi partes ferrentur, ſoli ex Græcis & barbaris reſtiterunt. Quas ob res eo loco ſunt ab omnibus habiti, ut Vrbs totius ſocietatis curia conſtitueretur. Itaque mirari mihi ſubit eos, qui Melienſes & Scionęos Vrbi obĳciunt. Vbi uerò gentium commorantur ĳ, qui illa reprehendunt? Vtrum autem hæc duntaxat ab [z] Vrbe geſta cognouerunt, an à ſua quiſque patria nec hæc nec alia Vrbana optarint peracta? nam ſiue id negant, alia proferant de quibus glorientur; ſiue aiunt, modo poſſent ipſis contingere, deſinant maiora quàm pro ſe, diſputare. Deinde ſi quidem Vrbem accuſant, nihil de re-

Xenoph. 6.

Xenoph. 5.

x τῶν ἐκείνοις ὄντων pro ἐκείνοις A.

y τοῖς παρὰ τοῦ pro αὐτοῦ A.

Thucyd. 5.

z κατὰ νόμον additur.

i

busmaximis, à quibus Vrbs celebratur, uidentur cognoſcere; ſin res geſtas, utiq; alijs eas diſsimiles iudicant; itaq; fit, ut quod in uituperiũ rei proferunt, eo laudent Vrbem. Nam & ciuitatis & hominis cuiuſuis uitium ita demùm cognoſcitur, ſi mala in eo uel ſola, uel bonis plura aut maiora (ut & hoc adijciamus) cernuntur. Qui autem omnibus examinatis, unum aliquid aut item alterum reprehendunt, ij reliquis omittendis tacitè laudant, præſertim ſi non de homine, uerùm de ciuitate, eaq; totius Græcię antiquiſsima, plurimiſq́ue rebus præclarè geſtis celeberrima iudicium fiat. Quin ſi etiam ad hæc ipſa li) Lacedæmonij reſpondendum ſit, non dicam, ut ij, qui pòſt rerum potiti ſint, eadem peregerint; quoniam nolim Græcorum quenquam perſtringere, cum hanc orationem communi Græcorum ſtudio ductus inſtituerim, nec, ſi aliorum grauiora oſtendam peccata, id ad defenſionẽ Vrbis potius, quàm ad confenſionem criminis cum ueniæ petitione coniunctam pertineat. quo fit, ut hac defenſione non indigeam. uerùm qui tales habent ſermones, ij omnem rerum naturam ignorare, uelut ſi è tota terra quæ incolitur, exularent, mihi uidentur. Quomodo namque uel rerum commodam inire rationem, uel de imperio diſſerere poſsint, qui eius naturam primũ ignorent? Omne etenim imperium à potẽtioribus contra ęquitatis legem exercetur. tam quomodo alioqui aut æquum ſit aut iuſtum, ut quis alienæ terræ tributum imponat, aut leges præter neceſsitatem ferat, aut iura illis uel iuſſa det, aut quæ ſua non ſint, occupet? quandoquidem iſta præter æquitatem fiunt. Quare ſiquis exactius iuris naturam uelit perquirere, nec potius aliquid rerum naturæ concedere, quàm ſophiſtam agere, is iam protinus omnia imperia & magiſtratus abrogabit, cum ea potentioribus ſeruentur; atque etiam ad deos ipſos pręnimia ſapientia procedet, eoſq́ue, quòd non æquo iure cum hominibus agant, ſed imperium ſibi arrogent, calumniabitur. Sed hęc, ut abitror, ab ijs diſputantur, qui in angulis educati, Solem nunquam uiderunt, à quo ſolent aliæ ſtellæ lumine priuari. Sin hæc neceſſariò cum omni imperio cohærent, eſtq́ue hoc imperij ius, ut princeps potiori ſit iure quã ceteri; ita demum cedam, ſi qua uel Græca uel Barbara poteſtas minus imperij iure quàm populus Athenienſis uſa demonſtretur. Quẽadmodum enim in præclaris cõſilijs optimi alicuius uiri morem ſecutus eſt, ita in ijs, quæ calumiantur nonnulli, non ſecundum communem hominum naturam, ſed imperij neceſsitate ductus peccauit. cunq́ue potentia ſua imperium eſſet ab initio adeptus, per humanitatem ultro dimiſit, ac ipſe penè ſibi criminum eſt autor factus. Nam cum maxima erga omnes familiaritate atque moderatione uſus eſſet, eoſque magis in Reip. ſocietatem quodam modo uocaſſet, quã principatus iure cohibuiſſet, idẽ ferè, quod ſolet benignis dominis accidere, paſſus eſt, ut non propter ceteram æquitatem gratio-

ſus

ſus eſſet, ſed cum quid poſtularet, apertè uim facere uideretur. Quin ſi quidem in eos, qui pro ciuibus ſeſe gerebant, hæc perpetrauit, nihil ueto quo minus incuſetur: ſin uerò, qui partim defecerant, eumque præter dignitatem contumelioſè acceperant, partim apertos hoſtes profitebantur; dubium non relinquitur, quin ij, qui neceſsitatem populo attulerunt, crimen omne ſuſtineant. Nam & illi eo quaſi pignore uidentur, eaque fiducia elati peccaſſe, non quòd Vrbe perpetuò ſe potiri poſſe crederent, ſed quòd nec uictos grauius quicquam eſſe paſſuros confiderent, quum Athenienſes natura eſſent ad homines conſeruandos propenſi. Quod enim de Mitylenenſibus decretum reuocarunt, quæ pôteſt ciuitas primis conſilijs uincere? Vtenim quæ pridie ſtatuerant, iudicij erant, & iniuriæ acceptæ; ita quæ poſtridie mutarunt, ſolius erant Vrbis, cum quidem triremis una eſt alteram aſſecuta. Iam cum hominis cuiuſuis [a] defenſionem cum facto coniunctam omnes recipiant, miror eos Vrbis res geſtas tot ac tantas, quibus illa ſe purgat, non conſiderare. An uerò Solem quidem ac Lunam nō ob damna, quæ nobis dant, accuſabimus, ſed propter commoda ab ipſis profecta mirabimur; de Vrbe non ex uniuerſa eius natura et cum omnibus cōſuetudine ac familiaritate, ſed ex offenſionibus aliquot iudicabimus? non puto. niſi quis etiam fulmina deorum ac tonitrua, motusque terræ uelit calumniari, neglectis communibus atque uniuerſis beneficijs. Vrbs igit Scionæos quidem expulit, ſed Græcos omnes & communiter & ſeparatim ſeruauit, idque ſæpius. Velim autem ex ijs, qui hæc temerè exagitant, quærere, num tales aliquos hæc ciuitas uaſtauerit, quales prohibuit uaſtari Thebanos; aut mœnia deiecerit, qualia Corinthijs erexit; aut homines occiderit, quales conſeruauit Lacedæmonios, & eorum ſocias urbes, cū alijs multis præclaris olim geſtis rebus, tum poſtremo ad Mantineam pulcerrimo Græcorum, atque adeò aliorum omniū equeſtri prœlio. Iam uerò, quod eſt horū temporū quaſi ſumma, omniaque omniū ætatū facta, ciuitatis obſignauit, cū Dionyſius nō Siciliæ ſolius tyrānus, ſed & multarum Italiæ urbium præfectus, Græciam diuturno bello affectam ſtatuiſſet inuadere, ac tum [b] finitimos Græciæ barbaros longo tempore eblanditus eſſet, tum Perſarum regem in auxilium uocaſſet, & iam ferueret opus; certamen commiſerunt Athenienſium duces duo, quorum alter aduentantes è Sicilia naues unà cum uectoribus cepit, alter Lacedæmonios ad Leucadem nauali prœlio uicit, marisque imperium ſibi uindicauit. Sola namque hæc urbs nec tyrannos induxit, nec diuitias eſt admirata, neque ſecuritatem aut uoluptatem iuſtitiæ prætulit, ſed ita, quaſi omnibus natura uiueret, ſeſe geſsit. Quicunque etiam ad Græciæ imperium aſpirarunt, ij perpetuum cum hac bellum geſſerunt. Philippus certè, cum alios Græcos partim contemneret, partim donis & pmiſſis ad ſe traduceret, cō-

Thucyd. γ.

a ἀπολογίαν pro ὁμολογίας A.

Xenoph. ζ

b προσοίκους pro προσοίκοις O.

Alter) Iphicrates.

Alter) Timotheus.

Xenoph. ε.

tra Vrbem tamen bellum, ut neceſſarium munus, aſsiduè ſuſcepit. Hæc autem, dum uires ſuppetebant, alios liberauit, alios ciuium loco habuit, omnibus tanquam filijs ſuis prouidens, ſic ut ſola Græciæ notam tueretur, cladibus omnibus obumbratis: poſtquam uerò peſſum resire cœperunt, nihil erat amplius, quod Philippo reſiſteret. ac tum liquidò patuit, tam uictorias quàm clades Vrbis ad Græcos omnes pariter pertinere. nec enim prius imperium Philippo conceſſerunt, quàm Vrbs in pacem conſenſiſſet. Quamuis autē multa quoq; poſteriorum temporum bella inuſitata, & inaudita cōſtantia narrationi meæ reliqua ſit, tempus tamen me deficit. Quapropter unum ſi addidero, totum hac de re ſermonem concludam. Quatuor enim generum bella Vrbs in uniuerſum geſsit, alia pro ſe priuatim, quædam pro tota Græcia, nonnulla pro ijs, qui eam diuerſis temporibus ad auxilium uocarūt, inter quos etiam ſunt, quos de iniuria prius accepta poterat incuſare. Vnum igitur hoc belli genus, omnes ſimul res Græcas inferiores reddit, quādoquidem plures Vrbs erga ſe ingratos, quā quibus gratiam beneficiorum retulit, ſeruauit, ut Thebanos & Corinthios à Lacedæmoniis, Lacedęmonios à Thebanis, ab iiſdem Eubœenſes (cū quidem duplex edidit uirtutis ſpecimen, quandò & illorū, per quos rerum ſuarum iacturā fecerat, urbes eſt ac regionem tutata, & hos poſt uictoriam data fide dimiſit) & rurſum eoſdem à Philippo; tum Byzantinos, Perinthios, Cherroneſi incolas, & Chalcidenſes, aliosq; plurimos. Quas ob res, ſi quidē urbi uelit homini ſtatua foret ponenda, hæc ſane urbs communem Græciæ imaginem, & honorem merebatur. Quòd enim Vrbi curia, id Græcis omnibus Vrbs, cum neceſsitas urgeret, proportione præſtitit, ac eximia ſemper trophæis & epigrammatib. argumenta ſuppeditauit. Iam quod extra pericula quidem geſtum eſt, nihil tamen minus Atticam uirtutem illuſtrat, id cum in ſuperiori ſermone nos effugerit, nihil prohibebit nunc referre. Nam cùm ea cum Lacedæmonijs iniiſſent pacta, ut, ſi barbaris potiores euaderent, eos, qui Perſarum partes fuerant ſecuti, omnes occiderent; poſt ablatum periculū inimicitiam depoſuerunt, Lacedæmoniis, qui ad exequenda decreta proruebant, inhibitis, cum exiſtimaſſent, quantā ciuitatum copiam Græciæ fuiſſent hac ratione ablaturi. Quo fit, ut non communi tantū Græciæ generi, ſed & iis, qui primū & in ipſam & in Græcos deliquerāt, profuerit Vrbs, ſuasq; uictorias omnibus impertiuerit. Atq; hæc quidem hactenus. uerū quòd nemo adhuc, quod ſciam, inter publicas laudes retulit, id niſi dixero, non quieſcam, cum præſertim nefarium propè habendum cenſeam, ſi is, qui ſermone res exornat, ſermonem ipſum prætereat. Soli namq; uos incruentū, quod uocant, trophæum erexiſtis, idq; non de Bœotis, Lacedæmoniis, aut Corinthiis, ſed de gentilib. omnib. (quo equidē nomine nō Grecos,

ad

ad barbarorum diſcrimen, ſed omne hominum genus complector) celebremq́ & magnam in omne tempus uictoriā retuliſtis, nō qualis fuit Tanagræa dubia, nec etiam Marathonia illa inſignis, ſed homine reuera dignā, & perpetuam, quamq́ iuſtiſsimè Iouis filiam diximus. Omnes etenim ciuitates & gentes humanæ in uos & ueſtram diætam atq́ linguam propendēt; nec tam præſidiis diſpoſitis Vrbis conſtat potentia, quā quòd omnes ſtudiosè ueſtras partes ſectantur, & in Vrbem pro uiribus ſeſe inſinuant, ueſtræq́ præſtantiæ partem aliquam ſibi liberisq́ ſuis exoptant, ita ut nec Herculis columnę, nec Libyci colles, nec Boſphorus uterlibet, aut Syriæ Ciliciꝗue anguſtię terminum huic rei ponant, quin tota ueſtram ſapientiā & conſuetudinem terra affectet, ueſtrumq́ ſermonem toti hominum generi cōmunem iudicent. Ita factum eſt, ut per uos orbis totus in unū ſermonem conſenſerit, omnesq́ & aurigæ & paſtores & qui è mari uictum quærunt, cunctæq́ omnium gentiū ciuitates & regiões ueſtro aſſueſcant ſermoni, nec ſecus atq́ qui nare neſciunt, terram apprehendāt. Huius uictoriæ teſtimonium, ô Lacedæmonij & Græci omnes, Vrbi quotidie tum uos, tum ueſtrū primi quiq́ deferunt, qui patrio ſermone derelicto, quo uel inter ſe corā arbitris uti erubeſcerēt, ad hūc omnes, ceu eruditionis terminum quendam, ſeſe contulerunt. Hac una re magnum iſtud Atticum imperium cōtinetur, non ducētis nauibus aut pluribus, nec Ionia uel Helleſponto, nec Thracia, quæ millies dominum mutauit. Siquidem tanta ſermonis huius præ reliquis omnib. præſtantia cū initio extitit, tum progreſſu temporis etiā magis apparuit, ut non modò ceteris ferè obſoletis hic floreat, uerū & reliquorū omnium nō tam barbarorum ꝗ̃ ipſorū Græcorū lingua cū ueſtra collata, balbutientes quoſdā pueros referat. Vt eīm duo quędā uel tria illorū uerba quaſi per luſum delectare poſsint, ita de cetero ſatietatem aliis & ſibi culpam cōſciſcunt. at hæc ſola cū publicis conuētibus & curiis omnib. eſt apta, tū locis ac tēporib. omnibus cū honeſtate ſufficit, cū in ipſa duo quædā, quæ ſunt in omni ſermone præcipua, grauitas & gratia, penè ſola cernātur. Iam uerò cōtentionē uniuerſam, uehementiam, curſum, & impetū nulla poteſt alia oratio aſſequi, nō magis ꝗ̃ pucrilis, ut decorè dicā, uirilē. Iam poeſis cū omnis, quæ à uobis eſt profecta, optima ſimul eſt & perfectiſsima, ſiue grauitatem quis, ſiue uenuſtatem requirat, tum etiā Homericæ laudem ſibi Vrbs uindicat, non tā coloniæ gratia, ꝗ̃ quòd illius ſermo ueſter eſt. *Coloniæ) Smyrnæ, quæ fuit Homeri patria.* Orationes quoq́ omnium generū apud uos & à ueſtris habenī optimæ, nec ullus inter Græcos hac in re præſtitit, niſi Vrbis uiribus. Quòd ſi & nos aliquo loco habendi ſumus (abſit inuidia uerbo) uobis id ſimiliter acceptū fero. Quocirca nemo eloquentiā huic urbi peregrinā cenſere debet, cū natura quaſi ſciēs fore, ut rebus geſtis alios Vrbs lōgè uinceret, orationes ei & literas, ꝓ dignitate tribuerit, quo

[c] αὐτή τε κοσμοῖτο pro αὐτοί τε κοσμοῖντο A.

[d] κοινὸς pro κοινὰ A.

[e] εὐσεβὲς pro ἀσεβὲς. A

& ipſa ſuis [c] gauderet ornamentis, & alijs, ſi opus eſt, unà cũ reliquis impertiri poſſet. Cum ergo prius Græcos ad uos confugientes ſeruaueritis, nunc omnes homines, gentesq́ꝫ cunctas pulcerrimo excipitis xenio, ſapientiæ ac doctrinæ duces omnib. uos præbẽtes, cunctosq́ꝫ purgantes. Quemadmodum enim in Eleuſinijs myſterijs ſacrorum interpretes agitis, ita per omne tempus omnibus hominib. ſacrarum collationũ doctores & magiſtri extitiſtis. Quo fit, ut non aliqua mo tacilla potius, q̃ꝫ decoris incantationib. & pulcerrimo ſermonis pharmaco, quod homini ſoli omnium inſtar dij dederunt, omnes alliciatis. Itaq́ꝫ & alias urbes, quas laudant ſinguli, cum ſuæ poſtponãt, ueſtram contrà ſuæ non poſtponũt, ſed præferunt, ceu reuera propriã ac priorem. Nam ſicut deos etiam præ parentibus colere ſolemus, ut [d] cõmunes omnium parentes ac tutores, ſic & communis totius generis patria [e] piè priuatæ anteponitur. Quocirca reuerentiã quoq́ꝫ, quã omnes huic urbi ſemper exhibuerunt, putamus explicandã. Nec eñ florente tantũ Græcia primũ obtinuit locum, ſed & in rerum mutationib. perpetuò inter ceteras excelluit. Philippus etenim primũ, cũ ad Chęroneam prœlio uiciſſet, Thebas mox occupauit, Athenas aũt ne aſpicere quidem ſuſtinuit, ac ſuperioris reuerentia loco ſeſe non cõ mouit. Alexandrum namq́ꝫ taceo, qui ſemper officioſus erga eã fuit. Deinde qui nunc terra mariq́ꝫ imperãt (quod utinã ſemper fecerint) præceptoris & nutricis loco hanc urbẽ habent. Quinimo tot ac tantis honorib. cumulaĩ, ut in eo modò, quod nõ dominaĩ, mutationẽ factã ſentiat, in reliquis pari propemodũ felicitate, atq́ꝫ cum Græciæ imperabat, fruatur, ſiue reditus ſpectes, ſiue primatũ, & omniũ cõceſſionem. Quin etiã, quod eſt maximè diuinũ, florente quidẽ Græcia tam Græcos q̃ꝫ barbaros uincebat; quibus aũt ſolis poſtea uideĩ inferior fuiſſe, ijs eo feliciorẽ eſt & pulcriorẽ exitũ ſortita, quò illorũ quidem urbes partim deletæ, partim in ſeruitutẽ redactę ſunt, ac tributariæ redditę, hęc adeò nõ adhuc oppreſſa fuit, ut ab eo tẽpore huc uſq́ꝫ nõ illis modò, ſed & alijs p̃lata fuerit. Vt eñ nemo Pellæũ uel Ægiẽſem ſe eſſe facilè gloriabitur, ita oẽs ubiq́ꝫ Græci mallent Athenis, q̃ꝫ in patria, nati eſſe. Nec uerò homines tantũ hanc urbem uenerantur, ſed & urbes partim à uobis conditæ malint originem ſuam uobis, q̃ꝫ imperij æqualitatem debere, partim uos ambientes, uobis ſe dedere conantur. Iam cum quinq́ꝫ memorentur regna (nec uerò plura naſcãtur) in eorum antiquiſsimum, Aſſyrium, primæ Vrbis res geſtæ, & quæ cũ dijs acta ſunt, inciderũt; in ſecundo creuit Vrbs; tertium ipſa obtinuit; quarto cũ ſola reſtitit, tum optimè omniũ eſt imperio defuncta; in hoc autem, omniũ optimo ac maximo, totius Græciæ primas tenet, ita ut nõ debeat ei quiſquã antiquum ſtatũ loco præſentis exoptare. Quanta uerò fuerit Vrbis ab omni tempore præſtãtia, facilè admodum cognoſcemus, ſi eius ornamenta, nõ quidẽ omnia (nã id om-

id omnino fieri non poſſet) ſed aliquot in [f] uarias urbes ac regiones diſtribuentes, earum deinde comparationem quaſi poetarũ aut chorearum inſtituamus, ut aliæ, uerbi gratia, de prima hominis creatione glorient, quædam de frugibus uel primũ inuẽtis uel plurimũ cõmunicatis, nõnullæ de legib. aut ferijs ſolennib. cõſtitutis, aliç de ſitu cõmodiſſimo, quçdã de ſapiẽtia uel rebus bellicis, nõnullç de Græcis exceptis, uel colonijs deductis, reliquæ deniq; de alia re quauis, q̃ Vrbi contigerit. Ita namq; ſi agamus, nec facilè, quæ inter ceteras præſtet, dixerimus, & apertiſſimè, quanto reliquas interuallo Vrbs ſuperet, oſtenderimus, cum ipſa, quæcunq; toti Græciæ ſeparatim ſufſecerint, ſola complectatur. Quemadmodum autem toto genere, ita & ſingulis rebus quamplurimis eodem pertinentibus excellit. Atque in diuinis primùm duo ſumma ſunt & maxima, honor à dijs tributus, & deorum cultus. Iam quod ad prius attinet, utrum habitationes, quibus Rempub. dij decorarunt, dicemus, an alimenta, quç principibus, quaſi liberis ſuis tribuerunt, an quæ heic exercuerunt iudicia partim inter ſe uel de Vrbe, uel in Vrbe de aliis cõtrouerſiis, partim cum heroibus ad deorum tribunal. Quin & donum quod ſit maximum, non facilè diſcernetur. uerum ſi heic quoq; ciuitatum fiat contentio, ut alia Cereris fructus adferat, alia Bacchi, nec ſolius uitis, ſed & aliarum rerum, tertia uerò Mineruæ donum, idq; duplex; multis utiq; ciuitatibus gloriandi materiam ceu de præſtantiſſimo munere ſingulis dabimus. In deorum autem cultu ponuntur templa, uictimæ, ac ſupplicationes ſolennes: de quibus illa ſunt apud uos primùm extructa, hæ eximiè adhuc fiunt. Myſteria uerò, quibus qui ſunt initiati, cum ijs etiam poſt mortem lenius agi putatur, ſola fortiter omnibus opponi poſſunt. Iam conſuetudo ueſtra cum hominibus nullius fuit expers beneficij. Primũ namq; fruges cum omnibus communicaſtis & ſacra: deinde belli præfecturam ſuſcepiſtis; tum ſapientiæ diſtributione tam priuatim quàm publicè ſemper omnibus prodeſſe perſeueraſtis. Ipſa porro ſapientia leges cõplectitur, quas adhuc à uobis pleriq; petunt, & literas; de quibus utrum rhetoricam dicemus, an dialecticã, an poeticam, aut quã potius poeticæ partem? quicquid enim uel primo uel ultimo loco poſueris, heic prima ſunt omnia. Vt autẽ ad bella ueniamus, ea partim pro patria, partim pro alijs geſta ſunt. quo pertinent uictoriæ tũ domi tũ peregre ſeu in Grçcia ſeu in Barbaria partç; et humanitas nõ minus ac fortitudo cum prœlijs cõiuncta. Omnia enim poſt diuiſionem uelut in fonte uno rurſus in ſeſe [g] refluunt atq; coeunt; in beneficia quidẽ pugnæ pro alijs ſuſceptæ, ſapientiæq; dona; in pugnas aũt cum priuata, tum in aliorum gratiam confecta prœlia. Rurſum ex ijs, quæ pro ſe, uel pro alijs in bello geſſerunt, utrum nauales, an pedeſtres, an equeſtres pugnas, an uerò urbium oppugnationes recen-

[f] ἄλλοι ἄλλαι ὀλίγαι pro ἄλλος ἄλλαι ποινὰς A.

[g] συῤῥεῖ pro ἀναῤῥεῖ A.

ſcbimus: iſtis etenim omnib. Vrbs excellit: aut quid ab ea potius ue terra uel mari maximum eſt geſtum: Tres igit̃ ponãtur termini, quibus ſi non ſeipſam, reliquos certè ſuperauit: ac pedeſtris quidẽ pugnę Marathon, naualis Salamin, equeſtris aũt ſit Mantinea. nam de urbium quidem oppugnatione nullus unq̃ cum ipſa contendit. Vtrum porro trophæorũ multitudinẽ, an rerum magnitudinẽ mirabimur: aut quomodo eam dignè prædicabimus, quæ & ex omnib. & è ſingulis uictoriam multis modis reportet. Nam & certamina plurima atq; [h] pulcerrima de reb. maximis ſuſcepit, & trophæa plurima ac præclariſsima erexit, & orationes plurimas atq; pulcerrimas, & duces ſapiẽtiſsimos, acutiſsimos, firmiſsimos, iuſtiſsimos, ac plures, q̃ Græci oẽs, ſuppeditauit. Deniq; cum trib. rebus humana conſtet uita, rerum neceſſariarũ copia, ſcientiæ bono, & bellico appatu (duorũ etenim temporum, pacis ac belli, primũ utriq; cõmune eſt, alterũ ad pacem pertinet, tertium defenſionis facultatẽ præbet) ea ſi in tres urbes tribuanẽ, quæcunq; tum earum reliquis pręferatur, Vrbis erit uictoria, quæ & inuenit omnia, & eſt longiſsimè progreſſa. Quo fit, ut omnium iudicio uincat, atq; etiam locis omnibus, ac ſit prima, ſecunda, tertiaq; uice, uelut in curuli certamine (ſi quidẽ & currus Athenis, non Siciliæ ortum ſuum debeat) inter Græcos proclamanda. Atq; hæc quidem hactenus. Magnitudo autem Vrbis & reliqu[illegible]s apparatus omnino fortunę Athenienſium & nominis amplitudini reſpõdet, ſiue ipſum ciuitatis ambitũ, qui maximus eſt & pulcerrimus in tota Gręcia, conſi ſideres, ſiue mœnia ad mare quondam uſq; pertinẽtia, & itineris diurni longitudinẽ complexa, alioſq; ad mare circulos Vrbanis oppoſitos. Quid quòd uici quidam oppidis alijs ſplendidiores cernuntur, omniſq; ornatus, tam qui à natura, q̃ qui ab arte petitur, æqualiter & Vrbi tributus eſt & regioni. Ad naturam primùm pertinet [i] aer tam eximius, & portus, qui ſinguli multorum inſtar eſſe poſsint; tum Arcis ipſius ſitus, & uelut auræ gratia afflãs undique. Iam illud in his notatu dignum: cũ aliæ urbes cæli bonitate regioni ſuæ cedant, Vrbs tamen, quem tota Attica bonum, eum habet optimum ac puriſſimũ aerem, adeò ut uel eminus è cælo ſuperiore tanquã iubare cognoſcat̃. Atq; hæc quidem è natura ſunt, pauca de multis collecta. quæ autem ad artem referuntur, eorum quid uel maximum uel primum ponam, neſcio. Sunt enim heic & templa maxima omnium atq; pulcerrima, & ſimulacra, exceptis cæleſtibus, facilè prima, tam uetuſta quàm noua, & bibliothecæ, qui proprius eſt Athenarum ornatus, & lauacra multum delicata, iſtiq; diætæ conuenientia, & curricula, atque gymnaſia. Quocirca ſi quis Erichthonios, Cecropes, fabulas, fruges, trophæa, terrenas res & marinas, literas, uiros, reliqua omnia, quibus ætatem tranſegit,. Vrbi detrahat, eaque ratione, qua reliquas ciuitates, quæ nunc ſeſe uenditant, conſideret, uictoriam

h καλλίστων καὶ τῶν μεγίστων pro μεγίστων καὶ τῶν καλλίστων A.

i εὐέρτι ὄντος pro εὐήρτι ὄντος A.

nihilom i-

nihilominus ijs, quæ adhuc in ipſa cernunẽ, facilè auferet. Quid quòd hæc partim habuit, partim habet, nec uel eorum, quibus excelluit, priuatur memoria, uel præſenti caret felicitate, ſi quẽ & hoc mouet; uerùm ſola inter omnes urbes & uetera ueteribus, & noua nouis (aliena inquam ſuis) aut potius & uetera nouis, & noua ueteribus ſuperat. Eius autem præſtantiam uel hinc licet conijcere, quòd qui uel minima re cum Vrbe coniunguntur, mox omnium præſtantiſsmos haberi ſe uolunt, Vrbs uerò cum nullo laudis genere, quod alijs tribuatur, caret, tum ſuæ præſtantiæ neminem habet participem. Argiui primùm, uerbi gratia, Græcorum antiquiſsimi cenſentur: ſunt etiam Athenienſes; eſtq́ue prorſus diuerſa utrorumque antiquitas. Arcades indigenæ ſunt: poſt Athenienſes quidem; & ijs quæ ſecuta ſunt, frugum inuentione ac donatione, rurſum uincuntur. huc enim Græci primitias, non illuc adferunt. Lacedæmonij bello plurimum ualẽt: uerùm & Athenienſes, quibus etiam ſecunda laus accedit. Thebani deorum ortu ſibi placent: at horum alter in Attica donum protulit, alterum primi Athenienſes inter deos retulerunt, extra quam cum ipſo per Theſeum ſocietatem contraxerant. Poſtremam Thebanorum fortitudinem multi prædicant: at huius Vrbs cauſam dedit, nec, quando aliter agendum fuit, eſt cũctata. Corinthij uidentur iuſtitiæ nomine celebrari poſſe: Vrbs quæ iuſta eſſent non modò comprobauit, ſed & præmiis decorauit. Celebrrima iudicanẽ Græciæ certamina: horum antiquiſsimum eſt Panathenæum, aut potius Eleuſinium; ut iam omittã, quòd iſta cũcta Vrbis (hãc enim pro Minerua ſumo) inſtituũtur beneficio. Samothraces ſacra iactant ſua: & ſunt omniũ ſanè [k] illuſtriſsima, exceptis Eleuſiniis. Iam Delus diis eſt ſacra: uerùm & ipſa ad Vrbem pertinet. Quòd autem tum Delphicum iter Vrbis eſt, tum Pythia pompa ſolis tribuitur Athenienſibus, quid aliud innuit, quã uoluiſſe omnib. modis deos Athenas exornare, ipſasq́ue rebus omnib. præclaris quaſi manũ iniicere. Quædã etiam Aſiæ oppida uel de templorũ magnitudine, uel balneorum apparatu, quã requirit uſus, maiore gloriantur: hæc in Vrbe quoq;, ceu primùm culta, affatim cernũtur. Quod autem eſt pulcerrimum; quę alii pro ornamentis ſtudioſe oſtentant, ex iis uos integra templa theatraq́ue extruxiſtis. Statuæ ſunt apud pleroſque in admiratione: harũ apud uos extat præclariſsima; quanquã & reliqua, quæ ſunt ubique præſtantiſsima, ad Vrbem modò quodam pertinẽt, cum ſit ea omnium rerum optimarum patria, omnisq́ue ſciẽtę, & artis magiſtra. Quo fit ut nõ ſtatuis tantùm, ſed & ſtatuariis ipſis excellat. Quid quòd, ne & hoc omittamus, è ſeptem qui ſapientiæ titulo clari fuerunt, uiris unus ueſtras fuit, & idem duorum legislatorum optimorũ alter. Duobus præterea maioribus ſuffragia fuiſſe à diis tributa cognouimus, Lycurgo Lacedæmonio, & Socrati ueſtrati: ſic ut & nouarum &

Deorum) Bacchi & Herculis.

k ὀνομαστότατα pro ὀνομαστὰ O.

maximarum rerum laudem Vrbs capiat, nec celebre quicquam ſit, quod non Athenienſi illuſtretur nomine. Si quis igitur quærat, quod ſit in Græcia ſanctiſſimum & celeberrimum tribunal, Areopagum dicent omnes. Sin, qui moribus maximè communibus ac popularibus ſint uſi, interrogetur, de Athenienſibus tum ipſi, tum alij omnes, ſi uerũ fateri uelint, neceſſariò reſpondebunt. Atq; hæc quidem ſingillatim oſtendere ſi uellemus, magna nobis orationis atque temporis parte eſſet opus. ſoli autem ex omnibus hæc tria lege ſanxiſtis; ut qui pro patria obijſſent, cum ipſi quotannis publicè laudarentur, tum eorum liberi uſq; ad pubertatem de publico alerentur, poſtea domum paternam quiſq; cum integra armatura remittendi; debiles item ciues publicè nutrirentur. qua quidem ratione conuenientes tam potentiæ quàm imbecillitati honores tribuiſtis. Plebiſcita uerò unde uel illuſtriora uel humaniora prodierunt? quorum ut ea, quæ prius relata ſunt, omittam, unum quoddam, quod huic toti ſermoni pro exemplo ſufficiat, proferam, quod contra Arithmium Zelitem eſt latum. Is etenim cum ad Regis uſum in Peloponneſum aurum attuliſſet, hoſtem eum populi Athenienſis unà cum tota familia, & inteſtabilem declararũt. à quo quidem ſolo reliqua decreta uincuntur omnia. Legationes porro plurimas & accepit hæc ciuitas, & dimiſit. id quod ſi eſt in confeſſo; ſin minus, appendice augebitur, quandoquidem plurimas pro ijs, [1] qui eam obſecrarant, emiſit. Et eas quidem legationes, quibus uel Græcos à bello communiter dehortata, uel afflictos eſt conſolata, propter immẽſam copiam cogor omittere: duas autem heic quoq; recenſebo. Argiuos enim primùm ſeditione laborantes compeſcuit. Cretenſes deinde, cum inter ſe pugnarent, in gratiam reduxit. Iam uerò pietatis ſimul & manſuetudinis atq; animoſitatis pulcerrimum ediderunt exemplum, quòd, cum decreuiſſent Corinthij pompam naualem hinc profectam ad nundinas non admittere, adeoq; per legatos Vrbi, ne illam adornaret, denunciaſſent, hi armatos milites unà cum præfectis ſacrorum emiſerunt. ij cum Eleuſinem ueniſſent, & Corinthij tranſacturi adeſſent, qui pompam dimiſerant, armatam reduxerunt manum. Myſteria porro cum alia propter antiquitatem, non nulla neceſsitatis, quædã etiam celebritatis cauſa in honore ſint, omnibus utiq; modis præſtãt Eleuſinia. Vt autem de alijs dicere ſuperſedeam, ſoli certè Græcorũ quotãnis nũdinas nullis quinquẽnalib. deteriores celebratis, pluresq́ue in Eleuſinium, quàm reliqui in urbem totam, recipitis, omnibus etiam hanc ſolennitatem hominum turba ſuperare contendentibus. Herculem & Dioſcuros omnes pro dijs habent. uerùm hos Vrbs, dum inter homines uerſabantur, primos è peregrinis ſacra docuit; & quibus nunc ſacrificamus, eos ipſa conſecrauit. Quin & ludos pleroſq; primæ notæ plurimos adhuc urbs hæc ſola cõmittit. Omnia

[1] τῶν δεομένων pro δεξομένων.

deniq;

deniq; uel apud uos duntaxat extant, uel à uobis orta ſunt; & partim à uobis cœperunt, partim apud uos uel optima uel plurima cernuntur. Multi quoq;, cũ nihil rerum ſuarũ, de quo iure glorientur, ꝓferre poſsint, ad Troiana confugiunt tẽpora, ac de gloria cõtendunt, quãquã nec ſi aliquid, quod habeant cõmune, adferunt, cũ ab unius alicuius uiri fama pendeant; quales Phthiotæ ſunt, Ithacenſes, ac Pylij, qui inopum more ad ditiorem aliquem ſe referunt. at Vrbs, quãuis hoc perfugio non indigeat, nequaquã tamen [m] illo caret condimento. Communis etenim Græcorum poeta in urbium & nauiũ numero Athenienſium ducem ait peritiſsimum fuiſſe

[m] τοῦτο pro τούτου.

Scutatos ornare uiros, & corpora equorum. Iliad. β.

Quod autem maius eſt, laudisq; ſincerioris; reliquos quidem uel Achiuos, uel alios, quos à corporis habitu uel alia præſtantia laudat, ita celebrat, ut dicat:

Ipſorumq;, & qui reges ſequerentur equorum,

& alibi quendam fuiſſe artis ſagittariæ peritiſsimum refert; Neſtorq; ad quoſdam ſui temporis iactatores ait.

Quẽdam) Teucrum. Iliad. ρ.

Namq; uiris ego iam uobis melioribus olim Iliad. α.

Aſſueui, — ac multos deinceps enumerat, quaſi & ipſi inter ſe pares eſſent, nec eorum quiſquam alteri multum præſtaret: cum autem Meneſthei mentionem facit Poeta, nihil addit tale; uerùm omiſsis iſtis omnibus, in uniuerſum ſic ait:

Huic nullus mortalis adhuc par extitit unquam: Iliad. β.

cum quidem de Erechtheo paulo antè narraſſet, eum & à Dea educatum, & è terra editũ fuiſſe. Meritò igitur alios, quos in ſingulis optimos recenſuit, uel ætatis uel generis adiunctione celebrauit; quem autem omnibus terræ filijs præfert, eum ab omni humana [n] laudat excellentia. Deinde cum duos ex Achiuis in re bellica præſtantiſsimos memorat, Salaminium nominat, cognominum duorum alterum. Iam illud habet inſigne Reſp. Laconica, quòd à Deo latis utitur legibus: ſed & Vrbis tribus atque gentes idem deus diſtinxit, ſinguliſque ſua attribuit ſacrificia, & reges, atque principes, totamq; ferè Rempub. conſtituit. Quo fit, ut non illorum ſit potius, quàm Vrbis legiſlator dicendus. Quinimo de ipſa Rep. breuiter quiddã, ut potero, explicandum cenſeo, cum præſertim omnes ut eam laudarunt, ita nõ diligenter (id quod ego tam de ſimplici, q̃ de miſta intelligo) inueſtigarint. Nam cũ tres in uniuerſum tradant Reip. ſpecies, earũ quãcunq; quis approbarit, id cũ Vrbe faciet. Regno namq; primũ multis eſt uſa ſeculis, eoq; nõ Erechthidarũ modo, ſed & aliorũ, quos de poſteris eo dignos iudicauit. Popularis deinde principatus etiam pueris notus eſt, isq; inter uos & ſinceriſſimus & maximus extitit. Qui deniq; ad Areopagi curiam reſpexerit, nõ facilè, arbitror, pulcriorem, nominiq; ſuo aptiorem Ariſtocratię imaginẽ repererit.

[n] ἐπαινίου pro ἐπαίνου A.

Duos) Achillẽ, & Aiacem Telamonium.

Omnia igitur Rerump. genera hinc orta ſunt, cũ Vrbs quaſi ſingulos iuberet, quod cum moribus ſuis conueniret, hinc ſumere, cuncta tum inuenerit, tum in medium protulerit, idq; naturæ opem ferendi conſilio, quo & in frugibus alijsq; rebus multis uſam oſtendimus. Quid quòd & reges eximiè rerum communitatem ſectati ſunt, atque concordiam cum uulgo ſtudioſè obſeruarunt; & populus ultro ſibi, quemcunq; reliquis præſtare cognouerat, præfecit, eoq; tanquã perpetuo principe uſus eſt, nec aliter erga paucos, qui ceteris meliores, inter ſeſe autem æquales eſſent, ſe geſsit; & Senatus populi ſemper incremento, nunquam ſuo ſtuduit, idq; pro iuſto ſibiq; congruo lucro habuit, ſi publicæ ſaluti cum gloria præeſſet. Quapropter nõ ſingulis tantũ Reip. generibus, ſed in earũ quoq; miſtura ceteros Vrbs excelluit. Quemadmodum enim totus hic mundus è quatuor conſtat elementis, ut antiqui tradunt, quorum tamen [o] unumquodq; naturam ceteris habeat ſimilem, uerũ ex potiori parte nomen ſeorſum ducat; ſic & Reip. ſpecies, tametſi multum ſint diuerſæ, inter ſe modo quodam connecti debent, ut uel unius, uel paucorum, uel etiam multorum uerũ ac iuſtum habeamus imperium. Id aũt ita patebit, ſi Vrbis regna cum aliorum uel barbarorum uel Græcorũ imperijs, quæ in idem tempus inciderint, conferamus; popularem item ſtatum, & Senatus curiam, cum ſimilib. aliorũ imperiis. Vt enim reliquis poſtpoſitis, populi duntaxat potentiam ſpectemus; quicunq; eodẽ Reip. genere ſunt uſi, ij ut cupiditates ſuas ac libidines citius atq; uiolentius exercuerunt, ita dignitate & ſplendore Athenieñſib. [p] longe ceſſerũt. Quin & prima diuitias nec ſecuta eſt Vrbs, nec admirata, cũ neq; ditiores unquã extulerit, illud ipſis modò deberi, ut nihil ob eam rem paterentur incommodi, rata; neq; eos, qui uirtute præſtarent, licet opibus inferiores eſſent, minoris unquã fecerit. Exiſtimauit enim turpe fore, ſi ſeruorum nõ opulentiſsimi, ſed fideliſsimi quiq; ceteris meliores cenſerentur, liberorum hominum dignitas opibus, non qualitate cuiuſq; æſtimaret. Sola quoq; ius non immutauit, nec ea, quæ natura erant tertia, lege prima fecit, more quorundam, qui ſe philoſophos uocant, & cum de rebus his ita loquantur, factis tamen reſiliunt, & potentiorib. ubiq; concedunt; ſed eos tum ad magiſtratus euexit, tum honoribus omnib. eſt dignata, qui moribus eſſent probiſsimis, non qui cenſu maximo, quaſi uirtutis præſtantia punctum omne ferret. Id autem in ſumma potentia ſua oſtendit maximè. Etenim cum in ipſa multi florerent ijſdem temporib. uiri, qui partim eſſent omnium Græciæ familiarũ ditiſsimi, partim pauperrimi, ex his quendam Græciæ præfecit, qui & ſibi rerum geſtarum, & ipſi iudicij laudem peperit. Cum autem permulta ſint de Rep. dicenda, quarũ alia iã relata ſint, quædam nec tempus patiatur, nec neceſsitas cogat referre; unum ſi addidero, ſermonem hunc abſoluam. Quòd enim idem

heic

[o] αὐτὸ δ᾽ ἕκαστον pro αὐτῶ A.

[p] deest ἐγγύς post μακρὰ A.

heic & liceat[q] & optimum ſit; & cum uiuendi ratio ſit communis, tũ honores ad optimum quenque deferantur, quis non ob eam rem libe ram uocabit hanc urbem atq; Remp. in qua & uiuere cuiq; pro arbi trio liceat, & honor atq; potentia nemini, niſi fuerit approbatus, tribuaẽ. Iam in bellicis certaminibus ac periculis officio ſuo functi ſunt, [r]cum nõ pro dimidia, nec etiam minori parte rerum curam geſſerint, uerũ oẽs paribus animis pro uirib. contenderint, quaſi pro cõmuni patria atq; pręmijs decertarent, nec alijs periculũ, alijs imperium, ſi ui ctoria contingeret, eſſet propoſitũ. Vnde fiebat, ut fides inter ciues & concordia uigeret, ac ſi quando aliqua incidiſſet diſſenſio, non diffi culter in gratiam redirent. Sin erat uiribus opus, nemo cum illis erat conferendus, qui pleniorẽ quouis pentathlo uictoriam referrent. Cui autem tempori non ſit utilis Vrbis memoria? belli? unde pul criora ſumi poſsint exempla, aut firmior uerborum exhortatio? fe riarum? harum Vrbs dux eſt: concionum & ciuilis adminiſtratio nis? quis populus [s]hoc acutior reperiatur & manſuetior, aut qui cele briores oratores? literarum & artium ſtudij? adhuc omnes huc con fluunt, nec perierunt fauſta Vrbis fortuna philoſophorum familiæ, quanq; & qui ubiq; terrarum degunt, literrarum ſimul & Athenienſi um colunt memoriã, nec Vrbis imaginẽ, cũ literis utantur pro ſpecu lo, poſſunt unquam ex animo delere. Sicut autem apud omnes uene randum præ ceteris cenſetur Vrbis nomen atque ſolum, eãq; nec pri uati nec reges exiguo proſecuti ſunt honore, ita ut eius magnitudine plurimum ſibi placerent; ſic nec deorum beneuolentia nec iudici um fuit obſcurum, qui per communẽ uatem & interpretem, ciuitatis cuſtodem, tum pro Græcis ante arationem ſacra eam facere iuſſerunt, tum frugum metropolim uocarũt, coronatamq; incedere, quaſi per petuò uinceret, uoluerunt. Quid quod aquilam in nubibus uocat eã Deus aliarum ciuitatum cõparatione. Soli porro huic urbi duo hæc euenerũt contraria, quòd cum plurima de ipſa & præclariſsima ho mines dixerint, minimas tamen omnium laudes fuit conſecuta. Vt e nim præter ceteras admirationi fuit, ita nihil de ſe pro dignitate dici[t] audiuit. Itaq; cum prius mirarer audire me ſapientiæ curiam, & Græ ciæ Larem atque columen, & ſimilia quæ de Vrbe canebantur; nunc mihi ea minora uidentur omnia. Quin ſi ciuitas ulla deorum miniſtra & cognata, uel humanæ naturæ ſimulacrum uocari debet, hæc id nominis iure obtinebit. Quas ob res, ô Græci, nec inuidere de betis Vrbi, nec uerecundè cedere potius quàm eam certatim pro uiri bus extollere. Nam ſi Athenienſes fuerint ſuperiores, erit ueſtra uicto ria. Etenim cum omnes optimi eſſe nequeunt, tum ut ex ducis præ ſtantia laudem capit ciuitas, ita ſi princeps urbs honorem ſortia tur ſe dignum, is ornatus ad omnes pertinet. Quemadmodum igitur Athenienſes ipſi non ægrè tulerint, ſi quis ipſorum arcem celebret;

q τόπ pro τῶν A.
r ὑγ' pro ὑ τῆς.
s αὐτῆ pro αὐτῆς A.
t ἤκουσ pro ἤκουσε A.

ita uos quoq; Vrbem pro arce quadam uel faſtigio Græciæ ac ſociorum habentes, uerbis eam & factis ornare, itaq; laudem communicare, nec ea uos priuari exiſtimare decet. Hæc igitur à nobis oratio pepli inſtar ad [a] ornatum pompæ Panathenææ confecta ſit; quæ ut gratiam mereatur, efficiet eadē dea, & cui oratio eſt, & Vrbs conſecrata.

[a] κόσμος pro κόσμου A.

IN ROMAM ORATIO.

SOLENT pleriq;, qui terra uel mari iter faciunt, quod cuique uiſum fuerit, uouere; adeò ut poeta quidam per iocum thus [a] auricorne uouiſſe ſe dixerit. Nos autem, uiri, nec inelegans aut abſurdum, nec ab arte noſtra remotum in hoc itinere uotum concepimus palam laudandæ, ſi incolumes euaſiſſemus, Vrbis. Quoniam uerò æqualem Vrbi orationem uouere non licuit (alio enim rurſus & maiore fortaſsis uoto fuiſſet opus, ut orationem in tantam ſublimitatem, quanta eſt Vrbis moles, efferre poſſemus) eas tamen laudes, quæ uiribus noſtris conuenirent, polliciti ſumus, quando & alij quæ ſibi ſunt æqualia, etiam dijs æqualia ſolent ponere. Vos itaque, magnæ urbis ciues, ſi quid uobis, ne uotum fallamus, curæ eſt, conatum adiuuate, ut hoc etiam in encomij [b] initio dicere poſsimus, in tales primùm uiros ſtatim nos incidiſſe, à quibus aliquis —*quamuis ineptus ante ſit,* cum Euripide, dexter continuò concinnusq; reddatur, ac poſſit etiam uiribus maiora dicendo tractare: Vrbem deinde cum celebrent atque celebraturi ſint omnes, hoc tamen minus, quàm qui tacent, efficere, quòd ſilentio quidem nec maior illa nec minor, quàm ſit, reddatur, ſed integra cognitioni maneat; orationes uerò contrarium propoſito ſortiantur effectum, quandoquidem non poſſint exactè id, quod admirantur, uerbis exprimere. Quin ut ſi pictor pulcrum corpus & ſpectabile depingere aggreſſus, pòſt in opere peccet, præſtare utique nihil pingere, uel ipſum corpus præbere ſpectandum, quàm id malè expreſſum proponere quiuis dicat; ita & urbi huic contingit, ut ei multa, quæ miranda ſunt, orationes detrahant, & perinde propemodum faciant, ac ſi quis exercitus alicuius, ut Xerxis, numerum magna cum admiratione enuncians, decem deinde uel uiginti militum millia, & equites aliquot ſe uidiſſe dicat, qui uix milleſimam totius rei quam admiratur, partem explicant. Prima enim hæc urbs orationis imbecillitatem ad omnia pertingere non ualentem coarguit, cum non tantùm de ea pro dignitate dicere, ſed ne ſpectare quidem ipſam liceat, niſi quis Argus oculis plenus, aut potius ipſius cuſtos oculatus deus opem ferat. Etenim quis uel tot montium iuga occupata, camposq́ue extructos,

[a] χρυσόκερω pro χρυσόκρεω.

[b] ἀρχόμενοι pro ἀρχόμεθα A. In Sthenebœa.

tructos, uel tantam terram in unius urbis nomen coactam ex ulla ſpecula contemplari poſsit? Nam quemadmodum niuem dixit Homerus effuſam,

Excelſas rupes, ſummiq́ cacumina montis, Iliad. μ.
Florentes & agros, ac pinguia culta uirorum,

tegere, additq́;: *Funditur & cani per inertia littora ponti:* ſimiliter & Vrbs tū iuga ſumma tū mediā tegit terrā, & ad mare uſq; deſcēdit, ubi publicum eſt emporiū, & cōmunis rerū è terra naſcentium adminiſtratio. Nec impedit quicquam, quo minus, quācunque Vrbis partem occupes, in media tamen conſiſtas. Nec uerò ſuperficiem duntaxat occupat, ſed longè ſupra exemplum altiſſimè in aerem aſcendit, ut iam non magis niui quàm iugis ipſis comparanda ueniat. Et ſicut uir aliquis, qui ceteris magnitudine ac robore multum præſtet, alios quoque in ſe ſublatos ferre gaudeat; eodem modo & hæc, cum tantum terræ ſpacium contineat, non tamen quieſcit, antequam & alias æquales ſibi ſuperimpoſitas urbes alteram ſuper alteram ferat, ut eius fert nominis ratio; totumqúe, quod heic uidemus, robur eſt. Robur) ῥώμη hoc Græcè Roma ſignificat. Quocirca ſi quis eam diligenter uellet euoluere, & quæ nunc in ſublimi ſunt urbes, humi iuxta ſe inuicem deponere; exiſtimarem fore, ut omnis Italiæ reliqua pars compleretur, atque una urbs ad Ionium uſq; mare continua protenderetur. Tanta uerò cum ſit, quantam nec nunc ego ſatis fortaſſe demonſtrare, & oculi melius teſtari poſſint, non tamen hactenus aliarū more ſubſtitit; nec quod de Athenienſi & Spartana urbibus dixit quidam, alteram duplicem pro uiribus habere magnitudinem, alterius ambitum longè uiribus inferiorem cerni (abſit autem exemplo inuidia) idem & de hac ubique maxima dici queat, eius potentiam tantæ magnitudini nequaquam reſpondere. Quidā) Thucyd. Quinimo ſi quidem totum conſideres imperium, urbem nequaquam admirabe ris, quæ tantula toti imperet terræ: ſin ad ipſam urbem eiuſqúe terminos reſpicias, non amplius miraberis orbem totum tanto oppido ſubijci. Quod enim de Aſia dixit autor quidam, quantamcunque Sol peragraret regionem, huic unum imperare regem (id quod Quidā) Aeſchines philoſophus falsò protulit, quandoquidem Africam totam atque Europam Solis ortu & occaſu exemit) id iam uerum eſt effectum, quandò & Solis curſus ueſtro æqualis eſt imperio, & ueſtram urbem Sol peragrat. Non enim marini ſcopuli, nec Chelidoneæ uel Cyaneæ, nec equi diurnum mare uerſus iter ueſtrum definit imperium, nec certis uos imperatis finibus, neque alius regni terminum uobis præſcribit; ſed & mare inſtar cinguli per ueſtrum æquè imperium, ac per orbem terrarum medium protenditur, cui amplæ regiones amplè circumiacent, neceſſaria pleraque uobis ſubminiſtrantes; & ex omni terra mariqúe, quicquid uel anni tempora gignunt, uel

regiones ſingulæ, fluuij, paludes, arteſqúe cum Græcorum tum Barbarorum proferunt, ad uos defertur. Quapropter ſi quis iſta uelit [c] omnia ſpectare, is uel omnem peragret orbem, uel in hac urbe uerſetur, neceſſe eſt. Quicquid enim [d] apud alios creſcit aut paratur, heic etiam ſemper affluit. Tantæ autem huc appelluntur ſingulis anni temporibus, autumniqúe conuerſionibus holcades onerariæ, ut Vrbs communis quædam totius orbis officina uideatur. Ac merces primùm ab Indis atque etiam à felicibus Arabibus tot aduehuntur, ut exiſtimes nudas illic relinqui arbores, ipſiſqúe, ſi quid rerum ſuarum requirant, hinc eſſe repetendum. Veſtes deinde Babylonicæ, atque ulterioris Barbariæ ornamenta huc & plura protantur & facilius, quàm ſi à Naxo uel [e] Cythno ſit aliquid Athenas deferendum. Arationes autem ueſtræ Sicilia, Ægypto, & omnibus Africæ cultis locis comprehenduntur. Iam nauium acceſſus & receſſus nunquam apud uos deſunt. Quo fit, ut non tam portus quàm mare ipſum, quòd nauibus [f] tot ſufficiat, in admirationem uenire poſſit. Quod autem de extremo Oceano dixit Heſiodus, ad eius foramen quoddam initium rerum omnium cum fine coniungi, id hoc loco cernitur, in quo concurrunt omnia, mercaturæ, nauigationes, agriculturæ, metallorum purgationes, artes omnes quotquot ſunt uel fuerunt, & cuncta quæ fiunt uel naſcuntur. Etenim quicquid heic non reperitur, id nec extitiſſe nec extare poſſe creditur. Quocirca difficile eſt iudicare, utrum Vrbs reliquas urbes, an imperia, quæ fuerunt olim, hoc imperium [g] maiore ſuperet interuallo. Atq; hæc tot ac tanta cum dixerim, erubeſcam equidem, ſi, non procedente deinceps oratione, barbaricum aliquod imperium, uel Græcam potentiam retulero; uideorqúe mihi contrà, quàm ſolent Æoles poetæ, facturus. Cum enim ſoleant illi, quando aliquid ex rebus ſui temporis eleuare nolunt, id cum rebus antiquis [h] quæ magnæ fuerint & illuſtres, comparare, quòd ita maximè rem declarari poſſe exiſtiment; ego, cum aliter nequeam ueſtram explicare præſtantiam, cum paruis rebus antiquis res ueſtras componam, quandoquidem uos maxima quæque deinceps minima reddidiſtis. Etenim maxima quæque feligam dicenda, quæ uos fortaſſe ridebitis. Ac primùm quidem Perſarum conſideremus imperium (quæ enim hoc præceſſerunt, cum uiliora fuerint, omittēda duco) quod olim inter Græcos admodum celebre fuit, & ſuo regi Magni cognomen tribuit; eiuſqúe magnitudinem & res geſtas ordine ſpectemus: illud etiam perquirētes, quomodo ipſi tum opibus ſuis frui, tum ciuibus uti conſueuerint. Quod igitur primùm uobis nunc Atlanticum mare, id tum Regi mare in uniuerſum præſtabat, eiusq; terminabat imperium, ita ut Iones atque Æoles eius fines occuparent. Cum autem in Græciam aliquando traijcere is, qui ab ortu Solis

ad

c deeſt πάντα poſt ταῦτα A.
d τοῖς ἑκάστοις pro ἑκάστοις.
e κύθνῳ pro κύδνῳ.
f deeſt τοσαύταις poſt ἐξαρκεῖ O.
g πλείονι pro πλήρεσιν A.
h τῶν ἀρχαίων παραθεῖναι pro ἀρχαίων παραθεῖναι.

ad occaſum uſque regnabat, tentaſſet, hactenus duntaxat, quatenus magnam cladem accepit, admirationi fuit, eoq́ue ſui ſplẽdoris uſus eſt indicio, quod multis magniſq́ue rebus priuari potuit. Iam qui à Græciæ imperio tantum abfuit, & ad Ioniam regni fines habet, is utique non ad diſci uel teli iactum à ueſtro ſuperatur imperio, uerùm dimidia totius orbis parte, atque ipſo inſuper mari. Quin nec hucuſque ſemper ille imperabat, ſed prout uel Athenienſes uiribus, uel Lacedæmonij fortuna præſtabant, nunc ad Iones, Æoles, & mare uſque regnabat, nunc nec Ionibus, nec ad mare, ſed ad Lydos uſque imperabat, cum è Cyaneis, quæ ſunt ad occidentem, mare non uideret, uerè ludibũdus rex, qui nunc aſcẽderet, nunc deſcenderet, & precariò regnũ obtineret. Id aũt ſatis oſtenderunt Ageſilai copiæ, & ante illum Clearchus cum decem militum millibus; cum & illæ per Phrygiam quaſi ſuam tranſirent, & hic ultra Euphratem tanquã per ſolitudinem procederet. Quinimo fructum imperij ſecundum Oebari dictum perceperunt, qui primus fertur Cyro longiorem peregrinationem ęgrius ferenti dixiſſe, prorſus illi, nollet uellet, obeundum eſſe imperium, ſi quidem ſaluum cuperet, utris more, cuius quaſcunque partes calcaret, humiles fierent, terrãq́ue contingerent, à quibus autem receſſiſſet, mox exurgerẽt, & rurſum calcatæ ſubſiderent: deſultorij quidam reges, quiq; hoc à Scythis Nomadib. diſtabant, quòd non plauſtris ſed eſſedis circumuehebantur; uagi quidam & errones principes, quiq́ue propter incredulitatem, & metum ne in eodem loco diu ſubſiſterent, regionem ſuam re uera ut utrem aliquem premerent, itaq́ue nunc Babylonem, nunc Suſa occuparent, rurſum Ecbatana, inſtar paſtorum, nec perpetuò aliquid obtinere poſſent, neque id etiam [i] ſtuderent. Hæc enim eorum erant uerè, qui de regni poſſeſſione diffidebant, cum nec urbes nec regiones uel ut ſuas curarent, uel ornatu & magnitudine augerent, ſed ea, quaſi rem alienam inuaſiſſent, turpiter & ignauè conſumerẽt, illud unum conãtes, ut imbecillimos haberent ciues, & homicidijs alter alterum ordine uelut pentathli ſuperare certãtes. Nam hęc erat inter ipſos contentio, ut & homines quamplurimos iugularent, & domos atque urbes quamplurimas euerterent, & iuramenta quamplurima fallerent. Hæc itaque ferè percipiebant è tantis opibus commoda, quæq́ue his natura coniuncta ſunt, [k] odia atque inſidias eorum quos hoc modo tractauerant; tum defectiones & inteſtina prœlia, rixaſq́ue perpetuas & contentiones cõtinuas. Atque hæc quidem ipſi lucrabantur, quaſi diris potius quàm uotis ad imperium eſſent euecti; ciues autem ea, quæ talibus erant conſentanea, & iam ferè dicta ſunt. Nam & liberorum forma parentibus, & uxorum pulcritudo maritis creabat periculum, nec tam iniuſtiſſimus quàm ditiſſimus quiſque morti tradebatur. Vrbes uerò plures propemodum euertebantur, quàm

i τημελοῦντες pro τημελιτοῦντες.

k μίση pro μίσει A.

nunc conduntur. Facilius autem bello, quàm obedientia ſalus comparabatur, cum illi ut in prœlijs facilè uincebantur, ita uiolētum exercerent imperium, & cùm eos, qui obtemperabant, ut ſeruos contēnerent, tum liberos ut hoſtes punirent, itaq; uiciſsim alios odio haberent, alij eſſent odioſi. Quid quod ſæpenumero ciues magis quàm hoſtes timebant, bellíq; arbitrio plerunq; utebātur. Hæc autem indeficbant, quoniam nec illi imperare, nec hi parere nouerant. Nec enim poteſt quis rectè parere, cum principes malè imperant. Nondum enim imperium à dominatu diuiſum erat, nec à rege dominus quicquam differebat. Quocirca neq; magnos fecerunt progreſſus, quandoquidem non ſolet hoc nomen extra domum egredi, & cum in urbes ac regiones peruaſerit, facile perire. Alexander uerò, qui ſolus ante uos imperium obtinuit, terramq; peragrauit, regnum potius [1] acquirere, quàm regnare uidebatur. Etenim quemadmodum ſi quis priuatus magna bonaq; terræ portione ſibi comparata, ante fructuum perceptionem moriatur, ſic & ille cum longiſſimè terrarum progreſſus eſſet, hoſteſq; cunctos ſubiugaſſet, & omnia exhauſiſſet pericula, regnum ſibi componere, & laboribus finem imponere non potuit, uerùm in medio rerum curſu interijt. Quapropter uidetur ille prœlia multa feliciter obijſſe, minimum autem regnaſſe, & egregiè quidem de regno contendiſſe, nullum autem inſtituti ſui atque artis uerum fructum cepiſſe, uelut ſi quis, cùm Olympico certamine uiciſſet aduerſarios, deinde, antequam coronam probè capiti imponeret, immoreretur uictoriæ. Quas enim ille leges tulit? quam pecuniæ, militum, aut nauium perpetuam ſummam imperauit? qua conſueta gubernatione, certo temporum ambitu ſponte procedente, res moderatus eſt? quam functionem inter ſuos habuit? Quod autem unicum ingenij ſui iuſtum monumentum reliquit, cognominem in Aegypto urbem, eam rectè uobis extruxit, cui poſt ueſtram maximæ imperaretis. Quo fit, ut ille Perſarum imperium diſſoluerit, proximè autem poſt ſe non regnauerit. Poſtquam enim ille obijt, mox in infinitas partes diuiſi ſunt Macedones, imperij molem ſuis uiribus maiorem eſſe confeſsi, nec iam uel ſuam quiſq; regionem ſeruare poterant, eoq́ue neceſſitatis deuenerunt, ut ad alienam terram occupandam, cogerentur ſuam deſerere, ac domo potius eſſe expulſi, quàm uincere poſſe uiderentur, & inſtar ænigmatis Macedones non in Macedonia, ſed ubicunq; poſſent, regnarent, præſidia potius locorum & urbium, quàm principes, & extorres quidam reges, qui non à magno rege, ſed à ſe quiſq; imperium accepiſſent, &, ut ita dicam, ſatrapis rege orbatis ſimiles eſſent. Talis porrò rerum ſtatus non tam regnum, quàm latrocinium dicendum uidetur. Nunc autem imperij termini non exiguo continentur ſpacio, nec eorum ambitus facilè ſub menſuram cadet. Etenim qui tum

[1] τῷ κτησαμένῳ pro τῶν A.

Vrbē) Alexandream.

tum Perſici regni erat terminus, inde ueſtrum iam ad occidentem reliqua ſui parte [m] tendens, tota ipſorum regione longè maius eſt. Quid quod nihil uos effugit, non urbs, non gens, non portus, non locus ullus, niſi quem pro inutili habueritis. Rubrum uerò mare, Nili cataractæ, & Mæotis palus, quæ maioribus noſtris extremam terram occupabant, Vrbi uallorum uicem obtinent. Oceanum autem, quem multi ſcriptores nec extare prorſus, neq; terram ambire credebant, uerùm poetas nomen hoc fictum ad delectationem uerſibus ſuis inſeruiſſe, tam probè reperiſtis, ut nec quæ in eo erat inſula, uos latuerit. Iam tantum cum ſit ac tale imperium, certa poſſeſſione tamen, quàm ambitu, maius uidetur. Nam nec Myſi regno potiuntur, nec Thraces, nec Piſidæ, nec alij intermedij, qui partim ui ſedes occuparint, partim capi poſt defectionem non potuerint; nec ita dicitur eſſe Regis terra, ut [n] eam interim, quicunq; poſſunt, occupent; nec inter ſe Satrapæ, quaſi rege careant, bellum gerunt, neq; urbes hæ ad hos, illæ ad illos declinant, & in alias præſidia mittuntur, ex alijs eijciuntur: ſed ut aulæ perpurgatus ambitus, ita orbis uniuerſus quouis choro exactius ſecum conſentit, & imperij huius æternitatem [o] exoptat, quandoquidem ab hoc coryphæo principe pulcerrimè gubernatur. Æquali autem ubique regitur imperio, adeò ut & qui montes incolunt, imorum camporum cultoribus humiliores ſint, quantum ad obedientiam pertinet, & qui fertiles agros ſortiti ſunt, ueſtri ſint agricolæ. neque inſula quicquam à continente differt, uerùm ut una regio continua, & gens eadem, cuncta placidè parent. Omnibus etiam mandatis ac nutibus citius, quàm digitum moueris, obtemperatur, & mox atq; aliquid decretum fuerit, effectum datur. Qui autem in urbes & prouincias mittuntur imperatores, ut ſinguli ſuis imperant, ita inter ſe omnes æqualiter parent, & eo uidentur à ſubiectis differre, quòd primi rationem parendi tradunt, adeò magnum & omnia gubernantem imperatorem omnes metuunt. Quapropter eum tum quicquid agunt, melius ſeipſis ſcire arbitrantur, tum magis, quàm dominum famulus præſentem, inſtantem, & iubentem, reuerentur. nec eorum quiſquam tantæ ſibi dignitatis uidetur, ut uel nomine duntaxat audito poſſit quieſcere, quin aſſurgens laudet & colat, ac duo ſimul uota concipiat, alterum dijs pro illo, alterum illi pro ſe. Sin alicubi circa iudicia uel rogationes tam publicas quàm priuatorum, ſi qui fortè digni uideantur, paulum labantur, ad illum mox referunt, & ab eo quid agendum ſit, non ſecus ac chorus à magiſtro, expectant. Quocirca nihil eum opus eſt imperium totum miſerè peruagari, nec uarijs commeatibus ſingula ſtabilire, terram calcando; cum poſſit orbem totum commodiſſimè per [p] epiſtolas regere, quæ mox ut ſcriptæ ſunt, uelociſſimè

m αὐξαμένη βαδίζειν pro αὐξαμένη A.

Inſula) Britãnia

n αὐτὴν pro αὐτὸν A.

o deeſt μόνον poſt συντυχοῦσιν A.

p ἐπιστολῶν pro ἐπιστολαῖς A.

tanquam ab auibus deferuntur. Quod autem omnium maximè mirandum eſt, gratiamq́ & re & uerbis relatam depoſcit, id nunc proferam. Cum enim tantum regatis imperium, tantaq́; polleatis potentia, in eo uel maximè, quod eſt omnino ueſtrum, excelluiſtis, ut ſoli ex omni memoria liberis hominibus imperaretis. Itaq; nec Caria Tiſſapherni, nec Pharnabazo Phrygia, nec Ægyptus eſt alij cuiquam tradita, nec ulla gens eius, cui ſit in ſeruitutem data, nec ipſi libero, tanquam familia, eſſe dicitur; ſed ut in ſingulis fit urbibus, ita uos in orbis totius tanquam urbis unius adminiſtratione imperatores quaſi per comitia conſtituitis, qui præſint & prouideant populo, non qui dominentur. Itaq; cedunt alter alteri, quando cuiuſq; tempus expirauit, nec uel obuiam ſibi inuicem facilè fiunt, nedum de prouincia tanquam ſua quicquam diſceptènt. Quin etiam appellant & prouocant à populo ad concilium, non minori accipientium quā prouocantium de iudicio metu. Quocirca tantum uidentur homines, quantum uelint, præfectorum imperium nunc pati. Non hæc igitur extra omnem populi dominatum conſtituta ſunt? Quapropter illic poſt latam in urbe ſententiam ad alios iudices abire non licet, ſed eſt iudicato acquieſcendum, niſi fortè in minori aliquo oppido ſit opus externis iudicibus, cum quis uel immeritò reus[q] peragitur, uel actor cauſam non obtinet. [r] quanquam nec ſic certa conſtat uictoria, quandoquidem alius reſtat magnus iudex, quem nullum ius unquā latet, & apud quem ſumma cernitur atq; decentiſsima par ui & magni, nobilis & ignobilis, pauperis & diuitis, generoſi & uilis æqualitas; & quod inquit Heſiodus,

[q] deeſt φεύγοντα poſt ἀξίαν.
[r] μηδὲ τῷ νικῶντι.

Lib. 1. initio.

Extollit facilè atq; elatum deprimit idem

iudex iſte atq; princeps, quocunq; ius eum direxerit, utuentus nauē, qui non diuitem citius quàm pauperem deducit, ſed eum, cui contigerit, ex æquo ſemper adiuuat. Nunc, quoniam in hāc ſermonis partem deueni, etiam res Græcas aggrediar, quanquā me pudet, ac uereor, ne cui ineptire uidear. Verū, quod modò dicebam, nequaquā æqualem inſtituo comparationem, ſed cum alia non extent exempla, iſtis uti cogor. Præterea ridiculum foret, cum iſtud ipſum, nihil rebus ueſtris ulla ex parte reperiri æquale, quin ſuperetur, admirati ſimus & oſtenderimus, ſi eouſque collationem ad extremum differremus, donec aliquid æquale nanciſceremur. Quinimo nec tantam ſui admirationem iſta concitarent, ſi quicquam haberent uſquam ſimile. Necuerò non illud ſcio, Græca hæc ſuperioribus Perſicis etiā uiliora, quod ad imperij, rerumq́; geſtarum magnitudinē pertinet, uiſum iri. Veruntamen illud mihi magnum uidetur, & cum uirtute prorſus coniunctū, ſplendidiſſimūq; certamen, cū barbaros potētia, tum ſapientia Græcos uiciſſe. Hoc igitur exponam, quomodo, quantoquè in imperio ſe illi geſſerint; & ſi multo minora ſeruare non

potuiſſe

potuiſſe conuincentur, quid ex eo conſequatur, manifeſtum erit. Etenim omnia quidem imperij cauſa fecerunt Athenienſes & Lacedæmonij, eratq́ in hoc eorum ſita potentia, ut mare nauigarent, & Cycladibus, Thraciæ, Pylis, Helleſponto, Coryphaſio imperarent: uerùm ut ſi quis corpore aliquo potiri uolens, ungues aliquot & particulas extremas pro eo ſumat, quibus [s] acceptis uoti compos ſibi factus uideatur; ita & illi cum ad principatum aſpirarent, inſulas exiguas aliquot, & promontoria maritima, portusq́, & ſimilia ceperunt, ac circa mare contriti, principatum non niſi per ſomnium potuerunt acquirere. Cum tamen utrique ſuis uicibus tanquam ſortis ambitu Græcorum principes euaſiſſent, uix ætatem unam, ut ita dicam, ſincerè quidem locum ſuum conſeruarunt, ſed Cadmea, quod dicitur, uictoria ſuperabant alteros alteri, quaſi nollent alterutros duntaxat odio ſemper haberi, uerùm & ipſi in eius partem uenire uellent. Primùm enim Spartanus quidam dux ita Græcos tractauit, ut ab eo deficientes, alios ſibi dominos ultro quærerent. Cum autem Athenienſib. ſe dedidiſſent, paulo pòſt eos pœnitere cœpit, cum nec tributorum magnitudinem ferrent, nec eos, qui illorum prætextu [t] ipſos inſuper ſpoliabant; & abrepti quotannis Athenis rerum ſuarum rationes referre cogerentur. Huc accedebat, quòd in ipſorum regionem coloni mittebantur, & præter tributa exactiones etiam, cum res poſtularet, fiebant, nec arces poterant liberas obtinere, & ab oratoribus illorum ſeu bonis ſeu malis regebantur, & ſuperuacuas expeditiones in ferijs obire plerunq́ cogebantur, ac nullum deniq́ tantæ patientiæ capiebant idoneum fructum. Quas ob res cum Athenienſibus eſſent infeſti pleriq́, & ad Lacedæmonios eodem modo, quo prius ab his ad Athenienſes, ſeſe contuliſſent, eandem rurſus ab illis fraudem paſſi ſunt. Nam cum promiſiſſent illi, ſe pro Græcorum libertate bellum Athenienſibus inferre decreuiſſe, eaq́ ſpe multos allexiſſent; poſtquã [u] Athenienſium mœnia diruerunt, rerumq́ dominio, atq́ eadem perpetrãdi facultate potiti ſunt, tantũ attulerunt incrementum, ut in omnibus Græcorum oppidis tyrannos, quos honeſtè Decemuiros [x] uocabant, conſtituerent, & pro uno Athenienſi imperio ſublato multa ex ſe reponerẽt, quæ nõ Athenis, nec Spartæ ſemper ciues affligerẽt, ſed in ipſa cuiuſq́ regione cõtinenter quaſi intexta perpetuam ſeruarent ſtationem. Quocirca, ſi id initio belli Græcis prædixiſſent, ſeſe hac de cauſa bellum cum Athenienſib. ſuſcipere, ut ipſos maioribus ac pluribus quã illi, cladibus afficerent, & quæ ab Athenienſibus erant paſſi, meræ fuiſſe libertatis oſtenderent, optimè omnium promiſſis ſtetiſſe uiderentur. Quapropter etiam mox ab exule uno deuicti ſunt, à Thebanis relicti, & Corinthijs odio habiti, cum quidem mare Harmoſtis eiectis repleretur, quaſi qui nihil minus eſſent quàm Harmoſtæ, nec

s deeſt ἔχων poſt ταῦτα A.

Dux) Pauſanias, Cleombroti F. Thucyd. a.

t αὐτός pro αὐτοῖς A.

u deeſt τῶν Ἀθηναίων poſt τείχη A.

x [illegible] pro [illegible] A.

Exule) Thraſybulo.

Harmoſtæ) nam hi Græcis moderatores ſunt.

pro nominis ratione cum præſidijs urbes occuparent. Poſteaquam deinde his illorum iniurijs, & ex ijs concepto contra ipſos à Græcis odio euecti Thebani, Leuctrica pugna eos uicerunt, tum & Lacedæmonij de medio ſublati erant, nec Thebanos quiſquam uno prœlio fortunatos ferre poterat. Veruntamen exiſtimarunt Cadmeã uictoriam Laconicæ præferendam eſſe. adeo hos erant exoſi. Neque uerò ad communem Græcorum accuſationem iſta collegi, quemadmodũ inſignis ille Tricarani autor (nec eò res unq̃ deueniat) ſed ut oſtẽderem, nullam ante uos extitiſſe imperandi ſcientiam (alioqui enim Græci, qui ſapientia ceteros antecelluerunt, eam habuiſſent) ſed & illam à uobis inuentam, unà cum reliquis eſſe introductam. Quod enim Athenienſibus tribui ſolet, id etiam de Græcis omnibus uerè dici poteſt, in oppugnandis principib. & Perſis atque Lydis uincẽdis, opibuſq́ue [y] & laborib. tolerandis omniũ fuiſſe pręſtãtiſſimos; imperatoriæ artis etiã tũ rudes extitiſſe, eãq; cũ exercere uellẽt, erraſſe. Primùm enim pręſidiarios in urbibus collocabant, qui cùm inquilinis, & ad quos mittebantur, nunquam inferiores erant; tum etiam ijs, quibus nondum erant impoſita præſidia, eam adferebant ſuſpicionem, ut exiſtimarent ipſos omnia per uim agere. Quocirca ſimul contigit, ut nec urbes cuſtoditæ eſſent, & ipſi inſuper odio haberemur, & incommoda ex imperio pro commodis caperent, cum ut potentiam infirmam, ita eius opinionem firmam haberent. Deinde illud acceſſit, ut per diſtractiones uarias infirmiores domi redderẽtur, nec poſſent ſua ſeruare, dum aliena quærerent. Itaque nec eos, quibus imperare cupiebant, præſidiariorum numero ſuperare poterant, nec æqualitatem ſibi relinquebant, quorum res tum domi tum foris minuerentur, ſic ut magna cum difficultate imperium propagarent, cum extremis ad id cõtinẽdũ aptis carerẽt, itaq; diuerſum à propoſito facerent profectum, & ut proſper ſucceſſus [z] cum difficultate & execratione propemodum coniunctus erat, ita minus proſper leuior eſſet, ac minorẽ metũ adferret. Omnino nanq; diſperſi coloni magis quàm principes eſſe uidebantur, & laboris cauſa laborare, quandoquidem cum fine principium ſtatim ipſis inſcientibus ſoluebatur, atque eodem res ſecundum poetas redibat. Præterea nec uires [a] ſubiectorum, quòd inſidias metuerent, nec imbecillitas ipſis placebat, quòd externis bellis preſſi, ſociorum uſum requirerent; atque ita eos nunc in anteriorem partem ducebãt, nunc in poſteriorem quaſi per [b] luſum retrahebant, cum ipſis uti neſcirent, & quaſi eos tum extare tum non extare uellent, ipſi regerent eos ac ducerent, propoſiti ſui incerti. Illud autem commiſerunt maximè ridiculum & abſurdum, quòd contra illos, qui ab ipſis defecerant, alios, qui idem in animo haberent, in prœlium educebant, quaſi ipſos rebelles contra ſeſe iuberent ire, nec exiſtimabant ſe eos

contra

y deeſt Contemnendis, uel tale quid.

z deſunt αὐτοῖς ἀεὶ ὄντα, ἀμήχανον καὶ κατάρας ἐγγύς, τὸ δὲ μὴ προχωρεῖν poſt προχωρεῖν A.

Poetas) qui hoc de Siſypho tradunt.

a τοὺς ἀρχομένους pro συναρχομένους A.

b ἐν ταῖς παιδιαῖς pro παιδείαις.

contra illos ducere, qui eſſent illarum partium, quibusqúe non deberent alijs auxiliandi rationem ad ſuum incommodum tradere. Quocirca & heic uoluntati atque commodo ſuo factis repugnarunt, qui cum rebelles conarentur reducere, eos inſuper, qui remanſerant, ad defectionem coegerint. Illud enim oſtendebant, ipſos, ſiquidem in officio manerent, mutuos hoſtes fore; ſin uniuerſi pariter deficerent, ſolidam libertatem eſſe conſecuturos, nemine tandem, à quo caperentur, relicto. Quo factum eſt, ut hoc peius, ꝙ perfidi ſocii, erga ſeipſos ſe geſſerint, quòd illi per ſe ſinguli deſciſcebant, hi uerò cõmunis defectionis autores erant. Hoc igitur cõſtat, nondum apud illos imperandi rationẽ extitiſſe, nec illos eam ſecutos eſſe, uerùm etiam cum paruis de rebus ac tanquam extremis agris contenderent, ne iſta quidem conſeruare potuiſſe, quòd imperare nec ſcirent nec poſſent, ac ciuitates nec humanitate nec ui in fide retinerent, cum ſimul & graues eſſent & imbecilles. Tandem itaque inſtar Æſopici graculi detecti, ſoli cum omnibus pugnare cœperunt. Quod igitur ſuperioris ætatis homines penè omnes effugit, id uobis inueniendum & abſoluendum fuit relictum. nec mirũ. Quẽadmodum enim in alijs rebus oblata materia prodeunt artes, ita ad maximi imperij & excellentis potentiæ conſtitutionem ſimul ars eſt comparata & introducta, & utrũque per alterum confirmatum. Vt enim cum imperij magnitudine neceſſariò coniuncta fuit experientia, ita per imperij ſcientiam incrementum habuit meritò potentia. Iam uero artẽ ciuilẽ & magnanimitatẽ conſiliorũ Vrbis maximè debemus conſiderare & admirari, ceu nuſquã ſimilem reperturi ſimus. Etenim cum omnes, qui ad imperium pertinebant (in quo totum orbem terrarum complector) in duas partes tribuiſſetis; qui quidem generoſiores erant & potentiores, eos ciuitate atque etiam gente donaſtis, reliquis inter ſubiectos relatis. Ita fit, ut nec mare, nec intermedia regio ciuitate quenꝙ prohibeat, nec heic ab Europa diſtinguatur Aſia, cunctis in medium propoſitis, nec peregrinus cenſeatur quisꝙ, qui uel magiſtratu uel fide dignus ſit, uerùm communis terræ totius popularis ſtatus ab uno principe optimo adminiſtretur, omneſqúe uelut à cõmuni foro ius ſuum ſinguli conſequantur. Quod autem urbes ſingulæ terminis ſuis ac regionibus præſtant, hoc urbs iſta toti orbi exhibet, ut commune omnis quæ incolitur, terræ tanquam regionis oppidum. Quocirca uidentur finitimi omnes per uicos diuiſi, ad hanc arcem unam conuenire, quæ nunquam ſe cuiquam negat; ſed ut terræ ſolum fert omnes, ita hæc homines omnes, uelut fluuios mare, recipit, præterquam quòd hoc etiam cum mari habet commune, quòd ut illud fluuiorum acceſſione non creſcit, quaſi ipſius capacitas cum illorum fluxione fato quodam connexa ſit, ita [d] nec in hac quicquam eſt præ magnitudine conſpicuum. Quid quod

[d] deeſt καὶ ante τῆς A.

eorum inſtar, qui in ſinum omnia recipiunt, cuncta abſcōdit, æqualis ad exitum rerū & introitū tam exiſtens quā apparens. Atq; hęc quidem pro ſermonis curſu obiter dicta ſint. quod autem narrare cœperam, eximij eximiè ciuitatem eſtis dimenſi, nec in eo gloriantes, quòd eam cum nemine cōmunicaretis, mirabilem reddidiſtis, ſed eius ſupplementum cōueniens quæſiuiſtis, ut iam Romanum nomen nō urbis alicuius ſit, ſed generis totius, nec unius quidē alicuius, ſed quòd reliquis omnibus exęquaretur. Nec enim in Græcos & Barbaros omnia diuiſiſtis, ridicula diſtinctione, cum frequentiorem [e] tota propemodum Græcia ciuitatem ueſtram exhibueritis; ſed in eos qui Romani, & qui non Romani eſſent, tribuiſtis, lōgiſsimè producto Vrbis cognomine. Quæ cùm ita ſeparata ſint, iam & multi ſunt in urbibus ſingulis ueſtri ciues non minus quàm urbis ſuæ, licet eorum aliqui nunquam ciuitatem ſuam uiderint; nec præſidijs ad arces tuēdas opus eſt, cum potentiſsimi quiq; & maximi ſuam uobis patriam ſinguli cuſtodiant, & bifariam urbes occupetis, partim hinc, partim per ipſos ſingulas; & inuidia uacat regnum, cuius ipſi primùm deponendæ fuiſtis autores, cum in commune protuliſtis omnia, & ut, qui apti eſſent, non tam regerentur quā ex parte regerent, effeciſtis. Itaq; nec odium ab ijs, qui relinquuntur, exurgit, cum principes ob cōmunem tanquam unius urbis remp. ſuis ut domeſticis, non ut alienis imperent. Quid quod à potētioribus ſecurum reddit populum ea, quæ à uobis expectatur ipſis mox irroganda, ſi quid rerum nouarum moliri cœperint, pœna. Quo fit, ut & diuitibus & pauperibus ex æquo præſens rerum ſtatus placeat & conducat, nec ſine eo uiui poſsit, atque una Reip. extiterit harmonia, quæ ſit omnia complexa; & quæ antea uidebatur exiſtere uix poſſe, apud uos orta ſit, ſumma potentia cum ſumma humanitate coniuncta, nec nouum moderatorū imperium. adeò & præſidijs uacuæ ſunt urbes, & militum turmæ gentibus totis ſuffecerint, quanquam nec ipſæ ſunt plures oppidatim diſpoſitæ, ſed per totam regionem permiſtæ, ita ut præſidium ſuū multi, ubi ſit, ignorēt. Quòd ſi uerò ciuitas aliqua propter magnitudinē nimiam ſibi per ſe ſapere non poſſet, huic etiam præfectos & cuſtodes dediſtis. Quocirca libentius uobis omnes tributa pendunt, quā ab alijs quidam acciperent. nec mirum. Nam ut ij, qui [f] nequeunt, imperent, ſalutare non eſt: ut autem potioribus pareant, ſecunda cenſetur, quod aiunt, nauigatio, & iam per uos eſt prima reddita. Quocirca mordicus omnes uobis hærent, nec magis à uobis, quàm à nauclero uectores, defecerint. & quemadmodū in antris ueſpertiliones ſibi inuicem & lapidibus adhærent, ita omnes à uobis dependēt, magno cum timore prouidentes, ne quis ab hac ſerie decidat, & citius à uobis derelictum ſciri metuerint, quam uos ipſi deſerant. Iam loco cōtentionis de imperio atq; principatu, propter quæ ſolebant priora

[e] φῦλον pro φίλον.

[f] deeſt ἢ ante δυνάμεις.

bella geri, alij inſtar aquæ tacitè fluentis iucundiſſimè conquiſcunt, magno cum deſiderio ab ærumnis & laboribus liberati, poſtquā tandem perceperunt, operā ſe luſiſſe; alij uerò nec, ſi unquā imperarunt, ſciunt, aut meminerunt, ſed uerè iuxta Pamphyli ſiue Platonis fabulam uelut urbes, quæ iam rogo fuerant propter mutuas contentiones impoſitæ, ſubitum acceperunt imperium, & mox reuixerunt. Id autem quomodo contigerit, nec ſciunt nec dicere poſſunt, niſi quod præſentem ſtatum admirantur, & ut qui euigilarunt, pro ſomnijs, quæ uiderant, mox contemnunt, & ad ſe redeunt. bella uerò nunquā creduntur extitiſſe, ac pro fabulis habentur à pleriſq;. ſin alicubi ad limites inter ſe [g] conflixerint, ut in magno atq; immenſo imperio facilè fit, ob Getarum inſaniam, uel Afrorum infortunium, uel rubri maris accolarum infelicitatem, qui commodis ſuis uti nequiuerint, mox iſta tanq; fabulæ cum omni eorum memoria euanuerunt. tanta pax [h] apud uos uiget, [i] quamuis bellum habeatis patrium. Non enim qui nuper coriarij & fabri, hodie pedites ſunt & equites, nec ut in ſcena, qui prius erat agricola, mox in militē transformatur, nec quemadmodū in tenui familia ijdem & cibis coquendis, & domui ſeruandæ, & lectis ſternēdis uacant, ita & uos omnia permiſcuiſtis, neq; eos, q fuerant alijs rebus dediti, milites per neceſsitatem reddidiſtis, nec hoſtib. uos cōuocandos permiſiſtis: uerùm totius quidē imperij adminiſtrationē qualē inſtitueritis, hactenus dictū eſt; rem aūt bellicā & expeditiones quomodo qualiq; ordine compoſueritis, explicādum nunc eſt, cū in hoc quoq; mira fuerit ueſtra prudentia, omniq; careat exemplo. Nā ad ſeparationem quidē militū peruenerunt etiā Ægyptij, & quod apud eos ſeparatim cōſtituti ſunt, qui regionē defendunt, id ſapientiſsimè uidenī excogitaſſe, queadmodū & in alijs multis habentur præter ceteros, quod aiunt, ſapientes Ægyptij. Hoc aūt cū uos æquè ſciretis, non tñ eodē modo peregiſtis, ſed eò pulcrius & prudentius iſta diſtinxiſtis, quod apud illos non poterant omnes æqualem Reip. fructū capere, cū, qui militarent, peiore eſſent q̃ ceteri cōditione, quādoquidē ſoli perpetuò laborabāt, ideoq; nō erāt optimè erga illos affecti; apud uos aūt cū perpetua ſit inter oēs æqualitas, militib. ſeparatim locus relinquitur. Ita fit, ut & Græcorum, & Ægyptiorū, & aliorū quorūcūq; facinus ueſtro ſit inferius, & cū ab armis ueſtris oēs longè ſuperentur, tū animi prudentia longius etiā relinquantur. Nā ciues quidē ſi militarent & ærūnas ferrent, nullū eos imperij ac felicitatis præſentis fructū ſumturos idoneū exiſtimaſtis; peregrinis uerò fidem nō habuiſtis, cum tñ militib. maturè opus eſſet. Quid ergo feciſtis? Peculiarē inueniſtis exercitum non grauatorum ciuium, quem uobis id, quod de toto inſtituitis imperio, conſiliū prębuit, & q nulla in re, quā obire poſſint ac debeant, peregrinos excernitis. Quę fuit ergo deligēdi ratio? Omnē peragrātes uobis ſubiectā

Pamphyli) qui rogo impoſitus, reuixit. in fine decimi de Rep.

g συμπλακῶσιν pro συμπλέκωσιν A.

h παρ' ὑμῖν pro ἀεί.

i κἂν ᾖ pro καὶ εἰ A.

terram, qui hoc munus obirent, perquiſiuiſtis, eosq́ inuentos ſimul & ſua quenque patria liberaſtis, & ueſtra ciuitate uiciſſim donaſtis, ita ut non auſint deinceps præ pudore antiquam profiteri originem. Ciuitate uerò donata, milites eos effeciſtis, ut iam n cc ciues ueſtri militent, & qui militant, ciues nihilominus ſint, cum & antiquam [i] ciuitatem una cum militia perdiderint, & ueſtræ ſint ab eodem tempore ciues ac præſidiarij conſtituti. Hanc porro rationem ſequuntur omnes, nec ciuitas id ægrè fert ulla, cum tantum hominum numerum è ſingulis ſumſeritis, quantus nec dantes grauaret, nec ad exercitum ſeparatim conſtituendum ſufficeret; ita ut urbes quidem omnes eos, qui ſunt emiſſi, communi beneuolentia tanquam ſuos proſequantur, priuatim uerò nullæ per ſuos quicquam ualeant, nec qui emittũtur, aliò quàm ad uos, quò ſolùm deſtinati ſunt, reſpiciant. Quin & quòd aptiſſimos quoſque undecunque delegiſtis, in eo non parum rebus ueſtris conſuluiſtis. Cum enim ad publicos conuentus & certamina coronaria ſoleãt ij, qui naturę bonitate corporiſq́ habitu ceteris præſtant, deligi & exerceri, putaſtis eos, qui maxima ueraq́ certamina obituri eſſent, & ex ijs uictoriam relaturi, quibuſcunq́ id contigiſſet, non debere ex tempore colligi, uerũ longè ante de maximis & aptiſſimis quibuſq́ ad exercitium deligi, ut è ueſtigio reliquis præſtarent. Eos deinde luſtratos, delectis imperatorib. non abſq́ antedictis, nec ut inuiderent ijs, qui in Vrbe remanebant, quaſi pari iure nõ eſſent, ſed ut honoris cauſa ciuitate donari ſe crederent; ſic, inquam, inuentos ac diſpoſitos ad imperij fines produxiſtis, ubi eorum alijs alia ſeorſum tribuiſtis cuſtodienda. Quin & mœnium rationem eam habuiſtis, quam nunc meritò referam. Non enim urbem muris uel priuatam pro Laconica confidentia, uel munitam pro Babylonico ſplendore, aut ſi quod oppidum aliud uel antè uel pòſt illuſtriores muros habuit, incolitis, ſed iſta quoq́ mœnia pro ludicro ac uerè muliebri opere habuiſtis. Vt enim urbi ipſi circumdaretis mœnia, quaſi eam abſconderetis, aut ciues ueſtros timeretis, id quidem ignobile, et à reliquis conſilijs ueſtris diſſentaneum iudicaſtis, uelut ſi dominus aliquis ſe famulos ſuos metuere fateretur; mœnia tamen non neglexiſtis, niſi quod imperio, non Vrbi, circundediſtis, eaq́ ſplendidè pro ueſtra dignitate quã remotiſſimè extruxiſtis, omnibus ijs, qui intra hunc orbem uerſarentur, aſpectabilia. Quòd ſi quis ea propius cupiat uidere, menſium aliquot & annorum iter eſt, ſi quidem ab Vrbe inſtituatur. Etenim ultra extremum orbem terræ, quę incolitur, alium uelut in urbis munitione, duxiſtis ſecundum, qui tortuoſior eſſet, & facilius cuſtodiretur; in eoq́ muros & urbes limitaneas condidiſtis, quas colonis alias alibi compleuiſtis, artes illis & artifices, reliquumq́ue apparatum ſubminiſtrãtes. Ille uerò quaſi foſſa caſtra cingit, nec uel decem, uel uiginti, uel etiam pluribus paraſangis huius orbis ambitum

[i] deeſt πολιτεί-ας ante τὴν ἅ.

ambitum definire poſſis; ſed & Aethiopiæ partem eam, quæ incolitur, & hinc Phaſim, Euphratem ad ortum, ad Occaſum uerò maximam illam & extremam inſulam in mœnium ambitu licet ponere. Ea uerò nec bitumine nec latere coctili ſunt extructa, neque tectorio relucent, quanquam & hæc ſingulis locis non leuiter uſurpata ſunt, & lapidibus, quod Homerus de pariete domeſtico dixit, exactè compacta, magnitudine immenſa, & ſplendore illuſtriſſimo cõſpicua; maior autem & auguſtior orbis omnino frãgi aut ſolui nequit, reliquis longè præradians, nec ullum habens ſimile conſtructionis exemplũ. Hæc autem mœnia defendunt uiri nunquam fugere ſoliti, atque ea ratione, quam in Myrmidonib. ponit Homerus, cum pariete ſupradicto collatam, inter ſe omnibus belli inſtrumentis conglutinati. Ac galeæ primùm ita ſunt inter ſe connexæ, ut ne ſagitta quidem poſſit inter eas tranſire; ſcuta deinde in caput ſublata facilè curricula ſublimia ſuſtinerent, quæ ſint adeò urbanis firmiora, ut etiam equitibus ſufficiant, & græcum Euripidis campum uerè repræſentare poſſint. thoraces uerò ſic ſibi inuicem cohærent, ut ſi uel nudum hominem in medio poſueris, ſufficiant ei ut ad medium pertingant, utraque latera. tela deniq́, quaſi cælitus eſſent delapſa, ſe mutuo comprehendunt. Ac tali quidem compage orbis uterque, tam qui tranſitus & mœnia complectitur, quàm qui totam reſpicit terram, conſtat. Itaq́ cum Darius olim cum Artapherne & Datide unius inſulæ urbẽ una indagine ceperit, uos totũ, ut ita dicam, orbem indagine complexi, communibus [k] eius tum ciuibus tum hoſpitibus conſeruatis, quos ut dicebam, ex omnibus delectos produxiſtis, cum ſpe facta ijs, qui fortiter ſe gererent, fore ut eos non pœniteret (nam [l] & primùm quenq́ inter patricios fore, & ſecũdum altero loco, & reliqua loca pro dignitate quẽque adepturum, ſiquidem heic non uerbis, ſed factis, de uirtute iudicium fieret) tum exemplis eorum illuſtribus propoſitis, adeò ut omnes & ignauiam pro damno, & facta pro conſequẽdi uoti occaſione habeant, atq́ ut contra hoſtes unanimes ſunt, ita inter ſe per omnem uitam de priore loco decertent, ſoliq́ inter omnes homines hoſtium occurſum exoptent. Quo fit ut, ſi quis ad exercitium & ordinem militarem reſpiciat, iuxta Homericum illud exiſtimet,

—quamuis decies tot
Sint hoſtes numero,— omnes ad unum confeſtim [m] captum iri; ſin plenitudinem ac delectum conſideret, Ægyptij factum illud recordetur, cum Cambyſi regionem diripienti ac templa uaſtanti glebam & aquæ Nili calicẽ è muris Thebanis extulit, innuens eũ donec Ægyptum & fluuium Nilum diripere & abducere nõ poſſet, nec Ægypti diuitias ablaturum eſſe, ſiquidem ipſis, dum hæc manerent, alia totidẽ cõfeſtim eſſent ſucceſſura, nec unquam inops redderetur Ægyptus. Idem ſanè de [n] ueſtro quoq́ exercitu exiſtimari ac dici poteſt, donec

Dixit) Iliad. π. ὡς δ' ὅτε τοῖχος ἀνὴρ ἀράρῃ πυκινοῖσι λίθοισι.

Ponit) Ibidem, ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

In Phœniſſis.

Vrbe) Eretriã.

k αὐτῆς pro αὐτοῖς.

l ἐγ γὰρ pro ἐγώ.

m πληρωθεῖσαι pro λειφθεῖσαι.

n ὑμετέρου pro ὑστέρου A.

regionem ipſam nemo queat funditùs euerſam auferre, ſed orbem terrarũ locum ſuum obtinere ſit neceſſe, nunquam uobis milites defuturos, uerùm ex omni terra quantocunque uelitis numero ſuppeditaturos. Quin etiam in militari diſciplina reliquorum omnium inſcitiam coarguiſtis. Nec enim eam contra hoſtes duntaxat milites ac duces, ſed contra ſe primùm exercere iuſſiſtis. Ita fit, ut quotidie ſtent in acie, nec unquam quiſquam loco cedat, ſed ut in æterno aliquo choro, ſtationem ſuam quiſque cognoſcat, atque ſeruet, & inferior ut ſuperiori non inuidet, ita quibus ipſe præeſt, eos rectè gubernet. Atque hoc mihi dolet, alios id de Lacedæmonijs prius dixiſſe, eorum exercitum præter paucos, è ducum ducibus conſtare; cum id uobis reſeruari ac primùm tribui debuerit, quod ille ante tẽpus protulit. Verùm enimuero Laconicus exercitus tantum ferè numerum complectitur, quantus facilè ad id, ut omnes ſint duces, ſuffecerit: ſed cum in tanta ordinum & gentium quas uel enumerare ſit difficile, copia, ab uno, qui cuncta peruadat & perſpiciat, gentes, urbes, caſtra, duces ipſos, exorſis, in uno, qui quatuor imperet uiris (nam quæ in medio ſunt interiecta, omittimus) deſinere[o] & ut in fili glomo, ſemper à pluribus ad pauciora deuenire cõtingat[p] itaque alios ſub alijs collocatos ad finem uſque euoluere; id ſanè omnem ſuperat humanum ordinem. Quocirca Homericum illud paulum immutatum lubet proferre:

Tale[q] equidem ſummi Iouis imperium eſſe putarim:

Etenim ubi unus tot imperat hominibus, qui autem ſub ipſo ſunt miniſtri & legati, ut ipſo longè inferiores, ita reliquis, quorum curam gerunt, longè ſunt ſuperiores, omniaq́ue ſine tumultu modeſtè peragunt, ſublata quidem inuidia, iuſtitia rurſus & pudore ubique introductis, nec uirtutis fructu quiſquam caret; omnino debet hic uerſus locum habere. Quid quod ne urbis quidem ipſius adminiſtrationem uidetur ad aliorum hominum exemplum inſtituiſſe. Tres enim ferè Rerump. ſpecies numerari ſolebant, duæ binomines, ſecundum præfectorum mores utraque conſiderata, Tyrannis nempe & Oligarchia, tum Regnum & Ariſtocratia; tertia uerò Democratia, ſiue illa rectè, ſiue ſecus adminiſtretur. Has autem inter ſe partitæ ſunt ciuitates, prout cuiuſque ferebat uel conſilium, uel fortuna. At ueſtra nihil habet harum ſimile, ſed inſtar temperamenti reliquarum, peioribus tamen omiſſis, excellit. Quare ſi quis ad populi potentiam, qua facilè quod uult conſequitur, reſpiciat, Democratiam prorſus iudicabit eſſe, niſi quòd minus peccat populus: ſin Senatum, qui conſilio præeſt & magiſtratus gerit, ſpectet, nullum putabit ſincerius Ariſtocratiæ genus reperiri poſſe: ſin denique principem ſummum conſideret, qui & populi uotis ſatisfacit, & Senatui imperium ac potentiam tribuit; eum uidebit perfectiſſimum obtinere Imperium

Alios) Thucyd. libro quinto.

o deeſt καὶ ante ὥσπερ A.

p καὶ ὅτω pro τούτω.

Odyſſ. δ. Ζηνός που τοιήδε γ᾽ ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.

q τοιήδε γ᾽ pro ἥδε γ᾽.

periũ, qui ſit & [r] tyrannici uitij expers, & regia maieſtate maior. Atqꝫ hæc uos & in externis rebus & in Vrbe ipſa ſoli rectè potuiſtis hoc modo diſtinguere & conſiderare, cum ſoli, ut ita dicam, ſecundum naturam imperetis. Etenim qui ante uos potentia polluerunt, ij domini & ſerui aliorum alij uiciſſim, atqꝫ adulterini imperatores fuerunt; quippe qui locum uelut in globo [s] mutarent, ſicut Macedones Perſis, Perſæ Medis, Medi Syris paruerint. At uos, ex quo principes habuerunt, omnes cognoſcunt. Itaque tanquam ortu liberi, & ad imperandum continuò nati, omnia quæ eò pertinerent, ritè uobis comparaſtis, & Remp. qualem ante hac nemo, conſtituiſtis, legibus, & ordine perpetuo ſingulis tradito. Quod autem iampridem mihi ſuccurrit, & ſæpe ad ipſa uſqꝫ labra progreſſum, hactenus ab oratione dilatum eſt, id nunc oportunè mihi dicturus uideor. Quantum enim totius imperij magnitudine, potentia, & reip. inuentione reliquos [t] uiceritis, antè dictum eſt. illud uerò rectè nunc adijcietur, qui ſuperioribus temporibus plurimum terræ ſuo occupabant imperio, eos gentibus ipſis tanquam nudis corporibus imperaſſe. Quando enim tot urbes terra mariqꝫ, uel tam ornatę extiterunt? quis illorum cuncta ſic peruaſit, ut urbes diebus annumeraret, aut etiam eodem aliquando die duas uel tres quaſi uicos percurreret? Quocirca non ſumma tantum imperij longè à uobis illi ſuperantur, ſed & cum ijſdem quibus uos, imperarent, non tamen æquales nec ſimiles eos rexerunt, quandoquidem illorum genti cuilibet, uos eiuſdem ciuitatem nunc poteſtis opponere. Itaqꝫ meritò illi tanquam ſolitudinis ac pręſidiorum reges fuiſſe, uos autem ſoli ciuitatum principes eſſe dicemini. Nunc & Græcæ ciuitates omnes ſub uobis exurgunt, ipſarumqꝫ donaria, artes, & ornamenta omnia uobis tanquam in ſuburbanum decorem cedunt; & cum litora marina, tum mediterranea loca urbibus partim extructis partim adauctis tam ſub uobis ꝗ̃ per uos, plena cernũtur. Ionia uerò, quę olim fuit cõtrouerſa, præſidijs & ſatrapis nũc liberata, pulcritudinis magiſtra ante omnes iacet; quæ quantum prius alias gentes gratia uidebatur & ornatu uincere, tantum nunc ſeipſam ſuperauit. Illuſtris autem & magna illa Alexandri in Ægypto urbs ueſtri imperij ornamentum, uelut mulieris diuitis monile, uel inauris in cetero mundo, extitit. Iam Græcos quidem tanquam nutricios curatis, & eos tum defenditis, tum quaſi lapſos erigitis partim præſtantiſſimis ipſorum & priſcis principibus, liberis dimiſſis, partim alijs moderaté, ſumaqúe cum parſimonia prouidentiaquè gubernatis; barbaros autem pro ſuo quenque ingenio uel clementius uel aſperius regitis, prout hominum principes equorum magiſtris cedere non decet, uerùm pro indole comperta ſingulos gubernare. Quin iam uniuerſus orbis quaſi nundinas celebraret, antiquo ferri geſtamine depoſito, ad [u] comiſſationes omnemqꝫ lætitiam liberè ſe

r τυράννου pro τυραννίας O.

s μεταλαμβάνοντες pro λαμβάνοντες A.

t ὑπερβάλλοι pro ὑπερβαλεῖς A.

Præſtantiſſimis) Athenienſibus.

u κώμων pro κόσμων.

conuertit; & ut reliquæ contentiones omnes deſierunt, ita hæc ſola cunctas urbes fatigat, ut quàm pulcerrimæ ſibi & quàm ſuauiſſimæ ſingulæ uideatur. Omnia porro gymnaſiis, fontibus, porticubus, tẽplis, officinis, & ſcholis referta ſunt, ut iam uideatur orbis uel ut à ruina recuperatus eſſe. Neq; uerò deſinunt unquam ad illas à uobis donа mitti, neq; feliciores unquam ulli fuerunt, propter ueſtram æqualem erga omnes humanitatem. Atq; urbes primùm ſplẽdore & gratia relucent, tota q; terra eſt inſtar paradiſi exculta. Tum fumi campeſtres, & faces tam hoſtiles quàm amicæ, tanquam uento extinctæ, ultra terras & maria omnia receſſerunt, ſubſtituta omni ſpectaculorũ

Ignis) qui ante Impp. deferebatur, teſte Herodiano. uenuſtate, & infinito certaminum numero. Quo fit, ut ſacer ac perpetuus ignis nunquam à ferijs ceſſet, uerùm alias ad alios tranſeat, & alicubi ſemper appareat, quandoquidem eum promerẽtur omnes. At hi ſoli, ſi qui forte ſunt, qui ueſtro non continentur imperio, miſeratione digni uidentur, quippe qui tantis careant bonis. Iam quod ab omnibus dicitur, terram eſſe communem omnium matrem atq; patriam, id uos optimè oſtendiſtis; ſiquidẽ nunc & Græco licet & Barbaro cuiuis, ſiue quid ferat, ſiue nihil, quocunq; libuerit quaſi ex patria in patriam commeare, nec uel Cilicum fauces, uel anguſti & arenoſi per Arabiam in Ægyptum tranſitus, uel montes inuij, uel fluuij immenſi, uel gentes barbaræ intractabiles terrorẽ cuiquã adferunt, ſed ad omnem ſecuritatem ſufficit omnibus, ut Romani ſint, uel ſaltẽ uobis ſubiecti: & quod Homerus cecinit,

Iliad. ο. *Terra tamen communis erat,*——

id uos opere compleuiſtis, terramq; omnem dimenſi, pontibus uarijs fluuios iunxiſtis, monteſq; excidiſtis, ut equitabilis fieret terra, et ſolitudines diuerſorijs repleuiſtis, cunctaq; diætæ & ordinis beneficio manſuetiora reddidiſtis. Quapropter eam uitæ rationẽ, quæ ante Triptolemum uſurpata fertur, eandẽ fuiſſe exiſtimarim, quę ante uos in uſu fuit, durã uidelicet atq; agreſtẽ, & à mõtana parũ diſtantẽ: manſuetã uerò illam, & quæ nunc uiget, ab Athenienſib. quidẽ initiũ cepiſſe, à uobis autem pariter ſecundis, quod aiunt, melioribus. eſſe cõfirmatam. Nulla nunc terræ deſcriptione opus eſt, nec ſingulorũ leges recenſere quicquam attinet, poſtquam uos communes omnium

x ἀνέντες pro ἀνιέντες A. orbis explanatores extitiſtis, ˣtotiuſq; terræ portis apertis, unicuiq; quod uellet, inſpiciendi poteſtatem feciſtis, publicisq; legibus latis, ea quæ prius narrabantur iucundè, non item cogitabantur, ſuſtuliſtis, nuptiaſq; communes, & orbis totius tanquam domus unius adminiſtrationem inſtituiſtis. Et quemadmodum narrant poetæ, ante Iouis principatum ſeditione ac tumultu fuiſſe omnia perturbata, ipſo autem rerum potiente eſſe compoſita, Titanibus in infima terræ loca ab ipſo, & qui cum eo erant dijs, expulſis, eodem modo de ijs quoque, quæ tum ante uos, tum à uobis geſta ſunt, ratiocinari

ratiocinari liceat, ita ut ante ueſtrum imperiũ cuncta ſurſum ac deorſum temerè ferri cõſueuerint, uobis autẽ rerũ gubernationi admotis, tumultus ac ſeditiones ceſſarint, & ordine atq; luce in uitã atq; Rem. introductis, leges extiterint, ac deorũ arę fidẽ habere cœperint. Nã antea quidẽ ut parentes execabant, ita terrã proſcindebãt, & liberos nõ [y]execabant, ſed in tumultib. ac ſacris tam alienos q̃ ſuos perdebant. At nunc & terra & eius incolæ plena fruuntur atq; communi ſecuritate, & ut ab iniurijs perferendis liberati ſunt, ita rectæ gubernationis multas nacti uidentur occaſiones. Quin etiam dij ipſi ſtudioſę uobiſcum iſtud imperium moderari, eiuſq; firmam efficere poſſeſſionem uidentur: Iupiter, quòd orbis terrarum, præclari ut aiunt operis, præclaram curam geritis; Iuno, quòd legitimis honoratur [z]nuptijs; Minerua & Vulcanus, quia artes excoluntur; Bacchus & Ceres, quòd ipſorum fructus non læduntur; Neptunus, poſtquã à naualibus prœlijs purgatum eſt mare, & holcades cum triremibus commutauit. Iam Apollinis, Dianæ, & Muſarum chorus [a]nunquam nõ miniſtros ſuos in theatris conſpicit. Mercurius quoq; nec certaminibus nec præmijs ſuis fraudatur. Veneris autem ſaltationũ & gratiarum quando maior unq̃ in urbibus uſus fuit? Aeſculapij uerò & Aegyptiorum deorum dona latiſsimè nunc inter homines diſtribuuntur. Quin nec Mars à uobis neglectus eſt, neq; ne perturbet omnia, quemadmodum cum in Lapitharum cœna fuit omiſſus, metuere debetis, quandoquidem foris ad fluuiorum ripas perpetuam exercet choream, à ſanguine arma præſeruans. Qui autem omnia conſpicit, Sol, cum nihil apud uos iniquum nec uiolentum, qualia prius multa, uideat, meritò iucundiſsimè ueſtrum intuetur imperium. Quid quod & Heſiodus uidetur, ſi quidem æquè ac Homerus, in poeſi & rerum futurarum ſcientia excelluiſſet, quemadmodum ille ueſtri imperij ortum non ignorauit, ſed in uerſibus ſuis prædixit, ita & ipſe, non ut nunc, cum ab aurea ætate exorſus eſſet, extremæ & ferreæ exitum eum præſtituturus fuiſſe,

Poſtquam ſæclari caneſcent tempora turba,

ſed ueſtri imperij conſtitutionem; ut ad eius exordium perituram eſſe gentem ferream, reductis in terram iuſtitia & pudore, diceret, eoſq;, qui ante uos nati fuiſſent, miſeratione proſequeretur. Iam cùm ſemper, quæcunq; apud uos extant, præclara ſunt, ut à uobis introducta, & deinceps magis ſemper confirmata; tum qui nunc eſt Auguſtus Imperator, tanto interuallo priores [b]& patrem, tanquam pugil eximius, ſuperat, quantò, quod uix dici poſsit, reliquos. Ac quicquid ille iudicauerit, id pro iuſto ac legitimo rectè haberi poteſt. Quod autem eſt omnium maximum, filios habet imperij participes, ſibi ſimiles, maiore numero, quàm maiorum quiſquam. Verũ enimuero quod initio ſuſceptum fuit certamen, ut imperij magni-

y κατέκτεινον pro κατέτεινον A

z γάμων pro γάμῳ A.

a ὑπὸ τῶν διδασκάλων pro ὑπὸ τῶν A.

Prædixit) Iliad. v.

Libro primo.

b deest καὶ ante τὸν A.

Imperator) M. Aurel: Antoninus.

c πειθοῦσαι pro πεισθεῖσαι A. tudini [c] exæquaretur oratio, longè difficillimum eſt, ac tantundem propè temporis requirit, quantum eſt ipſius imperij, quod equidē æui totius ut ſit, opto. Quare præſtabit, ut eorum exemplo, qui Dithyrambos ac Pæanes conſcribunt, precibus uotiuis hunc ſermonē finiamus. Omnes itaq; dij deorumq; filij nobis inuocentur, & efficiant, ut hoc imperium & hæc urbs perpetuò floreant, donec aut laminæ ferreæ mari [d] innatent, aut arbores uere florere deſinant; unà cum Imperatore ſummo, eiuſq; liberis, ut incolumes publicam ſalutem procurent. Atq; ego quidem facinus abſolui: rectène uerò, an ſecus, uobis iudicandum relinquo.

d νέειν pro δύνειν.

IN SMYRNAM ORATIO.

Coram Impp. M. Antonino, & Commodo F. habita eſt.

QVANQVAM impar eſt inter ciues atq; exteros dicēdi ratio, cum hi quidem plus dicere, quam demonſtrare, nos uerò nihil dicere, quantum demonſtrare poſſimus; legi tamen parendum eſt, cum præſertim iſtorum quoq; mandatum acceſſerit. Veruntamen heic quoq; lucrum ciuitati proponitur, idq; cum minimo dicentis periculo cōiunctum. Vt enim hic eo citius uidebitur ceſſiſſe, quò pulcriora, quæ uidentur oculis, apparebunt, adeò ut cū reprehenſione ueniam ſimul mereri poſsit; ita ciuitati glorioſum eſt, ſi, cum tot ac tanta poſsit oſtendere, non ijs tantū, quæ ſpectantur, ſed & habitis de ſe orationibus nitatur. Non enim noua hæc urbs felicitate fruitur, uerùm à maioribus accepta, ſibiq; ipſa colonia eſt ac metropolis, cum ab antiqua ſit tertia. Sicut enim ſtatuæ & ſermones accurati ſecunda demum tertiaq; manu abſoluuntur, ſic oportebat urbem eam, quæ tertio extructa eſſet, perfectam habere pulcritudinem. iamq; eadē & antiquiſsima fuit, & nouiſſima, poſtquā ſeipſam, uelut auis ſacra, reparauit. Ac prima quidem urbs in [a] Sipylo extruitur, ubi & deorum thoros, & Corybantum circum Iouis matrē choros aiunt extitiſſe. Adeò autem dijs fuit initio grata, ut ij ſimul cū heroibus certatim in eam dona contulerint, paſsim epulantes, quemadmodum narrant poetæ. Atq; illam quidem nunc incolunt nymphæ, & poſtquam ſubijt, ut aiunt, paludem, ſub mari iacet. Altera uerò poſt hanc ſub Sipylo habitabatur ad marginem ripę, medio inter antiquā & iſtam, quæ nunc eſt, loco; quæ huius comparatione nunc antiqua dicitur. Verū illa tanquam in uilioribus figmentis hanc huius oppidi conſtitutionem meditabantur. Tertio deniq;, ut poetæ dicunt, pedato mota urbs, hanc unam figuram accepit. Iam uerò populus is, qui eſt antiquiſsimus, Vrbi cōnatus eſt; poſtquā aūt colonos etiam

a σπύλῳ pro πύλῳ.

etiam recipere uoluit, hos quoque ab ĳs, qui in altera continente eſſent indigenæ, accepit, Græcisque oppoſitis eſt diuino quodam modo cõmiſta, datis uiciſsim & acceptis conditorib. Nam & Pelopo nneſo cognominem dedit, ac no minis gloriam tribuit, & ex Athenis Erechthidas poſt geſtum cum Amazonib. bellum, ac poſtea poſteriores accepit. Duplicem uerò metropolis fructũ perceperũt, delicias quidem quotidianas, bellicam aũt audaciam maiorẽ, q̃ plerisque conducat experiri. Quocirca & poetæ quidã olim Smyrnæũ hunc morem appellarunt. argumẽtum huic rei unum ſufficiet, cuius etiamnũ monumentum uidebis. Etenim primò uere, cũ agũtur Dionyſia, ſacra Baccho triremis per forum circũfertur: quod quidem eſt huius rei, quam dicã, ſignum. Cũ aliquãdo Chĳ ad Vrbem nauigaſſent, quaſi uacuã inuaſuri, quandoquidem ciues in monte aberant; [b]poſtque ab illis deſcendentibus ipſi ſunt è nauibus conſpecti, nonà ſpe tantũ omni ſunt fruſtrati, ſed & naues inſuper perdiderunt, cum hi Pyrrhicam Baccho uerè ſaltaſſent, atque in illorum corporibus Dionyſia peregiſſent. Atque hoc quidem rerum eſt ab Vrbe geſtarum cõdimentum, & aliorum, quæ neceſſariò relinquenda ſunt, quaſi ſpecimen; ideóque à multis celebratur. Cũ uerò alia quoque certamina liceat permulta narrare, tum ea, quæ poſtremò uobiſcum & pro uobis ad omnẽ occaſionem ſuſcepit, difficulter breui tẽpore exponi poſsint. Sed quid in his immoramur? Quarũ enim urbium in ſermonib. aut narrationib. laus conſiſtit, ex huc meritò ſpectare debent: quæ uerò ſpectatores primo capit intuitu, nec antiquitates ſcrutari permittit, cur eam ab ĳs, quæ prӕterierunt, celebremus, ac non potius tanquã manu prehenſa eos circunducamus, teſtesque dictorum faciamus. Si enim alicuius imago urbis in cælo deberet apparere, uelut Ariadnæ aiunt coronã, alia que tum fluuiorũ tum animalium dĳs dilectorũ ſimulacra; hanc equidẽ exiſtimo ceteris prælatum iri. adeò uidetur exemplar quoddã urbis eſſe, nec uel poeta ciue, uel alia ad cõ mendationẽ arte indigere, cum ipſa ſui amorem omnibus conciliet, ac per ſe cogat, oculos non aures delectans. Etenim ſuper mare extenſa eſt, perpetuum emittens pulcritudinis florem, quaſi non paulatim conſtituta ſit, uerùm tota ſimul è terra emerſerit. Magnitudinem uerò non pro neceſſitate uel occaſione ſortita eſt, ſed ubique ampla, ſibique ſimilis conſpicitur, & magnitudinem pro incremento pulcritudinis habet: neque multas eſſe urbes dixeris diſperſas, ſed unam multis reſpondentem, eamque ſibi cõformem & concordem, nec aliter, atque in humano corpore, aptas toti partes exhibentem. Iam ornamenta, quæ tum in ipſa, tum circa ipſam uiſuntur, æquè ſunt & multa & ſplendida, atque omnium maximè exoptanda. Quinimo tota, ſicut ueſtes uariæ, quaſi è ſignis conſtat. Siquidem ab occaſu ad ortũ proceſſeris, è templo in templũ uenies, età colle ad collẽ per uicos pulcerrimos. Quodſi in arce cõſiſtas,

Cognominem) Pelopem.

b κάτω ἐκ τῆ pro κατὰ τῶν Ο.

tum & mare ſubterfluit, & ſuburbia appellunt, & utriſque Vrbs permiſta, tribus iucundiſsimis ſpectaculis animum perfundit: nec habet quis, ubi oculum figat, quem ad ſe ſingula, tanquam in uario monili, attrahunt. Cum ab arce deſcenderis, ortui expoſita loca te excipient, ac primùm templum pulcerrimum præſidis [e] deæ. Quæ autem deinde ſequuntur, ne ſenex quidem poſſet memorare cōmodè. Nam omnia deinceps ad litus uſque gymnaſiis, foris, theatris, mœnibus, portubus, alijſque ornamentis tum arte tum natura factis certatim reſplendent: nec quicquam uel ſpectaculo uel uſu caret. Ac lauacra quidem tot ſunt, ut penè dubites, ubi lauare uelis: curricula uerò omnis generis, partim in urbe media, partim in finibus, eaque inter ſe præſtātia. Fontes deinde tot ſunt, quot ædes, ac plures etiam: tum uici pro foris, ijque quadrifariam ſe inuicem ad recipiendum Solem ſecantes, atque adeò, quod mox negabam, multas propemodum urbes, ac ſingulas imaginem totius, deſcribentes. Auræ uerò tum [d] uernæ tum æſtiuæ etiam luſciniarum ac cicadarum poeticarum dulcedinem ſuperant; aliæque alia peragrantes loca, nemoris inſtar urbē totam reddūt. Quæ nam uel pictura uel ſculptura poſſit hæc exprimere? Quin perpetuò tanquam in ſolennem exornata pompam, & priuato renidet & publico apparatu, Perſico elegantius tentorio ſpectaculū. Animi prætereà uoluptates nunquam heic deficiunt, nec Muſarum ulla, quæcunque ciuitates hominum frequentant, caremus. nam & indigenæ ſunt, & aduenæ multæ: adeò ut diſciplinarum quidem ratione larem hunc regionis facilè dixeris. Theatra uerò uaria, tū ad certamina tū ad alias oſtentationes cōparata, magno ſunt numero. ad hæc opificia omnis generis, mariſque ac terræ prouentus æqualis. Denique utrique hominum generi ſola hæc urbs eſt cōmodiſſima, ſiue qui in ocio ſtatuūt degere, ſiue qui tacitè philoſophari uolunt. aptas enim laboribus recreationes habent, ita ut fatigari non poſſint. Iam qui pro foribus eſt ornatus ciuitatis, inſtar Cōpitalitij Apollinis, Meles cognominis, nymphas è finib. per ſpecum [e] deducit in mare, ut illæ cū lauacrū habeāt perenne, tūā Nereo Nereides modico recipiātinteruallo. Pariter aūt ex antris, ædibus, arborib. atque etiā ex medio flumine Meles exilit, & ad mare progreditur. Ac ſuperiores quidem eius fontes circulari ſunt figura, & monili ualdè ſimiles, quemadmodum ſequentia Euripo: ad oſtia uerò minimū ſtrepit, ac mitigata fluxione leniter miſcetur: & occurrente quidem ex uentis mari eleuato, diſcedenti uerò comes, utriuſque monſtrat aquæ ſuperficiem, ut difficilis ſit concurſus animaduerſio. Quinimo piſcium abundātiam, qui quidē cicures ſint, & in ripa cum hominibus epulentur, & ad tibiam ſaltēt, atque inſultent cōuiuiis; cū uel pueri narrare poſſunt, tum omnib. uidere licet. pulcriores aūt fluuij partus, & cū omnibus urbibus communes, in Homero, communi Græcorū nutritio & amico, tam à patrib.

quàm

[e] θεῦ pro θεᾶς.

[d] ὑμναῖτι καὶ θεεῖναι pro ὑμναῖτι καὶ θεωρεῖναι.

Larem) ſtirpē, & originem.

[e] deeſt τινῶ poſt θάλατταν.

quàm à puero cuiq;, iure ponentur. Quocirca meritò ſinguli ad Meletis, ut apud illũ Sperchij, fontes orationum tanquã crinium primitias obtulerint, & Homeri cauſa fluuium celebrent. Melete traiecto, Neptuni campus occurrit; quod eſt urbis donum, ſimile, meo iudicio, ac diſsimile Theſſalico. Nam ut illic diductis montib. planã reddidit Theſſaliam, emiſſo ex palude Peneo; ita heic de montib. mare reduxit, reſpondentẽ terreno marinũ ornatum Vrbi concilians. nec uerò limũ reliquit, aut ſolũ duntaxat fixit; ſed ſiue fodias, ueteris apparent naturæ ueſtigia, ſiue in ambitũ circunſpiciàs, in quẽ olim incubuit mare,[f] ſiue etiam per fontes progrediaris, litoralis ager, idq; in fine. Poſtquã paulum proceſſeris, rurſus Vrbs quaſi deducens apparet, meliusq; iam heic eius ornamenta ſub numerum ac menſuram cadunt. nec quiſquã adeò feſtinat, & ulterius uiam ſpectat, quin habitu mutato, ea quæ ante oculos ſunt, ad dextram collocet, quæ aũt ad ſiniſtram, ante oculos. Trahit enim nos ad ſe Vrbs, uelut ferrum Magnes lapis, ac uoluntaria neceſsitate capit. Eodem autem modo ſe habet Vrbs ad exteriora, quo hæc ad ipſam. Nam ſiue quis ex urbe ſpectet ſuburbia, ſiue ex his illam, æquè nunquam ſatiari poteſt. Atque huic ſanè urbi ſoli damnoſa fit gloria, cum nemo, qui de ipſa narrantem quempiam audiat, totam poſsit aſſequi. Nec immeritò decretum uideatur fieri poſſe, ut, quemadmodum eos aiunt, qui ſunt à uipera morſi, nemini, niſi qui ſit idem expertus, indicare uelle, ita nec Vrbis pulcritudinem cum quoquam quis communicet, præterquã qui eam uiderit, aut mox uiſurus ſit, apud alios uerò, tanquam profanos, non temerè efferat, uelut ij, qui amori dãt operam, pueris ægrè quicquam exponunt. Ac poeta quidem aliquis hoc fortaſſe delectationis cauſa diceret, portum quidem umbilicum Vrbis occupaſſe, mare autem oculum, non minus ijs, qui fines utrinq; incolunt, quàm[g] accolis cõſpicuum: tum arcem quidem undiq; ex Vrbe eminere, mare autem quaſi baſim triangulum ſubtẽdere, hactenus à Melete ad ortũ diſcedẽs, quatenus flexui ſufficiat ſed[h] hęc quidem, inq;, per partes aliquis illuſtrare poſsit. gratiam uerò per omnia more Iridis extenſam, quæq; Vrbem inſtar lyræ tum ſibi tum externis ornamentis conſonam reddit; & perpetuum inſtar æris Homerici ad cælum uſq; pertingentem ſplendorem, quis nam uerbis conſequi poſſit? non ita nec Meles præclaros habet liberos, nec eloquentia quiſquam ualet. Quinimo ſola inter omnes urbes ſpectatorem, non auditorem poſtulat, nec tam ſpectatorem, quàm conuictorem perpetuum, ſi quis ipſam probè perſpicere uelit, laudumq; mercedem indidẽ reportare. Ego uerò hoc tantùm addam. nam cum de ſpecu ſinus paulo ante mẽtionem aliquam fecerim, de toto parum reſtat. Exactè enim Vrbis nomini reſpondet, nec alteri conuenit. Etenim ſi tranquillitatẽ, uſum, pulcritudinẽ & figurã ſpectes, ſinus eſt; ſin uim atq;

illum) Homerũ, de Achille loquẽtem, Iliad. ψ.

f διεξελαύνοντι δὲ ἐς ὥρας καὶ κρήνας.

g περιοικοῦσι pro περιοικοῦσιν.

h deeſt ταῦτα μὲν poſt ἀλλά.

Alludit ad uerſũ Homeri, Iliad. ς. χαλκοῦ θεσπεσίοιο αἴγλη παμφανόωσα δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἷκε.

effectum, mare externum. Cum autem unius nomen ſinus obtineat, in multos tamen ſinus quemadmodum tabulæ conuolutæ explicatur, alijs alios figurātibus promontorijs. Iam portus ac ſtationes infinitas habet, multifidis phialis ſimilis. adeò per exiguam peninſulam ubiq; portus habet, non paucorum dierum itinere, ſi quis ad ſingulos appellat. Ac mihi quidem huc orationem tēpus eſt appellere. nam de populo quid attinet dicere, cū ſis ipſe iudicaturus, &, ſi rectè facere uoles, expoſiturus pulcerrimè. Nunc quidem igitur tibi credo atq; alijs multis mediocriter dixiſſe me uideri; uerū iſta mox omnia minora deprehendentur: quales quidem offenſiones in lucro ponam.

PANEGYRICA CYZICENA ORATIO.

In ferijs dedicationis templi habita eſt, iubente in ſomnijs Aeſculapio. vide initium quinti Sacrorum ſerm.

CVM omnibus, ut exiſtimo, abundè ſuppetit hoc tempore dicendi occaſio, cum & Vrbs, ſi qua Gręcarum alia, ſtudio digna ſit, & res ea, propter quam has ferias inſtituitis, maxima omnium quæ unquam inter homines uiſæ ſunt, ac tempora longè optima atque præſtantiſſima; tum mihi uel maximè, eaque cum uitæ noſtræ conſuetudine coniuncta. Aeſculapius enim cum dicere me iubeat, iam nec imbecillitatē corporis apud ipſum ſeruatorem licet cauſari, nec argumenti magnitudinem, tanquam uiribus maiorem, pertimeſcere; ſed, ut ait Pindarus, Deo monſtrante uiam, nihil erit quod nos impediat: alioquin etiam non primùm nunc eius uires experimur, uerùm & antè ex multis rebus magnisq;, ac noſtris quidem, non alienis cognouimus, quanta ſit eius facilitas erga eos etiam, qui prorſus inepti uidentur, nec illos tantùm qui quamuis ualdè laborent, deſperandi tamen neceſſitate carent. Quapropter equidem adeò confido fore ut alteri res hæc curæ ſit, ut ſubitò dicam quodammodo, niſi quod etiamnum ſcribo, nec omnino memoriter pronuncio. Nam nec antea cognoui, dicendum mihi eſſe, quàm cum dicēdum iam eſſet, & qui hoc imperauit, is omni apparatu mihi potior eſt. Exiſtimo autem non eodem modo ſe res magnas, atque maria habere. ut enim hęc, quo maiora ſunt, eo grauiorem adferunt metum, ita illæ iuuant nonnunquam, cum eas undique liceat, inſtar monilis, apprehendere, nec difficulter quiſpiam, niſi prorſus infelix, ne nihil egiſſe uideatur, cauere poſſit. Nunc autem Hyperboreos etiam de oraculo Cyziceno inaudiſſe credò, ac de teſte felicitatis Vrbi euenturæ; qui alijs ciuitatibus interpres, huic etiam autor eſt. alias enim urbes per conditores quoquo uerſum dimiſſos cōdidit, huius ipſe protinus fundamenta iecit. Quocirca meritò felix eſt cenſenda Cyzicus, quę à tali ſit orta principio, ac ad talem conditorem ſimul atq; teſtem referatur.

Teſte) Apolline.

ratur. Aptum autem à Deo cognomen illi tributum eſſe, quicunque ad ſitum eius ac naturam totam reſpexerit, facilè cognoſcet. adeò tam terrena quã marina omnia cõueniunt. Iacet enim ante Aſiam, ab inſula incipiens, & in continente deſinens; ab altera parte Euxinum põtum, ab altera Helleſpontum ſibi præpoſitum habens; copula quædam maris utriuſq;, aut omnis potius, per quodcunq; homines nauigant. Nunq; autem ad eam, uel circum aut præter ipſam nauigare deſinunt nautæ, quin alij quidem in mare per Vrbis inſulas, tergis uento expoſitis, ferantur, alij uerò ad ipſam decurrant ac recurrant. Atqui ſi Corinthum poetæ beatam duxerũt uocandam, quòd in Iſthmo ſita, eos, qui ad utranq; Peloponneſi partem tendebãt, exciperet; huic utiq; certum eſſe debet ius iſtius cognominis. Cum enim in medio iaceat mari, omnes eodẽ cõgregat, eos qui ab exteriori ueniũt mari, ad interius, ac rurſum qui ab interiori, ad exterius deducẽs, quaſi umbilicus quidam eius, qui inter Gades ac Phaſin eſt, loci. Contigit quidem & alijs inſulis, ut copioſo mari circunflueręt, ac de Creta Homerus honorific' dixit,

—medio iacet inſula ponto: Odyſſ. τ.

uerùm hæc in eo longè excellit. Nec enim unius pelagi medium occupauit; nec multum illi tantũ, ſed & multiplex eſſe mare meritò dixerimus. Nam ad Boream quidem fontem quendam habet atq; originem omnis maris; ad occidentem autem fretum longiſſimum ſimul & uenuſtiſſimum. quod autem mediũ iacet & natura & loco, quęq; Propontis [a] eſt dicenda, id ipſa omne, ut ita dicam, complecuit. Atq; (a Sũ pro ſũ.) hæc quidem marina ſunt; quibus gemina reſpondẽt terrena. Ac terra quidem multa eſt & copioſa, quantaq; etiam continenti ſufficiat. multa ſunt autem genera, & plurimum à ſe diſtantia, ſingulis tamen ad optima contendẽtib. Nam & montes habemus agris aliorum fertiliores, & agros, qui non oppido uni, ſed gentibus aliquot ſatis eſſe poſſint: tum fluuios, lacus, paludes, ſaltus, ac deorum quaſdam delicias. Itaq; ſi quis omnia, quæ circum Vrbem uacant loca, uellet incolere, multas poſſet & circa paludes, & in litoribus, & in mediterraneis locis urbes extruere, quarum etiam nonnullæ ſe mutuo non cognoſcerẽt, niſi ſi deinceps eſſent ſitę. Ac mari quidẽ & terra ſic ſe habet Vrbs, ſecum inuicem ijs contendẽtib. nec magna nitentibus exemplorum copia. Quin & urbem ipſam tum inſulam poſſis, tum peninſulam appellare, atque adeò iuxta continentem pluſq; peninſulam. Cum enim nec ad collum trãſitũ habeat, nec ab anguſtijs progrediatur, ſed in lõgum iuxta continentem protenſa, utroq; crure cum ipſa continuetur; & Scyri ſuperauit exẽplum, & ſi quæ alia uel urbs uel inſula propemodum continens dici queat. Ac Siciliam quidem laudat Thucydides, (Initio ſexti.) quòd uiginti minimùm ſtadijs à continente diſtet: uerùm hęc tam procul à continente abeſt, ut uel inſula uideri poſſit, ac ſublatis

Pontibus) quibus olim iungebatur cõtinenti.

aggeribus & pontibus, ad eam ex continente liceat enatare. Quo fit, ut nec urbs, nec inſula maximis inſulis, Creta & Sicilia, ulla re ſit inferior. Iam publicorum ædificiorum decorem, totamq́ extructionem Vrbis & magnitudinẽ, nec tam inops uerborum quiſquam eſt, quin laudare poſſit, nec tam facundus, ut facilè explicet. Verum ego reliquis omnibus omiſſis, id, cuius me maximè decet meminiſſe, ſeligam. hoc namq; ſignum optimè mihi uidetur conditorem oſtendere, atq; eam dei alicuius eſſe opus, conuincere. omnibus enim dijs uidetur eſſe conſecrata, quemadmodum id quod Forum uocant. ac ueluti per ſortes dijs eſſet attributa, ita tota diuiſa conſpicitur, diſtinguentibus eam templis, quaſi pro eius ſalute dij inter ſe contenderent. Sacrificia uerò, pompę, ſupplicationes, & cultus deorum cum ſuis ritibus non longius quã Athenarum urbs, ab optima conſtitutione differunt. Quid quod etiam reliqua horum ſimilis eſt copia. Tantum enim Vrbi ſuppetit, ut & aliorum templis ac ornamentis qui eam dixerit omnia ſuppeditare, non debeat erubeſcere. Etenim ſplendida ſunt & omnibus communia, quæ poſſidet; nec uel Italia huius opes, uel Ægyptus tam lõginqua, uel Tyrrhenum mare, uel Syrorum ac Cilicum, ut poetæ dicerent, diuerticula contemnunt; nec ulla, ut ſemel dicam, gẽs eſt, ſiue continentem ſiue inſulas occupet, quæ non ab Vrbe ſit exornata. Nam Iones quidem & Æoles, & propè ſitas inſulas atque urbes quid attinet referre? Maximum eſt autem illud, quòd quemadmodũ periti curſores procul contendentes facilius aſſequuntur, ita uos quoque, poſtquam omnibus neceſſaria ſuppeditaſtis, ipſi poſtremi: atq; ad ipſam quidem nũc procellam uenio, nec quemadmodum pro ſtudio dicam, reperio: ueruntamen tãtum dicam, quantum mihi poſſim ipſe, cum dixero, ignoſcere. omnes enim propemodum, quicunq; ſimilia ſunt aggreſſi, tanquã pueros reddidiſtis, tanto opere excitato, quod & cogitatione complecti, inſanum, & perficere pluſq; humanum fuiſſet. Nec immeritò dubitare quis poſſit, utrum huc maior inſulæ pars tranſlata ſit, an etiam ſedem ſuam occupet. Sed & hoc, opinor, fatebuntur omnes, nec ciuitatis alterius, nec lapicidinæ, quàm ueſtræ, donarium hoc dici poſſe; quandoquidem nõ potuit ſufficere natura. Nam antea quidem ſolebant ex inſularum uerticibus conijcere uectores, & uel Cyzicum, uel Proconneſum, uel quaſcunq; aliarum uiderant, deſignare: nunc autem templum eſt montium loco. atq; adeò uobis ſolis nec lãpadibus, nec facib. nec turribus appellentium cauſa opus eſt, cum templum quicquid eſt aſpectabile, complexũ, urbem ſimul & incolarum magnanimitatem arguat, quamuis magnũ, pulcrius tamen, quã maius. Quod ſi etiamnũ Homerus & Heſiodus ſupereſſent, facilè credo, fabulam de mœnibus Troianis huc transferrent, ac dicerẽt, Neptunum pariter & Appollinem collata induſtria, opus iſtud Vrbi extruxiſſe, illo quidem lapides è profundo maris

Forum) deorũ, qui locus eſt Athenis.

præbente,

præbente, atq; etiam uecturæ facultatem, hoc autem, ut conditore, cum urbem ſuam tanto uellet incremento exornare. ac lapides quidem ſingulos inſtar templi totius eſſe dixeris, templum inſtar ambitus totius, ambitum autem urbi integræ ſufficere poſſe. ſin commoditatem & luxum ſpectes, pro ædibus trium cõtignationum ac triremibus templum maximum conſideres, quod cum alijs quidem comparatum, multiplex eſt, ſecum autem, natura triplum. Nam una pars eius eſt ſubterranea, ſuperior altera, media uerò, quæ uulgaris eſt. [b]Curricula uerò tum ſub terra ſita, tum penſilia, undiq; templum cingunt, quaſi non appendicis more, ſed conſultò in eam formam eſſent extructa. quæ quidem celebrare nihil eſt opus, uerùm ad geometras & inſpectores referre, qui quidem ad opus tantum dimetiendum ſint idonei. metuo enim, ut uel hi omnes accuratam rei cognitionem adipiſci poſſint. Nam ſi quis templi laudes omittat, etiã machinæ ac uehicula, quę cum antè non extitiſſent, templi uſus excogitauit, admirationi ſufficient. Quin etiam fortunæ cauſa gratulandum uobis cenſeo. Poſtquam enim optimũ omnium, quotquot hactenus fuerunt, regem aſſumſiſtis, ad finem ſimul opus ueſtrum his temporibus peruenit, in quæ res inciderunt omnium pulcerrimæ, ac pro quibus meritò tale honorarium, ſiquidem maius inuenire nõ erat, dijs ſtatueretur. Ac de eo quidem, quòd hi plurimos omnium maiores habuerint reges, deq; generis ipſorũ prima utrinq; origine, tum quomodo & ſub quibus educati ſint, deq; omnigenę eruditionis excellentia, cùm longum eſſet dicere, cum non facilè poſſet abſolui. quod autem in hoc conuentu maximè eſt auditu dignum, & ipſorum eſt unicè proprium encomium, atque omnium, quæcunq; in hominum memoria uerſantur, maximè mirabile, quodq; omnem ſimul & nobilitatem & eruditionem complectitur, ac nec priuatus quiſquam tacere poteſt, et ciuitas tota, cunctaq; hominum genera cum ſtupore admirantur, in eo, quãtum liceat, immoremur. Etenim hi prouerbium iſtud longiſſimè extenderunt, & maximis operibus comprobarunt, amicorum re uera communia eſſe omnia; qui non equorum armenta, nec utenſilia, nec terræ aliquot iugera, nec quouſque procedebat olim longiſſimè communio, inter ſe communicarunt, ſed tantæ magnanimitatis fuerunt, ut terram omnem atq; mare uno uerbo comprehenderent, nulla uſquam re ipſorum communionem ſubterfugiente, ac uerè cõmunem terram cum Homero conſtituerent, imperio quidẽ ſuam, uſu autem communem. quæ res hactenus optari quidem, ſperari certè nunquam potuit; ſed iſta felicitas inſtar uoti cuiuſdam erat. Ac duces quidem ſæpe in bellis alios duces ſibi præfecerant, & ciuitates ſe muicem aſſumſerant, ac reges cum regibus fœdera percuſſerant, idq; neceſſitate coacti plerunq;, nec ulterius: Rex autem primus ultrò regẽ omniũ ſibi pręfecit, & ſolus ex omni memoria non regnũ potius, q̃

[b] ἢ δρόμοι pro δρόμοι καί.

Hi) M. Antoninus, et L. Verus, fratres, qui primũ ſimul imperarunt.

Iliad. ο.

regem regno uoluit aſſumere. Quinimo nec in medium regno depoſito, minorem reddidit partem ſuam, ſed hoc ipſo tum ſuam tum collegæ maiorem effecit. Alexander quidem ſtupore perculit homines, quando Aſiam cum Dario partiri noluit, & recte fortaſſe, quandoquidem impar erat; quanquam nec, etiamſi quis fuiſſet longè Dario melior, libenter eum diuiſum imperium uniuerſum fuiſſe accepturū arbitror: hi uerò prefectiſſimę ſignum iuſtitiæ reddiderunt regnum, quaſi ea de cauſa res humanas accepiſſent regēdas, ut[c] eſſent omnib. communes uirtutis magiſtri. Hoc omnem Caucaſi ambitum, hoc Indos deuictos, & Caſpias portas, hoc humana omnia ſuperat: hoc eſt honeſtiſſimè, & ſecundum naturam uincere. Quamuis enim, quę cunq; uel ultra pelagus Atlanticum iacent terræ, uel citra illud præ nimio uel frigore uel ęſtu non habitantur, ijs[d] beneficio deorum acquiſitis, regnum uterq; ſuum ſeorſum auxiſſet; nō tamen ita reliquis erant omnibus præſtituri, ut nunc, poſtquā omnia fecerunt communia. O mirabilem uirum, qui nihil, niſi cum fratre, uelit regere. O qui pares uobis inuicē uices retuliſtis, ſoli & uobis ſimillimi, & alijs diſſimillimi: qui cū rerum maximarum participes ipſi ſitis, alios paris boni participes non habetis. Nam Perſarum quidem rex uidebatur aliquid poſſidere ſingulare, cum haberet eum, qui dicebatur oculus regis, quiq; auris: atq; hoc quidē uſum fortaſſis aliquem habebat, niſi potius arrogantia quædam fuit, ut duplo plus, q̃ ceteri, uidere Rex & audire uideretur. at hi illud pulcerrimum repererunt & ſapientiſſimum, quòd uterq; alteri aurium & oculorū miniſterium exhibere cœpit, uſu naturæ duplicato, regniq; cuſtodiam non alienam, ſed re uera domeſticam conſtituerunt, facta rerum omnium communione. Neque tamē perijt idcirco monarchia, ſed mirabilis quidam principatus exiſtit, in duobus corporibus & animis una collocata ſententia; inſtar harmonię cuiuſdam per omnes fides diſcurrentis. Quæ nā igitur melior poſſit eſſe muſica? quis concentus Apollini Muſiſque gratior? quæ harmonia magis humano generi communis? Amphion quidem & Zethus tantum effecerunt, ut Thebas munirent; atque heic alterius muſicam incuſant nonnulli: hi uerò pro cunctis & oppidis & hominibus communicata muſica idem canunt, acceptum à maioribus & parentibus carmen multò etiam illuſtrius reddētes[e] ut ex ipſorum uoto maximè nati liberi. Quin etiam Reip. formę congrua uidentur excogitaſſe, quandoquidem hęc ſola ciuitas legem communem inuertit. Nam alij tum Græci tum Barbari, quicunque paulatim ad imperia peruenerunt, illud ſtuduerunt unū, ne quis ijſdem fruere tur, uerùm omnes potius[f] quàm fieri poſſet maximè, abigerentur: at hi ſoli communia poſuerunt in medio, uelut optimorum præmia, bona: nec refert, utrū quis Europam, an Aſiam incolat, an Africam; nec illa uel mons diſtinguit, uel Tanais, uel Mæotis palus, uel decliuis inſula,

c ὤν pro ἄγων

d περὶ τῶν θεῶν pro ὑπό.

Alterius) Zethi qui diſſidebat à fratre.

e ὡς ἂν μάλιστα ἐκείνου παῖδες κατ' εὐχὴν ἐγένοντο.

f deeſt ὡς ante οἷόν τε.

ſula, uel aliud quicq; uerùm omnia hominum genera ad Vrbē pertinent, & cuiq; ſuo loco licet imperare. Quemadmodum igitur maiores ſuos cum omnibus, qui digni eſſent, ſingula ſciebant communicaſſe, ſic ipſi omnibus uirtute præſtantes, uniuerſum fecerunt imperium commune. Deinde, quod eſt omnium lepidiſſimum, ut prius annuos pręfectos exteris binos eligere permittebāt, ita nunc perpetuos ex genere ſimul & ambos pariter licet eligere. Itaq; & quæ cum Rep. omni conuenirent, excogitarunt, & augmentum ſpe maius prębuerunt. Et Homerus quidem alicubi reges extollens ait:

Dijs genitus magna princeps accenditur ira: Iliad. β.

ſed hi non animorū [g] robur, nec iræ intēperantiā ad imperij inſignia adhibuerunt, uerùm humanitate ac magnanimitate ſumma diuinam ſuam eſſe educationem comprobarunt. Sententia certè ipſorum diuina eſt, ac deſuper exemplum trahit, ad illā, ut ſummatim dicā, Remp. reſpiciens. Nam & ipſos deos totumq; mundum & cęlum, amicitiā dicunt & cōmunione cōtineri, eoq; fieri, ut inoffenſa ſemper omniā procedant; inuidiam autem & inimicitiam in deorum ædibus aut moribus nec eſſe unq; nec gigni. Atq; alij quidem uallos extruentes & mœnia, paruis quibuſdam & uerè mortalibus rebus augent imperia: at hi tam ſplendidis atque admirandis uirtutis & iuſtitiæ atq; amicitiæ editis exemplis, diuinitus uictoriam conſecuti, deorumq; corona redimiti ſunt, ac dijs amici, quemadmodum inter ſe, & erga homines benefici omnino cenſeri debent. Vt enim qui ſcribendi periti ſunt, ij litteras in tabulis ſupra caput ſuſpenſis, poſtquam optimè & pulcerrimè depinxerunt, pueris ad imitandum pro uiribus cuiuſque proponunt; ita hi, quæcunq; ſunt inter homines pulcerrima, maximis prodiderunt exemplis, ut haberēt ſinguli quod pro facultate ſua imitarentur, ac in rebus ſuis gerēdis, Regibus tanquā præceptoribus uterētur. Quæ'nam iſta Seloſtridis colūnæ, quas ille in orbē proficiſcens utrinq; ſtatuebat, ſuperare queant, uel ſaltem ad hæc proprius accedere? quis unquā tantas ſimul ac tam utiles uictis obtinuit uictorias? Alijs principibus metus ciues conciliat; uerùm pro his uota publicè & gratiarum actiones ab omnibus non officij modò cauſa, ſed ex animo ſinceriſſimo fiunt. Iam uerò duorum mihi deorum Seruatorum in mentem uenit, qui totam complexi terram, communiter ſeruant homines, & operantur, tum ad ſe inuicem mittentes, tum beneficia ſua & gratias ab hominibus profectas communiter diuidentes. quibus quidem quos'nam uel gratiores, uel maiori curæ eſſe par eſt, q̄ hi ſint, qui tanquā uates eorum ac ſentētiæ exemplar extiterūt, pulcerrima in communē hominum uſum inita amicitia. Itaque cùm dijs gratias agere debemus, tum Regibus congratulari, & nos ipſos, quòd in hæc inciderimus tempora, beatos reputare, ſimulq; imperio quātum licet, frui. Quāuis enim pulcer ſit etiā iſte ędificiorū ornatus,

[g] ῥώμην καὶ ἀμετρίαν pro ῥώμη καὶ ἀμετρία.

Seſoſtridis) de quo Herodotus Euterpe.

& apud plebem mirè gratioſus, illud tamen perfectum iam & diuinũ quoddam donum conſpicitur, cum ornatus uterq;, tam animi quàm ædificiorum, concinit. Nam ut hæc laudamus, cum in ijs ſingula proportione ſua dimenſa ſunt; ita honeſta uita hæc eſt cenſenda, cum in omnibus harmonia & ordo uiguerint. Hic eſt uerè domeſticus urbium ornatus: hic & ſingulos priuatim & Remp. conſeruat, hũc nihil opus eſt nec opum ſumtu, nec temporis iactura, nec famulorum opera, nec machinarum extructione comparare, niſi ut ſeipſum quiſque ad ea quæcunque potiora fuerint, ſequenda inducat. nec eſt quòd miremini, ſi, cum reprehendere uos nequeã, ad monendos tamen cenſeo; aut ijs duntaxat, qui ad accuſandum accedunt, admonitionem putetis conuenire, cum etiam ijs, qui laudare uolunt, [h] congruat. id quod ex peruulgato de curſoribus ſermone perſpicuum fiet. Nemo enim, ut ita dicam, poſtremos horum incitat, ut nec eos, qui longiſſimè à tergo reliquuntur; ſed quos uictoriæ propinquos uidet. Quid quod nec duces ſuas hortationes in eos milites inſumunt, apud quos ſiue multum ſiue nihil dicatur, parum intereſt; ſed quibus eæ maximè ſint uſui futuræ. Similiter nec nos iam uafrum apud uos aut aſtutum quicquam proferimus, ſed ea ferè, quæcunque facitis ipſi, quibusq; eſtis innutriti. Ea uerò ſunt, principum reuerentia, legum honor, & concordia, quæ cùm ſemper eſt commoda, tum hiſce temporibus ualdè conuenit. Nunc debemus ciuitates cunctas ſorores eſſe exiſtimare: nunc ſeditiones, tumultus, contentiones, & puſillas de uanis rebus lites de medio tollere, ferarum hos morbos, ac propria cẽſentes: ueram aũt pacem, cãdidam amicitiã, iuſtitiã, & generalẽ, ſi fieri poſſit, communionem in maximo lucro ponere, in cõmunibus quidem cõuenientibus hoſpites uos, ut olim dictum eſt, eſſe ſcientes, in hoſpitibus autem excipiendis minus quàm pro licentia facientes, cum ſciamus alicubi etiam uinci præſtare. Hæc enim & initio ſunt optima, & his temporibus apta, & ex ſeſe mox uſum adferunt, nec ad emerendum à Regibus honorem minus ulla re ualent. Etenim non aliter gratiores illis poteſtis eſſe, quàm ſi ſic agatis: nec facilius ab illis, quæ uolctis, conſequemini, quã ſi tales uos, quales ipſi uelint maximè, præbeatis. Verùm, ut dicebam, non ſecus ferè, quàm facitis uos admoneo; ſed ut templum poſtq; aſpexi [i] laudaui, nec domi quicquã meditatum attuli; ita neq; nunc propriũ quicq; uel inueni uel dixi, uerùm quæ uos facere uidi, laudaui, idq; boni ominis gratia, ne quid orationi, quod in ea requireretur, deeſſet. Atq; hæc quidem nos in comuentum ueſtrum publicum quaſi ſubitò conferimus:

& , ut arbitror, ſuffecerint.

h προσήκειν pro προσήκοντα

i ἐπῄνεσα τ' εὕρηκα καὶ εἴρηκα pro ἐπῄνεσα εὕρηκα καὶ εἴρηκα.

IN AEGAEVM PELAGVS ORATIO.

Ex Italia per Aegæum in patriam reuerſus, hanc habuit.

MARE quidem ipſum nullus adhuc uel poetarum uel oratorum in uniuerſum celebrauit; ſed Homerus quidem uiolaceum uocat & nigrum pontum, Euripides uerò mare purpureum, & alius aliud: uerùm plerunque conuiciantur mari, ſalſum, & fremebundum, & ſimilibus appellantes nominibus. Nos autem eam, quæ de toto mari habetur oratio, quãtam uidelicet hominibus utilitatem afferat, quantisq́ue de cauſis à Deo creatum ſit, in præſens omittentes, Ægæo debitum perſoluamus, idq; laudemus: primùm quidem, quòd ſitum habeat commodiſſimum, quemadmodum & urbium ſitus primùm celebratur. In medijs enim, terra & mari potiſſimum eſt conſtitutum, ad Septentrionẽ quidem Helleſpontum relinquens, Propontidem & Pontum, ad Meridem uerò reliquum mare; cùm Aſiam ab Europa diuidens, [a] qua primũ poſt Helleſpontum ſeparatur, tum præclariſſimas & humaniſſimas gentes in utroq; habẽs litore, hinc Ioniam & Æoliam, inde Græciam. Quo fit, ut hoc ſolum mare totius Græciæ medium dicendũ ſit, ſiquidẽ in utraq; continente Græci ponuntur. Quod ſi fluuiorum ripę, quæcũq; arbores habẽt ac prata, magni fiunt, Ægęi certè litora nequaquã ſunt cõtemnenda, quæ talibus ſint ornata gentibus, idq; Græcis accolis. Nam & aer is, qui fit maximè temperatus, omniq; tempore commodiſſimus, ſuper Ægæum utique, & illas regiones maximè extenditur. id quod utraque ratione perſpicuum fiet. Nam & ij qui Atticam optimo frui cælo contendunt, & qui Ioniam, utrique certè huic prorſus loco præſtantiam tribuunt. Cum enim per utrunque litus extendatur, utrum libet dixeris excellere, id occupat. Sin, ut in alijs cõtrouerſiis, nobis in uicem cõcedentes aliquid, ad mediũ ueniamus; illud, ut dixi, Ægæũ erit. Quocirca optimum aerem hoc mare nactum eſt. Ac ſitus quidẽ eius talis eſt, & in tali Vniuerſi loco: natura uerò mirabilis. Ac magnitudo quidem præcipuè celebris eſt, & undique extenſa, ſi quis eam diligenter ab initio ad finem ubiq; conſideret: nec eſt paucorum dierum ambitus. Veruntamen uaſtum non eſt, nec infinitum habens proſpectum, animi anxietate [b] & cõſilij inopia uectores afficit; ſed multa ſunt in Ægæo maria, multiq; ſinus, atq; aliud alibi maris genus. Quid quod & in medio mari nauigationem potes deſinere, terráque & urbes & agros, uelut paruas quaſdam circumfluas continentes, adire; & iter pro arbitrio diſpenſare, ac nondum omni peragrato mari, rurſum reuehi, abſoluto nihilominus negocio. Nec enim per ſolitudinem, ut in Homerico pelago, tranſeundum eſt; & ad terram aliquã appellẽdum, adeò ut nulli deorum præ uaſtitate gratum ſit iter: ſed heic profectò & Nereidum chori

a ἐς προ[illegible]

b deeſt καὶ poſt ἀθυμίαν.

Odyſſ. ε. in fine.

Euripidis uerſus initio Troadum.

Pulcerrimum uoluunt pedis ueſtigium,

quandoquidem hęc maris pars plurimùm tum habitatur tum floret; & tam nauigare quis, quantum uult, poteſt, quã pedibus iter facere, quod nauigio nolit, atq; ad aliud progrediens litus, inde ſoluere. Etenim iſtud mare non minus quàm ipſa terra, habitatur, & urbes continet tanto diſtantes interuallo, quantum etiam inter continentis urbes ferè ſolet interponi. Quocirca æſtus quidem maris, & nauigationis totius ſpacium, ualde horrendum efficit Aegæum; ſtationes rurſum, placidiſſimum. Cùm autem mouetur celerrime, tũ ſeruat uectores maximè: in quo diuinam exprimit naturã. Eam enim & horrẽdam per uim, & ſalutarem per manſuetudinem decet exiſtere. Dulciſſimum autem ſupra quoduis mare ſonum edit circa dona, ſtirpesq; ſuas, quemadmodum Panas aiunt & Satyros poetæ per montes & arbores, anni tempore delectatos, reſonare; quippe qui maximè muſicos deos habeat ciues & incolas, Apollinem ac Dianam, quos Iupiter pater hoc in loco, tanquam totius orbis pulcerrimo, genuit, ut perfecti eſſent muſici, & Latonam per tres alias inſulas in eam, quæ medij eſt Aegæi media, Delum deduxit, [m] Minerua uiæ duce data. Nec uerò poteſt cuiquam obſcurum eſſe, quã ſit muſicum hoc mare, quod initio mox inſularum quaſi chorum quendam emiſit, quæ pelagus ipſum diuidentes, ac multæ inter ſe appropinquantes, quauis dithyrambica chorea ſpectaculum auguſtius nautis & uectoribus exhibent, tam in periculis ſolatium, quã in proſpera nauigatione uoluptas mirabilis. Omnes enim & extra & inter ſe inuicem iacent, quemadmodum cum æſtate etiam ante Zephyri decurſum multa circa piſcatum fluctuantur nauigia: & cum eas ingreſſus fueris, tunc & puppis, & prora & utrunque nauis latus pariter in inſulam deſinunt, ſic ut dubites primùm, qua tranſeundum ſit. Eundem autem hæ inſulæ tempeſtate laborantibus, quem auxiliares ſcaphæ, uſum ſuppeditant. occurrunt etenim ſingulæ, quaſi manum præberent, atque ad ſe quoſque pellicerent. Atque hæc ſunt præclara Aegæi opera, terram mari commiſcentis, ſicut & ceruorum pantherarumq; pelles, circulos permiſtos habent; quibus & mare hoc totum fulgore colluſtratur, & continentis florida prata, ac ſi quid eſt aliud huiuſce pulcritudinis ac uarietatis, ſuperatur, nec immeritò. Nam quæ in continente cernuntur, ea heic quoque mediæ regiones habent; huius autem pulcritudo in illis deſideratur. Quemadmodũ autem cælum ſtellis, ita Aegæum mare inſulis exornatum eſt, adeò ut etiamſi quis nauigare neceſſe non habeat, hac ipſa tamen de cauſa, ut per Aegæum uehatur, meritò nauigare poſſit, quàndoquidem huius pulcritudo cùm omne mare, tum quicquid eſt in terra uenuſtum, excellit. quocirca etiam proprium eſt Aegæi ſignum pulcritudo. Indidẽ autẽ incipit, unde & inſulæ, ut ita dicã, uaſto mari

tranſmiſſo.

[m] ἀθηνᾶν pro ἀθηνᾶς.

tranſmiſſo. Solum prӕterea Aegӕum incultum appellare non licet, cum nec nudus nec ſterilis ſit, uerùm partim uini, frumenti, aliarumq́ꝫ rerum ſit egregiè ferax, partim etiam piſcibus & feris abundet, quale quidem dixit Homerus beatorum eſſe mare; omni rerum uſu, uoluptatib. ac ſpectaculis refertus. Plenus enim eſt portuũ, templorũ, tibiarũ, pӕanum, fontium, fluminũ; Bacchi nutricius, Dioſcuris & nymphis ӕquè gratus; omne beatӕ uitӕ genus ſuppeditans; incolis & mercatoribus lucroſus ac ſalutaris, quibus quidem propitius fuerit. Vt autẽ in pulcro corpore decora ſunt initia & fines, ita quoque in hoc mari duntaxat contingit, ut & initium & finis ſingulari excellant gratia. Nam ut à primo inſularum ad Meridiem ordine incipit, ita in Helleſpontiacum fretum deſinit, quod ambitu ſuo nobilem Cherroneſum deſcribit. Itaqꝫ, quod aiunt, à capite ad pedes uſqꝫ pulcritudine eſt inſigne. Iam ſinuum eius ac [n] meatuum nec pulcritudo poteſt, nec numerus explicari. Quid quod & maximè metiunt omnes Aegӕum mare, & maximè cupiunt iterum traijcere, quandoquidem id etiam ob iucundiſſimas cauſas faciunt. Nam certamina, & myſteria, Grӕciӕq́ꝫ ornamenta hoc implent iter, omneſque res prӕclaras & nobiles hic undiqꝫ congregat & cumulat, iucundiſſimorum ſpectaculorum pulcerrima quӕqꝫ dijs illuſtriſsimis ſubminiſtrans. Atqꝫ hӕc à nobis tibi, care ſeruator, Aegӕe, noſtra muſica decantata ſint: tu autem hiſce delectatus, ſemper unà cum uectoribus tuis ſalueto.

Odyß. τ.

n τὰς δὲ πόρους pro δ᾽ ἀπόρους.

Hic) Aegeus, maris prӕſes, à quo ſӕpe heic ad ipſum mare, & uiciſsim, tranſitum facit.

IN PVTEVM AESCVLAPII ORATIO.

Puteus hic Pergami fuit, ut è Sacris ſermonibus patet.

QVID autem de ſacro puteo dicemus? an orationis facultatem incuſabimus, quӕ nequeat ad omnia pertingere, nec ſemper naturam rerum abundè ualeat explicare? Pulcritudinem certè ac uoluptatem eius nulla declarabit oratio. uerùm facilius ex hac aqua bibimus, eamq́ꝫ iucundè aſpicimus, atqꝫ in ea lauamus, q̃ꝫ de ipſa quicqꝫ dicimus. Vt autem ij, qui pulcras amãt mulieres, formӕ prӕſtantia capti, quales quidem amẽt, ſciunt; ueruntamẽ ſi quis eos interroget, nihil de abſentibus poſſent dicere, pręſentes autem oſtenderẽt: ita & puteũ hunc amamus quidẽ q̃ꝫ plurimi, aut potius omnes ferè; qualis aũt ſit, dicere nõ poſſumus, uerùm ſi quis de eo nos interroget, hunc ad ipſum deduceremus, atqꝫ ei oſtẽderemus. illi uerò nec hoc ſufficeret, donec eo guſtato, lotum Homericam uideretur guſtaſſe, quippe qui manere uellet, ӕgreq́ꝫ ab eo diſcederet. Nec tamẽ decet nos ſitientiũ more, quod aiũt, tacitè bibere, quin etiã uerbis

exornemus, ac tum Seruatorem deum, cuius & hoc opus eſt, ſalutemus, tum nymphas eius incolas, quæ nobis uſum gratiæ diuinæ concedunt & ſubminiſtrant. Quod igitur erit principium? an quemadmodum, cum ex eo bibimus, admoto labris poculo nō ceſſamus, ſed infundimus ſubitò, ſic oratio quoq; noſtra ſubitò dicet omnia? Illud igitur nobis ſit quaſi labris admotum, quòd in pulcerrimo ſit totius orbis loco. Quem enim ex omnibus Deus ut ſaluberrimum & puriſſimum elegit locum, ac beneficijs ſuis illuſtriſſimum reddidit, is utiq; omnium eſt per orbem totum pulcerrimus. Quanquam etenim quibus in ſingulis locis nati ſunt initio dij, etiam hæc in honore ſunt ob hoc ipſum habenda, quòd deos receperint; illud tamen longè maius eſt, quòd ab ipſa uſq; Epidauro huc profectus Deus, maximè amauit hunc locum, atq; oſtendit, eum ſe dum delectum, tum cæteris prælatum deinceps incolere. Cui autem loco Deus, ac deorū quidem benigniſsimus & humaniſſimus immorādum cenſuit, eum nos, qui quidem ſerui eius ſimus, alio, quàm optimi, nomine dignabimur? Itaque in pulcerrimo orbis eſt loco puteus. Præterea templi ipſius locus is, qui ſub diuo peruius eſt, optimo loco iacet. medius enim in medio conſtitutus eſt puteus. Aqua uerò uel à platano fluit, quandoquidem & hæc inſtar notæ cuiuſdam eſt annata, uel, ſi mauis, quod quidem pulcrius eſt & ſanctius, ab ipſis, quibus inſiſtit templum, fundamentis. Quo fit, ut omnes hoc opinentur atq; credant,
o ἀπὸ pro ὑπὸ. [o] è ſalubri ac ſalutari loco aquam profluere, quippe quæ à templo & Seruatoris pedibus proficiſcatur. Nec enim poſſet ex ſalubriori loco profluere. Et in tali quidem loco ſita, & à talibus oriunda, meritò dicetur optima. Ac primùm quidem tenuiſſima eſt, ad aeris naturam proximè accedens; deinde, quod hinc ſequitur, leuiſſima ſimul & mitiſsima; tum dulciſsima & maximè potabilis, ac perennis, & ad cuius potationem uinum non deſideres. Et Homerus quidem
In Bœotia. Titareſium Peneo dixit ſuperfundi, quemadmodum aquæ homo
p ὑπὸ κουφότητος pro ὑπό. [p] præ leuitate innatat: uerùm hæc aqua, meo iudicio, ſi quidem [p] in-
p ἐπιῤῥίψαις pro ἐπιῤῥήξαις. fundatur alia, ſurſum exilit, illa tanquam phallo quodam in profundum delabente; niſi potius etiam infuſam aquam uideatur iſta leuitate ſua in altum eſſe ſublatura. quæ quidem non arroganter à nobis dici, iudicant pondera. Quid autem dixerit Stygis riuus, ſi
Riuus) Titareſius, ab Homero ſic dictus. oppoſitus propendeat? hæc autem fluxio nec à Styge oritur, nec aliud quicquam horrendum habet, ſed uel ſanitatis, uel nectaris, uel ſimilis alicuius rei iure riuus dici poſſet. cui illud eſt etiam teſtimonio, quòd hæc aqua temporis uitium non patitur, uerùm quæcunque eſt hauſta, eodem modo atque ea, quæ in puteo relinquitur, incorrupta manet & ſincera. Iam uerò abundantia pu-
q ἵνα μὴ φθάσῃ τὸ καταλαμβάνον. tei tanta eſt, quanta nullius, ut ita dicam, alterius, ac robuſtos quidem eos, qui hauriunt, & cautos oportet eſſe, [q] ne inundantur.

dantur. Solus igitur ex omnibus puteis, quicūq; exhauriuntur, [r] æqualem perpetuo copiam præbet, pertuſo dolio ex cōtraria parte reſpondens. Vt enim illud nunquam impletur, ita hic ſemper ad labrū uſq; plenus eſt. Cum enim humaniſsimi dei miniſter ſit & adiutor, ad miniſterium promtiſsimus, ac ſemper plenus conſpicitur. Et ſicut ille nunquam ab hominibus ſeruandis ceſſat, ſic dominum hic inuitis, indigorū uſui nunq̄ non ſuppeditat, cū ſit quaſi alumnus quidā, dominúe Aeſculapij; quemadmodū Vulcani inſtrumēta finxit Homerus ad eius uoluntatē moueri. Et quoniam hucuſq; dicēdo perueni, quæ nam eſt inter homines aqua, quæ cum hac in uſu comparari poſſit? nec enim potus modò, ſed idem etiam lauacrum eſt iucundiſsimum ac tutiſsimum: nec pro anni tempore mutatur, quin & æſtate frigidiſſima ſit, & hieme clementiſſima, præſentis ubiq; tēporis moleſtias mitigans, qualem quidem decet Æſculapij ſacrum fontem exiſtere. Ac pulcra quidem iſta ſunt & iucunda, ſiue quis ijs utatur ipſe, ſiue alios uideat partim æſtate circum puteum deinceps, ut examen apum, uel muſcas circum lac, circumſiſtere, & à matutino uſq; tempore uaporem inſtar potus alicuius ſitim reprimentis præoccupare; partim cum glacie concreta manus lauerint, calidiores ac iucundiores fieri: uerum ſunt & alia, in quibus hoc puteo Deus tanquam operis ſocio utitur, multiſq; ſæpe ad ea, quæ uolebant, [s] à Deo impetranda puteus hic uſui fuit. Nec ſecus atq; medicorum & præſtigiatorum ſerui ad miniſteria ſunt exercitati, & adiumento ſuo ſpectatores atque ægrotos ſtupefaciunt; ita magni operum mirabilium artificis, & ad hominum ſalutem omnia referentis hoc eſt inuentum, hæc poſſeſſio. Itaq; in omnibus eum iuuat operibus, & apud multos pharmaci locum obtinet. Multi enim cum ex hoc puteo lauiſſent, uiſum recuperarunt: multi ex aqua cum bibiſſent, pectoris ſanitatem, & anhelitum laborantem receperunt: multorum etiam pedes, aliaúe membra ſunt correcta. Quid quod ex muto quidam eloquens olim factus eſt, quemadmodum qui de ſacris biberunt fontibus, uaticinari ſolent. Nec deſunt, quibus quòd aquam duntaxat hauſerant, ſaluti fuit. Quinimo cùm ægrotis adeò ſalutaris eſt, tum ſanis etiam cuiuſuis alterius aquæ uſum præbet inſignem. Qui enim hanc guſtauerint, ijs alia iam aqua quæuis ſordet, ut ſi quis poſt uinum fragrans uappam bibat. Sola porrò hæc aqua tam ægrotis eadē quàm ualentibus æquè iucundiſſima eſt & utiliſſima, nec uel lac cum ea comparare, uel uinum deſiderare poſsint; quandoquidem eſt inſtar nectaris eius, quod Pindarus [t] perenne, potabile, ac diuina quadam miſtura temperatum cecinit. Quocirca ſi duo proponantur uobis pocula, alterum hac aqua, alterum alia ſimul & uino præſtantiſsimo plenum; utrum eſſetis ſumturi, dubitare poſſetis. Præterea reliquæ aquæ ſacræ, qualis eſt Delia, aliæque

[r] καὶ ἰόντων additur.

Finxit) Iliad. σ. φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων Ὅππως Ἥφαιστός γ' ἐθέλοι καὶ ἔργον ἄνοιτο.

[s] παρὰ τοῦ θεοῦ pro ἀεί.

[t] ἀυτόχυτον pro ἀυτόχυμον.

t ἐπὶ pro αὐτῷ

ſimiles, paucorum uſibus patent; hæc per utentium ſalutem, t non quòd eam nemo contingat, ſacra redditur: eademquе & luſtrationibus templi ſufficit, & hominibus ad potionem ac lauacrum, & ſpectantium delectationi. Ego certè nec Cnidium, nec Eurymedontem, nec unde Rex bibebat, Choaſpim, nec eum, cui pulcerrimas ad utrãq; ripam coronas emiſit terra, Peneum, neq; fontem profundũ, neq; aliam aquã ullam cum hac undiq; ſacra uelim cõtendere, ſed tãtũ eam inter aquas excellere, quantum præſes ipſius deus dijs præſtat reliquis, dixerim. Hoc reſtat adijcere, piè nos facturos, ſi ſic ſentiamus; quandoquidẽ primus de ipſa Deus hãc, ut aiunt, ſententiã tulit.

ELEVSINIA ORATIO.

Templum Cereris incenſum deplorat.

QVAE fueras olim, Eleuſi, dictu mihi iucundior. quis Orpheus, quis Thamyris, aut qualis Eleuſinius incola Muſæus huic rei ſufficiet? quibus citharis, quibus lyris communis totius orbis caſus deflebitur? quale nobis hoc, ô Iupiter, argumẽtum ſubiciſti? Equidem ad dicendum accedens, torpeo, & ob hoc unum cogor dicere, quia tacere non poſſum. Quis enim Græcorum uel Barbarorum tam incultus & peregrinus, uel tam longè à terra & dijs remotus, uel deniq; omnium rerum bonarum ignarus unquam fuit, præter eos quidem ſceleſtiſsimos, qui hæc perpetrarunt, qui nõ commune terræ delubrum duceret Eleuſinem, quòd omnia, quæcunq; ſunt inter homines diuina, horrore ſimul & pulcritudine excelleret? Quo autem alio loco uel hiſtoriarum rumores magis miras res prædicarunt, uel rerum effectus maiorem hominibus ſtuporem attulerunt, uel potius ea quæ oculis patebant, cum ijs, quæ percipiebantur auditu, certarunt. Atq; ea quidẽ, quæ ſpectari poterant, multæ uirorum ac mulierum feliciũ ætates in occultis uiderunt ſpectris. quæ uerò publicè poetæ, oratores, ac hiſtorici omnes celebrant, hæc ferè ſunt: Cereris, filiam per tempus aliquod nõ apparuiſſe, Cererem terra omni mariq; peragratis, eam quæſiuiſſe, nec tamen prius inueniſſe, quàm in Eleuſinem ueniens, & nomen loco daret, & initia conſtitueret: tum uerò frumentum ab utraq; dea urbi Athenienſi conceſſum eſſe, & ab hac deinde Græcis Barbariſq; omnibus. inter hæc autem Celeus ac Metanira recitantur, ac Triptolemus, & alati draconum currus, per omnes terras ac maria delati: primos autem hoſpitum Herculem ac Dioſcuros, initiatos fuiſſe; primùm quoq; gymnicum certamen Eleuſine peractum eſſe, cum quidem ex frugibus recens natis conſtaret præmium, periculum facientibus hominibus, quantum ipſis ex alimento manſueto roboris acceſsiſſet: Græcos deniq;

Celeus ac Metanira) parentes Triptolemi.

niq; frugum primitias quotannis Athenas, tanq; ad metropolim tũ ſuam, tum etiã frugum deferre. Iam Eumolpidæ & Pręcones, à Neptuno & Mercurio oriũdi, ſacrorũ interpretes, & faciferos prębebãt. Atq; hæc quidẽ in fabulis erãt. Poſtea, cũ Heraclidę in Peloponẽſum rediſſent, Dores pòſt tempus aliquod cõtra Athenas exercitum duxere. Vt autem Eleuſinem uenerunt, pudore confuſi, ſiue potius metu perturbati, eadem, qua uenerant, uia redierũt. qui quidem illorum metus Ioniam noſtram cultoribus ditauit. At cum Perſica fieret expeditio, & maximis in rebus ac periculis non Græcia modò, ſed & quicquid extra Perſicum erat regnum, uerſaretur: tum uerò multa quidem Græcorum templa ſuccenſa ſunt, ac præterea faſtigiũ Gręciæ, Athenæ; Eleuſis autem tantum excelluit, ut non modò non uaſtata fuerit, ſed & in ipſo nauali prœlio partim Bacchus ad auxilium excurrerit, partim nubes ab Eleuſine profecta in naues unà cum myſtico carmine incubuerit. Itaque Xerxes perterritus fugam cepit, pereuntibus Medis. Cum autem inter Græcos diuturnum eſſet bellum conflatum, omniaq; ſurſum ac deorſum uerterentur, ſola quodam modo quieſcebat Eleuſis; nec uel Bœotorum equitatus, uel Lacedęmoniorum atq; Peloponneſiorum irruptiones aut ſeptum contigerunt, aut alij s, quàm decebat, oculis templũ aſpexerũt. Quinimo cum Sphodrias aliquanto pòſt Thebis aduenisſet, tedæ duntaxat oblatæ potuerunt eius audaciam reſtinguere. Iam uerò fœdera reliqua quidem omnia uiolata ſunt. nam & Pythijs ludis eſt capta Cadmea, & pompã ſacrã Iſthmijs duxerunt eandem & Argiui, & Corinthij, cum armis, cum ſe inuicem cepiſſent. pugnam uerò ad Alpheum prætereo, niſi quòd & heic non leue extitit à Ioue ſignum, eorum, qui priuabantur, audacia & uictoria: ſola uerò myſtica fœdera nomen retinuerunt, & in ſolis Eleuſinijs modeſta fuit Græcia. Hic autem conuentus manifeſtiſſimum erat tam inſaniæ, quàm cuiuſuis inuſitatæ calamitatis remedium. Quid autem ſingula neceſſe eſt commemorare? Philippi certè, & Alexandri, & Antipatri, & omnis inferiorum ſatrapar um ſeries, cum infinitos in Græcia tumultus excitarint, ſolam Eleuſinem, ut inuium quiddam, & uiribus ſuis maius omiſerunt. Taceo iam Gallos, qui poſtremi in Gręciam petulãter irruperunt. in quibus omnibus, ac ſimilibus alijs, illæſum templum remanſit. Vnicum igitur iſtud antiquæ felicitatis ac maieſtatis [u] monumentum Vrbi erat & Græciæ relictum. Nam pugnæ quidem tam nauales quàm terreſtres, leges, Reſp. gloria, ſermones, omnia, ſic ut loquar, perierant: ſola reſtabant myſteria. Et alij quidem conuentus publici quinto quoque uel tertio celebrantur anno; hic autem, ad quem pertinent myſteria, ſingulis annis inſtaurabatur. Deinde, quod eſt maximum atque diuiniſſimum, hunc ſolum conuentum una capiebat ædes, erat quę idem & Vrbis & Eleuſinij cõplementum. Iam ſtatuas & pictu-

Herodotus Terpſichore.

Plutarchus Ageſilao.

[u] ὑπόμνημα pro ὑπομνήματα.

n

ras atque hunc circularem ornatum quis non uel in triuijs, nec tantum in appendice auguſtiorum, uoluiſſet uidere? Veruntamen conuentus huius fructus non in præſenti tantùm animi tranquillitate, & à prioribus moleſtijs liberatione poſitus erat, ſed & quòd poſt mortem ſe melius [x] habituros ſperabant, nec in tenebris ac luto cum profanis commoraturos eſſe. Atque hæc quidem uſque ad miſerabilem diem extiterunt. quæ uerò nunc uidenda Deus & canenda præbuit, quis Argiuus threnus, quæ uel Ægyptiorum uel Phrygum exæquabunt næniæ? quis Eleuſinius ad chorum canet Æſchylus? quos Nauplij laqueos ignitos, ut uocauit Sophocles, cum hoc incendio æquum eſt comparare? O tædæ à qualibus uiris eſtis extinctæ. ô grauis & obſcurus dies, qui lucidas noctes ſuſtuliſti. O ignis, qualis Eleuſine apparuiſti: qualis pro quali. O nebula, & nox illunis, quæ Græciam nunc occupas. O Ceres, quæ ubi olim filiam reperiſti, ibi nunc templum quærere cogeris. Atque in propinquo quidem ſunt, ô dij, ó terra, myſteria; Boedromion autem hic alia nunc uoce indiget, quàm cum qua Athenas Ion auxilio uenit. O ſalutatio. O dierum ac noctium ſacrarum numerus, in qualem diem deſijſtis; Vtri uerò magis lugere debent. profani, an initiati? Nam hi eorum, quæ uiderant, illi eorum quæ uidere poterant, præſtantiſſimis ſunt priuati. O qui malè profanaſtis myſteria: ô qui occulta patefeciſtis, communes tam ſuperorum quàm inferorum deorum hoſtes. O & olim & nunc uerè pueri Græci, qui tantum malum imminens neglexiſtis. Non nunc tandem ueſtri exitis? non ipſas ſaltem conſeruabitis Athenas?

x διάξοντες pro διαξόντας?

MONODIA DE SMYRNA.

Smyrnam terræmotu obrutam deplorat.

O Iupiter, quid agam? utrum tacebo, collapſa Smyrna? cuius adamantis aſſumta natura, aut qua patiens patientia? an lugebo? qualem adaptans harmoniam, aut quam auſus tantã audaciam? Omnes enim Græcorum & Barbarorũ uoces, quotquot & in terris adhuc extant, & ex omnibus ſæculis extiterunt, etiam ſi eodem ſimul conueniant, hanc tamen rem ne aggredi quidem poſsint, nedum pro dignitate tractare. O qui maxima maximorum uidi & audiui. O, quod omnia fers, tempus, quali urbis inuenta ſpecie & fabricata, eam deinde abſumſiſti. O quàm ſunt omnia [y] prioribus diſſimilia. Antiqua quidem erant illa, Corybantum chori, educationes, ac natales deorum, Pelopes hinc tranſeuntes, Peloponneſus colonia, Theſeus conditor locorum ſub Sipylo, Homeri ortus, certa-

y τοῖς πρότερον pro τῶν.

mina, trophæa, uictoriæ apud ſummos principes, oraculorum hiſtoriæ, quæ pulcerrimam omnium urbem deſcriberent. Quin & ea, quę cernebantur, omni præſtabant hiſtoriæ. Atq; accedenti quidẽ mox apparebat pulcritudinis ſplẽdor, & magnitudinũ cõuenientia, [z] menſuræ, ac [a] baſes, tanquam unius harmoniæ: pedibus quidem in litoribus, portubus, & ſaltubus fixis; medio autem æque & à campis ſublato, & à ſuperiorib. demiſſo; extremitate uerò meridiana pedetentim creſcente, ac per æqualia ſenſim in arcem deſinente, quæ maris eſt & urbis ſpecula. Quod autem nec uerbis explicari, nec oculis planè uſurpari poteſt, ſed cum nos effugiat quodam modo, comprehendendi tamen ipſum cupiditatem ſemper in nobis efficit, eſt is, qui toti urbi incumbit, ſplendor, non, ut inquit Sappho, corrumpens oculos, uerùm augens, nutriens, & irrigans; nec hyacinthino flori ſimilis, ſed qualem necdum terra & Sol hominibus oſtenderunt. Quemadmodum autem affabrè factum ſignum undique ſpectandum ſe præbet, [b] ita urbs prius omnium pulcerrima, nunc autem deformis undecunque præſtantiſſimam ſui ſpeciem præbebat, ſiue eminus, ſiue cominus ſpectaretur, ſiue ex ſuburbijs, fretis, pelago, mari, terra. Atq; hæc quidem ante ingreſſum. Conſuetudines uerò & colloquia, quam nobis adferebant ſatietatem? aut quæ ciuitas alia propius imitari potuit? O fontes, ô theatra, ô uici, ô curricula partim ſub tecto, partim ſub dio. O ſplendidiſſimam fori formam. O uias auri templorumq; cognomines ad ſingula [c] quadra, & fori uicem ſingulas gerentes. O portus cariſſimam deſiderantes urbem. O ineffabilia gymnaſiorum decora. O templorum & ſeptorum amenitates. ubi terrarum ſubmerſa eſtis. O marina ornamẽta. O cuncta hæc ſomnia. Qui'nam lacrimarum fontes huic malo ſufficient? qui'nam chororum omnium concentus pulcram & multum laudabilem ac ter omnibus expetitam urbem dignè poterũt deflere? O caſus Aſiæ. O reliquæ ciuitates. O & terra omnis, & omne, quod intra atq; extra Gades eſt, mare. O orbis aſtrorum. O qui cuncta uides, Sol; quale ſuſtinuiſti uidere ſpectaculum. O luſus quidem Troiæ excidium, luſus uerò Athenienſium in Sicilia calamitates, Thebarum direptiones, exercituũ interneciones, urbium occaſus, & quæcunq; ignis & bella, atq; terræmotus adhuc effecerunt. o quæ prius quidem pulcritudine & Muſis urbes omnes ſuperabas, nunc autem Rhodi caſum ſuperaſti. Debebas ergo ſecundis miſerioribus à Græcis cani. o dies omnibus tribulibus piacularis. o dies communiter Gręcis nefaſtus: quale generis totius caput abſtuliſti; qualẽ excuſſiſti oculum. o terræ ornamentum. o Græciæ theatrum. o Nympharum & Gratiarum textum. o qui omnia ſum perpeſſus, ubi gentium nunc lugeo? ubi eſt mihi curia? ubi iuniorum & ſeniorum conuentus & applauſus omnia mihi tribuentium? Fuit quondam urbs

[z] ἀρθμοὶ pro ἀριθμοί.
[a] βάσεις pro στάσεις.
[b] οὕτως οἱ τῇ πρότερον μὲν ὡραιοτάτῃ τῶν πόλεων, νυνὶ δ' ἀσεμνὰς, ἀπειλῶν, ἀφ' ὅτου τις ἀεὶ θεωροίη. νῦν δὴ τὸ κάλλιστον εἶδος παρέσχε ἀδοχεῖν, τοῦτο μὲν.
[c] πλαίσιον pro πλησίον.
Alludit ad Procis cani. uerb. Secundis melioribus.

in Sipylo, quæ paludem ſubijt, ut aiunt. o Smyrna, quàm procul tibi canebatur hoc procemium. Qualem ſortita es fortunam, quàm minimè te dignam. Nunc oportebat & aues omnes in ignem inſilire, quem quidem urbs copioſum præbet, & continentem totam tondere. certè perijt ipſius coma. Nunc & fluuij lacrymis manare, & naues cum atris uelis ſolui debebant. o Meles per deſerta fluens. o diſſona prioribus præſentia carmina. o cygnorũ cantus, & luſcinia rum chorus ad lugendum. Quin etiam Gorgones, ſi[d] ſupereſſent, non iam Meduſam, nec ſuum ipſarum, ſed Aſiæ oculum deflerent. Quem Boſporum, quos cataractas, quam Tarteſſum tua laus, ô incli ta, non eſt peruagata? Qua Maſſilia, quo Boryſthene luctus iſte terminabitur? Quis uel Græcorũ tam eſt à Græcia remotus, uel Barbarorum tam indomitus & intactus à Smyrnæ telis ac philtris, qui non ad nuncium amauerit, ad nuncium doliturus ſit. Et Heliades quidem, dum fratrem lugerent, in populos deniq; mutatæ feruntur, lacrymis ipſarum in electrum concretis: te uerò, urbs gratioſiſsima, ipſæ iam arbores lugere debent.

Atris uelis) ut ea, quæ Theſeũ in Cretã uexit.
d [illegible] pro [illegible].

PALINODIA DE SMYRNA INSTAVRATA.

MIHI quidem, Græci, idem ferè contigit, quod ijs, qui in tragœdijs poſtquam longo tempore tacuerunt, deinde per occaſionem uel chorum, uel alium quemlibet alloquuntur. Cum enim toto ſuperiori tempore, ex quo ea, quæ ſcitis, euenerant, meipſum continuiſſem, nec uel ad ciues conſolandos acceſſiſſem, uel aliud quicquam feciſſem, niſi quod ad Principes, quantum tempus poſtulabat, ſcripſeram, & quæ inde uentura eſſent, expectabam: poſtquam dij, & qui deorum uoluntate cùm ipſi reguntur, tum humanas res adminiſtrant, Reges meritò alienam ab urbe repellentes fortunam, eam quæ bona, & iampridem conueniens erat, reduxerunt; exiſtimaui nos etiam aliquid oportunè poſſe dicere. Ac ſi quidem licuiſſet mihi, quo uolebam, proficiſci; præſens equidem uobiſcum collocutus eſſem. cum autem retineat nos Seruator, literarium relinquitur colloquium. Hoc uerò ſiue in exemplum trahi poteſt, nullus eſt admirationi locus; ſiue ab alio adhuc nemine factum eſt, nobis autem conuenit, indignari non decet. Cum itaque rem geſtam cognouiſſem (nec enim præſens aderam, uerùm antè egreſſus eram, ex eius, quem noſtis, conſilio) monodias aliquot canebam, donec orationes quaſdam præ dolore neſcio quomodo [c]cõſcriberẽ. nec enim poteram aliter perturbationi reſiſtere, niſi ad illas me applicarem. At nunc mihi Steſichori palinodiam imitari tempus eſt, ne quì tunc ea, quæ nolebam, cecineram, nunc illa quæ ex uoto contigere, taceam. Hoc autem uidebor à Steſichoro, mihi

c [illegible] pro [illegible].

mihi diſtare, quòd ille, cum Helenam uituperaſſet, pro eo poſtea laudauit; ego quæ tum lugens prędicabam, ea nunc in lætitia celebrabo, & uacuã querelis laudem proferam. Etenim nobis, Græci, caſus iſte ex communi hominum fortuna, quam ſine malo non poſſumus euadere, contigit; inſtauratio autem eſt urbis fortunæ tribuenda, per quam nunquam illa rei cuiuſquam præclaræ expers fuit. id autem ex tempore quoque licet conijcere. Quod enim tum cecidit, cum non erat iacere permittenda, nec inſtar hominis mortui, ut aliæ olim urbes, futura, ſed ſuper melioribus fundamentis reſtituenda; id uerò, quicunque rectè ſapiunt, in felicitatis parte ponent. Coniunctionem autem, ut uidetur, fortuna ſpectauit. Nam & optimi reges ac omnium ciuitatum domini gloriam ex eo conſecuturi erãt, ſi pulcerrimam fundarent, [f] & urbs, poſtquam per hos reſuſcitata, tales aſſumſit conditores, cladem in felicitatem mutauit. Ac prius quidem Theſeum celebrabamus, & Alexandrum, alterũ Græcorum humaniſſimum, alterũ inter omnes reges maximè admirandum propter eam, qua in bellis utebatur, audaciam. at nunc ſplendidiores aſſumſimus & maiores conditores, qui tum terram ac mare omne ſuo imperio ſubiecta habent, idque partim à maioribus accepta, partim à ſe conquiſita; tum ſapientia, iuſtitia, ueritate, bonitate non minus, ne dicam magis, quàm armis excellunt. Quis enim adeò uel extra columnas Herculis, uel ſub Caucaſo habitat, ut non illorum humanitatem & magnanimitatem auribus acceperit, qui nec Smyrnæ nomen inter fabulas referri ſunt p[a]ſſi, ſed in eam fortunæ ſuæ partem aliquam defuderunt; nec tam caſum lugendum, quàm [g] inſtaurationem ferijs celebrandã præbuerunt. Atque Alexãdri quidem ſomnium quoddam fertur, in quo inerat fundan[d]i procemium: at hi ea uigilantia fuerunt, ut citius urbem reſtituerent, quàm is, qui ad eos de clade referret, egreſſus eſſet. Iam inſtrumentis ad id diuiniſſimis pariter ac ſplendidiſsimis uſi perhibentur, quando & uerbis nos conſolati ſunt, atque id, quod olim uaticinatus eſt Heſiodus, oſtenderunt, magnum quiddam eſſe muſicam cum regno coniunctam; & omnem copiam ſuppeditarunt, qua partim ea, quæ acciderant, emendarentur, partim etiam nouus accederet ornatus. Quinimo ne hæc quidem ſuffecerunt, niſi etiam, quaſi in ipſa uerſarentur Rep. cum diuitiarum copiam oſtenderent, tum qui inter ſeſe contenderent, præmijs propoſitis euocarent, operasque arceſſerent, ne nunc tamen coacto, & ſi quid præterea dicere uellemus, in eo ſe nobis gratificaturos promitterent. Quo fit, ut mihi ne omnes quidem res humanæ cum hac coniunctione uideantur comparandæ, ſiquidem ipſa, ſi dicere liceat, id effecit, ut urbi terræmotus eſſet utilis. Nam antea quidem nondum apparebat, quanti ab alijs uel fieret, uel fieri deberet. uerùm nunc Themiſtoclis uerba nobis uſurpare licet, ſi modò hoc de illo credendum eſt, eum

[f] οἰκίσαι pro οἰκῆσαι.

[g] ἀνοίκια pro ὀνείρια (i. Somnii) de quo Pauſan. initio Achaicor.

Initio Theogoniæ.

ad donationes à Perſa factas ita ferè ad ſuos dixiſſe, Nunc eos demũ poſtquam perierant, ſaluos eſſe. Atq; ille cum patria priuatus eſſet hæc dixiſſe fertur: nobis ſimul cum patria inſtaurata opes, ornamenta, decora, reges conditores atq; conſultores, & omnia deniq; pulcerrima pariter acceſſerunt. An non hæc inuictæ illorum, & bonæ urbis eſſe fortunæ dona dicenda [h] ſunt, quæ & huic ex eo, quod eſt inſtaurata, immortalem peperit memoriam, & illis ex ijs, quæ cum ea egerunt; qui quidem tanta fuerint præſtantia, ut nec hoc exiſtimarint ſufficere, ſi ſponte ſua ad inſtaurationem properarent; ſed cum à nobis legati eſſent expectandi, ipſi pro nobis ad domeſticum Senatum legatione ſint functi, ea cenſentes decernenda, quæ noſtrum nemo petere fuiſſet auſus. Nonne igitur querela quidẽ omnis per hæc eſt abolita, omniſq; & priuatorum cuiuſq; & publicorum malorum memoria; animi uerò tranquillitas unà cum gratulatione uiciſſim eſt recepta, ac uiuendi, ſi unquam, futurorum ſpe cupiditas, & gratiæ decoræ dijs agendæ, Regibus, & illi, qui Principum decreta lubẽs excepit, & Smyrnam, quoad oportebat, in memoria habuit. Iam uerò, Græci, ueſtrum etiam, gentilium noſtrorum, meminiſſe nos oportet, ut ſi militer illis affecti fueritis, & illud ſtudium, quo ab omni tempore ciuitatem proſequebamini, apertiſſimè oſtenderitis. Sed id optimè quis perſpiciet, ſi primam & antiquiſsimam Græcarum ciuitatum (Athenienſem dico) quo pacto ſe in cladibus geſſerit, conſideret. nec hoc equidem, ut illi detraham, dico (abſit, ut ita ſim patriæ amans) ſed ut pariter & ciues conſoler, & ijs, qui adſunt, demonſtrem, id illi ciuitati per omne tempus fuiſſe proprium, ut feliciter ageret; eamqúe [i] regionis amabilis quaſi ſortem eſſe. Cum igitur illi nauibus, mœnibus, atque imperio toto priuati eſſent, eoqúe deueniſſent, ut patria cogerentur exulare; nam quæ medio tempore tot acciderunt, tacebo; uerùm cum [k] ita ſe haberent, nullus omnium, præter Pharſalum, Argos, & Thebas, nec magnam nec paruam tot ex omni memoria beneficiorum gratiam retulit, nec, quòd generis totius columen Vrbs prædicabatur, meminit. illi uerò, quos dixi, ſoli & exules recipientes, & eos depoſcentibus reſiſtentes, hanc gratiam apud præſtantiſsimam ciuitatem, in qua bonam regnare fortunam ferunt oracula, collocarunt. Age uerò, noſtram quoque ſpectemus urbem, nuncubi eius amatores ipſius puduerit. Atq; hactenus quidem pulcræ urbis quaſi exemplum ſtetit, cum & primo quoque aſpectu eos, qui uel mari uel terra aduenirent, caperet, & ijs, qui eſſent ingreſsi, pulcerrima quæq; patefaceret, quibus nec oculi poſſent, nec tempus ullum ſpectandis ſufficere: quæ quidem nunc enumerare longum eſſet. Poſtquam autem etiam alteram ſortem oportuit experiri, quale quidem tum fuerit Imperatorum ſtudium, iam diximus; uerùm à uobis,

h χρὴ pro χρῆμα.

i χώρας pro ὥρας.

k ὧδε pro τῆδε

bis, paribus noſtris, quid non geſtum eſt? nónne cùm per urbes ſingulas, tum in communibus concilijs planctus extiterunt, plorantibus omnibus, & urbem inſtar patriæ deſiderantibus, & publicas ferias uolentibus abolere, ac de ipſa, prout quiſq; poterat, publicè declamantibus. nec enim aliter eratis affecti, quàm ſi communis Aſiæ totius caſus fuiſſet. Iam quod re ipſa præſtitum eſt auxiliũ, quis hoc unquam inter Græcos fieri meminit? cum fora quidem undiq; mari terraq; ad eos, qui domi manebant, [l] deportarentur, ciuitates autẽ utrinq; maximæ certatim ad ſe uocarent, & uehicula atq; commeatus tranſmitterent, domicilia præterea, conciliorum partes, & omnes uiuendi rationes tanquam parentibus uel liberis ſuis præpararent, & ut magnitudine uincerentur, ita ſtudio ac honore nemini concederent. Quis enim nón in lucro poſuit, nec accipere potius quàm collocare ſe beneficium putauit, ſi eos haberet conuictores, quorum tanta fuerat excellentia. Pecuniæ quidem collationem, & in poſterum promiſſa ab utraq; continente facta, multasq; alias ſingulorum pro uiribus cuiuſq; benignitates quis unquam commemorare poſsit? quanquã non ideo ſingula uoluit hæc urbs accipere, nec ea pro datorum uoluntate, uerũ pro ſua dignitate admiſit. Quid aũt per partes omnia narrare eſt opus? Quæcunq; enim Aſiam incolũt gentes, cõmuni erga urbem contentione decertant, & quæ fuerant in rebus antiquis præclariſſima, reſuſcitant. In hac porrò ciuitate ſo-la ueteris dicti falſitas eſt deprehenſa, quo ferebatur, infelicium hominum apud amicos obliuionem naſci; quippe cui etiam inter ipſas clades tantũ fortuna dignitatis & gratiæ reſeruarit. Nunc ſanè quæcunq; laudes ex lugubri harmonia, inanemis geſtibus, & ipſo dolore proficiſcebantur, de medio receſſerunt: albata autem incedit continens, & publicos conuentus ad bonam occaſionem [m] celebrat Græcia: urbs uerò tanquam in fabula, denuo renaſcitur ætate commutata, eademq́ue & uetus exiſtit & noua, quemadmodum phœnicem ex ſeipſo aiunt reuiuiſcere, quandoquidem pro ipſo ac poſt ipſum noluit alium Deus extare. Quid quòd omnia quaſi uia quadam uidentur proceſsiſſe. Nam cum Theſeus urbem primũ condidiſſet, Alexander poſtea in hãc formã produxerat. Iam tertia ſummorum uictorũ manus eandẽ reſuſcitat & cõponit; cumq; alio trãſferre per amorem præſentis nollet, in ueſtigijs erigit. Ac deſiderabat ſanè urbis natura duplices cõditores, cũ duas præberet originis autores. Nũc & portus cariſsimæ urbis ulnas accipiũt, atq; rurſus exornãtur, & Meleti, ne accolas habeat, nihil obſtat, & ueris æſtatisq; portæ cũ coronis aperiuntur. Nunc Nympharũ ac Muſarũ chori in ipſa & circũ ipſam choreas ducunt, Zephyri uerò neminẽ flatu ſuo cõtriſtabunt. o felices quidẽ ſenes, qui ad hũc uſq; diẽ pertingẽt, quo Smyrnã ornatu ſuo prẹditã uidebũt: felices uerò pueros, qui nullã patieñt

l διαπεμπομένων pro ἐκπεμπομένοις.

Dicti) Menandri ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.

m πανηγυρίζει pro πανηγυρίζειν

iacturã, ſed patriam talẽ, qualem parentes incoluerãt, uidebũt: felices aũt iuuenes, qui cũ labores & moleſtias ex parte pertulerint, ſacrificijs iam & ferijs cum inter ſe, tum cum poſteris (ſiquidem meliora, quã nunc apparent, futura ſperantur) intererunt. Itaq; Iupiter præſes, & deæ huius urbis tutelares, & qui utraq; moues & conſeruas, Neptune, dijq; Romani Græciq; hanc nobis extructionem ſecũdis melioribus ac firmioribus concedite, ſicut conditores lætitia gloriaq; abundent, urbi omnia deinceps fauſta contingant, nos etiam apud Græcos aliquo ſimus in numero nunc & in poſterum.

GRATVLATIO SMYRNAEA.

Coram Imp. Commodo habita, cum Smyrnam ingrederetur.

OPTABAM equidẽ, uir clariſsime, maximè ut Vrbs, qualẽ reliqueras, talis appareret; ſin minus, ut præſens ipſe uerba facerem, atq; ita duplicem fructũ caperem, dũ & tecũ eſſem, & reſurgente nobis Vrbe, quantum liceret, fruerer. Quoniam uerò ſecus accidit, non putaui mihi prorſus abſtinendum eſſe, quin ſaltem ueſtigium aliquod uocis noſtræ in tuam, & eorum qui adſunt Græcorum, partim ciuium, partim hoſpitum, notitiam ueniret. Etenim omnino mihi ferè pro more eſt, ut abſens publicè dicam, quãdoquidem huc me impellit Deus. hæc autem oratio ualdè mihi eſt oportuna. Cum enim inſperato rumore allato, primus ad optimos Reges de Vrbe ſcripſerim, noctem tantũ unam impendens; meritò quoq; ea, quæ ad gratulationem referuntur, tanquam ad me pertinẽtia, curare debeo. Atq; antiqua quidem olim,[a] quãdo cum patre regnabas, audire te meminiſti, Iouis ortum, Corybantũ choreas, & Tantali ac Pelopis extructionem primæ urbis in Sipylo factam: cũ Pelopis traiectiones in eam, quæ prius Apia, pòſt ab ipſo Peloponneſus eſt dicta; cuius quidẽ nepos, cõmunis Græciæ rex factus, barbarorũ cõtriuit imperiũ. Altera ferebatur laus Theſeus autor, & Smyrnæ nomẽ, & gens Attica, atq; Ionũ poſterior introitus: ac tertia demum cõſtitutio[o] per Alexandrũ facta, cuius hæc ſunt pulcerrima duo atq; maxima monumenta, urbs iſta, & ea quæ ad Nilũ ſita eſt. Hæc igitur audieras. ac triremis quædã oſtendebat Dionyſiis, & inter appellendũ canebatur, ueteris ſignũ uictoriæ, q̃ Smyrnæi Bacchũ colẽtes de Chijs, qui armis fuerant & nauibus muniti, retulerant. Iam quæ uſurpabat oculus, nec iam in fabulis erãt, ea nec oratorũ poetarum mq; ſermones, nec etiam Homerus ipſe dici tutius q̃ taceri poſſe cenſuiſſet. Vidiſti enim & forũ, deorũ ſedẽ, & portus, qui partim cingerent Vrbẽ, partim etiã ab Vrbe medij interciperent: deinde templorum ornamenta & ſepta, natura pariter & arte exornata; & ornatum uniuerſum inſtar

[a] ὡς pro ἐφ.

Nepos) Agamemnon.

[o] deeſt διὰ ante τὴν.

inſtar monilis connexum;&,quod erat maximum Vrbis ſignũ,concordiam per omnia tranſeuntem ac muſicam, quæ totum corpus unum eſſe quiddam oſtẽderet,quaſi ea, quod de Thebanorum muris tradunt fabulæ,ad lyram primò atq; citharam fuiſſet extructa. Atq; ea quidem quæ antiqua ſunt,& quæ non antiqua, cum heri etiam ac nudiuſtertius,ut ita dicam,extiterint, talia partim auditu,partim uiſu percepiſti. Verum nihil eſt, ut aiunt, inter homines immutabile; ſed & terra mare recipit,& mare in continentem tranſit; urbesq; aliæ ſub terram diſceſſerunt, aliæ per imbres uel cæleſtes uel quoſuis euanuerunt. Propriæ namq; ſunt humano generi mutationes,ac multa ſunt temporis miracula. Quare & noſtra tam præſtans urbs lapſa eſt quodam modo. in quo quidem perſpicuè apparuit,quantum eſſet ipſa ornamentum Aſiæ,non eius quidem, quæ uſq; ad Mæandri fontes protenditur,nec quãtam Prætorum complectitur iuriſdictio, ſed quam initio Græci Aſiam dixerunt,ac de tribus mundi partibus cõtinentem præcipuè appellarũt. Simul autem cum caſu (id quod uolebam dicere) omnia nuda uidebantur, ac uelut oculum corporis unuſquiſq; quærebat. Sed lapſus quidem per cõmunem omnium hominum fortunam ac naturam huic urbi cõtigit;quæ autem deinceps ſecuta ſunt, ea bonæ & primigeniæ Vrbis fortunæ debent accepta ferri. Poſtquã enim extitit occaſio, manum arripuit, cum tales haberet Vniuerſi præfectos, qui iacentem cum minimè deſpecturi erant, tum maximè, ut non erigerent modò, ſed & inſigniter extollerent, operam daturi.

—*quæ iam nunc omnia fiunt*, inquit Meletis filius. Iam uerò populi generoſitatem (nec enim omnia nobis in ædibus conſiſtunt) quis nõ ſit admiratus? Nam nec ad cladem perculſus eſt, nec meliorem quæſiuit uel expectauit conſolatioem ea, quam Reges opere ſimul ac uerbo præſtiterunt. Quocirca luctus illi tempus quidam dies feſtus eſt factus. Quæ autem deinde contigerunt, ea nos quidem ex auditu cognouimus, tu uerò cum uideris, etiam alijs ipſe narraueris. Nam quæ de cõditore narratur fabula,ab ea nõ longè uidetur Vrbs receſsiſſe. Noſti enim poetas dicere, Pelopem diſſectum mẽbratim, & in olla coctum,denuo compoſitum fuiſſe;cumq; deeſſet humerus, eburneum pro antiquo accepiſſe; quod quidem Cereris fuerit opus. Non aliter poſt ollam eam,quæ Vrbem totam aduſſit,ſecunda conſtructio in mirabilem quandam formæ præſtantiam euaſit, quaſi de induſtria Neptunus eam tridente concuſsiſſet, ut ſolito pulcriorem uideret; quale quid in Theſſalia quoq; humaniter egiſſe dicitur,facto propter Tempe Peneo flumini hiatu. Ac primùm quidem excellentiorem urbem ne animo quidẽ complecti poteramus, cum iſta pulcritudinis exemplum uideretur: nunc autẽ malè opinati fuiſſe deprehendimur.[p] Tunc etenim urbes alias, nunc ipſa propemodũ ſeipſam

Filius) Homerus, à quo, ape eſt hoc hemiſtichium uſurpatũ

[p] τὴν pro τὸ Metropolis) Athenæ.

G. CANTERI

ad Lectorem

IN SACROS SERMONES

PRAEFATIO.

Quoniam nonnullos arbitror moroſiores futuros, quàm ut hos ſermones æquo animo poſſint legere, quid alijs hac de re cenſendum ſit, breuiter indicare uolo. Primùm enim ſi dicent, ægri ſomnia heic & alia nō maioris momenti legēda ſibi proponi; reſpondet, obſecro, cur ea, quæ Cicero in libris de Diuinat. ſomnia recenſuit, libenter omnes atq; auidè legere debeāt, hæc reijcere atq; contemnere. Nec enim, ſi aliena Ciceronem decuit, hunc ſua indignum erit ſomnia memorare, cū præſertim Aeſculapius, cui ille religioſè obtemperabat, hoc iuſſerit. Nam quemadmodum Pan dicitur Pindari carmina ceciniſſe, nec hoc Poetæ uitio datur; ita uidetur Aeſculapius huius uiri eloquentia ſummo iure fuiſſe delectatus. Huc accedit, quod pleraq; ſomnia, ſicut & oracula, tam certos habuerunt atq; conſtantes euentus, ut illa nemo, qui paulò ſit humanior, niſi cum ſumma poſſit uoluptate legere. Et quamuis tota ſomniorum ratio ferè eſt incerta atq; ſuſpecta, nihil tamen uetat ea, quæ aliquando cōtigerunt, cognoſcere, & ex horum cum alijs collatione iudicium de re uniuerſa ſolidum atq; ſincerum facere. Si quis deniq; in his conſcribendis non admodum bona fide uerſatum putet Oratorem, is mihi nunquam id profectò perſuadebit, ac ne ſibi quidem, ni fallor, poſtquam Sermones ipſos perlegerit, atq; ex ijs religionem, ueritatem, & iuſtitiam uiri cognouerit.

AELII ARISTIDIS Sacrorum Sermonum Primus.

Somnia menſium duorum, & ulceris curationem complectitur.

Odyſſ. δ.

VIDEOR equidem mihi ſecundum Homericã Helenam uerba facturus eſſe. Nam & illa ſe omnia quidẽ dicturam negat *—quotquot erant duri certamina Ulyſſis;* unum autem quiddam, ut arbitror, excipiẽs, Telemacho narrat, & Menelao: nec ego omnem poſſim Seruatoris explicare operam, quam ad huncuſq; diem nobis præſtitit. Nec ego heic Homericum illud adijciam,

Iliad. β.

Non mihi ſi linguæq; decem ſint, ora decemq;

paruum enim hoc. Quinimo nec ſi omnem humanam facultatem, eloquentiam, & prudentiam ſuperarẽ, uel propius ad illa poſſem accedere. Sed nec amicis, quotquot me unquam ad dicendũ de his uel ſcribendum aliquid hortati ſunt, obtemperaui, quòd putarẽ id à me fieri omnino nõ poſſe. Etenim ſimile hoc mihi uidebatur, ac ſi, poſtquam ſub mari toto trãſiiſſem, rationes deinde cogerer referre, quot ubiq; fluctib. occurriſſem, & quale in ſingulis mare eſſem expertus, ac quis mihi ſalutis fuiſſet cauſa. Nam ſingulæ dies noſtræ, ſimiliter & noctes, hiſtoriam continent, ſi quis præſens uel euentus rerũ uellet deſcribere, uel Dei prouidentiam explicare, qua partim præſens apertè, partim ſomnijs miſsis, cum quidem res in [a] ſomnia cadere poterat (nam id propter corporis infirmitates, rarò contingebat) erga nos utebatur. Quæ cum mecum cogitarem, ſtatui me Deo tanquam medico re uera præbere, ut ſilentio uoluntati eius obtemperarẽ. Atque nunc quidem uentriculi affectionem uobis declarare uolo, per dies ſingula computando. Menſis December erat, hieme, qualem noſtis; cum ſtomachus per noctes ſingulas laborabat, me ſupra modũ uigilante, adeò ut nec minimum quiddam poſſem concoquere. cuius quidem rei non erat minima cauſa frigus continuum, quod ne later quidem ullus tuliſſe dicebatur. Nam & ſudor hoc toto tempore cõnſiſtebat, niſi cum lauarem. Duodecimo menſis die illuiem imperat Deus, & idem altero die, atq; etiam ſequenti. Per hos tres dies cõtinuos ſine ſudore fui, ſic ut ne ſubuculam quidem ſumerem, nec melius

[a] ὕπνῳ λαχεῖν pro ὕπνον.

lius habuiſſem prius. Ambulabam autem domí, & ludebã ſimul, ut in die feſto. Dei nãq; peruigilia in priorẽ diem feſtũ Neptuni inciderant. Deinde ſomniũ ſomniaui, quod lauacrũ quidẽ innueret, nõ tamẽ ſine ſuſpiciõe. uidebar enim in ſomnijs etiã inquinatus eſſe. putaui tamen lauandum eſſe, & ut hoc [b] re uera mihi accidiſſet, aqua omnino opus eſſe. Itaq; nec in balneo mox iucundè habui, & ut redn, omnia uidebantur eſſe plena, & ſpiritus erat inſtar anhelantis. Itaq; poſtquam cibum cœpi ſumere, mox deſii. Nocte autem facta eſt mutatio, donec paulò ante meridiem uix conſtitit. In ſomnis uerò uiſus eram in thermis eſſe, & cum anterius proſpicerem, inferiorem uẽtrem malè affectum uidere. Quocirca ſtatueram illuuiem perſequi. Tum quidam non à lauacro dixit ortam eſſe ſomnij moleſtiam, nec illud, tanq; huius rei cauſam, cauendum eſſe. Laui porro ueſperi, ac diluculo mox doluit uentriculus, procedente ad dexterã dolore, & uſq; ad inguen. Decimo & ſeptimo die [c] illuuiẽ ſomniũ præcipit. Decimo & octauo rurſus illuuies. Poſtridie uiſus ſum à barbaris quibuſdam comprehendi, & eorum quidã ad me accedere, quaſi uellet pungere; tum digitum in guttur immittere, ac gẽtili quodã more quiddã infundere, idq; appellare oxyſitiã: ea ego deinde tanquã ſomniũ narrare, mirãtibus ijs, qui audirent, ac eam dicentib. eſſe cauſam, cur, cũ ſitirem, bibere non poſſem; quòd omnes cibi aceſcerent. Tum uomitus oſtendebatur, & iubebat Barbarus abſtinere balneo, & miniſtrũ unũ adhibere. Poſt illuuies, & uomitus facilis ſecutus eſt: &, quãtum cõijcio, in Aeſculapij porticu uidebar eſſe, ac familiariũ quidã occurrens me amplexari, ut quem lõgo tẽpore nõ uidiſſet: huic ego dicere, quã moleſtè mihi fuiſſet, & in pgreſſu ſermonis meminiſſe, quãtus in tẽplo accidiſſet motus. Tũ ſtatim ingreſſi ſumus. Vt aũt ad Bonę Fortunæ & Boni Genij ſedẽ uenimus, ſubſiſtentes etiã colloquebamur. Heic ego quẽdam ex miniſtris templi cõſpicatus, quærebã ex eo, ubi ſacerdos eſſet. Reſpõdet ille poſt tẽplum eſſe: quãdoquidẽ iam circa ſacros lychnos erat, & claues ędituo referre: atq; interea claudi tẽplũ, ita tamen, ut etiam introitus quidem relinqueretur, & quæ in eo eſſent, uiſui paterent. Itaque ad fores accedens, aliud ſignum loco antiqui poſitum conſpicio. id cum mirarer, & antiquum quærerem, pro fert id quidã, quod tamẽ parũ uidebar agnoſcere: adoraui tamẽ ſtudioſe. Poſtea circũambulantes, in ſacerdotẽ incidimus, ad quẽ ego ſic exorſus ſum: Smyrnæ quoq; mihi ſecundũ quietẽ inperatũ eſt, ut tecũ de tẽplo colloquerer. cum autem maius hoc uiribus meis negocium putarem, tacui. iam uerò de eodem nuper iterum mihi ſomniare contigit. Simul autẽ de ſigno in antiquũ locũ reponẽdo uolebã eũ admonere. Dum aũt ambularẽ, decidit alterius pedis calceus. eum ſacerdos tollẽs, mihi porrigit. Ego uerò honore lætatus, ac uolẽs ei quaſi gratũ referre, procũbẽs eũ accipio. Interea taurus quidã ad ipſas Dei au-

[b] τῷ ὄντι pro σφῷ O.

[c] deſunt ἀλουσία ἐξ ὀνείρατος. ὀγδόῃ δ᾽ ἐπὶ δέκα ἀλουσία. ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα poſt δέκα O.

res me inuadit. Hũc ego metuẽs, aliquo pacto conabar euadere. At ille nihil aliud, niſi ſub dextrũ genu impegit. Theodotus uerò ſumto ſcalpello, id repurgauit. quamobrem dicebam ad eum, ipſum eſſe ulceris autorem. Atq; hæc quidem ſecundum quietem apparuerũt. Tum uerò ceſſauit metus, extititq; ſub genu dextro ulcus puſillũ, prunæ ſimile: idq; ſuperioribus corporis partibus cõducere uidebatur. Decimo Calẽdas uidebar ſacerdotis ueſtem indutus eſſe, atq; ipſum ſacerdotem aſpicere præſentem; &, cum familiarium quendam ex ſedis partibus nonnihil claudicantẽ uiderẽ, ad eum dicere, fore ut quies ei rei remedium adferret. Vomitus quoq; frequens imperatus eſt: atq; hic quintus erat illuuiei dies. Sed & reliquum ſomnium uobis narrandum eſt. Videbar enim tanquam de more meo declamandi, Demoſthenem quendam referre, & ad Athenienſes, quaſi ille eſſem, ſic dicere: Vos quidem interrogatis per præconem, ſi quis concionari uelit: ego uerò libenter ex uobis quæſiuerim, ſi quis ueſtrũ aliquid agere uelit. Reliqua autem erant comica, referebanturq; ad Telmiſſenſes Ariſtophanis, ubi uerbis quidam, non factis, certaret. Nono Cal. uidebar ſecundum quietẽ, quaſi Smyrnæ eſſem, ad Aeſculapij tẽplũ, quod eſt in gymnaſio, ſub ueſperam accedere, idq; cũ Zenone: templum uerò maius eſſe, atq; de porticu, quantũ erat conſtratũ, aſſumſiſſe. Simul autem quaſi hoc eſſet templi ueſtibulum, cogitabã. Cum aũt orarem, & Deum inuocarem, nihil Zeno blandius dixit, niſi quòd & ipſe Deum refugium ſuum, & ſimilibus nominib. uocabat. Vt autem in hoc ueſtibulo ſtans, ſtatuã meam circũſpexi. ac tum quidem eã, tanq; meam, agnoui; rurſum uerò ipſius uidebatur eſſe Æſculapij magna & pulcra. Hæc ego deinde, quaſi per ſomnũ eſſent uiſa, Zenoni narrare. ac uiſa erat ſtatua ualdè eſſe honorifica. rurſum uerò eam ut in longa gymnaſij porticu conſpicere uidebar. Ceterum de balneo hæc ſomniaui. Primùm quidem dum confricarer, uidebar in populare quoddam balneum ingredi. tum dicebam, imprudenter me ingreſſum eſſe, cum diebus his illuuies eſſet præſcripta. Deinde uidebatur me Phœbus præſens confirmare, ita ut ſine omni metu aquam ingrederer. Tum uidebar apud ipſum Aeſculapij cum iuuene quodã gymnaſtico, imberbi etiamnũ, de balneis diſputare, cum ille maxima quæq; laudaret, & in talibus uitæ fructũ poneret. Oſtenſo itaq; mari, quærebam, nũ & heic præſtaret lauare, an in parua aqua. in parua, reſpondit. Poſtea paludẽ quandam [d] oſtendi, quærẽs iterũ, utrum & in tanta palude ſatius eſſet lauare, q; in parua. & heic paruã conceſsit eſſe præferendã. Non igitur, inquiebã, maxima quæq; ubiq; ſunt optima, ſed etiã paruis ineſt ſua gratia. Simul aũt mecum ipſe cogitabam, ut etiã de bono diſquirẽti dicerem, aliorũ quidem uoluptates ferè ſuum proprias eſſe, meam aũt uerè humanã, qui litteris ſtuderem & delectarer. Viſus autem hæc erat iuuenis ille de eo dicere balneo,

[d] ἐδεῖξα pro ἔδειξα

neo, quod eſt ad portas Epheſias. Deniq; tentandum ſtatui (quando enim potius, quã tunc, conſiderẽ?) & ad horam ſextã conſtitui lauare, quaſi tunc motus foret tutiſſimus. Vt aũt uenit hora, ego Baſsũ increpare, qui moras necteret. Vides'ne, inquiebã, umbram præteri re? oſtendens eam, quam iaciebãt columnæ. Poſtq; eò uenimus, ego frigidæ ſolio inſiſtens, aquam tentabam; eaq; mihi præter ſpem non admodum frigida, uerũ cærulea & ſuauis aſpectu uidebatur. Et ego, rectè, inquã, quaſi aquæ bonitatẽ agnoſcerem. Ingreſſus autem, aliã rurſus inueni in domo calidiore, & remiſsiorem. Simul autẽ & caleſcebam & exuebar. Laui deniq; iucundiſsimè. Octauo Calendas uomitus ad ueſperam accidit, idq; per ſomniũ. Septimo uidebar alicubi in thermis eſſe, cũ propinqui eſſent quidam cum ſicis, ĳq; ſuſpecti. Horũ deinde aliquot ad me accedere, quaſi patrocinio egerent, quoniam erant accuſati. Itaq; circũuentus, quo me uerterem neſciebam, cum illis nec crederem, nec diffidere me uellem oſtendere. Tum ego uiam quandã inſiſtere, & ad fornicẽ ualdè longam peruenire, ubi ne me inuaderent, admodum metuere. Poſtquã hanc præterĳ lubens, Smyrnæ in foro conſtiti, & ut quamprimũ populus conuocaretur, & cauſam agerem, curabam. Tum ipſe lampadẽ ſumo, & unà omnes quotquot in foro erant, Euripideum illud clamantes:

O qui ciatus, Sol, equis flammam rotas.

Initio Phœniſſ.

nam & orto Sole uidebar ſimul ingreſſus eſſe. Hæc poſtea quoq; apud Quadratũ Prætorẽ pro ſomnio uidebar narrare, atq; ille, ut ita facerem, iubere. itaq; fax eſt elata. Sexto Cal. uidebar cũ Alexandro ludimagiſtro ad Imperatorem accedere, pro tribunali ſedentem. Cũ aũt ſalutaſſet eum Alexander prior, & ab ipſo cũ ſuis, ut quibus iampridem familiaris erat, reſalutatus eſſet; tum ego acceſsi. Poſtq; autẽ ſalutaui & conſtiti, miratus eſt Imperator, q eum nõ item oſcularer. Ego uerò dicebã, Aeſculapĳ me cultorẽ eſſe. hoc eñ mihi de meipſo dicere ſuffecit. Tũ præter alia dixi, hoc mihi quoq; Deũ præcepiſſe, ne quẽ ſic oſcularer. Tum ille, ſufficit, inquit: atq; ego tacui. Rurſum ille, Quinimo optimus eſt Aeſculapĳ cultus. Quinto Cal. apparuit mihi ſecundum quietem Apollinis templum, quod eſt in monte Milya. uidebantur autem & ædes aliquot acceſsiſſe, locoq; nomen eſſe Elephãtine, ab illa Aegyptiaca; atq; ego tum ob ædificia, tum ob loci commoditatem, loco delectari; ſacerdos autem eſſe is, qui Smyrnæ eſt Iſidis ſacerdos; apud quem etiam ego diuerſari, & mecum cogitare, quanta mihi iampridem cum eo familiaritas intercederet; atq; adeò iam aliquid ab eo nuper emiſſe, &, cum reliquum quid eſſet, cõmutare uelle. Deinde uiſus eſt mihi quidã dicere, cœphi cum uino: atq; id ego mox pro medicamento ſumere, & utrum faciei, an etiam interioribus apponendum eſſet, cõſiderare; & cũ diceret quidam, cõburere id, ubicunq; imponeretur, aptiſsimum hoc eſſe frigoris reme

Cœphi) exoticũ quoddam pharmacum, teſte Athenæo.

dium exiſtimare. Tũ ad ſacerdotẽ dixi, apertè me ex ijs, quæ legebã, cognoſcere, ieiunandum eſſe. itaq; mox in animo habebã hoc die cibo abſtinere; atq; ita feci. Sequens uerò rurſum illuuici erat. Tertio Cal. uidebar de lauacro cõſultare, corrupto alimento, cũ Zoſimo nutricio, & ex eo quærere, nũ amplius lauandum eſſet. ille uerò negare. deinde lauiſſe quidem, & cũ doleret uenter, ad Zoſimũ ita dicere, An uerò ieiunandum erat? ille aũt reſpondere, uerò. ieiunaui iterum. Sequenti die uomui ſub ueſperam. Somniabam aũt oſsiculum quoddã ejciendum eſſe, nec non ſanguinem è talis eſſe mittendum. atq; ita feci, non longè progreſſus. Calẽdis Ianuarijs in Adrianeo uidebar ungi quidem, ſed non lauare. ut autem redij, ad amicum quendam dicere, non lauiſſe me, ſed unctum eſſe: atq; ille, idẽ & ſibi accidiſſe, reſpondere. Secundo die in Aeſculapij eſſe templo uiſus ſum, cum eò mane ex itinere ueniſſem; & quia celeriter apertum eſſet, gaudere. Videbãtur autem & pueri antiquum canere carmen, cuius eſt initium,

Iouis ſummũ celebro numen: atq; in hac uerſari carminis parte,
Multum ego multum media uita
Recinam diuos, & lætitia
Cor perfundam duce tali puerorum.

Mirabar itaq; quid hoc carmen ſponte ſua occurriſſet. Poſtea miniſtros in templum tanquã natali meo inſtante, præmittere uidebar, ut quædam deferrent; in ijsq; litteras inſcribere, & ut ſermoni, quantũ opus foret, [e] ſubminiſtrarent, artificioſè diſſerere. Poſtridie lucernæ aliquot in templum à ianitore uidebantur deferri, quibus preces pro me fierent: & cum uomẽdum eſſet, uomui. Quinto die deos in ſomnijs precabar, tum eos, quos cõmuniter ſolebam, tũ priuatim Iouẽ & Martẽ, atq; Syriæ deos. ſimilia aũt domeſticis illa uidebanĩ. Poſt ad Imperatorem Syriæ, ad quẽ miſſus eram, acceſsi: atq; id benè euenit. Septimo Charidemũ, oratorẽ Pœnũ, in apodyterio quodã balnei in quiete uidi nitidum & recens lotũ, atq; ad eum ſimul ſalutans, dixi, maturius ipſum lauiſſe; atq; ipſe inter exuendum laui. Decimo die Antoninus Pythodori F. de Nympharum laudib. diſſerere uidebatur; ego uerò nullas eſſe gratioſiores deas dicere, atq; ei, qui moderatus ſit, prorſus illis frui licere, ut non multum, modicè tamen lauanti. Præterea Sanitatis encomium quoddã recitabã. Duodecimo Antoninus, Imperator ſenior, & hoſtium Rex fœdera inter ſe & amicitiam contrahere mihi uidebantur. cum autem accederent ij, qui cum Vologeſo erãt, ſermo eſſe nõ exiguus, iſq; Græcus. deinde uterq; ad me cũ habitu regio ſe conferre; & Antoninus quidẽ mediocri ætate, ille uerò toruo eſſe aſpectu. tũ ille prope me aſsidere, & ab altera parte Antoninus in ſolio. [f] Hic deinde me compellans, quando aliquid ipſis recitaturus eſſem, quærebat. ego uerò gauiſus hoc dicto, cũ uobis placuerit, inquiebã. Atq; illi quidem ad auditionẽ ſe parabãt; ego autem

e χορηγήσειν pro χαρίσειν.

Rex) Vologeſus, cũ quo bellũ Parthicum geſtum eſt.

f ἴδιον δέ μοι καὶ ἰατρικῶν τινῶν ἑταίρων ... ad ducitur.

autem ut ſcriptum aliquod depromerē, diſceſsi. Volebam etiā breuiter prologum quendā ad ipſos componere, hoc modo, quantū recordor (uidebar aūt probè totius meminiſſe) Alij quidem olim, cū quid ipſis feliciter accidiſſet, & natā ſibi ex ea re uoluptatē uellent oſtēdere, plus duplo ſe maiores eſſe factos dixerunt: alij uerò ſe in beatorū eſſe inſulis uideri. uerū & ipſe ita ſum hac die fortunaq; commotus. ſimul aūt conſiderabam, utrum pariter eſſent affandi, an potius noſtro regi plus eſset tribuendū, atq; ita ueniēdum ad alterum. ſic aūt perrexi dicere: ut, inquiebam, niſi diuinis eſſem uiſis aſſuetus, nō facilè uel aſpectū ipſum tolerare poſſe uidear. adeò mihi ille mirabilis, & humano maior uidet. dicebam aūt uiſa diuina, Æſculapij præcipuè & Serapidis. Atq; hæc quidem hactenus. de ſcriptis uerò cū antea uoluiſſem aliquid eligere, poſtea uiſum eſt arculā adferre, & ipſis, ut pro arbitrio depromerēt, permittere. hoc enim & gratiā habere, & admirationem apud ipſos maximā eſſe habiturum. Hæc eadem poſtea uidebar Pelopi pro ſomnijs narrare. Deinde ſomniaui, poſtq; lauiſſem, nunc frigidā, nunc lac mihi adferri. itaq; dubitare me, & ad Zoſimū dicere, cū nec ſitirem nec [g] eſurirem, nō eſſe cur ederē. Tum decretū eſt ieiunium, cū quidem ſacerdos uideret labra mea abſtergere. Atq; hunc quidem diem ieiunus tranſegi; ſequentē illotus; proximum illotus iterum, & cum uomitu. Quinto & decimo die uidi Prætorē in ſomnijs, cum ad me litteras daret, ita me ſalutantē: Ariſtidi ſancto ſalutem. quo quidem die etiā illotus erā. Poſtridie cadi aliquot erāt effundendi. tum illuuies. Octauo & decimo die uidebat Metrodorus poeta Smyrnæ in poetico certare certamine, quod & in eundem ferè diem incidebat: anteq̃ autem ingrederetur, de quibuſdā mecum colloqui, & ſimul porri folia comedere, et ouum cum pane, atq; oui partem aliquam mihi relinquere. tum ego paulò pòſt illum inſtruere de certaminis modo. erat autē ſermo de templo Pergameno, & de puteo: nempe quale id eſſet, ſiue quis ex eo biberet ipſe, ſiue alium uideret bibentem, ſiue etiam ipſum intueretur. Hæc itaq; uidebar diſſerere, & iam audiuiſſe, quaſi, quod contingat, in Dei manibus eſſem. Simul autem domi uidebar pro foribus ſtare, &, cum pes torperet, in magnā domum ingredi. Tum quidam ex miniſtris Iouis Olympij accurrit, cui ego ſomnia mihi à Deo ueniſſe dicebam; itaq; miniſtraret. At ille ſibi quoq; dormienti mandatum dicebat, ut crus ſuillum eo more apparatum, quo ego comedere ſolebam, in Æſculapij deferret. Deinde Pergamo uidebar coronā quandam Deo mittere de longis, quæ quidem Aeſculapio tribuuntur propriè; & ei, qui illam deferebat (erat autem Agathio) ut aliam ab æditus mihi referret, iniungere. Vt autem attulit, appoſui eam mihi, ſicut à dextera recumbebam. Poſtea uidebar, cū neſcio quo in loco eſſem, ſurgere, & [h] nutricē quærere, quæ quidem cōtra me habitaret. quidā uerò, aliqd

[g] πεινῶν pro πειρῶν Q.

[h] τροφὸν pro τροφὼ O.

ei infortunij accidiſſe reſpondebat, anteꝗ ipſam uiderã accedentem, & eius ſociam Callitechnam ſubſequentem. Primò autem mala uidebant, quę Nutrix adferebat, deinde oua tria cocta, demto putamine, quaſi iam eſſent comedenda. Dicebat aũt illa, Qualia ſunt agreſtia. & ego miratus dixi, Dei nutu eſſe oua allata. iuſsit enim, inquiebam, ut ouo hodie ueſcerer, & herbis, appoſita Dei corona. atq; ita feci. Erat autem corona de templo Iouis Æſculapij ſumta. illuuies uerò multis indicabatur. Nono & decimo die uidebar in aula uerſari, & Impp. magna diligentia & honore me ad omnia, quæcunq; deinceps agebam, proſequi. ſoli etenim omnia cõtingere, quorum alijs nulla ſpes erat. Itaq; partim domi cum illis uerſabar & habitabam, nemine potentiorum præſente, partim me ſecum circunducebant. uiſebant autem foſſam quandam, quam urbi circundabãt, ne aqua noceret[i] illabens: ubi & terram uidi eijci. Quin etiam in itinere mirificè erga me affecti erant. Nam & inter utrunq; ſæpe medius ibam, & cum circuire[k] uellem, ut maior eſſet medius, idem faciebat & iunior; ſic ut locum meum ſemper obtinerem. Videbatur etiam puerili eſſe ætate; quod quidem ſæpius contigit. Cum autem quaſi ſcala ad faſtigium quoddam eſſet ad mouẽda, prius quidem iunior me iuuabat, gratias ei me agente; deinde ſuprà ad finem ſenior. Quærẽte autem ipſo, quo pacto; totum dicebam & omne ab ipſius auxilio profectũ eſſe. Poſt hæc uolens diſcedere, ſic aiebam: Gratiam uobis habeo, Imperatores, de cura, & honore, quo me affeciſtis. Et illi, Nos uerò dijs, inquiebant, gratias agimus, qui talem uirum cognouerimus. exiſtimamus enim etiam in dicendo ſibi ſimilem eſſe. Tum ſenior dicere cœpit, eundem eſſe & bonum uirum & bonum oratorem. Iunior uerò ſubſeruiens, dictum cuiuſdam proferebat, Sermones moribus eſſe ſimiles. Ego autem, uellem equidem, inquiebam, ita ſe res haberet. nam in dicẽdo mihi prodeſſet, ſi uobis in ceteris talis uiderer; & pro uno præterea duo haberem bona. ita ferè ipſis reſpondi. Alia uerò plura fiebant & dicebãtur, quàm uel narrari uel credi poſsit. Deinde inſuper dormienti uiſus eſt familiaris quidam, Diophanes nomine, immenſos illos honores recenſere, quaſi præſens fuiſſet; adeſſe quoq; iuuenis quidam amicus, & cum audiret, quàm eſſem apud omnes gratioſus, demirari. Pòſt cum in balneo quodã uiderer eſſe, primũ ſuccurrit mihi lauiſſe me, antequã ad Impp. accederẽ: pridiè enim uidebar eos inuiſiſſe. deinde cũ fricarer, & ſudor aliquis prodiret, ingredi uolui. Itaq; laui, & circa ueſperam uomui, cum de terra, quæ fuerat eiecta, mecum cogitaſſem. Cum tñ etiam de Pergameno itinere propter priora ſomnia cogitarem, heic apertè ſum inhibitus. Nã & ipſe cum circa ueſperam aliquò per quietem progreſſus eſſem, factum nolui, atq; Adrianotheram aſſequi me poſſe negaui; & Adrianothera ueni re quidã cum libello Menãdri quodã uiſus eſt, ac lutoſam eſſe & lacunoſam

Callitechnam) Hanc Sermone quinto Callitycham uocat.

i ἐμπίπτον pro ἐκπίπτον.

k βουληθείην pro βουληθείη.

Adrianotherã) oppidum ab Adriano extructũ

noſam uiã dicere,nec trãſiri poſſe. Deinde mihi pluuia quoq; apparuit,& accedens quidam dixit, aduerſariũ quendam Adriano theræ eſſe,eoq; mihi de cauſa quadam eſſe deſcendendũ. Et ego,quid tum, inquiebam,ſi Deus manere iuſsit. Atq; hoc iterum ad quoſdã dicere ſum uiſus,ac rem totam ſic interpretari, quaſi Deus,poſteaq̃ ægrè domi manebam,exire iuſsiſſet,uolens animũ meum mutare,quò manerem[l] libentius. Inerant aũt etiam illuuiei ſigna. Deinde pluuia, & tẽpeſtas magna poſt ueſperã fuit. Poſtridie illuuies eſt & uomitus ſecutus. Poſtq̃ autem[m] uomui,ità fui affectus, ut uix ad ſequentem diem uiderer poſſe peruenire. Sequẽti eſt inedia indicta,hoc modo. Smyrnæ uidebar eſſe,ac nullã adhibere fidem ĳs,quæ apertè cernebanť,q; non meminerã iter me feciſſe. Tum ficus apponunť, & Corus uates, qui aderat,uenenum diurnum ineſſe dicit. heic ego ualdè ſuſpicor,& ſtudioſè uomo, ſimulq; cogito quid futurum eſſet, ſi nõ euomerem omnia. Tum quidam etiã in alia ficu uenenum eſſe ait. itaq; magis angor, & nõ prius hoc reſciſſe me doleo. Quæ cum ſic appare uiſſent, ieiunium indici credidi, aut ſaltem mihimet indixi. Precabar autem Deum, ut manifeſtius ſignificaret, utrũ uellet, ieiunium an uomitũ. Itaq; cum inſuper dormirem, in templo Pergameno ſecundum quietem fui,& poſt meridiem etiamnum ieiunus eram. Deinde Theodotus cum amicis aliquot ingreſſus, aſsidet mihi in lectulo iacenti. ad eũ igitur ieiunare me dixi. ille uerò ſcire ſe oſtendebat, & poſt hæc omnia uenam ſecandam eſſe dicebat, quoniam dolor ex rene eſſet, ac ieiunium adulterinus quidam ignis per pectus exitus foret. Hæc dum diceret, ante nos duæ apparuerunt ſcintillæ. Tum ego ad Theodotũ reſpiciens, miratus ſum,& accepto ſermonis omine, quid eſſent iſta, quærebam. at ille ex igne hoc, appoſitum quiddam oſtendens, prodire dixit. Deinde experrectus eandem fuiſſe horam comperi, qua uiſus eram cum Theodoto colloqui,& amici ad uiſendum acceſſerant. Hæc itaq; ſomniaueram, dum ueniret medicus, qui auxilium, quod poſſet, præſtaret. Vt autem de ſomnĳs audiuit,& ipſe, cum ſaperet, Deo ceſsit,& nos uerum ac proprium agnouimus medicum,& mandatis obtemperauimus. Ac nox quidem hæc tolerabilis fuit, & ſine omni dolore. pòſt anſerinum adipem dedit in habitu æditui Aeſculapĳ, ac deum, cui in agro Myſio forum extruunt, interrogare iuſsit. ex eo namq; cogniturum, quicquid opus eſſet. Is autem nihil grauius fore reſpondit. Et illuuiei quidem frequentiam cur quis me moret? iã enim quinq; continuis annis,& aliquot præterea menſib. ei aſſuefactus eram, niſi cum hieme in mari, fluuĳs, uel puteis lauare iuſsit. Similiter & ſuperiori purgatione per annos ferè duos ac totidẽ menſes ſum uſus, cũ infinitis clyſterib. & uenæ ſectionib. idq; exiguo fultus alimẽto, nec niſi neceſſario. Ceterũ ieiunia oĩa, ac totius hiemis, in litteris ferè conſumſimus, ſcribendo, dicendo,& ſcripta examinãdo; &

l ἥδιον pro ἴδιον.

m ἤμεσα pro ἠμέλλησα.

Superiori) nempe uomitu.

in medias plerunq; noctes lucubrauimus. tum poſtridie ſingularum dierum ad ſolitum opus reuerſi, cibum deniq; ſumebamus, quantum oportebat. Qandocunq; etiam poſt uomitum ieiunandum erat, hæc nos occupatio cōſolabatur. Quāobrē cū Socratis è Sympoſio memini degētis in Lycæo, mihi quoq; de hac tolerantia & facultate gratias eſſe Deo agēdas exiſtimo. Atq; hæc quidem de uētriculo; cui nō diſſimile cōtigit aliquot antè annis ulceris negociū. Ac Deus quidē dudū prædixerat, ut aquā intercutē cauerē; & cū alia dederat remedia, tum calceos Ægyptios, quib. utūtur ſacerdotes. Cū aūt ei uiſum eſſet fluxionē ad inferiora deducere, ulcus pter ullā cauſam manifeſtā apparuit, idq; primū uulgari magnitudine. deinde in immenſum tumuit, "inguine & omnib. mēbris craſſeſcentib. magno cū dolore, & febri dierū aliquot. Heic medici certatim clamabāt, alij incidēdū ulcus eſſe, alij adurēdū, alij pharmacis curādū, niſi uellē poſt ſuppurationē pire. Deus aūt contrà reſiſtere, & tumorē alere iubebat. nec ſanè dubium erat, medicis, an Deo potius obtēperādū eſſet. Vlcus interim creſcebat magna cum anxietate. Amici autem uel patientiam mirabanē, uel ut nimis deditū ſomnijs, me incuſabant: alij etiam ignauiæ arguebant, qui nec ſectionē, nec pharmaca ſuſtinerē. Deus uerò perpetuò reſiſtebat, id quod erat, ferre iubens. fore enim hoc ad ſalutem, cum iſta fluxio ſupernè oriretur: olitores autem iſtos, per quos meatus deducēda eſſet, ignorare. Ac mira ſanè contigerūt. Nam cū menſes circiter quatuor in hoc ſtatu permanerem, caput quidem & uēter ſuperior ita le uia erāt, ut licebat optare; domi autem quaſi conuentus habebantur, cum amici, qui tum principes ferè Græcorum erant, inuiſerent quotidie, & orationibus intereſſent, quas è lecto indidem habebam. Et multa quidem ac miranda mihi ſunt imperata: quorum autem recordor, curſus fuit, quem nudis pedibus hieme peregi, & rurſum equitatio, res omnium difficillima. Quin & hoc memini, cum portus ex Africo uento æſtuaret, & fluctuarentur nauigia, mihi in alteram ripā trajciendum, & melle ac glandibus comeſis uomendum fuiſſe. itaq; perfectè ſum purgatus. Hæc autem omnia in ſummo feruore, & ad ipſum aſcendente umbilicum cōtingebant. Seruator deniq; eadē nocte mihi & nutricio (nam tum etiā Zoſimus ſuperſtes erat) idem indicat, ita ut & ego ad illum mitterē, qui Dei uerba referret, & ille ad me accederet, quæ à Deo audiuerat, narraturus. Erat autem pharmacum quoddam, cuius equidē ſingularum partium oblitus ſum, niſi quod ſale conſtabat inter cetera. Hoc ut ille uimus, mox tumoris pars maxima euanuit. Mane aderant neceſſarij, gaudentes ſimul & diffidentes. Tum uerò medici criminari ceſſabant, & prouidentiam Dei in ſingulis demirabantur, quòdque aliud quiddam maius eſſet, quod clam ſanaret; ueruntamen quomodo ſinum componerēt, conſiderabant. uidebatur autem ipſis omnino tū ſectione opus eſſe,

n βυβὼν pro βυθών.

ſiquidem in integrũ reſtituendus eſſet ſinus. Atq; ego quidem id aſſentiri uolebam, quaſi Deo iam plenè ſatisfactum eſſet; ille uerò nec hoc ipſis permiſit, uerùm cum ſuppuratio eſſet ingens, ac tota uideretẽ alterari cutis, ouo illito ſic ſanauit et in unũ conduxit omnia, ut nemo paucos poſt dies, in utro femore illud extitiſſet ulcus, poſſet agnoſcere, quandoquidem utrunque undiq; purum erat. Zoſimus autem is erat, cui poſtea magnũ à Deo donum tributum eſt, hoc modo. Cum per Myſiam ° iremus Pergamum, ego, inhibente in itinere ſomnio, ° ἀπήειμεν pro ἀπήει μὲν.
ſubſtiti ad dies aliquot, cum idem uiſum ſubinde recurreret. Ille interim in prædium quoddam noſtrum redijt, quoniam aliquid opus erat; & mox ęgrotauit. Tum ego quoq; ex ſtomacho, palato, capite toto, & omni deniq; corpore ita laborare cœpi, quaſi ad extremũ ueniſſem. Nam nec poteram cibum ſumere, & ſi quid ſumſiſſem, ſtatim corrumpebatur; nec licebat reſpirare, & facultas erat omnis ſublata. Erat autẽ inter nos interuallum ſtadiorum ferè centum & uiginti. At cũ uterque de alterius ualetudine certiores fieremus, magis ijs quæ audiebamus, quàm noſtris afficiebamur malis. Poſtquam uerò Deus apparuit, caput eius utrinque manibus prehendens, precabar ut Zoſimũ meum ſeruaret. renuit. Iterum igitur eodem habitu, ut annueret, precabar. iterum renuit. Tertio prehenſum conabar ad nutum perducere. tum uerò nec renuit nec annuit, ſed æqualiter tenens caput, uerba mihi quædam dixit, quæ in talibus ut ſalutaria, pronunciãda eſſent; quæ equidem q̃puis meminerim, non temerè tamẽ arbitror proferenda. ueruntamen ea recitata dicebat ſuffectura. unum autem ex ipſis erat, Caue. Quid ergo poſt hæc ei contigit? primũ quidem cõualeſcit præter ſpẽ Zoſimus, ptiſana & lente purgatus, queãdmodũ Deus mihi prædixerat. deinde mẽſes inſup quatuor ſuperuixit. itaq; & uidimus nos inuicem, & feſtum diem ſimul celebrauimus, cum etiã mihi frequens à Deo & mirandum auxiliũ obueniſſet. Etenim inter cetera dũ animo deficerẽ, & undiq; premerer, cantica conſcripſi, Coronidis nuptias, ac Dei ortũ, lõgiſsimè ſtropham extẽdendo; atq; ita quietus & cogitabũdus carmina cõpoſui, in omni malorũ obliuiõe. Quin etiã clyſtere iuſsit uti. Ac medicus qdẽ eũ adhibere nõ audebat, pſpecta corporis tenuitate & infirmitate; putabatq; fore, ut me quaſi occideret: ego aũt uix ei perſuaſi; & mox melius habui. Pòſt agreſtia olera in cibũ dedit, quę concoctionẽ ac uires mihi attulerũt. Atq; hæc quidem ſic acciderunt. Zoſimus interea prędicabatur ab omnib. nec ipſe ſibi ullo officij genere ſatisfaciebat, cũ & diuinæ prouidentiæ, & meo miniſterio gratias ageret. Atq; etiam diutius uidetur fuiſse uicturus, niſi quædam feciſset eius uirtus. Cum enim præcipuum quendam meorum famulorum ægrotare cognouiſset, profectus eſt hieme per quadraginta ſtadia, ut eum uiſeret, & quod poſset, iuuaret. nã & medicus erat non malus. Delapſus autẽ de curru per multã niuẽ &

frigus acre, multumq́ꝫ & grauiter afflictus, inter abeundū & redeundum ſecundò in difficilem & periculoſum morbum incidit, ita ut nec ipſe primò quicq́ꝫ eorum, quæ ſibi contigerāt, auderet mihi ſignificare. Ego uerò ut reſciui, non acceſsi, iratus, quòd mihi non obtemperaſſet. Etenim priore nocte uideram in ſomnijs Æſculapij ędituū ita mihi dicētem: Zoſimus ſanè ſeipſum debebat recuperare, dum licet. Itaq́ꝫ ex hoc ſomnio uetabam illū quoquā diſcedere, cum de famulo nuncius eſt allatus. Ille tamen pertinaciter diſceſsit, & inde mortuus eſt. Quapropter tum quantum ſuperuixit, Dei gratia fuit, illum mihi uerè ſeruātis; tum quòd mortuus eſt, ſomnij contemtus in cauſa fuit: quæq́ꝫ initio fuerant à Deo oſtenſa, cum eum prehenſo capite precabar, hunc finem ſortita ſunt. Nutricem quidem uetulam, mihi cariſſimam, Philumenam nomine, ut millies præter omnem ſpem ſeruauit, ita mortuam quondam reſuſcitauit, cū Pergamo me amandaſſet, confirmās fore, ut nutricem quoq́ꝫ ualentiorem redderem. Simul autem epiſtolam quantam ante pedes Iouis Æſculapij iacentem ſumſi, omine accepto; in eaq́ꝫ ſingula diſertè deſcripta reperi. Itaq́ꝫ magno

p ὑπερχαίρων pro ὑπερχαίνων.

p cum gaudio exiui, & nutricem ita affectam offendo, uix ut accedentem ſentiret. Vt autem ſenſit, exclamauit, & paulò poſt reſurrexit.

SACRORVM SERMONVM SECVNDVS.

Itinera quædam, oraculum annorum, lotiones, & morbi cauſa explicantur.

AGE uerò, ſuperiora quoq́ꝫ, ſi poſſumus, memoremus; quorum nihil initio deſcribere uoluimus, quòd ea ſuperfutura non fore crederemus. deinde corporis imbecillitas iſtis nos rebus uacare non ſinebat. Iam poſt tempus aliquod omnino difficile uidebat & meminiſſe ſingula, & accurratè exponere. præſtare itaque ſilere prorſus, quàm tantas res imminuere. Quocirca ſæpe hæc & apud Deum deprecatus ſum, & apud amicos, qui me perpetuò, ut de ijs aliquid dicerem & conſcriberem, precibus ſuis urgebant. Nunc autem poſt annos tot ſomniorum nos uiſa, ut ea in medium aliquo proferamus modo, cogunt. Veruntamen initio mox iuſſit me Deus ſomnia deſcribere; atq́ꝫ hoc primum fuit eius mandatum. Tum uerò deſcripſi equidem illa, uel, cum non poteram, dictaui; nec tamen uel locum addidi, in quo ſingula mihi contigerunt, uel euentus ſingulorum. id enim duntaxat, ſi Deo utcunque ſatisfacerem, mihi ſufficiebat, cùm propter imbecillitatem, ut dixi, corporis, tum quia nunquā ſperaſſem tantam Dei prouidentiam; quod ipſius ac Nemeſis pace dictum ſit. Præterea cum omnia non cœpiſſem initio deſcribere, reliqua quoque quaſi indignabundus abijciebam, partim libens, partim inuitus. alijs autem modis Deo gratificabar. Etenim ferè triginta car-

ta carminum myriades conſcriptæ nobis ſunt, quas tamen nec perluſtrare facilè ſit, nec temporibus ſingulis accommodare. nonnulla quoque in uaria rerum domeſticarum perturbatione perierunt. Reſtat igitur, ut capita rerum dicamus, aliunde alia in memoriam reuocantes, pro Dei ductu. Ipſum autem ad hæc etiam, ſicut ad alia cuncta, inuocamus. Nam omnino in omnibus, ſi quiſquam deorum alius, inuocandus eſt. Poſtquam igitur ex Italia redij, multis ac uarijs rebus corpori conciliatis per moleſtias ac tempeſtates, cum quibus per Thraciam & Macedoniam tranſeundo conflictatus ſem per eram, cum quidem æger etia m domo diſceſſiſſem; magna erat inter medicos quæſtio, cum ne morbum quidem poſſent integrè cognoſcere, nedum iuuare. Difficillimum autem erat omnium, quòd ſpiritus mihi præcludebatur, magnaq́ꝫ cum moleſtia & ui uix tandem reſpirabam. Suffocationes etiam erant in collo perpetuę, & nerui refrixerant, ac pluribus, quàm ferre poſſem, ueſtibus indigebam; aliaq́ꝫ me urgebant infinita. Viſum eſt itaqꝫ thermis uti, ſi quid poſſem conualeſcere, aut aerem, quandoquidem hiems erat, facilius ferre. prope autem ab urbe diſtabant. Heic Seruator primùm oracula cœpit edere. Nam & nudis pedibus ire me iuſſit, & ego dormiens qua ſi uigilarem, ſomniumq́ꝫ perfeciſſem, ita uidebar inter eundũ clamare, Magnus eſt Æſculapius, perfectum eſt mãdatum. Poſtea euocor, & Smyrna Pergamum bonis auibus proficiſcor. Quę autem ſubſecuta ſunt, quamuis homo narrare uix poſſit, conabor tamen, ut propoſui, obiter eorum quædã percurrere. Quodſi quis exactius uolet ea, quæ nobis à Deo contigerunt, cognoſcere, is membranas, & ipſa inſpiciat Somnia. Nam & omnis generis medicamenta, & dialogos aliquot atqꝫ orationes inueniet, & uiſa uaria, ac reſponſa cuncta, & oracula de uarijs rebus, partim ſoluta, partim metrica oratione conſcripta, atque omnia maioribus omnium opinione digna gratijs. Vt autẽ hinc auſpicemur: poſtq́ꝫ in templum uenimus, prima nocte Deus nutricio meo habitu Saluij couſulis huius anni (quis autem eſſet Saluius, nondum tum cognoueramus, uerùm ille tum temporis aſſeſſor erat Dei) apparens, de orationibus meis cum eo collocutus eſt, eaſq́ꝫ inter cetera ſic denotabat: Orationes ſacræ. Atqꝫ hæc quidem hactenus. Deinde medicamenta quædam mihi dedit ipſi, quorum primũ erat, quãtum memini, balſami ſuccus, Teleſphori Pergameni donũ, quo ſub tranſitum ex aqua calida in frigidam utendum eſſet; pręterea purgamenta quædam ex [a] uuis paſſis & alijs rebus permiſta; tum infinita alia; quibus omiſſis omnibus, ea duntaxat quæ miranda ſunt, narrare cogor. Vnde igitur incipiam ea, quę multa ſunt, & uaria, nec in memoria hærent omnia, præter gratias pro ijs actas. Ac primùm in Chium me miſit, purgationis cauſa, ut aiebat. Ea igitur uia, quæ Smyrnam ducit, profecti ſumus, quanquam inuiti,

[a] σταφίδων pro σαπίδων o.

quoniã nos prſide carere,& re uera noſtris auſpicijs nauigare, quandoquidem eramus extra templũ, exiſtimabamus. Et quomodo quidem Smyrnæ omnes obſtupefacti fuerint, poſtquam illis præter ſpẽ apparui, quid attinet dicere? Vt autẽ Clazomenis fuimus, uiſum eſt ad Phoceam traijcere. Tum circa inſulas, Drymuſam & Pelem, Euri quædam exurgit aura, & ulterius progreſſis, Eurus iam uehemens, ac denique immanis erupit uentus. Heic nauis è prora ſublata, in puppim incubuit, ac propemodum ſubmerſa eſt. utrinque deinde aqua repleta, in mare ſe auertit. Tum nautæ ſudare ac tumultuari, uectoreſq́ue cuncti clamare. nam & familiares aliquot nobiſcum [b] nauigabant. mihi uerò hoc duntaxat ſuffecit dicere: O Æſculapi. Poſtquam autem multis & uarijs expoſiti fuimus periculis, ac inter appellendum denique millies repulſi ſumus, non ſine magno ſpectatorum pauore, uix denique ſalui euaſimus. Nocte ſequenti iubet me purgari Deus, unde id fieri deberet, indicans. Ac purgatus equidem ſum non ſecus, ac ſi elleborum ſumſiſſem, ut aiebant ij, qui erant earum rerum periti; cum præſertim omnia per tempeſtatem iam eſſent commota. Deinde rem omnem aperit, & mihi fatale eſſe naufragium declarat, eiuſq́ue rei cauſa illa quoque contigiſſe. itaque ſi in tuto eſſe, & fatis ſatisfacere uellem, lembum ingreſſus in portu, curarem, ut cum lembus inuerſus ſubmergeretur, extractus ego in terram exponerer. ſic enim fore, ut fata complerentur. Quare ita fecimus ſtudioſè, quanquam uidebatur omnibus mirum iſtud naufragij commentum cum uero periculo coniunctum. Tum uerò cognouimus etiam, ex mari quoque ab ipſo nos fuiſſe ſeruatos. Ad hoc beneficium acceſſit purgatio. Deinde Phoceæ nos detinuit, miranda quædam indicans, quæ non ad corpus tantum pertinerent, ſed & alia multa. Quin etiam uentos futuros antè audiebamus, ſic ut Rufus, hoſpes noſter (erat autem Phocaenſium princeps, nec etiam ignarus Æſculapij) cum audiret ſomnia, magnoperè obſtupeſceret, q ea domi ex nobis cognoſceret, quæ foris reliquerat. Prterea cum aliquando lacteo pus eſſet ex Dei man dato, nec etiam reperiri poſſet, quandoquidem menſis alter medius, ut heic conputamus, ferè agebatur, uiſum eſt quærere. Rufus igitur in prdium quoddam ſuum egreſſus, ouem conceperit eadem nocte peperiſſe, & eius lac adfert. Tandem nobis Deus nauigationis in Chium gratiã facit, cùm alijs oſtenſis & prædictis, tum uiſo mihi confracto, & ad nihilũ redacto [c] nauigio. Cum autẽ in prædio Gennaide, quod prope Phocea diſtat, dies aliquot in aquis egiſſemus, Smyrnã ſumus reducti. Heic Deus hoc modo mihi apparuit, ut ſimul cum ipſo eſſent & Clarius Apollo, & qui Calliteenus nomine Pergami colitur, cuius primum eſt de tribus templum. Hoc igi[illegible] habitu cum ante lectum ſtaret, prolatis digitis, ac tẽporibus aliquot ſupputatis, habere

b συνέπλεον pro συνέπνεον O.

c πλεῖον pro πλοῖον O.

me inquit ab ipſo [c] annos decem, & à Serapide tres (ſimul autē iſta tredecim uidebantur ſitu digitorum quaſi decem & ſeptem efficere) eaq; nō ſomnia, ſed rem ueram eſſe, meq; ipſum id cogniturum. iubet unà in fluuio, qui urbem præterfluit, lauare, duce futuro puero impubi; eumq; mihi oſtendit. Atque hæc quidem eſt uiſi ſumma, quod equidem ut integrè poſſem referre, magno redemtum uelim. Media autem erat hiems, & aſper Boreas, ac glacies, lapillis ita continenter concretis, ut cryſtalli perpetuæ ſpeciem referrent; aqua uerò tali reſpondens aeri. Enunciato autem uiſo, deducebant nos amici, ac cū familiares, tum etiam alij, idque partim trepidantes, partim uiſendi gratia. aderat & reliqua turba frequens, cum præſertim diſtributio quoque quædam extra portas fieret, & ex ponte eſſent omnia conſpicua. Heracleon certè medicus, amicus noſter, poſtridie mihi cōfeſſus eſt, hoc ſibi omninò perſuaſum [d] fuiſſe, fore ut quanquam optimè mecum ageretur, in opiſthotonum tamen, aut ſimilem aliquem morbum inciderem. Poſtquam autem ad fluuium uentum eſt, non erat opus, qui me hortaretur. Etenim calore, quem ex Dei conſpectu conceperam, plenus, abiectis ueſtib. & neglecta frictione, in profundiſſimum me fluuium inijcio. Deinde tanquā in piſcina lenis ac temperatæ aquæ immorabar, innatans, ac meipſum undiq; perfundens. Vt autem egreſſus ſum, & cutis nitebat tota, & corpus undique erat alacre, & multus erat aſtantium clamor, qui celeberrimum illud clamarent, Magnus Aeſculapius. Quæ deinde conſecuta ſunt, quis poſſit exponere? totum enim reliquum diem, & noctis partem uſque ad ſomnum, eodem habitu permanebam, nec uel ſiccius uel humidius reddebat corpus, aut calor uel accedebat ullus uel decedebat. Quin nec talis erat calor, qualis alicui poſſet humana opera contingere, ſed perpetuus quidam tepor, æqualem per omne corpus atq; tēpus uim diffundens. Nec aliter eram animo affectus. Nam nec illuſtri quaſi uoluptate, nec humana præditus eram modeſtia, uerū ineffabili quadam animi tranquillitate, quæ cuncta præſenti tempori poſtponeret, ſic ut nec ea [e] quæ uidebam, cernere me putarem. adeò totus erā Deo deditus. Sed ex ijs, quæ deinceps narranda ſunt, quod nam ſubijcientes, & quò conuerſi, tū tibi gratū facere, here, tum ſermonē optimè cōtinuare poterimus? utrum, quoniam fluuij, hiemiſq; tantæ, & lauacri mentionem feci; quæcunq; ſunt eiuſdem generis reliqua, dicam, & quaſi catalogum quendam hibernarum & diuinarum ac penitùs mirabilium contexam lotionum? an interpoſito ſermone, medij quoque temporis quædam geſta referam? an potius medijs omnibus relictis, primo ſermoni finem imponam, qui eſt de oraculo annorum, & ſingularum rerum euentu. Ac multa quidē nobis alia Deus oſtendit, cum nos ē periculis eriperet, quæ frequenter ſingulis dieb. & noctibus occurrebant, ac uel eadē redibant, uel ſibi inuicē ſuccedebāt,

c ἔτη pro ἔτι.

d εἶ pro εἶναι.

e ὁρῶν τὰ pro ὁρῶντα.

Deo ſingulis remedium & conſolationem tum uerbis tum factis adhibente: unum autem & hoc ab illo quondam geri memini. Etenim tertio pòſt die neceſſario moriendum eſſe dicebat, & ſimul ueritatis proferebat ſigna, qualis foret dies conſequens, qualiꝗ́ aere, & ubi appareret auriga. uerùm ſi agerem: conſcenſis primùm bigis, ad fluuiū, qui urbem perfluit, accederem, ac ſecundum eum progreſſus, donec extra oppidum ueniſſem, Epibothria ſacra (ſic enim uocabat) in foueis ad id factis, quibus oportebat dijs, facerem. deinde reuerſus, minutijs ſumtis, fluuium tranſirem, & illas proijcerem, atq; alia quędam inſuper agerem. poſtea templū ingreſſus, perfectè Æſculapio ſacrificarem, poſitis ſacris crateris, & inter collegas omnes ſacras portiones diſtribuerem. cunq; oporteret etiam de corpore ipſo aliquid pro ſalute totius præſcindere, illud tamen, quoniam eſſet moleſtū, ſeſe mihi remittere; huius autem loco anulum, quē geſtabam, offerrē Teleſphoro (id enim eiuſdē fore efficaciæ, ac ſi ipſum proieciſſem digitū) inſcribēs palæ: Saturni fili. ita ſi egiſſem, ſaluū fore. At quomodo deinceps affecti fuerimus, & quali nos harmonia rurſum Deus tēperauerit, conijcere licet. Etenim non ſecus ferè, atq; in initijs, uerſabamur, ſpe bona pariter cum metu coniuncta. His aūt cōſentanea ſunt ea, quę pòſt, cum abſinthium bibiſſem, contigerunt. Cum autem omnium maximè ſit horrendum atq; euidens, ipſa purè narrare uiſa, tamen in pleriſq; cogor, ut propoſueram, capita rerum, prout in ſermonē inciderint, percurrere. Philadelpho igit, alteri ędituo, eadem nocte ſomnium obuenit idem, atq; mihi, niſi quod paulum quiddam intererat. Ac Philadelpho quidem, quantum memini, hominū turba in ſacro theatro apparebat, qui albis induti, & ad Deū congregati erāt. in his & ego uidebar eſſe, & cōcionari, Deūq; prędicare, cùm alijs de cauſis, tum quòd fata mea auertiſſet, idq; cū alias ſæpius, tum nuper, quādo abſinthium repertum bibere iuſſerat, aceto, ne quid auerſarer, temperatum. Scalam prȩterea quādam ſacram memorabat, ac præſentiam, uiresq; Dei mirabiles. atq; hęc quidem illi; mihi iſta contigerunt. Pro templi forib. uidebar ſtare, cum & alij multi eſſent congregati, uelut in ſacro luſtrali, ijq; albati, & reliquo habitu [f] decori. Tū ego inter alias uoces Mœro nomum appellabam Deū, ſumto de meis uocabulo, quoniam in homines fata diſtribueret. Secutū eſt abſinthiū, ut quocūq; modo, ita manifeſtiſſimè reuelatum, quēadmodū & alia plurima euidentem habuerunt Dei præſentiam adiunctam. Nam & quodam modo tangere uidebar, ipſiusq; aduentum ſentire, atq; inter ſomnū & uigiliam medius eſſe, ac proſpicere uelle, neúe prius diſcederet, timere, & auribus admotis audire, partim ut ſomniando, partim ut uigilando. huc accedebāt capilli erecti, lacrymæ cum gaudio, animi pōdus abſq; grauitate: quæ nec hominum quiſq; uerbis explicare, nec niſi initiatus, poſſit intelligere. Quæ cū ita apparuiſſent, mane Theo

dotum

Epibothria) i. ſoueis, in quibus ſiebant, dicta.

f [illegible] προπρέποντα.

dotum medicum uoco, eiq; ſomnia mea expono. At ille magnopere quidem mirbatur, quid autē ageret, neſciebat, cùm ob hiemem, tum propter nimiam corporis mei imbecillitatem, quandoquidē multos iam menſes decubueram. Viſum itaq; eſt etiam Æſculapij ædituum arceſſere, in cuius ædibus tunc agebam, & cū quo pleraq; ſolitus erā communicare ſomnia. Is cum ueniſſet, uix eum cœperamus alloqui, cum ille ſic diceret: Recens à collega uenio (Philadelphum dicebat) qui me uocauit. mirū enim hac nocte ſomniauit ſomnium, idq; ad te pertinet. narrauit itaq; nobis ædituus Philadelphi ſomniū, atq; idem insuper Philadelphus ipſe, à nobis uocatus. Cum autem conueniret inter ſe ſomnia, pharmacum ſumſi, ac bibi, quātum antè nemo, nec nō poſtridie, cum idē Deus indicaſſet. Ac facilitatē quidē potationis & uſum cur quis recenſeat? unde autem hunc ſermonē ſum exorſus, quę fata mea Deus diſpoſuerit, id præter alia multa tū priora tū poſteriora oracula, eodē utriq; modo tali cum auxilio ſignificatū eſt. Nūc autē primū repetamus ſermonem, ac oraculi de annis euentum connectamus. Atq; illū quidē toto hoc tēpore nos cōſeruaſſe, diemq; poſt diē donaſſe, adeoq; nūc etiā eūdem nos ſeruare; quicūq; uel exiguū quid rerum noſtrarum cognitū habent, ignorare nō poſſunt. Verū poſtquā oraculi tempus expirauit, iſta cōtigerūt, ut paulò altius repetā. Cū in ſuburbio uerſarer æſtate media, peſtilēs morb. omnes ferè finitimos inuaſerat. Ac de famulis quidem duo primū uel tres ægrotabāt, deinde plures; deniq; omnes tam ſenes quā iuuenes mortui ſunt, me capto poſtremo. Medici autem ex urbe commeantes, famulos nobis ſuos, ut miniſtrarent, relinquebant, atq; ipſi nōnunquā hoc obibant officij. Ægrotabant autem etiam iumenta, & quocūq; quis pedem moueret, mox ante fores iacebat; ita ut ne nauigatione quidem uti tutum foret. Omnia uerò deſperatione, eiulatu, gemitu, omniq; difficultate plena erāt, nec nō in urbe graues graſſabantē morbi. At ego hactenus quidē reſiſtebam, nō minus aliorum ſaluti, quā meæ cōſulens; pòſt autem increndente ſe morbo grauem fellis feruorē paſſus ſum, quod me noctes ac dies infeſtabat, ſic ut nec cibū poſſem capere, & facultas omnis periret. Itaq; diſceſſerunt medici, deſperantes deniq;, quaſi mox eſſem moriturus. Veruntamē Homericum illud heic quoque locum habebat, —[g] *ſed firma fuit mens.* adeo meipſum tanq; aliū quēuis, ſubſequebar, ac deficere ſemper corpus ad extremum uſq; ſenſi. Quæ cū ita eſſent, & ego ad interiorem lecti partem fortè me cōuertiſſem, uiſus in quiete ſum Lyſin uidere, ac in fine fabulæ uerſari, ſocciſq; depoſitis, patris crepidas ſumturus eſſe. Interea Seruator Aeſculapius ad exteriora ſubitò me uertit: nec longè pòſt apparuit Minerua cū ægide, eaq; pulcritudine, magnitudine, ac figura tota, qua conſpicit Athenis Phidiaca. Quin etiam ægis ſuauiſſimum dabat odorem, ceræ non diſſimilis, & pulcritudine, ac magnitudine ipſa quoq; ad mirāda. Illa ue

Vtriq; mihi, & Philadelpho.

g νέ@ γεγαὼν pro νέους γεγαῶν Iliad. λ in fin.

Lyſin) poſteriorem fabulæ partem.

rò ſoli è regione ſtare uidebatur, atq; unde eam optimè poſſem conſpicere, cumq; aliis etiam, qui aderãt, oſtenderẽ (erant aũt amici duo, & nutricius) ac Mineruam contra me ſtare, & colloqui clamarẽ, ægidemq; monſtrarem; illi quo ſe uerterẽt, neſciebãt, metuentes, ne delirarem, donec & uim ſublatã uiderunt, & uerba, [h] quæ acceperã à dea, audiuerunt. Erant autem iſta, quæ quidẽ memini. Odyſſeæ factа mẽtione, non eſſe rem fabuloſam aſserebat, idq; ex re præſenti conjici poſse. ferẽdum itaq;, ipſumq; pariter & Vlyſſem eſſe & Telemachũ, eiq; opem adferendam eſſe; & ſimilia. Et hoc quidem modo apparuit mihi Dea, meq; conſolata eſt, & à morte ſeruauit, cum nihil eſſet ad uitam ſpei. mox autem uenit in mentem, mellis Attici clyſterẽ utendum eſſe, quo purgaretur bilis. Deinde pharmaca acceſſerunt, & cibus: ac primũ quidem, ut exiſtimo, iecur anſerinum, cũ diu cibos omnes auerſatus eſsẽ; deinde abdominis ſuilli aliquid. Pòſt in urbẽ operto ac lõngo uehiculo ſum uectus, atq; ita paulatim magna cum difficultate meipſum collegi. nec tamen prius omnino febris ceſſauit, q̃ alumnus omnium cariſsimus moreretur. Vt autem poſtea cognoui, eodem die & ille mortuus eſt, & me reliquit morbus. Ita factum eſt, ut & hactenus deorum dono uixerim, & eorũdem gratia poſtea reuixerim; iſtaq; quædam quaſi permutatio fuerit. Atq; oraculum quidem de annis datũ, & qui ad id pertinuit morbus, cõiunctaq; uiſa, talẽ ferè habuerunt exitum. iam uerò de lotionibus, ut exiſtimo, dicendũ eſt, quas nobis iniunxit; quandoquidem initio quoq; ſimul cũ oraculo lauare nos in fluuio uoluit. Cum catarrhis premerer, & è palato laborarem, omniaq; concretione eſsent referta & igne, ac ſtomachus, præter alia multa, haberet peſsimè, concluſusq; eſsem æſtatis tempore, cũ quidem Pergami degerem apud æditũum; primũ ſanguinem iuſsit è cubito emittere uſq; ad centum & uiginti libras, quãtum memini. id autem indicabat, nõ exigua opus eſse uenæ ſectione, quemadmodum poſtea patuit. Nam & æditui, qui id ætatis eſsent, & omnes Dei curatores ac ſtipatores neminem adhuc, qui tam crebrò ſecaretur, uidiſse ſe adfirmabant, præter Iſchyronem ſolũ, cuius tamẽ ſectio apud omnes admirationi eſset. meã nihilominus longè ſuperare, præter alia, quæ ſimul contingebant, miranda, de quibus & hoc ſtatim fuit. Altero uel tertio pòſt die rurſum præcepit frõtem incidi, ſimulq; Senatori cuidã Romano, qui pariter aſsidebat (is autem erat Sedatus, uir optimus, qui hæc ipſe mihi narrauit) idem iniunxit, indicãs, hoc Ariſtidi quoq; præceptũ eſse. Inter has autẽ ſectiones ad Caicũ me mittit, ita ut abiectis lanis iter facerem, ac ſic lauarẽ. Prædixerat etiam fore, ut equũ uiderẽ lauantem, & æditũ Aeſculapii ſtantem in ripa: nec aliter contigit. Nam dum ad fluuium accederem, equum uidi lauãtem; inter lauandum autem adfuit æditũus, & è ripa ſpectauit. Quantam autem hinc leuationẽ ac recreationẽ ſenſerim, ut facilè deus poteſt cognoſcere,

b ὧν pro ᾧ.

Alumnus) Hermias, ut habetur Serm. quinto.

re, ita nec animo concipere, nec uerbis enarrare facilè homo poſſit. Alia quoꝗ lotio Smyrnæ eſt imperata ineunte hieme, ita ut ad thermas progreſſus, non calida, ſed profluẽte uterer, cũ quidem dies totus humidus eſſet & frigidus, ac tantũ decreuiſſet aqua, quantũ uado ſuffi ceret. quod quidem erat primũ miraculum. Præterea ſub ueſperã fiebat lotio, acriter flante Borea. Similiter Pergami rurſum, cum hiems eſſet, & ego tam tenui corpore, ut longo admodum tempore nõ prodirem in publicũ; iuſſit in fluuio, qui urbem perfluit, lauare, cum is im bribus multũ creuiſſet: ac ſimul tres fore lotiones prædixit. Hoc ubi cognouiſſent amicorum ſtudioſiſſimi quiꝗ conuenerunt, ut me deducerẽt, quoniam de euentu ſoliciti erant, eamꝗ rem uiſu nõ indignã exiſtimabant, quãdoquidem, dies etiam brumalis erat. Primũ igiť in itinere[i] pluit, quæ quidem prima fuit lotio; cũ uia Hipponia[c] aſcendiſſemus, ut puram aquam, quæꝗ nondum fuerat urbi permiſta nanciſceremur. Poſtꝗ autẽ ad ripam perueneramus, nullus nos amicorum adhortari audebat, ꝗuis & ædituus adeſſet, & philoſophi quidã, optimi uiri. uerùm cuncti trepidare ſe, & cõſilij incertos eſſe oſtendebãt. At ego abiectis ueſtib. & inuocato Deo, in mediũ fluuium proſilio, qui & lapides uoluebat, & ligna deferebat, & quaſi uẽto æſtuabat, ſic ut nec inferius quicꝗ eſſet cõſpicuum, & ſonitus eſſet ſtrepitusꝗ grauis. Veruntamen ut lapides inſtar foliorum circunfluebant, ſic aqua leuior erat, ꝙ alia ulla pura. itaꝗ lauiꝗ licuit diutiſſime. In ripã dein de egreſſo, calor per totũ diffundebať corpus, & multi efferebãtur uapores, omniaꝗ rubebãt, & pęanẽ cecinimus. Iam in reditu rurſum de cælo decidit aqua: atꝗ is fuit tertiæ lotionis exitus. Ceterùm Elęę alia lotio ſic cõtigit. Miſerat me Deus lotum in mari, prędicens nauigiũ, Æſculapiũ nomine, in oſtio portus reperturũ, in quod me conijcerẽ, & uoces quaſdam[k] nautarũ, aliaꝗ quędam, quæ cum euentib. diurnis omnia congruerunt. Poſtquã igiť Elææ fuimus, & ad portum uenimus, tum nauigium eſt inuentum; Aeſculapius, tum nautæ ad hoc ſpectaculũ Deum inclamarũt. Vehemẽs aũt erat Boreas, ita ut egreſſus neceſſariò cõtegerer. Sequenti nocte ruſum iubet eodem[l] modo mari uti & poſt lotionem cõtra uentũ ſtãtem, corpus ita curare. Nec ignoro equidem, multis olim eadem fuiſſe iniuncta; uerũtamen hoc primũ magis eſt admirãdus Deus, quòd ſæpius & perpetuò uim ſuã ac prouidentiã demonſtret; deinde, ꝑpter noſtrã imbecillitatẽ. Quis aũt animo cõplecti poſsit, in quo nos ſtatu tũc eramus. ſciũt aũt ij, qui ſingulis rebus interfuerunt, quomodo tũ extra tum intus fuerim affectus. Quid quòd fluxio noctes dieſꝗ ex capite deſcẽdebat, ęſtuãte pectore, & ſpiritus cõtrà fluxionem aſcendẽs in collo coarctabať, & urebat, adeoꝗ mortẽ ſingulis horis expectabã, ut ne famulũ quidẽ auderem uocare, exiſtimãs id fruſtra fore, conſumto iam colore. Huc accedebãt aurium ac dentium uarij caſus, & uenæ omnes diſtẽtę, quodꝗ

i ὕδημον pro ἤδημον.
c ἀνιέμεν pro ἀνίει μὲν.
k ναυτῶν pro αὐτῶν.
l κατὰ ταὐτὰ pro ταῦτα.

cibum nec continere poteram nec euomere. ſi quid enim uel tantillũ fauces aut palatum contingeret, claudebaẽ meatus, nec licebat reſpirare. Cerebri præterea feruẽs erat dolor, & acceſſus omnis generis. Nocte uerò decumbere non poterã, uerùm erectus cogebar procũbere, capite ad genua inflexo. His autem & alijs infinitis conſentaneũ erat, ut lana, tegumentiſq; alijs inuolui neceſſe haberem. cumq; accuratè continerer, omnibus occluſis, fiebat, ut dies mihi pro nocte eſſet, ac nox pro die uigilaretur.

Quis nam [k] *hæc mortalis lingua ſimul omnia pandat?*

at illa nõ ſufficiũt. Nam ad oĩa quidẽ [l] narrãda nõ minori eſſet opus tẽpore, q̃ quo res ipſæ ſunt geſtæ. Quæ ſi quis conſideret, & in quantis qualibuſq; ærumnis, quantaq; neceſsitate ad maria, fluuios, puteoſq; nos amandarit, & cum hieme nos cõpoſuerit; nihil eſſe magis admirãdum dicet, Deiq; uires & prouidẽtiam euidentius perſpiciet, nec magis infirmitate dolebit mea, q̃ honorẽ, quo ſum affectus, gratulabiẽ. Sed cupiet aliquis audire fortaſsis, unde res tãta ſit orta. id quod quanquã Alcini ſuperat apologũ, conabor tamen obiter explicare quodã modo. Hieme media Romam proficiſcebar; & quamuis iam domi ex aqua & frigore malè ualerem, neglexi tamen, exercitio corporis, & bonæ ubiq; fortunæ confiſus. Poſtquam ad Helleſpontum ueni, magnopere doluit [m] auris, nec etiam nimis benè ualebam. ſed paulũ refectus, ultrà proceſsi. Secutæ ſunt pluuiæ, glacies, uenti omnis generis; Hebrus recens conciſus, ut nauigari poſſet, alioqui totus concretus; campi ad omnem proſpectum ſtagnantes; cauponarum difficultas, & maior de tectis aqua, quàm de cælo cadẽs; deniq; feſtinatio et curſus præter anni tempus atq; corporis uires. Nam nec nuncij militum, ne quid maius dicam, nos præteribant, & famuli plerique lentè procedebant. Iam duces itineris ipſe quoq; conquirebã, ſi opus erat, nec ſine difficultate. Cum enim inſtar barbarorum fugerent, attrahẽdi erant nunc blanditijs, nunc etiam ui. quibus ex omnib. creuit morbus. Ac dentium quidem cauſa in ſummo uerſabar diſcrimine, ſic ut, quaſi eos excepturus eſſem, manus ſemper ſupponerem. Deinde cibo omni abſtinebam, præterquam lacte: & anhelitum circa pectus tunc primùm ſenſi, ualidæq; me corripuerũt febres, aliaq; infinita, cũ quidem Deſſę ad cataractam decũberem. denique uix uigeſima pòſt die, quã domo diſceſſeram, Romam ingredior. Mox autem intumuerunt inteſtina, refrixerunt nerui, horrore per totũ corpus permanante; atq; intercluſus eſt ſpiritus. Cũ autem purgationes admouerent medici, ſumto elaterio, per dies duos purgatus ſum, donec ad ſanguinem eſt uentum. Acceſſerunt & febres, omniaque fuerunt incerta, nec ulla ſpes extitit ſalutis. Medici denique à pectore exorſi ad ueſicã uſq; ex ordine omnia conſciderũt. admotis aũt cucurbitis, defecit omnino ſpiritus, ac torpẽs dolor per omnia penetrauit, neceum

ferre

k deſunt ἐκεῖνα πάντα γε μυθήσαιτο κατὰ θνητῶν ἀνθρώπων ante ἐκεῖνα γε. uerſus eſt ex Odyſſ. γ.

l διήγησις pro δίκας.

m ὗς pro οὖς.

ferre potui, & erant omnia ſanguine maculata, " maximoq́ꝫ cruciabar dolore. Inteſtinorum prætereà tanq̄ꝫ frigus & extenſionē ſenſi, adiuncta quoq; reſpirandi difficultate. Ita fiebat, ut cõſilij inops eſſē, cum & cibum ſumenti & loquenti ea interueniret, non ſine ſuffocationis metu. Iā reliqui corporis imbecillitas hiſce reſpondebat. Quoniam aūt pharmaca quæuis, tam theriaca q̄ꝫ alia, fruſtra dabantur, uiſum eſt domum reuehi, ſi fieri poſſet. Ac terreſtre quidē iter ſuſcipere non poteram, quòd ſucuſſionem corpus non ferret: quapropter nauigationi animum intendimus. Quæ aūt adduxeramus iumenta, ea partim per tēpeſtates perierāt, partim, quæ ſupererant, uēdidimus. Tum ſecuta eſt Odyſſea quędam; ac in mari Tyrrheno primū procella, tenebræ, Africus, & immēnſa maris cõmotio, ſic ut relinquerētur gubernacula, & nauclerus nautæq́ꝫ cinere conſperſi ſeſe ipſos ac nauē deteſtarentur. Fluctus interim uehemens per proram & puppim irrumpebat, ac tum uento tum mari perfundebamur, idq́ꝫ per diem & noctem. Media ferè nocte ad Pelorum, Siciliæ promontoriū, delati ſumus. In freto pòſt errores, curſusq́ꝫ tam antrorſum q̄ꝫ retrorſum contigerunt. Adriaticū deinde mare noctib. duabus ac die una permenſi ſumus, tranquillè nos eius deducente flumine. Cum aūt ad Cephalleniam eſſet appellendum, rurſum fluctus ingens exortus eſt, & uētus aduerſus, ita ut ſurſum ac deorſum ferremur, corpore interim omnib. modis laborāte ac diſſoluto. Iā quæ in freto Achaico rurſum cõtigerunt, cū probi nautæ ſub ipſum æquinoctiū Patris ſoluiſſent, me inuito, ac primū cõtradicente; nemo facilè dixerit: quibus quidem rebus & pectus, & alia quotidie peius afficiebātur. Nec diſsimilia in Aegæo acciderunt per gubernatoris nautarumq́ꝫ malitiā, cum uento cõtrario nauigare uoluiſſent, nec mihi quicq̄ꝫ obtēperaſſent. Ita quatuordecim diebus & noctib. per totum pelagus hieme uecti ſumus, frequenti cū inedia, donec uix tādem Miletum ſumus delati. Tum ego nec pedibus ſtare poteram, & aures obſurduerant, ac nihil nõ moleſtum erat. Paulatim uerò progreſſi, Smyrnā præter omnem ſpem uenimus, cum quidem hiems eſſet, & palatum ualdè malè affectum, nec ſecus alia. Conuenerunt itaq; medici & gymnaſtæ, nec uel remedium adhibere, uel morbi uarietatem potuerunt cognoſcere. Thermas tamen conſultum fuit accedere, quandoquidem nec urbanum facilè ferebam aerem. Inde autem quæ conſecuta ſunt, paulò antè expoſui. Ac ex talibus quidem tantisq́ꝫ rebus, ut breuiter & obſcurè dicam, morbus exortus eſt & increuit, cum tempore ſemper augeſcens. Elapſo autem anno, & menſibus aliquot, ad ſedem Pergamenam uenimus. Iam, unde digreſsi ſumus, ad lotiones diuinas reuertamur, ualedictis doloribus, morbis, ac periculis omnibus. Cum fortè inter fores & cancellos templi ex ſomnio quodam decumberem, hoc mihi carmen Deus reſpondit:

" ἢ γίνομαι ὑπεραλγὴς pro ὑπεραχθής.

Ad uirides autem florebant ueſpere fontes.

Deinde ſub diuo unctus in ſepto templi, laui in ſacro puteo, cum nemo non, qui id uideret, uix crederet. Quin totum propemodum eieciſſem morbum, niſi quòd, cum ſigna Deus oſtenderet, ac diætam iam mutaret, ego quidem obtemperare uolebam, *Sed mala uicerunt ſociorum conſulta,*— qui cum ſibi ſapientes, & harum rerum periti uiderentur, abſurdius interpretabantur ſomnia, atque hoc dicebant omnino Deum ſignificare, in eodem mihi ſtatu manendum eſſe. Itaque conceſsi illis, quamuis inuitus, ac timens, & mihi magis credens; ne uiderer mihi ſoli confidere. At poſt cladem cognoui probè, meliorem fuiſſe meam ſententiam. Verùm ij, quorum fefellerant conſilia, ſeponantur: ueruntamen & hæc admodum diuina uidentur. Quòd enim eadem diæta, ac res eædem, Deo quidem iubente & indicante, ſalutem, uires, leuitatem, facultatem, tranquillitatem, omniaq́; bona corpori & animo concilient; alio uerò ſuadente, nec Dei mentem aſſequente, omnia proferant contraria: id uerò maximum eſt diuinæ potentiæ ſignum. Nunc ad reliqua progrediamur. Cùm ſub æquinoctium uernum luto ſe homines in honorem Dei conſpergerent, nec mihi ſine mandato liceret ex loco diſcedere; abſtinui; ac tempus, quantum memini, ualdè calidum erat. Poſt dies paucos tempeſtas oritur, Borea totum impellente cælum, & nigræ congregantur nubes, ac noua redit hiẽs. Tum uerò luto me iuſsit uti iuxta ſacrũ puteum, atq; ibi lauare. Quocirca tunc etiam ſpectaculum præbui, cum tãtum eſſet luti atq; aeris frigus, ut ſtudioſè ad puteum accurrerem, cuius aqua me calefecit. Et hæc quidem primo loco mirari licet. ſubſequente uerò nocte iubet iterum luto conſpergi, ac ter circum templa currere. erat autem Boreas immenſus, & frigus intenſum, ita ut nulla reperiretur ueſtis, quæ ad illud arcendum ſufficeret, quin cuncta penetraret, ac inſtar teli feriret latera. Tum amici quidã, quaſi me cõſolari uellent, quanquã nihil opus erat; diſcrimen ſubire, & me imitari uoluerunt. Atque ego quidem cucurri circum templa, egregiè me tundendum Boreæ præbens, & ad puteum denique progreſſus, ablui: illi uerò partim domum ſtatim reuerſi ſunt, partim ſpaſmo contracto, & in balneum feſtinanter deducti, magna cum difficultate ſunt refecti. nos uerò deinceps uernam egimus diem. Rurſum hieme, cum glacies eſſet, & uentus frigidiſſimus, iubet me ſumto luto in aula ſacri gymnaſij ſedere, & Iouem, maximum atq; optimum deum, inuocare. quæ itidem multis contigere ſpectantibus. Nec minori fuit admirationi, quòd cum per dies quadraginta atq; etiam plures febri laboraſſemus, multiq́; portus, ac litus omne, quod Pergamo Elæam deſcendit, eſſet concretum; tum Deus lineam duntaxat imperauit ſumere tuniculam, in eaq́; de lecto egreſſum, in fonte extra urbem lauare. Cum autẽ difficile eſſet

Hemiſtichium Homer. ex Odyſſ. x initio.

aquam

aquam inuenire, cunctis concretis, & fons mox inſtar cryſtallinę cuiuſdam fiſtulæ euaderet, ac ſi quid infunderetur calidæ, ſtatim cōcreſceret: lauimus tamē, & ſuffecit linum, nec quiſquā fuit, quin magis rigeret: ac plurimum circa templum uiximus. Neq; his abſimile eſt, quòd hieme ſemper nudis pedibus inceſsimus, & per omne templū ſub diuo decubuimus, & ubicunq; uideretur, nec rarò in uia templi, [o]ſub ipſa Deæ lampade. Quinetiam ſubuculam abſq; tunica neſcio quot dies geſsi. Iam quoties fontibus, fluuijs, aut etiam mari nos uti uel antè uel pòſt iuſſerit, partim Eleæ, partim Smyrnæ; & quibus tēporibus; infinitum eſſet narrare ſingula. Verùm cum nos Epheſum nuper declamatum mitteret, tertio itineris die (nam ſecundo ipſe inhibuit) pluuiam ſenſimus, delata confeſtim aqua. uiſa tamen nō ad illum tantum diem, ſed etiam ad ſequentem ſpectabant; id quod ego meis prædixeram. Ipſi autem aliter cenſebāt, nempe progredi nos oportere, cum præſertim hominum erga nos ſtudium animaduerterent. Qui enim Pergamum ad nundinas ibant, poſtquam nos cōſpexerunt, Epheſum ſe curſim retulerunt. Et hæc quidem hactenus: ut autem poſt pluuiam Epheſum ueni, & paucos poſt dies frigidā lotionem imperauit, laui equidē in gymnaſio, quod eſt ad Coreſſum; ſpectatores aūt nihilo ſecius lotionem, quàm orationem, ſunt admirati. utrunq; autem erat à Deo.

o ὑπ᾽ αὐτῷ pro ὑπαίθρῳ.

SACRORVM SERMONVM TERTIVS.

Somnia quædam, & pharmaca recenſentur.

CVM [a] Adrianis uerſarer, quo me Deus miſerat, multis urgebar & continuis difficultatib. cum nec cibū poſſem ſumere, nec, ſi quid guſtaſſem, continere. mox enim cum igne multo coniunctum, fauces urebat, & intercipiebat ſpiritum, igneis in caput ſuperius aſcendentibus ſiderationibus. Quod ſi uomere conabar, non poteram; ſed uel una gutta in ſummum adducebat me diſcrimen, quoniā cohibita ſuffocationem adferebat. Deniq; poſt multos labores & magnam deſperationem uix ſum liberatus, quanq; non ſine ſanguine. Totus enim abradebatur meatus, & erat inſtar uulneris. Iam labor ac tota corporis infirmitas hiſce reſpondebant. Amicorum uerò ac familiarium nullus aderat, alijs aliò profectis, uno dempto, qui tum in aquis degebat, quemqúe etiam prius in ſomnijs uideram, cum in itinere ſolus iacerem, equo meo lapſo, dicentem mihi, illud quoque in fatis mihi fuiſſe, ut ſolus derelinquerer. Et hoc quidem Pergami antea contigerat paulò ante quàm exirem. tunc autem Adrianis ægrotans, uiſus ſum per Aegyptiacū mare ſolus in rate ferri, & in ſumma rate, terræq; finitima cōſiſtere. cumq; trepidanti.

a ἀδριανοῖς pro ἀδδιανοῖς.

pidanti Zoſimus nutricius cũ equo ex litore apparuiſſet, exire quodam modo, atq; equum libens apprehendere. Atq; hoc quidẽ hacte nus. deinde uidebar per Alexandriã tranſiens, puerorũ uidere ſcholas, qui legerent & canerent dulciſsimè hæc carmina:

Multos præuiſa rapuit de morte benignus,
Irremeata trucis quos porta receperat orci.

quæ quidem prima ferè ſunt de noſtris, quæ Deo compoſuimus. Itaque mirari, quomodo in Ægyptũ iam perueniſſent, & gaudere nõ mediocriter, quòd mea cani deprehendiſſem. Atq; hæc quidem ſomniorum fuerunt capita. orto autem die, quoniam aderat equus, conſcendo; & cum nemo me ad primum putaret exitum eſſe peruenturum, ad curſum equum incito, & inter currendum melius habeo, diſcedente magna ponderis parte de ſuperioribus, ac uiribus quibuſdam pro tempore collectis. Ita fiebat, ut iam ſpes nobis rediret. Quin etiam nocte quendam audiui dicentem: ſanatus es; idq; cum ægrotarem grauiſsimè. Iam quomodo Pergamum ſaluus redierim, & qua deinceps diæta ſim uſus, omittam neceſſariò, propter uerborum ac rerum multitudinem. Alio autem itinere ad aquas æſtate media ſum profectus, cum prædictum eſſet, ut ſtatim poſt lotionem redirem, & cinnamomum contuſum collo illinerem. Ita quadraginta ſimul & ducenta abſolui ſtadia, in ſummo calore; & facilius ſitim tuli, quàm [b] alius ex balneo demum rediens. Cumq; rurſum me dimiſiſſet ad bibendam frigidam, bibi totam. Et hæc quidem nunc hactenus. tum Lebedum ſum miſſus, poſtquam in templo Seruatorum, quemadmodum & ipſe iuſſerat, [c] decubueram, cum adeò infirmus eſſem, ut ne in lecto quidem domi durare poſſem. Erat eo tempore Satyrus medicus Pergami, nõ infimus, ut aiebant, ſophiſtarum. Is ad me decumbentem accedens, & thorace ac hypochondrijs pertentatis, poſtquam ſermonis progreſſu, quoties emiſiſſem ſanguinem, cognouit, illud quidem non amplius fieri iuſsit, ne corpus diſſoluerẽ, ego autem, inquiebat, cataplaſma tibi quoddam ſatis leue & ſimplex dabo, quod ſtomacho & hypochondrijs imponas; eiusq; auxilium breui cognoſces. Hæc cum ille ſuaderet, de ſanguine quidem negaui me quicquam in alterutram poſſe partem ſtatuere, quin Dei mandatis uolens nolens, aut nunquam potius nolens obtemperarem: donum uero Satyri non recuſaui, uerùm acceptũ ſeruaui. nec erat hoc Amaltheæ cornu. Poſtq; autem Lebedũ præter omnem ſpem ueni, omnia equidẽ in lucro ponebã. Auxilio aũt aſsiduo mihi opus erat, nec aquis, niſi parcè, utebar. Viſum eſt itaq; Satyri pharmacum ſtomacho atq; pectori, quemadmodũ ille præceperat, imponere: nec multum uidebar à diuina curatione diſceſſurus eſſe. Ac primò quidem non admodum placuit, quoniam frigidius uidebatur. uolui tamen ferre, & pharmaco indulgere, ſi forte

per

b ἤπερ pro ἤτε.

c ἐγκατακεκλιμένῳ pro ἐγκατακεκλιμένην.

per tẽpus aliquid efficeret. Refrigeratur itaq; pectus grauiter, ac uiolenta tuſsis & crebra exoritur. cumq; grauiter laborarẽ, phthoen eſſe Deus indicat. Poſtridie tempus utrunq;, & frons tota contenditur, fluxione concluſa; & maxima erat trepidatio. Poſtq; autem paulum reſpiraram, in memoriam cœpi reuocare, quòd Colophonium deũ de præſenti negocio totoq; morbo [d] non conſulueram. Et quoniam prope abeſt Lebedo Colophon, & inſtabat nox ſacra; quandoquidem ita uiſum erat, mitto Zoſimum. Atq; illi quidem hoc oraculum nocte datum eſt, ad me ſpectans: *[d] deeſt μὴ poſt μου*

Morbum tuum ſanabit Aeſculapius,
Qui Telephi præclarum honorat oppidum,
Myſi Caici non procul de flumine.

mihi autem eadem nocte hæc contigerunt, ut ſummatim dicam. Cũ in ædibus paternis uerſari uiderer, in eo pariete, qui deorum ſigna habet, tales reperiebam inſcriptiones: Quidam à maximis liberati periculis, dijs omnibus honoraria: apparentibus etiam ſacrificiorum ueſtigijs. Ac mihi quidem hoc uiſum perpetuorum fuit ſacrificiorum auſpicium, non tam ad ſomnium reſpicienti, quàm quòd ſimul & hæc à dijs fiebant, & animus ita fuit affectus. Lebedo deinde trãquillè diſceſsimus, cum Deo uiſum fuit, magnam experti facilitatem. Qđ autem de phthoe dixi, id æditimo poſtea ſignificauit Deus, quemadmodum ex ipſo audiui, cum nihil à me prius intellexiſſet. dicebat enim audiſſe ſe, cum Deus diceret, ſe phthoen quidem & catarrhum mihi abſtuliſſe, ſtomachum autem ſanare. [e] Quin & Nerito, nutricio meo, circa idem ferè tempus miranda quædam oſtendit. Etenim uiſus illi eſt dormienti Deus cum Teleſphoro præſens, & ad me reſpiciens, ita dicere: huic & oſſa ſunt [f] eximenda, & nerui imponendi, quandoquidem ij, quos habet, defecerunt. cumq; ille magnopere ſolicitus eſſet, poſtquam hæc de me audierat, conſolatus ipſum Deus dixit, non re uera neruos, nec oſſa excindi debere, uerùm ita magna & abſurda curatione opus eſſe, ut ea, quæ haberem, quaſi alterari uiderentur. Simul autem pharmacum ipſi dedit, mihi referendum, ut ter in die oleum, cui ſal non eſſet admixtum, ſumerem. quod cum ita deinceps facerem, iuuit. Quæ autem alia mihi in ædibus paternis contigerunt, cum pariter & hiems eſſet acerrima, & morbus grauiſsimus; hæc ſunt. Dum in prandio [g] diſcumberem, graues capitis dolores oborti ſunt, contenta fronte, & concluſis labris; ſic ut eſſet magna trepidatio. Vt autem inuolutus eram, in cubiculum me proripio, atq; aliquo modo decumbo, accedente febri luculenta. cumq; ſpiritũ ducere non poſſem, eiulabat mater, & nutrix, atq; alij famuli; eratq; perturbatus Zoſimus, & animam penè agebam, ad futurum extenſus euentum. Tum paulò poſt occaſum Solis ad febrem ſpaſmus accedit, non qualis uel dici uel cogitari poſ-

[e] καὶ δὴ pro ἰδὲ δὴ ὁ.

[f] ἐξαιρεῖν pro ἐξαιθεῖν

[g] κατακειμένῳ pro κατ᾽ ἐκεῖνο

ſit,ſed ut omnibus modis contraheretur corpus, ac genua quidem ad caput concuterentur, manus autem cohiberi non poſſent, quin collum ac frontem inuaderent, pectus uerò protenderetur, dorſo retrorſum auulſo, inſtar ueli uento ſinuati. Nihil præterea quieſcebat in toto corpore, aut parum quiddam à natura declinabat; ſed maximus erat motus, ac tentigo incredibilis, quæ nec tacere permitteret, ac loquentem magis etiam premeret. Et hæc quidem ad mediam uſque noctem & ultrà, ſine ulla remiſsione nos urgebant: deinde ut remiſſiora ſunt facta, ſic non omnino ceſſarunt. Iam panni calidi ſubijciebantur ac circumponebantur aſsiduè, omniq́; fomentorum genere adhibito, uix euaſi. Cumq́; diluculo quidam ad medicum curreret, uenit poſtridie, uel tertia die. Tum circa meridiem, ni fallor, nouus me inuaſit acceſſus, isq́; mox deorſum deſcendit. In ſella autem ſedenti grauis oboritur contractio, unà cum ſudore, & animi deliquio. Heic medicus conturbatus, cibum iubet dari; ſed eo non erat opus. Pòſt, ut in commotione ac tumultu, ſomnus me opprimit, ac dormiui, donec penè ſomniarem. Tum ad ædes nutricis iubeor accedere, & Iouis ſedem, iuxta quam educatus eram, uenerari. uoces quoque nonnullæ; & ſupplicandi ratio præſcribebatur. Nix autem copioſa ceciderat, & erant cuncta inuia, aberatq́; ab ædibus ultra ſtadium domuncula. Itaq; conſcenſo equo, profectus ſum, & oblatis precibus, uix redij, quin illa omnia in integrum eſſent reſtituta. Iam quæ ad collum pertinebant, ac dorſi defluuium, & confirmatum iam opiſthotonum, hoc modo ſtatim poſt redditam reſpirationem curauit. Rem dicebat eſſe regiam, eamq́; à muliere accipiendam eſſe. Tum apparet aulæ miniſter iuxta Teleſphori templum ac ſignum, albatus ac ſuccinctus, & per oſtium, cui aſtat Diana, foras prodit cum præcone, reliquum [b] rei Regi adſerēs. Ac ſomnium quidem pro tenui memoria tale fuit. Poſtquàm autem templum ingreſſus, ad Teleſphorum deueni, occurrit æditus Aeſculapij, & ut ad ſignum ſtabat, narro ei ſomnium meum, & quæ res eſſet, aut cuius uſus, quæro. quod cum ille non ſine admiratione, ut ſolebat, audiſſet, non longè, inquit, res eſt petenda. iacet enim heic ad pedes Sanitatis, à Tyche, mox ut apertum templum fuit, allata. Erat autem Tyche mulier illuſtris. Deinde ad Sanitatem accedens, adfert rem optimi odoris, atque eius uis mox apparuit. Etenim dicto citius remiſſa eſt intentio. Pòſt etiam ex æditu o cognoui, ex tribus illud eſſe compoſitum, ſucco quo ungimur, unguento nardino, & item alio precioſo, quod à [i] folio, ut arbitror, nomen habet. Atque eo cum deinceps uterer, omnia illa euanuerunt. Nocte quoque uiſus eſt circum collum meum ſaltare Teleſphorus, refulgente in oppoſito pariete, tanquam à Sole, ſplendore. Circa idem ferè tempus hoc quoq; mihi accidit, ſiue cum uomerem

uelperi,

[b] χρήματος pro χίματος.

[i] φύλλα pro φίλα.

uesperi,ſiue nondum erat uomendi tempus. Nucem, ficum, phœnicobalanum,& ſimul panis aliquid ex lecto iubebar ſumere. Iis itaq; deinceps uſus ſum cum re iſta. Verùm ſtomachi,& eius partis, quæ eſt circa hypochondria, cataplaſma per tale ſomnium dedit. Videbatur mihi medicus Æſculapij ad me ingreſſus,& me contemplans, pharmacum quoddam,quod per Dictamnum dicitur, imponere,ac ſimul iubere, ut eo per triginta dies uterer. Itaq; uſus ſum, & poſtquam trigeſima nox[k] expirauit,uiſus eſt redire, & auferre cataplaſma. Poſt ex quatuor rebus quiddam commiſtum impoſuit; quarum duas memoria teneo, picem ex uino & œſope, alteras duas, ſi reperero Somnia, ſupplebo. Quin etiam de Theriaci pharmaci nomine hoc memini. Cum reliqui cibum ſumerent, poſt magnam diei partem tranſactam iuſsit me cœnare, & ſurgentem, bibere pharmacum. idq; per quinque dies feci, quanquam medicos omnes contrà ſciebam præcipere, ne quis pharmacum ſumturus cœnaret. Deinde pharmacum idem cum pane iuſsit ſumere: itaque id comedi iuxta tripodem ſacrum, ut hac uterer ſecuritatis occaſione. Eſt autem pharmacum quoddã, quod Philonis miſtura uocatur. huius cũ ego prius ne odorem quidem ferre poſſem, poſtquam Deus id me ſumere iuſsit, præſcripto ſimul tempore, non tantùm bibi facilè, ſed & hilarior ac ſanior ſum mox à potatione redditus. Poſſem & [l] alia infinita recenſere, quæ ſpectent ad pharmaca, quæ partim ipſe componens,partim de medio ſumta corporis curationi pro re nata adhibebat. Iam cum catarrhis urgebar frequentibus, & àduſtum erat palatum, accedente uua, nec deſinebant intendi uenæ; librum uidebar inſignem perlegere, cuius ſingula quidem capita, ut iterum iiſdem uerbis utar, memorare non poſſum, præſertim tanto pòſt tempore, cumq́ue deſcriptio memoriæ curam ademerit; uerùm in fine libri hæc ferè habebantur, quaſi de athleta quodam dicta: Quæ cum omnia Deus conſideraſſet, & fluxionem uideret præcipitem ferri, aquam iuſsit bibere, & uino abſtinere, ſi quid eſt illi curæ uictoria. quæ tu quoque, inquiebat, imitatus, coronari poteris, uel ſimul coronari. Hactenus ille. Tum ſequebatur orationis inſcriptio, Philoſtephanus uel Phileſiſtephanus. Et quanto quidem tempore aquam potauerim, non poſſum dicere, niſi quòd facilè id & non grauatim feci, cum ſemper antea aquam quodammodo faſtidiuiſſem. Poſtquam autem & in hoc illi obtemperatum eſt, aqua mihi remiſſa, uini menſuram conſtituit, eamq́ue uocabat heminam regiam, cum mediam cotylam innueret, ut notum eſt. Ea uerò mihi tum ſuffecit, cum prius uix duplum ſufficeret. Quinimo cum aliquando parcius biberem, inopiæ metu; etiam ſupererat. nec tamen id in poſterum diem reſeruabam, quoniam iterum eadem erat utendum menſura. Poſtquam huius

[k] ἐξῆκε pro ἐξῆκτο.

[l] ἄλλα pro ἀλλά.

Phileſiſtephanus) utrunq; coronæ amatorem ſignificat.

quocꝫ rei fecit periculum, deinceps nos arbitratu noſtro bibere permiſit, hac fere uſus facetia, ut diceret ſtultos eſſe eos, qui cum rebus neceſſarijs abundarent, ijs uti liberè non auderent. Hic autem Antiſthenis uidebatur eſſe liber De uſu; & ad uinum pertinebat, nec deerant quædam Bacchi ſigna. Quid quod adeò conſuetudini deuinctus eram, ut, quamuis permitteret Deus, parum tamen ultra menſuram biberem. Deſiderabam autem aliquo modo eam, quæ tunc erat proma; idq́ue hoc ferè tempore, quo nec animalibus ullis ueſcebar, præter gallum, nec oleribus, præter agreſtia & lactucam, nec ullis prorſus bellarijs. cumq́ue uno aliquo uti quondam iuſsiſſet, gallo ſum uſus, quanquam id uix mihi ſum paſſus imperari. Horum uerò alia cum illuuie, uenæ ſectione, aut clyſtere peregimus, alia prout res ferebat. Iam piſcibus omnibus per ſex annos abſtinui, ſuilla neſcio quamdiu. cumq́ue rurſum conceſsiſſet, utriſcꝫ ſum uſus. Deinde uiciſsim ab alijs abſtinebā, alijs ueſcebar, prout alterū alteri conueniret. At garo prorſus iuſsit abſtinere, quandoquidem id capiti erat obfuturum, & maximè dentibus. Dentium uerò remedia dedit hæc. Primùm iuſsit leonis dentem comburere, eoq́ꝫ contuſo uti pro ſmegmate; deinde ſucco perfundere, nempe re iſta; tum piper adhibere, idq́ꝫ ut aiebat, caloris cauſa; deniq́ꝫ ſpicam Indicam, quod eſt item ſmegma. Atque hæc quidem recentia ſunt uiſa: uerùm bubula hoc pacto mihi eſt interdicta. Zoſimo uidebatur datū eſſe oraculum, tandiu ſuperſtitem futurum, quamdiu uacca in agro uiueret. Tum ego ſic ad illum dicere: Num intelligis hoc oraculum? bubula te iubet abſtinere. At ille præter frigus, [m] ex quo perijt, etiam bubula de ſacrificio contacta dicebatur noxam contraxiſſe. erat itaque magnopere, ut apparet, cauendum, ne uel extremis digitis contingerem. Sequenti tempore multi ac frequentes acciderunt terræmotus, Albio Aſiam regente, ſic ut partim Mitylene propemodum tota abſorberetur, partim in alijs oppidis multis multi fierent motus, ac pagi aliquot funditus perirent. Epheſij uerò atque Smyrnæi ad ſe inuicem perturbati accurrebant, longo tempore & motibus durantibus & pauoribus. Quapropter & Clarum conſultores mittebant, ac de oraculo pugnabant, & aras, fora, urbesq́ꝫ cum oleæ ramis circumibant, cum nemo auderet domi manere; ac denique de ſupplicationibus deſperauerant. Quæ cum ita eſſent, imperat mihi Deus, qui tum Smyrnæ uerſabar, aut potius in ſuburbio, ut Ioui Seruatori bouem publicè mactem. Quanquam autem per ſuſpicionem tergiuerſabar, & prius illud mandatum metuebam, hoc tamen cogitabam, nec uaccam oblaturum me eſſe, nec guſtandi neceſsitate conſtringi. Illud autem apertiſſimè ad ſacrificandum me confirmauit. Cum ad ipſam Iouis aram in foro ſecundum quietem ſtarem, & cum rogarem, ut ſigno aliquo,

an

Antiſthenis) cuius librum De uſu uini, citat Laertius.

m ἐξ ὧν pro ἐξῆς.

an ſacrificare præſtaret, oſtenderet; ſplendida per forum uiſa eſt tranſilire ſtella, quæ ſacro ſubſcriberet. Itaque audacter ſacrificaui. Quod autem hinc eſt conſecutum, ſi cui uidetur, credat; ſin minus, ualeat. Etenim illa cuncta conſtiterunt, nec quicquam poſt illum diem grauius accidit: quod ut prouidentiæ ac poteſtati deorum, ita non ſecus noſtro miniſterio tribuendum eſt. Nec minus hoc mirandum eſt, ne dicam magis, quòd ſexto aut ſeptimo ferè ante terræmotum die, iuſsit me ad auitam domum, quæ eſt iuxta ædem Iouis Olympij, profectum, in Atys [n] collis uertice ſacra facere, & aras exſtruere. Quæ cùm uix abſoluiſſem, obortus terræmotus omnem quidem interiectam regionem ita concuſsit, ut nullum relinqueret diuerſorium, præter ruinas paruas; ſed ad Atym, aut prædium noſtrum Laneum, quod Atym ad meridiem habet, non proceſsit, niſi quatenus ſentiri poſſet, nec ultrà quicquam attigit. Quid quod eius eram confidentiæ, ut etiam in medio terræmotu de thermis in urbem ex ſomnijs egreſſus, cum uiderem ſupplicationes hominum & trepidationes, nihil eſſe metuendum dicerem: nec enim quicquam grauius fore: alioqui me in urbem uocandum non fuiſſe. Deinde ne uiderer nimium popularis eſſe, me continui, apud meos interim conteſtatus, quàm ſecurus eſſem, ijſdem penè uerbis. Ac de terræmotu quidem, & boue mactato hæc dicta ſint. Cum autem aliquando ouum quæreremus anſerinum, quòd ita Deus Pergami iuſſerat, nec uſquam in foro reperiretur, eſſet autem Milates quidam ex arce, ad eum denique uenerunt, qui ouum quærebant, fortuna ſimul & indicio deducti. Cumq́ diceret Milates, habere ſe ouum, ſed id remedij cauſa ſeruare, quandoquidem ita Deus iuſſerat; nos uerò, inquiebant illi, inde ſumus. tum ille ueneratus dedit. Quid autem ouo fecerim, præ annorum numero excidit. Huic autem geminum eſt id, quod initio morbi de anſeribus ipſis ab Iſide factum eſt. Nam cum in thermis uerſarer, iuſsit me duos anſeres Dea ſibi ſacrificare. Itaque ad urbem conceſſi, præmiſſis qui ſpectarent, ac præmonens, ut in Iſidis cum anſeribus occurrerent. Et quoniam hoc tempore alij non erant anſeres, præter duos duntaxat, accedentibus emtoribus reſpondet homo, non ſibi licere eos uendere, quoniam Ariſtidi ab Iſide ſit iuſſus ſeruare. eum enim uenturum, & eos mactaturum. Vt autem rem cognouit, obſtupefactus pariter ac ueneratus, anſeres dedit. atque id ego inter ſacrificandum demum intellexi. Lumen præterea ab Iſide extitit, aliaq́ue infinita, quæ ad ſalutem ſpectabant. Quin etiam Sarapis eadem nocte apparuit, & ipſe ſimul Aeſculapius, pulcerrimi ambo atque maximi, & inter ſe quodam modo ſimiles. At cum Zoſimo calamitas acciderat (nam quæ de futura prædixit, & me

Illa) terræmotū innuit.

n λέφυ προλόγε

Calamitas) de qua in fine Primi.

conſolatus eſt Deus, omitto) atque ego ex dolore malè habebam; uiſus eſt mihi Sarapis cum ſcalpello, prout eſt eius ſedentis figura, faciem undique circuncidere, [o] quaſi eam ſordibus ablatis purgaret, & in integrum reſtitueret. Itaque pòſt etiam dij inferi per ſomnium indicarunt, ſi quidem nimius iſte luctus morientium cauſa fieret, id mihi profuturum. Sed magis horrenda fuerunt poſteriora uiſa, in quibus & ſcalæ erant, quæ ſuperna ab infernis diſtinguerent, & utrobique Dei uis, atque [p] alia multùm ſtupenda, nec apud omnes forſaſſe proferenda: ſicut grata mihi apparerent Æſculapij ſigna. Summa uerò ad Sarapidis potentiam ſpectabat, qui etiam ſine uehiculis & corporib. poſſet homines, quocunq; uellet, perducere. Talia cum fuiſſent initia, ita ſurrexi, ut non facilè agnoſcerer; cum inſuper ſacrificium quoddam indictum fuiſſet, quod Ioui quidem debebatur, & oraculum expectabat: uerùm tanquam Sarapidi fuit oblatum, nec non tanquam Ioui, atque adeò feſtis etiam diebus, quos Deo celebrat Alexandria; poſtquam multa ſæpius ante ipſos, atq; ipſorum ſingulis oſtendiſſet. Vt autem aliquid etiam referam magis horrendum; cum Iſidi & Sarapidi quondam in Iſidis templo Smyrnæ ſacra feciſſem, ueſtibulum egreſſo anſeres duo ſacri occurrerunt, ac progreſſi tam exactè me, quo iturus eram, præceſſerunt, ut id euidenter animaduerterẽ. Tum ad amicos, & eos qui me deducebant, conuerſus, hi quoque, inquiebam, in amicorum numero nos deducunt. ac ſimul de ſeueritate Deæ loquebar, eiusq; potestatem circa rumores & omina prædicabam, ac ſæpe iam mihi ad preces datum eſſe reſponſum; & nunc adeò duces illam nobis iſtos miſiſſe inquiebam. Dum autem de his colloquebamur, quid agerent, interim obſeruabamus. ac poſtquam aliquouſque à templo diſceſsimus, ego anſeribus alludens, ſatis, aio, nobis miniſtratum eſt, [q] abite, quæ cum uix dixiſſem, illi auerſi diſceſſerunt.

[o] ὑπ' αὐτό πως τὸ δείζηλον additur.

[p] ἴπερ pro ἱπερ.

[q] πορεύεσθε pro πορεύεσθε.

SACRO-

Honores ab Aeſculapio & prætoribus Romanis ob eloquentiam ſibi tributos recenſet.

DECIMO morbi mei anno ſpectrum ad me accedens, ita locutum eſt: Ego cum eodem laboraſſem morbo, decimo anno uertēte ad ea loca, in quibus erat morbus exortus, iuſſu Æſculapij profectus, ſanitatem recuperaui. Hæc pronunciabant, ac deſcripta eſſe uidebantur, cum quidem nos etiamnū iuxta templū Iouis Olympij uerſaremur. erat autem hiems, non longè à ſolſtitio; atq; aer temperatus. Cum autem hoc accepiſſem reſponſum, gaudebam, ut æquum erat, & exire properabam. Abeſt autem Æſepus, atq; eius thermæ, bidui ab hoc templo itinere. ibi enim primùm corpus cœpit flacceſcere, poſtquā hieme poſt lotiones multas larga pluuia rigatum fuit, cum ueſperi ad agrum, & uillam mihi uicinam, ut ita loquar, contenderem. Et quanquam eo tempore plus ſatis habebam ex reditu incommodi, acceſsit tamen paucis pòſt diebus iter Italicum difficile. Atque hæc quidem ante decem annos acciderant: tum uerò quaſi ad pompam præ lætitia proficiſcebamur, cum & aer ualdè ſerenus eſſet, & uia facilis. Ad Pœmanenum autem, Myſiæ agrum, in quo eſt etiam Aeſculapij templum, celebre & ſacrum, centum ferè & ſexaginta confecimus ſtadia: ac ſexaginta quidem nocte propemodum, quoniam diluculo proficiſcebamur, ubi & luti copia quædam ex imbribus prioribus moleſta nobis fuit; idq; cum facibus. Heic ego totum Deo me quaſi conſecrabam, ac multa tum in ipſum Seruatorem conſcripſi cantica, dum in curru ſedebam, tum in Aeſepum, Nymphas, ac Thermēſem Dianam, thermarū præſidē; ut ab omni me tandem liberarent moleſtia, & priſtino redderent uigori. In Pœmaneno deinde iubet me Deus aliquot dies morari, & à ſuperiore parte purgari non ſemel. Tum ruſtico cuidam, qui me nunquam, niſi ex auditu, cognouerat, uiſus eſt quidam ſecundum quietem dicere, Ariſtidem uiperæ caput euomuiſſe. Hoc ille ſomnium cuidam meorum retulit, atq; hic mihi. & hæc hactenus. Poſtquam autem ad Æſepum me dimiſit, illis quidem lauacris ibidem iuſſit abſtinere, aliam uerò diætam quotidiè præſcripſit. Quin etiā in fluuio purgabar certis legibus, & domi per uomitus. Poſt tres uel quatuor dies extitit uox per ſomnium dicentis, abſoluta omnia, ac redeundū eſſe. At hoc non eo tantùm initiorum quandam referebat ſpeciem, quòd tam diuina & inſolita eſſent ea, quæ contingebant, ſed & quia mirabile quiddam ſimul accidebat, dum pariter & gauderem, atque animo ſimul & corpore bene affectus eſſem, & perſuadere mihi quodam modo non poſſem, fore ut eam aliquando uiderem diem, quā

liberatus à tantis moleſtijs conſpicerer; ſimulq́ metuerem, ne quid ſolitum rurſus interueniens, ſpem totam deſtrueret. Atq; hoc quidẽ animo tunc eram, & tali cũ gaudio ſimul & pauore diſceſsi. deinceps uerò, deorum gratia, manifeſta per corpus totum, & diætam obuenit mutatio, ſic ut & aerem ferrem facilius, nec minus ijs, qui ſunt robuſtiſsimi, iter facerem. Tũ ueſtes ſuperuacuæ ſunt ablatæ, catarrhis neſcio quibus, uenarumq́; & neruorum ſiderationibus ceſſantibus. Cibum quoq; digerere quodam modo cœpimus, atq; integra obire certamina, partim domi, partim publicè. Quin & urbes Deo duce cũ bona fama & fortuna ſumus ingreſsi. Poſt aliquod tempus peſtis illa grasſari cœpit, à qua me Seruator, & hera Minerua manifeſtè ſeruarunt. cumq́; ſex deinceps menſes nouo quodam modo tranſegiſſem, ſecuta eſt ingens ſiccitas, aliæq́; moleſtiæ: quæ Deus tandem omnia compoſuit, idq́;, quod ipſius pace dictum ſit, quotidiana diætæ præſcriptione. Vt autem ab Aeſcepo redij, puerorum atq; aliorum fauſta nos exceperunt omina, clamantibus quibuſdam, Rectè Domino. Nutrix quoq; mox ſurrexit, atque [a] occurrit, & conualuit; accedentibus ijs, quæ ſolita ſunt. Deinde imperauit mihi Deus, ut loco ſepulturæ alba terra contegerer, more palæſtrico; idq́; [b] firmitatis cauſa, utq́; hoc etiam aliquatenus perfectum eſſet: tum ut frigida lauarem, quæ quidem nix erat. ita quæuis occuparat, arbores, ſolum, fontes. In his autem libenter quoque obtemperauimus. Atq; hæc in profectione ad Aeſepũ, & reditu contigerunt, cũ quidem Aſiæ Prætor eſſet uir celeberrimus, Seuerus, ex ſuperiore Phrygia oriundus; cũ quo mira Deus egit, quæ ad me pertinebãt; de quibus deinceps erit forſitan dicendũ. Ac primũ quidem, ut dicebam, huius generis beneficia ſic uolui percurrere. deinde ad ſuperiora uiſum eſt reuerti tempora, alioſq́; à Deo tributos honores, quantum licebit, narrare; ac primũ eos, qui ad eloquentiam pertinent, tũ illos, qui cum rebus in unaquaq; Prætura geſtis coniuncti fuerunt. Deinde cum inter ſe congruerint tempora, terminus quidam prioris ſtatuetur ſermonis, cum quo reliqua connectantur. Ac primo quidẽ morbi anno literarum omiſeram ſtudium, cum corpus ita eſſet affectũ, ac ſimul deſperauerã. Cum aũt Pergami reſiderem, partim uocatus, partim ſupplex, imperat mihi Deus, & adhortatur, ne ſtudia relinquã. Ac quale quidem fuerit primũ ſomniũ, aut quomodo ſingula ſe habuerint, prę temporis longitudine dicere nõ poſſum: uerũ dehortationib. erant etiã hęc in primis: Te decẽt orationes cũ Socrate, Demoſthene, & Thucydide. Quin & ſuperiorũ quidã tẽporũ uir celebris oſtẽſus eſt, q̃ magis ad dicendũ excitarer. Primũ aũt ad porticũ templi, q̃d eſt iuxta theatrũ, progreſsũ iuſſit extẽporaliũ iſtarũ ac ſcholaſticarũ orationũ primitias ſibi offerre; idq́; ſic accidit. Cũ ſpectaculũ quoddã ualdè magnificũ in urbe exhiberet, nẽpe taurorũ uenatio,

illa) de qua in Secũdo Serm.

a ἀπλεῶνα pro ἀπίοντα.

b βεβαιότητος pro βεβαιώσεως.

natio, uel aliquid ſimile; tum & qui de templo erant, oēs aufugerant, & ciuitas in his erat occupata. Itaqꝫ duo noti clientes in tēplo relicti ſumus, ego, & Nicæus quidam, qui Romanorum exercitum duxerat, ac Sedatus uocabatur, olim uerò Theophilus. Sedebamus aūt in ſino Sanitatis, ubi & Teleſphorus conſpicit, & inter nos de more quęrebamus, num quid noui Deus imperaſſet. nam in quibuſdā ſimilis erat utriuſqꝫ morbus. Atqꝫ ego quidem [c] inopem conſilij me oſtēdebam, quoniam res tam difficilis, quàm eſt uolatus, eſſet mihi mādata, declamandi uidelicet munus, qui reſpirare non poteram, idqꝫ hoc in loco; indicans ei porticum & ſomnium narrans. Quod cum ille audiſſet, Quid igitur facies, inquit, & quomodo ſtatuiſti? Tum ego, quid aliud, inquam, quàm quod potero faciam, ut circuniecto pallio conſiſtens, ac mihi ipſe quæſtionem deſignās, paulum quiddam præfatus, mox diſcedam, atqꝫ ita Deo ſatisfaciam. Nequaquā, inquit ille; ſed, cum auditorem me habeas, omni ſtudio decerta. nam de uiribus quidem Deo curæ erit. qui autem [d] ſcis, an longius etiam ſomnium ſpectet. ac ſimul mirabile quoddā Dei factum narrat, qui cum ægroto cuidam tale certamen impoſuiſſet, exorto inter agendum ſudore, morbum totum expulerit. Sic itaqꝫ faciendum ſtatuimus: ac dum inter nos hac de re colloqueremur & deliberaremus, tertius ſuperuenit Biblus, ueterum obſeruator, ac litterarum quodam modo ſtudioſus. Hic etiam quæſtionem propoſuerat, quę talis erat; memini enim, quoniam prima fuit: Cum Alexāder eſſet in India, ſuadet Demoſthenes res gerendas eſſe. Statim itaqꝫ omen accepi, cum & Demoſthenes rurſum diceret, & de præfectura habenda foret oratio. Deinde paulum moratus, declamaui, ſuppetentibus uiribus, prout Deus ſuppeditabat. atque hoc annuum tempus non ſilentij, ſed exercitij fuiſſe uiſum eſt. Et ab hoc quidem principio declamandi ſtudiū ſumus auſpicati, atqꝫ ita reuerſi. Sed acceſſerunt & alia multa, quæ eodem ſpectarent; & hoc inter cetera, quod me confirmauit maximè. Philoſophus quidam, Roſander, ac diligens etiam Dei cultor, uiſus eſt ab illuſtri quodam philoſopho, qui nuper innotuerat, ueniens, ante lectum ſtare, quaſi diuinitus correptus eſſet, ac magnopere feſtinaſſet; tum de orationibus meis, quàm eſſent excellentes, dicere; & cum Platonis ac Demoſthenis meminiſſet, hoc adijcere corollarium: Superaſti dignitate Demoſthenem; ut iam nec ipſi te poſſint contemnere philoſophi. Hoc uerbum omnem in me poſteriorem contentionem accēdit, et, ut quicquid in dicendo præſtabā, infra decorū eſſe putarē, effecit. Quin etiā uigilanti Deus idē confirmauit. Nam poſt eā noctis partē, quā diluculū conſequebaē, mox initio, quod aio, declamaui. tū qui aderāt, cū nihil etiā tū de ſomnio cognouiſſent, declamantē aūt tunc audiuiſsēt primū, ſummopere dignitatē hāc cōfirmarūt, eiuſqꝫ cauſa maximum excitarūt applauſum. Poſtea tale quiddā, qđ ad Roſandrū

c deeſt ἔχειν poſt μὲν.

d οἶδα pro ἴσθα.

pertinebat, accidit. Videbar in agro Iouis Olympij per diſputationẽ quandam [e] uel ipſe mecum conſiderare, uel aliquem audire, qui diceret, Roſandrum poſſe Deum ſignificare; idq; linea quadam more geometrarum demonſtraret, duobus in terra deinceps æqualiter ſcriptis nominib. quorũ alterũ Roſander erat, alterũ Theodotus, quãq; hoc Theodotes quodam modo ſcriptum apparebat. cum autẽ Theodotus medicus Deum manifeſtò ſignificaret, dubium non relinqui, quin idem ualeret etiam Roſander, quandoquidem erãt æqualia, Roſander ac Theodotus. Atque hæc quidem de Roſandri nomine confirmabat. ſumtis autem quæſtionibus, cum ad certamen accingerer, hæſitabam primũ, nec ſpiritum poteram recipere: in ꝓgreſſu autem exordij melius habui, & reſpirare cœpi, atq; ita uires deinceps cũ leuitate ſunt auctę, ita me ſingula cõnectẽre, ut uix aſſequerentur auditores; eratq; hoc ſpectaculum, quã acroama, iucũdius, mea quidẽ ſententia. Quin & alijs de me ſecundum quietem uiſa ſunt, quæ eodem pertinebant. Etenim Euareſtus Cretenſis primùm, Philoſophiæ ſtudioſus, cum ex Ægypto ueniſſet uiſendi Dei gratia, poſtq; eum in Aegypto cognoueram & familiarem habueram, mandatum ſibi à Deo dixit, ut ad dicẽdũ me incitaret, tanq; id mihi eſſet omniũ maximè ꝓprium. Deinde Hermocrates Rhodius, poeta melicus, uidit in ſomnijs, quẽadmodum nobis ipſe narrauit, qui ſic diceret: Deinde indignabitur Ariſtides, & ex ſtomacho ſe laborare dicet, cũ declamare nolit. Inter miſeram autem, ut arbitror, diem unum aut alterum. Et ita quidem undique rem continuare ſum coactus, ipſo etiam plerunque uires promouente. Nam & ex antiquis quoſdam, tum poetas tum alios, apud quos declamarem, præſcripſit, quorundam etiã utendi tempore conſtituto; & omnes ij poſt illud tempus, Deo conciliante, familiares nobis ſunt facti. Maximum autem & maximè mirãdum exercitium per ſomniorũ cõmerciũ cõtigit. Multa eñ partim audiui puriſſima, & omni exemplo prę ſtãtiora, partim ipſe uiſus ſum dicere melius, q; uel ſolebã, uel unq; cogitarã. quorũ quæcunq; memoria cõplecti potui, in Deſcriptionib. ſomniorũ poſui, in quib. & ꝓ Curſu oratio, cũ iuſſit me currere, habita, & alia multa comprehenſa ſunt. Mineruæ quoq;, Bacchi, & [f] aliorum encomia libris noſtris, prout occurrerũt, inſerta ſunt. Quæſtiones quoque multæ ſunt propoſitæ, monſtrata ſimul ſingularum methodo, præter ea, quæ memoriæ firmiter inhæſerant, uerba. Erat & alius proficiendi modus, cum pręter expectationem, ad dicendum incitatus & noctę meditatus ſurgere cogebar, quẽadmodum cũ athletę mane ſe pręparant. Nec raro mihi mãdatum eſt, ut ex nudo ſenſu, tanquam uerbis, orationem contexerem; cum quidẽ multi cum argutijs & inuẽtionẽ requirere cognoſcebã. Quocirca dicẽdi facultatẽ, quãq; antè in nobis penè nulla erãt, multũ auctã fuiſſe (qđ ipſius pace dictum ſit) nec nos ignoramus, & quicunq; ſciunt, confitentur.

[e] ὅτι & ὅττα pro εἴτε et εἴττα

Aequalia) quoniam Grecè ſimiliter deſinũt.

[f] ἑτέρων pro ἑτέρους.

confitentur. Pardalus certè, quem ego maximo inter noſtros Græcos eloquentiæ iudicio pollere cenſeo, id apud me aſſeuerare ſuit auſus [g] diuina quadam ſorte, ſuo iudicio, in morbum me incidiſſe, ut cum Deo uerſatus, hoc acciperem incrementum. Iam quæ uel ille, uel alij ſenes optimi, & illo tempore celeberrimi de noſtris orationibus ſolebant prædicare, nec argumentum patitur nec ingenium meum referre. Somnium autẽ quoddam narrare uolo. Cum in agro eo, in quo ſum educatus, eſſe uiderer, aderat Rufinus, qui magna illa donaria, & pulcerrimum extruxit templum; isq; cùm cetera magnopere me gudebat, tum ita dicebat palam: Vbi nunc eſſet, ſi ſupereſſet, declamator ille. Hæc enim erant eius uerba, coryphæum noſtri ſæculi indicantis. Id ego intelligens, ex Baſſo quęrebam, num animaduerteret, qualia de me Deus diceret, nempe Rufinus. Quin & orationes iuſſit conſcribere, nec tantum ſubitò dicere, & ad uerbum inſuper nõnunquam ediſcere. Quæ quidem res magnam exhibuit mihi moleſtiam, [h] ſi quicquã ex reliquis, cum ego, quid hæc ſibi uellent, aut ubi requieſcere liceret, nec cogitare poſſem, nec credere. Ac mihi quidem in his erat magna ſalutis cura; ipſi uerò hæc, ut apparebat, partim erant pro re præſenti ſophiſmata, partim ſaluti meræ nonnihil pręſtare uidebantur. Itaque per ea nos, quæ ſalute potiora erant, ſanauit. Cum autem aliquãdo dentiũ dolore premerer, & cùm os aperire nõ poſſem, tum graui laborarem anguſtia, iuſſit me orationem quandã à me compoſitam recitare, denunciato amicis conuentu. Habebam autem in manibus tertiam in ipſum orationem; quã dũ recitarẽ, uix abſolueram, cum abijt dolor. Ad cantica quoq; conſcribenda nos induxit, facto Romæ ab Apolline auſpicio. Venit em̃ ſecundũ quietem, qui diceret, pæanẽ Deo cõſcribendũ eſſe; & hoc ſimul initium: *Cithararum regem Pæanem celebro.* Atq; equidem eram conſilij incertus, quia nondum tale quicquã aggreſſus erã; & uidebar id omnino perficere nõ poſſe: ueruntamẽ cum tentare uellẽ, initio quaſi gradui innixus, ad Strophas duas canticũ deduxi, adiunxiq; tertiam, quã uocãt, ni fallor, Epodum grammatici. Cum autem recens abſoluiſſem, nunciatur mihi Apollinis eſſe ferias, Apollonia, quibus Equiria Deo celebrant Romani. Et hæc quidẽ hactenus. Ceterũ diuina quadã ſorte, cũ ex Græcia reuerteremur hieme, in Delũ primũ, deinde Miletũ ſumus expoſiti, utranq; Apollini ſacrã. Quin etiã hoc Apollini tum Delio, tũ Seruatori retribuẽdũ eſt, qm̃ in hunc ſermonẽ deuenimus. Poſtq̃ enim in Delũ ueni, cũ nautæ infenſus eſſem, qm̃ tumultuabat, & aduerſo uẽto nauigabat, ac pelagus quaſi arabat; iuraui mox intra duos dies me nauigaturũ nõ eſſe; itaq;, ſi uellet, ſolus nauigaret. Atq; ego quidem poſtq̃ Deo ſacrificaueram, &, quantũ licebat, circa templũ moratus eram, domum ingreſſus, & famulis præmonitis, ut, ſi quis à naue ueniret, eum iuberent ualere; in portu Delio requieſcebam:

[g] τύχῃ τινὶ θείᾳ pro τύχῃς συν θείᾳ.

[h] deeſt ὡς ante ἰδίᾳ.

in ſomnijs dicere, non rectè me Smyrnæas deas oblitum eſſe, cum & ipſæ, ut erat ueriſimile, ſomni curam haberent. At in Apollinem & Æſculapium plurima ſecundũ ſomniorũ inſtinctus conſcripta ſunt, ac pleraq; memoriter, dum uel ueherer, uel ambularẽ. Quin & Macedo quidam ex collegis, quod ad me pertineret, quiddã ſomniauit; quemadmodũ retulit mihi Theodotus, quoniã ipſe nobis familiaris non erat. Videbatur autem pæanem meum [k] canere, cuius hæc eſſet ſalutatio: *Io pæan Hercules Aeſculapi.* Itaq; communem utriq; deo ſcripſeram pæanem. Quin etiam choros publicè decem cõſtitui, [l] partim uirorum, partim puerorum. Tum autem hoc accidit, quod dicam. Cum uellem primum chorum producere, aderat in templo Rufinus, cuius paulò antè mentionem feci. Eum ut uidi, oportunè ades, inq;, ſi modo uacat. chorum enim Deo conſtituam: nec dubito, quin mea cauſa ſis auditurus. Tũ ille, nihil, inquit, opus eſt mihi à te uocari. iam enim à Deo ſum uocatus, ut ex tempore potes conijcere. nec enim ſolebam huc, niſi multò ſerius, uenire. uerùm, inquit, uocatus ſum, tum horum cauſa, tum boni euentus, & quotquot aſſiſtemus. dicebat autem ſeipſum, & Sedatum, qui tum noſter erat collega. Atque hoc quidem in primo contigit choro: decimo autem perfecto, cũ ego quoddã ex cãticis meis omiſiſſem, q̃ omnino tumultuaria & leui opera conſcriptũ fuerat; uenit ſomniũ, quod etiã illud poſtularet. itaq; dedimus. His abſolutis, uiſum eſt argenteũ tripodẽ Deo dedicare, quo ſimul & gratię Deo agerenť, & chororũ à nobis coactorũ conſeruaretur memoria. Elegiacum quoq; hoc primũ conſcripſeram:

Præmia diſtribuens atq; ipſe Poeta choragus
Hæc tibi, Rex, ſtantis ſigna chori poſuit.

Acceſſerũt deinde uerſus alij duo, quorũ alter nomẽ meũ cõtinebat, alter Dei iuſſu hæc fieri declarabat. [m] impulerat eñ ad hoc me Deus. Etenim qua die dedicaturus erã, eadem ut exiſtimo aut circa aurorã, aut etiam citius, diuinum [n] offertur epigramma, quod erat tale:

Non ignotus Ariſtides ponebat Achiuis,
Autor ſermonis perpetui celebris.

Atq; hoc quidem uidebar inſcribere, & donarium ipſum quaſi Ioui oblaturus eſſe. Mox itaq; epigrãma illud apprehendi, cùm per quietem gaudens, tum inter uigilandũ meditans illud & uertens, ne mihi excideret: atque ita ſum [o] abſolutus. Pòſt cum ſimul de donario deliberaremus, tum & ſacerdoti & æditituis uiſum eſt, ut in templo Iouis Æſculapij reponeretur, quandoquidem pulcrior locus inueniri nõ poterat. atq; hoc modo ſomnij omẽ cõprobatũ eſt. Itaq; ſub Dei dextera tripodẽ collocauimus, tres habentẽ aureas imagines, ad ſingulos pedes ſingulas, unã Aeſculapij, alterã Sanitatis, tertiã Teleſphori. Inſcriptũ deinde eſt epigrãma, addita quoq; ſomnij origine. Quin & Ioui Olympio epigramma poſui cum alio donario, ut omni ratione

[k] deeſt ᾄδειν poſt χρ.

[l] deeſt τοὺς μὲν ante παίδων.

[m] ἐκίνησε pro ἐνίκησε.

[n] ἀφικνεῖται pro ἀφικνεῖτο.

[o] κατελυσάμην pro κατεδυσάμην.

prædictis ſatisfieret. Quibus ita peractis, multo maiorem ſenſi alacritatẽ, atq; omni pacto dandã eloquentiæ operã putaui, cũ etiam apud poſteros celebres eſſemus futuri, quandoquidem perpetuos Deus ſermones appellauerat. Et ea quidẽ, quæ ad choros pertinebant, hoc modo geſta ſunt. deinde poſt tẽpus aliquod, neſcio quantũ, hæc ſomniaui. Videbar ad fanum Iouis Olympij & auiti[o] pergere: cumq; populi conuentus eſſet factus, præco ſacer plena cõcione ad ipſam Dei baſim conſiſtens, nomen noſtrum cum omnib. ad id pertinentib. ꝓnunciare, quaſi publicè coronarer, quẽadmodũ in publicis cõcionib. aureã ſolemus coronam ſumere; & adijcere, eloquentiæ cauſa; idq; alio confirmare additamento, ſubiungens, Quoniam in dicendo nemini cedit. His proclamatis, in hortum Aeſculapij, qui eſt ante ędes paternas, tranſiui. ibi uerò monumentum ad dextram templi reperi, quod meum eſſet, & Alexãdri Magni, medio diuiſum interſtitio, ſic ut in altero iaceret ille, in altero ego reponendus eſſem. Cum autem ſubſtitiſſem, ac deſpicerem, mirabilem percipiebã ſuffituum odorẽ, qui partim erant in illius ſepulcro, partim mei. Gaudebã itaq;, & utrunq; noſtrum ſummũ attigiſſe culmen, illũ bellicæ uirtutis, me eloquentiæ, conijciebam. Illud inſuper in mentẽ mihi ueniebat, illũ quidem, tantũ uirum, Pellæ ortum eſſe; de me autem eos, qui hunc incolunt locũ, eſſe gloriaturos. Atq; hęc quidẽ tũ audire tum uidere ſum uiſus, tum etiam mecũ cogitare, partim iuxta Iouis, partim in Æſculapij, ante ædes: quæ autem conſecutura ſunt, ſi quidem fas eſt, dicantur & ſcribantur; ſin minus, hoc tibi curæ ſit, here Æſculapi, in mentem meam immittere, quod ſine ulla deſcribam moleſtia. Ac primũ quidem ſignum apparuit cum tribus capitibus. id autem undiq; lucere, præter capita, uiſum eſt. Tũ nos miniſtri aſtitimus, nõ ſecus ac quecũ pæan canitur; & ego ferè inter primos. Interim iubet exire Deus, ea, qua cõſpicitur, figura. cumq; alij exirent oẽs, & ego conuerſus eodem ſpectarem, manu mihi ſignificat, ut maneã. Tum ego hoc honore exultans, qui ſi alijs prælatus eſſem, exclamaui, Vnus, Deum dicens. Et ille, tu es, inquit. Hoc mihi uerbum, here Æſculapi, omni eſt humana uita præſtantius: ab hoc omnis & morbus & gratia ſuperatur: hoc mihi uiuendi & facultatem ſuppeditauit & uoluntatem. Et hæc quidem nobis locutis nihil de priſtino Dei erga nos honore decedat: ſermonem uerò quondam talem accepi, ad orationes ac diuinam conſuetudinem pertinentem. Oportet, inquiebat, mentem à conſuetudine dimoueri, dimotam autem cùm Deo uerſari, atq; ita humanam excedere naturam. nec mirum id eſſe, ſi quis uel cum Deo uerſans excellat, uel excellens cum Deo uerſetur. Iam Theodori nomen hoc pacto mihi attributũ eſt. Smyrnæ primùm uidebar in ſomnijs à quodam mihi gratulante ſalutari his uerbis; Salue Theodore; cum quidem Aſiæ præfectus, ni fallor, adeſſet: ego uerò ſic eam ſalutationem

o ἰέναι pro ἰδ.

tationem accipere, quaſi id omne, quicquid in me erat, ex Dei beneficio profectum eſſet. Deinde aliud quiddam tale contigit. Epagathum habebam nutricium, qui primus nos educauit, & uir admodum bonus erat, ac deorum conſuetudine fruebatur apertiſsimè, adeo ut integra recitaret ex ſomnijs oracula, quæ quidem eodem ferè die, ut ita dicam, ſortiebantur effectum. Talis cum eſſet Epagathus, uiſus eſt mihi ſomnium quoddam ſuum, ſiue ſponte, ſiue à me rogatus narrare, in quo ſic dicentem quendam uiderat: Theodori uerò Mater deorum curam habebit: eodem modo, ut arbitror, quemadmodum Aeſculapius. nam inde mihi Theodori cognomẽ primũ obuenerat. Quin etiam naturam ſuam partim uiſu mihi, partim etiã uerbis oſtẽdit, hoc modo. Videbar mihi circa ortum Luciferi per prædium meum uia quadam ire, & exorientem aſpicere ſtellã, quandoquidem ad ortum ibam. Aderat autem Pyrallianus, uir de fano, cùm nobis amicus, tum in Platonica philoſophia egregiè exercitatus. Vt autem in itinere ſoli eramus, illudo ei, atque ita cauillans dico: Potes'ne mihi, per deos, dicere, quoniam ſoli ſumus, cur hæc uos Platonici iactetis, & populum obſtupefaciatis? dicebam autem illius de natura ac de entibus dialogos. Tum ille iuſsit me intento animo ſequi. itaque cum præcederet ille, ego ſequerer, paulum progeſſus, locum mihi quendem cæli oſtendit, &, hæc eſt, inquit, quam Plato uocat mundi totius animam. At ego ſuſpiciens, Æſculapium uidi Pergamenum in cælo ſedentem, ac ſimul experrectus, eadem comperi hora, qua uideram, illa contigiſſe. Nunc etiam alia referam ſimilia. Vidi aliquando Platonem in domuncula mea contra me lectumq́ meum ſtantem, cũ epiſtolã ad Dionyſium in manibus haberet, iræ plenus. Ad me autem reſpiciens, qualis, inquit, in epiſtolis tibi uideor? num Celere (is erat ſcriba regius) inferior? Tum ego, bona uerba, inquam, qui cum talis ſis, de te iudicium facias. cumq́ue ille mox euanuiſſet, atque ego cogitarem attentius, aderat quidam, qui dixit: Is qui nuper tecum colloquebatur, quaſi eſſet Plato, tuus eſt Mercurius, Platoni ſimilis. intelligebat autem ortus mei præſidem. Atque hoc quidem Smyrnæ ſomniaui; aliud autem Pergami paulo antè. Somniorum enim iſtorum cauſam, & euidentis deorum curæ, ad Iouis ſtellam referebat quidam, quòd illa, cum ego naſcerer, medij cæli mediam ſecuerat partem. ac dicunt certè Aſtronomi, Leonem tum medium occupaſſe cælũ, Iouis autem ſtellam ſub Leone quadrato aſpectu Mercuriũ à dextra aſpexiſſe, cum uterq́ matutinus eſſet. Quin & aliorũ ueterũ celeberrimos quoſq́ tum oratores tũ poetas uidere mihi contigit. ac Lyſiæ quidem apparitio narratu digna eſt. Nam cum tertiana laborarem grauiſsimè, uidi in ſomnijs Lyſiã oratorẽ, iuuenẽ nõ inuenuſtũ. cumq́ inſtaret acceſsionis dies, nõ inuaſit me febris, uerũ eſt ita diſſoluta. Sophocles quoq́ poeta in ædes meas aliquãdo uiſus eſt ingredi,

& ante muſæum ſtare. cum autem ſileret ipſe, labra eius per ſe bombū edebant ſuauiſſimum. erat autem & aſpectus eius ſenilis ac decorus. Itaq; poſtquam eum uidi, gauiſus ſum, & ſurgens, ſalutaui, ac ſimul ubi frater eius eſſet, quæſiui. at ille, num quis, inquit, mihi frater eſt? Aeſchylus quidem, inquam ego. Interim cum ipſo foras progreſſus, ſophiſtam quendam noſtri temporis celeberrimum non longe à foribus ad ſiniſtram uidi inuerſum iacere. Alios etiam alia figura & habitu multum decoro ac proprio ſuis temporibus aſpeximus. Illud uero, quod iam dicam, magnopere gaudio fuit. Etenim cum orationes quaſdam dormiens [p] haberem, & placerem admodum, atque auditorum aliquis laudare nos uolens, ueterum cuidā, quem ille admirabatur plurimum, compararet; uiſus eſt ſubiraſcens præceptor, qui aderat, ita dicere: Non & illum atq; illum adijcies? atq; alios deinceps proferre uelle, quaſi nemo ſolus mecū comparandus eſſet. His ita relatis, finem ſtatueram huic ſermoni imponere; uerùm aliud mihi mirandum ſuccurrit, ac de quo, ſi alio quoquam, non exiguæ ſint agendæ Deo gratiæ. Nam cum Quadratus orator ad Aſiæ præturam ueniret, exiſtimaui me eius alloquendi occaſionem eſſe habiturum; cum præſertim aliquot ſuperiorum temporum negocijs, de quibus mox dicam, implicatus eſſem. Itaq; ſcripſi ad eum de ſtatu meo, ac ſtudio uniuerſo. Iam quo die [q] litteras accepturus erat, eodem ipſo, quēadmodum & poſtea nobis nunciatum eſt, & mox per dierum ſupputationem licebat colligere, uiſi mihi ſunt ſacerdos, qui nunc eſt, Aeſculapij, & eius auus (is eſt omnium ad hoc uſq; tempus celeberrimus, & ſub eo multa magnaq; Deus, ut intelleximus, adminiſtrauit) in domiciliū Quadrati ingredi, & cū eo familiariter agere, altero aſſidēte, altero, qui ſenior erat, ſuper ipſum ſedente lectum. Tum uerò nos omni ſtudio Quadrato commendabant, & cum alia loquebantur humaniter, tum ſeniorem aiebat iunior meis capi ſermonib. eoſq; etiam apud Quadratum laudari [r] debere. Verùm quod ad orationes attinet, ſubijciebat ille, confirmans alterius dicta, poſtq; de induſtria ſubticuerat; magis etiam te ijs, quæ ſubiungam, alliciā. cumq; maius aliquid eſſet dicturus, interpellans Quadratus, utrū, inquit, quod eſt in puerbio, dices, Talē oportet ducere, aut nō ducere. Atq; hęc ferè utrinq; dicebantur. poſtea uiſus ſum unà cum illis exire, & ut ad portā uenimus, quæ ad templū ducit, cum illi rectà ad templum pergerent, tum eos in digreſſu complecti, & quia nos noſtraque ſemper ornarent atque curarent, gratias agere. Iam quàm fuerint acceptæ litteræ, cum ab ipſo Prætore coram omnibus legerent, atq; earum habendarum ſtudio tenerentur omnes; tum quæ reſcripſerit ad eas, quæque poſtremò ſub finem magiſtratus; ea ſi narrarem, partim arrogans fortaſſis uiderer, ꝑpter eximias, q̄ in ijs cōprehēdunt, laudes, partim etiā quaſi minutias quaſdā poſt honores à dijs nobis tributos conſectari.

Veruntamen

[p] ἐπιδεικνύμην pro ἐπιδεξιοίην.

[q] γράμματα pro πράγματα.

[r] ὡς ἔδει pro δεῖ.

Veruntamen quæcunque ad inſtitutum ſpectabant ſermonem, hæc ferè fuerunt. Atque iſta quidem ſuperioribus accidere temporibus: cum autem hucuſq; perueniſſem, & ad alia Dei beneficia pergerem, quæq; ſub alijs Prætoribus & in alijs obuenerunt negocijs, deinceps deſcribere pararem, ſomniaui quiddam interea, quod huc rurſum pertinebat, hoc modo. Videbar apud quoſdā declamare, atq; interdicendum Deum inuocare his uerbis: Here Æſculapi, ſi quidē in dicēdo excello, [s] multumq; excello, mihi ſanitas contingat, inuidi uerò rumpantur. Quæ cum uiderer ſomniaſſe, poſtquam dies fuit, libro quodam in manus ſumto eadem reperio, quæ locutus eram. Itaque miratus ad Zoſimū dicere: Vides, ut ea, quę uiſus eram dormiens dicere, in libro deſcripta reperiam. Atque ita quidem hæc quoq; noua cum antiquis coniuncta ſint: an uerò Dei ſententiam ſimus aſſecuti, nouit ipſe maximè. Et quæ quidem ad orationes pertinent, ac quomodo ad eas nos initio perduxerit, & qualem de ijs ſententiā tulerit, quæq; ad eam rē dederit oracula, tū quomodo ad uetus nomē Theodorum adiunxerit, ac ſuā nobis naturam oſtēderit, & quęcunq; ſunt huius generis, ea nos omnia quidem nullo pacto recēſere potuimus, ſed quorum memores eramus, & è quibus de reliquis liceat coniecturam facere: iam uerò, [t] unde paulo antè relicto ſermone inſtituto ſum digreſſus, eò reuertor; ut oſtendam, eum in alijs quoq; indicio nobis ac prouidētia ſua præſto ubiq; fuiſſe. Anno prius, ut arbitror, quā amicus noſter, Seuerus Aſię prętor fuit, uir magnanimus, & qui, quicquid decreuiſſet, in eo nemini concederet. Cum autem apud Aeſepū tunc temporis, & rurſum circa Iouis templum uerſarer, ita mecum egit. Mittebant quotānis eo tēpore ad Prætorē ex urbib. ſingulis nomina decem præſtantiſsimorū quorumq; ciuiū, quę ille conſiderās, aliquē deligeret ex omnib. quē pacis cuſtodē cōſtitueret. Itaq; cū ex Myſiæ quodā oppidulo, cuius nihil eſt opus nomē dicere, ueniſſent ad Seuerum delecta nōīa: ille, q nihil adhuc rerū mearū cognoſceret, niſi quòd agros aliquot eo loco me habere, ac de cetero fortaſſis non infimi eſſe ordinis audierat; reiectis omnibus, quotquot miſſa erant, nominibus, mihi magiſtratū detulit, cū id nō cogitaſſet, & [u] ad Smyrnam multo prius, q̄ ſperaueram, me pertinuiſſe, & ad eā rem ineptū prorſus eſſe. Mittit deinde ad Præfectos epiſtolam, non ad ipſos, uerùm ad me datā. quam cū illi reddidiſſent, ac iuberent me litteræ paci præeſſe, magnoperè perculſus fui. Nam nec prouocare licebat, cū nō extaret aduerſarius, uerùm idem Prætor nomen & dediſſet & confirmaſſet; nec cum quo quis cōtenderet, aut quomodo cauſam inſtitueret, reperire. Hoc tamē nobis ac Præfectis cōmuniter deliberantibus uiſum eſt, ut ꝓuocatio quaſi ad ipſos Pręfectos, qui litteras tradiderāt, fieret. Iam cum ueſperi Deum interrogarrem, quid hæc ſibi uellent, & quid agendum eſſet; Delphicum illud mihi reſponſum eſt:

[s] περὶ πολὺ pro πρό.

[t] τὸ πρὸ.

[u] τῇ σμύρνῃ προσήκειν pro τῆς σμύρνης προσήκει.

Ego prouidebo rem iſtam, & albæ uirgines.

Quid ergo conſecutum eſt? Paucis diebus interiectis uenerunt ad me ex Italia Regũ litteræ, tũ Imperatoris ipſius, tũ eius filij: quæ præter alias, quas cõtinebant, laudes, immunitatẽ ꝓpter litteras, ſi ipſorũ uterer cõſuetudine, mihi cõfirmabant. Ab Heliodoro quoq;, qui fuerat Ægypti pręfectus, litteræ unà cum regijs uenerunt, partim ad me datæ, partim etiam ad Pretorem de me ſcriptæ, honorificè ac ſplendidè: quæ dudum quidem ante hoc negocium datæ fuerant, tunc autem opportunè ſunt redditæ. Primũ itaq; uirgines albas de epiſtolis ſum interpretatus. Deinde oraculo, & fortunæ fretus euentu, cum diſcedere per Deũ nõ poſſem, ad Prætorẽ litteras miſi, quib. & negociũ meũ illi integrũ ſignificabã, & eos, qui nomẽ meũ ad ipſum detulerãt, nihil aliud, ꝙ nomen, detuliſſe oſtendebã: tũ eos, qui dimiſerant, quales eſſent, declarabam, & eas quæ nuper uenerãt litterę, quas unà cum meis ad illũ miſi, tam eas quæ cõmendationẽ, ꝙ quæ ingeniũ cõtinebant. Dũ aũt incertus etiã erat rei euẽtus, forenſiũ quorundã, quicũq; nos amare, & rei neceſſitatẽ ſatis perſpicere uidebanť, mãdata uaria perlata ſunt, in quib. potentiã uiri, qui ex regijs eſſet iudicib, & ſentẽtię maximè uim ac pertinaciã, ita ut ab ea nullo pacto dimoueri poſſet, exponebãt, ac ne fruſtra reluctarer, obſecrabant. Quapropter ad illos quoque longius & cõfidentius de induſtria ſcripſi, quãdo quidẽ ſciebã fore, ut in manus Seueri litteræ uenirẽt, quoniã huic eos eſſe familiares audieram. Argumentum autem erat idem atq; in datis ad illũ litteris; nempe, non poſſe me obtemperare. Poſtea Seuerus Epheſum ex altiorib. locis deſcendit ad agendum forum; lectiſq; litteris, eo nos uenire iuſſit. Itaq; miſi, qui irent. Vt autem dies uenit, ac proclamatum eſt nomẽ, aderant ſyndici. Hi anteq; loqui cœpiſſent, Seuerus mox è loco ſuperiore, Ariſtidem, inquit, cognoſco, & gloriã admiror, atq; eloquentiæ primas ferre aſſentior, idq; mihi Roma ab amicis ſcriptũ eſt. cupio autem, ut mecum imperet. immunitatis uerò ius ipſi confirmo, ac manet. Hæc publicè dixit, & in inſtrumenta retulit. Tale cum eſſet factum decretum, ij qui à me litis cauſa miſſi erant, cũ partim aliquid à ſe perfectum, nec omnino re infecta ſe redituros arbitrarẽtur (nam & ſyndici gratulabantur honori, & magni [x] faciebãt alij, quòd hæc ſe conſolandi cauſa feciſſe Seuerus dixerat, & immunitatem perpetuam in poſterum abſenti confirmarat) partim prouocandi modũ ignorarent, cum Prætor non iudicij forma deferret imperium, ſed inſtar beneficij peteret, atque ab hoc initio amicitiam quodammodo auſpicaretur; contenti redierunt, ac mihi rem totam narrarunt, cum interim prouocationis dies tranſiiſſet. Itaq; peiore in loco, ꝙ prius, eramus, cum mihi fruſtra collatus honor non ſufficeret. Quocirca ad Deum me retuli, obſecrans eum & interrogans, quid eſſet in hoc agendũ negocio. Ille uerò ſomniũ miſit admirandum; cuius ut partes ſingulas

Viri) Seueri.

x μέγα τιμώ-νον pro μεγατιμω-μένων

ſingulas dicere nō poſſum, ita ſu mmam breuiter cōplectar. Videbar cum Scriba Prætoris, qui ad me u enerat, his de rebus colloqui. at ille ut audiuit omnia, promittit ſe aboliturum & mutaturum ea, quę iam cōſcripta erant, ac quingentas ferè drachmas iubet impēdere. Quod cum ſomniaſſem, partim hilarior ſum factus, quia promiſsionē quādam res continebat, nec apertè negabat; partim quaſi eódem relabi me exiſtimaui. quomodo enim quingentis darchmis rem tantā quis redimeret, ab eo præſertim uiro, qui & ita integer eſſet, ut facilius flu uiorum ſiſterentur fluxiones, quā ſe pecunia corrumpi ſineret, & adeò rerum peritus, ut minimè poſſet omnium decipi. Quocirca repulſæ inſtar u iſa eſt eſſe promiſſio, cum id, quod fieri nō poſſet,[y] complecteretur. Dum hęc anxiū me redderent, iubet Deus Pergamum redire, ubi tum erat Rufinus, qui noſtri honoris, quantam poterat, curam gerebat. poſtquam autem ad eum ueni, rem geſtam narro, & auxiliū peto. nam Seuerum quidem immunitatē omnino confirmaſſe, adiuncto manendi uocabulo:[z] id autem deſcriptum non ſufficere. fore enim, ut alius quiuis aliud Prætor eiuſdem ſcripti adiectione mihi imperaret, atque ita periret immunitas. at mihi non uerbis ſpecioſis, uerùm re ipſa opus eſſe, ita poſtulante corporis ualetudine. Quæ cū illi non iniqua uiderentur, dat mihi ad ipſum litteras, ſuo ſermone, q̄ fieri poterat promtiſſimè, cōſcriptas, in quibus cum alia declarabat, partim commendans, partim ſuadēs, tum quid eſſet futurum, niſi me ultro dimitteret, augurabatur. Vt autem finem faciā, poſtq̄ Smyrnā ueni Dionyſiis, & aderat Seuerus, atq; unà legatus quidam, ut uocāt, qui cùm in ceteris magni fieret, ꝑpter familiaritatem Prætoris, tū eius eſſet quaſi ſcriba, quandoquidem quæcunq; ad litteras pertinebāt, in illius erant poteſtate; huic ego primū occurrens, litteras oſtendi, cum in Smyrna regenda occupatus eſſet, nec ſecus quęcunq; dicenda erāt, expoſui omnia; ut rem accuratè cognitam ad Prætorem referret. Cū autem eum uiderem benignè uerba mea excipere, & ad æquitatem flecti, uenit mihi in mentē de ſomnio, quo mihi Scribæ erat opera promiſſa. Itaque ſomnium ipſum ei narro, & ut obediat Deo, moneo, quoniam ipſe promiſerat; nempe Scriba. His ille uerbis gauiſus, ad Prætorem nos deduxit, & litteras unà nobiſcum reddidit. Atque ille quidem inter legendum, magnopere afficiebatur, ſæpius in litteris ſubſiſtens & conuerſus: poſtquam uerò etiam Pardali, qui tum amicus nobis, tum illi fuerat à puero familiaris, litteras, quibus ad eū multis de noſtra doctrina ſcripſerat, accepit, & perlegit utraſque, nullus, inquit, de eloquentia quærit, cum aliud ſit eſſe principem Grecorum, & oratorem ſummum (ſic enim appellabat) atque aliud huic rei operam dare, & habere diſcipulos. Paulo pòſt ad Senatum iuſſit me ire, ac ciuib. ꝑſuadere; ſimulq̄ adhortatus eſt,[a] & ad iuniores admittendos incitauit. At ego nihil eſſe admonitione opus reſpondi,

[y] ἐπεῖναι pro ἀπεῖναι.

[z] deſunt τοῦτο δ' οὐκ ἐξαρκεῖν γεγράφθαι, καὶ γὰρ ἄλλῳ παντὶ τῶν ἡγεμόνων ὑπάρξειν ἄλλο τι προστάττειν ἐμοὶ μετὰ τοῦ αὐτοῦ τούτου προσγράμματος, καὶ οὕτω λυθήσεσθαι τὴν ἀτέλειαν poſt ἀτέλειαν O.

[a] deſunt καὶ τὰ πλείω προσεῖπεν πρὸς τοὺς νέους. τότε δὲ καὶ ἐγὼ αὐτὸς τούτων O.

cum Deus hac de cauſa me dimiſiſſet, cui neceſſariò foret obtemperãdum. Atq; hoc quidem principium fuit, & cauſæ cõſtitutio; hæc prima poſt factum Epheſi decretum acceſſio. Dum autem res etiam erat incerta, alterum hoc accidit. Antequam curiam ingrederer, & hac de re uerba facerem ulla, cum haberentur hoc tempore comitia Prytanæa, nominauit me Senatus, duobus uel tribus ſubſcribentibus. Itaque abſurdum quiddam ſum paſſus. Etenim cum illis ea, de quibus miſerat me Prætor, eſſent perſuadenda, rurſus ab illis ad Prætorem cogebar prouocare: atq; ita duę lites pro una extiterunt, & idem, qui prius, redditus eſt iudex. Pergamum igitur ſum profectus. Ac ne longum faciam, cum eſſet uocanda cauſa, nec id quiſq̃ noſtrũ ſciret, quoniam dies prędicta nõ erat; mane quidã ita uiſus eſt dormienti dicere:

Prytanæa) de quibus Buleus.

Cadmea proles, commoda eſt opus loqui.

Initium tragœdiæ Thebanæ Aeſchyli.

Id ego mox intelligẽs, cauſam uidelicet agendã eſse, præparare me cœpi. Paulo pòſt nunciauit quidã, nomẽ meum proclamari. Cum aũt è templo in urbem deſcẽderẽ, atq; interim mora fieret, & nomẽ rurſum proclamaretur, Seuerus, ut aiebant, uenire me, nec feſtinandum eſse dixit. Deinde ut uenire me uidit, ſtatim lictores obuiam miſit, quo facilius accederem; quemadmodum ab ipſo prius petieram. Poſtquam uerò acceſsi, omni ab ipſo reuerentia, & à iudicibus, & oratoribus, cunctiſq;, quotquot aderant, alijs exceptus fui, nec iudicij magis quã declamationis apparebat forma, cum & beneuolentia eſset magna, & audiendi ſtudium manibus ac uoce ſignificarent, omnesq; tanquam ocioſi auſcultarent. Cum autem ad quinque dixiſsem menſuras, uſus maiore libertate, & oſtendiſsem præterea, qualis apud Regem his orationibus habitis futurus èram: Seuerus denique, poſtquam ex urbanis ſyndicis quidã breuiter & cum laude nobis reſpondiſset, ad Senatum cum litteris honorificis me remittit, ſimul & Senatum honore proſequens, & mihi idem futurum, & id optimum fore decretum arbitratus. Tum uerò non immunitas mihi tantum eſt confirmata, ſed & cum honore tanto atq; decore, ut aliorum nemini hac in re cedere uiderer. Alterius autem imperij. quod ipſe mihi obtulerat, ne mẽtionem quidem apud me fecit; itaque nec ego apud illum: ſed per ſe ad præfectos ſcripſit, iubens alium mihi ſubſtitui. Atq; hũc habuit euentum Dei oraculum. cumq; ſumtus computaſsem tam in mercedes forenſium, quàm in uiatica famulorum, ſi quos aliquo hac de cauſa miſeram, factos, quingentæ ferè ſunt effectæ drachmę. Iam quale illud eſt, quod anno proximè priore, ni fallor, acciderat, Pollione prætore. Cum enim in curiam eſſem ingreſsus, poſt longam quietẽ Deo nos, ut dixi, ad dicendum producente, ac ſperarent omnes fore, ut cũ iuuenibus diſputarem, poſtquam timidi ſophiſtæ metu perierãt, nõ quidẽ oẽs, ſed q uexari[b] nollẽt; Coactor ſum electus. Vt aũt res ad Legatũ uenit, cõfirmauit electionẽ Philadelphiæ me abſente. Deinde re

b deeſt in ante [illegible]

citatum

citatum fuit in Senatu Legati decretum. Nos uerò tum Romam prouocauimus, tum ad ipſum Pollionem ac Legatum, quæ oportebat, ſcripſimus. Deus autem hæc nobis ſignificauit: Alcimum curatorem, quem ad hæc negocia dimiſeram, uidebam in ſomnis redire, ac Demoſthenis pro corona ſermonem adferre, quod non ut nunc, uerum alio modo atque argumento conſcriptus eſſet. Accedebant rurſum promiſſiones, quaſi Glabrio ſummus rem totam eſſet compoſiturus. is autem tunc, ut reor, in urbe erat. A Serapide quoque & Iſide accepimus oracula, quæ negocium confectum iri, ac inimicos in gratiam mecum redituros eſſe promittebant. Ac ſomniorum quidem & oraculorum hæc ferè ſumma fuit. cum autem Philadelphiam ueniſſet, qui erat eò miſſi, dies erat, ut aiebant,[c] dimiſſoria, cum litteras reddiderunt. Quib. lectis Pollio, poſtquam aliqua propter eos qui aderant, interceſſerat mora, ac legati cognita ſimplicitate, iubet eum mox dato iudicio decretum corrigere. Itaque ille de hoc uno negocio iudex ſedit, & alias ad Senatum litteras dedit. Hæc cum eſſent perlatæ, Præfectus, qui acerrimè mihi reſtiterat, & contraria prius legerat decreta, cum iam perturbatus eſſet, & inops conſilij, miſit ad Præſides, qui de rebus his inquirerent. at illi nihil reſponderunt. ipſe uerò ad me uenit, & ueniam petijt. Tum ego in curiam ingreſſus, & à magiſtratu liberatus, & immunitatem ſum primùm conſecutus, ac deinceps & prætor & ipſe Legatus amiciſſimi nobis fuerunt. Age uerò, quaſi per ſcalam ad ſuperiora progredientes, aliud quiddam, quod ante hæc accidit, memoremus. Cum ſophiſta ille, cuius paulo antè memini, præturam gereret, & ineunte anno prima haberetur concio, uenerunt ex populo quidam, ut me uocarent, cum quia longo pòſt tempore adueneram, tum quòd publicè mea cauſa[d] ſacrificaturi erant, quemadmodum ſæpius iam fecerant. Poſtquam in concionem ueni, & populus more ſolito plauſum edidit; tum qui ad eam rem ſubornati erant, commune totius Aſiæ ſacerdotium mihi detulerunt, nec difficulter populum in ſuam perduxere ſententiam. Quin etiam magiſtratus me circunſtiterunt, alius aliunde laudantes & acclamantes, & cum populo certatim nos adhortantes. Clara autem & illuſtria mihi ſecundum quietem data erant ſigna, quib. equidem ualdè confidebam. Facta uerò dicendi copia, perſuaſi populo, ut hac ablata dignitate, Æſculapij ſacerdotium libenter mihi tribueret; cum quidem templum, quod eſt ad exteriorem portum, extrueretur. Quin & reſponſum noſtrum ſatis placuit, poſtquam dixeram me, qui nihil nec magnum nec paruum ſine Dei conſenſu poſſem agere, etiam conſecrari nolle, priuſquam Deum ſciſcitatus eſſem. id quod illi admirati, conceſſerunt. Dum autem hæc fieret, conciones prædicabant & laudabant: nec ego quicquam reſtare arbitrabar. uerùm Deus nondum iſta[e] ſinebat perfici, qui quidem pugionem habet ſub ala. Poſtea iudices Smyrnæi in ſuperiorem Phrygiam ſunt profecti, ac nomen meum in

c ἀφέσιμος.

d μέλλοντα θύσειν pro θύειν.

e εἴα pro εἴων.

publico concilio erant oblaturi. Id ego præſentiens, nutricium miſi, Zoſimum, ac tertio uel quarto loco ſum electus. Deinde prouocaui; uocauit Prætor; uocauit Seruator Pergamum, cum in ſolito uerſarer ex ipſius iuſſu prædio. Altero pôſt die, quã eram profectus, allata eſt Prætoris epiſtola. Ea lecta ego me iam antè à Deo uocatum eſſe dixi, currentemq́; incitari, nec quicquam morandum eſſe, quandoquidem ab omni moleſtia in ambitu fanorum, quæ ſunt in Æſculapij templo, liberatus eram. Et ita quidem Prætor erga nos ſe geſſit; aut potius non tam ille, quàm uerus & perpetuus Prætor. huic autẽ non diſsimile eſt id, quod ante hæc omnia contigit. Eſt mihi non lõgè à Iouis templo, cuius etiam in prioribus memini ſermonibus, prædium Laneum. Id cum mei mihi, dum in Aegypto peregrinabar, emiſſent, Myſi quidam ſibi uindicarunt, multa & uaria dicentes primùm, deinde etiam facientes. Cum enim de ſeipſis (ne crimen in me recipiam) deſperaſſent, plurimis & famulis collectis & mercenarijs, cum armis irruerunt, deinde partim eminus iaculantes lapides ac glebas, partim manus conſerentes, partim etiam in domum ingreſsi, eaq́; tanquam ſua utentes, omnia tumultu & uulneribus repleuerũt. Quæ cum Pergamum eſſent delata, ego quidem ſic eram affectus, ut reſpirare uix poſſem; cum autem dies eſſet iudicialis, quid faciendum eſſet, ignorabam. Deus autem & acceſſum ad Prætorem inuenit, & occaſionem præſtitit. Finis uerò ſomniorum erat Adrianus Imperator in aula templi nos amplectens, cui nuper innotueramus, & magnam nobis ſpem faciens. Hoc ſomnium iſta mox cõſecuta ſunt. Cũ in templum, ut poteram, ueniſſem, & ibi morarer, ſuperuenit Iulianus Prætor, & unà Rufinus. Quapropter animaduerſa occaſione, Rufino primùm rem indico, deinde ad Iulianum eodem ferè in loco, quem ſecundum quietem uideram, accedo, & quæcunq́; ad rem pertinebant, narro, adiuuante, quod poterat, Rufino. Tum ille ita repentè quaſi diuinitus commotus eſt, ut mox quidem amplecteretur, uelut amicum ueterem, manu autem prehenſa bono eſſe animo iuberet, ac Deo uacare: ſibi enim iſta curæ fore. ac deniq́;, Nequaquam nos contemnent, inquit. Pôſt in iudicium ingreſſus, & litem uocans, paucis factis uerbis, indignatus eſt ob ea quæ acciderant, & quendam eorum, qui prædium ſimul inuaſerãt, in carcerem coniecit. Itaque nobis adiudicatum eſt prædiũ, & in illud confectis inſtrumentis ſumus ingreſsi, cum ſagittarij, funditores, & reliqua omnia Deo ceſſiſſent.

Perp. Prætor) Aeſculapius.

SACRO-

Cyziceni ac Smyrnæi itineris hiſtoria.

CVM æſtate quadam laborarē è ſtomacho, & dies noctesq́ ſitirem, ac immenſo ſudore corpus diſſolueretur, & uix duo me uel tres, cū erat ſurgendum, de lecto tollerent; iubet Deus peregrè proficiſci, cū eſſem Smyrnæ, idq́ ſine mora. Itaq; uia Pergamena ſum egreſſus. Dum autem parabantur uehicula, appropinquabat meridies, & æſtus oriebatur uehemens. Quapropter in ſuburbio uiſum eſt cōmorari, donec ſe calor tantus frangeret. erat autē Smyrnam iter inſtitutum, ac præceſſerant impedimenta. uerū propter calorem, & loci amenitatem, ac remoras quaſdam multùm temporis perdidimus, ita ut ad diuerſorium, quod eſt ante Hermum, circa Solis occaſum ueniremus. Tum uerò quid agerem, dubitabam. Vt autem nec ædium incōmoditatem ferre potui, nec famulos, quoniam præmiſsi erant, mecum habui; longius decreui pergere. Quappter fluuio traiecto, noctem habui ſerenā, & leuem quandā tepidāq; ſenſi aurā; ac tum corpus refocillabatur quodā modo, tum animum conſtantia quædā cum tranquillitate ſubibat, ſic ut & aere ſecurè fruerer, & præſentem ſtatum cum ſuperiori comparans die, non paruam animaduerterem mutationem. Sera iam ueſpera, Lariſſam ueni non inuitus. Cum autem nec uehicula eſſem aſſecutus, nec eſſent meliora, q̄ prius, diuerſoria; iter neceſſariò perſequendum fuit. Itaq; media nocte, aut etiam ſerius, Cumam uenimus, & omnia reperimus occluſa: id quod ego non dolui. Adhortatus autem eos, qui me à prædio uſq; deduxerant, ut etiam reliquum iter deuorare uellent, [a] quòd eſſet prorſus exiguum; nec id parum admodum præſtaret, [b] meo iudicio, quàm propoſito non ſatisfacere; extra portas egredior, cum iam humidius eſſet frigus, adeo ut etiam calorem requirerem. Deinde circa galli cantum ferè Smyrnam ueniens, offendo meos ante diuerſorium quoddam compoſitos, ut uenerant, quòd nec ipſi, ut aiebant, apertum quicquam potuiſſent conſequi. Erat aūt pro forib. cauponæ lectulus quidam, quē nos ſurſum ac deorſum circunferentes, tempus fallebamus, ubicunq; enim poneretur, ſemper moleſtus nobis erat. Siue aūt peregrinorum, ſiue quorumcūq; pulſaremus ianuā, parū proderat. etenim nemo reſpōdebat. Tādem uerò in ædes cuiuſdā propinquorū ſumus ingreſsi, cū quidē per ianitorum infortuniū & ignis eſſet extinctus, & aliud nihil nec magnum nec paruum reperiretur. Itaq; per tenebras ingreſſi ſumus, idq; manu ducti, nec uidentes quenq;, nec à quoquā conſpecti. Atq; interim dū ignis excitabať, ut [c] ungerer & biberē, iam Lucifer apparebat, & appropinquabat dies. Quocirca nolui molleſcere, nec interdiu dormire, uerùm opus operi

Fluuio) Caico.

a ὡς ἐν σύμμετρον αὐτοῖς additur.

b ἐμοὶ δοκεῖν pro μοι.

c χείσαϛ pro χρίσαϛ.

addere,& in Apollinis templũ, Gryneũ, pergere, ubi ſolitus erã, ſiue abirẽ, ſiue redirẽ, ſacrificare. Qđ cũ feciſſem, & more ſolito moratus eſſẽ, poſtq̃ Elæã ueni, ſomnũ cepi. Poſtridie Pergamũ intraui, atq; eo fui animo, [d] quaſi ad aliquot dies illic manere uellem: ſomnium aũt ſuperueniens uel mox ſub ueſperam, uel poſt diem unum aut alterum, pergere præcepit, nec aliter facere, quoniam iſti nos perſequerentur, ac ſtatim & feneſtræ uenti impetu ſunt apertæ, quamuis ab utraq; parte diligenter eſſent obturatæ, nec id unquam contigiſſet; & ianuæ ſtrepitum fecerunt. Experrectus igitur nihil morandum duxi, quin iuſsis ſequi famulis, currum conſcenderem, &, quoad poteram, procederẽ. Boreas autem flatu ſuo cõmouebat omnia, cũ quidem male eſſet affecta hoc tẽpore gula, quòd cùm puſtulis premebatur frequentibus, tum ad quemuis radebatur euentum. Cumq; & arena uento ſublata in faciem impingeret, & puluis undecunq; infeſtaret, non tam pauore, quam fiducia ſum correptus, partim quia deſperabam quodam modo, cum euadere non liceret, partim quia præter omnem fidem reſiſtebam. Medici uerò gargariſmos prius, & accuratiſsima tegumenta, ſimiliaq; præceperant. Secundo uel tertio pòſt die, cum ædes paternas prætergreſſem, in templum Iouis Olympij ueni, atq; ibi, antequam iter abſoluerem, ſacra feci, quemadmodũ & initio mihi Smyrnę prędictũ fuerat, ut in Iouis agrũ rectà tenderem. Deinceps aũt facilior iam fuit uiuendi ratio. Anno ac menſe uertẽte, cum Cyziceni feſtum diẽ templi ſui celebraturi eſſent, & ſomni difficiles erant, & concoctio uix tandem poſtridie fiebat, idq; cum quieſcerem, non cum dormirem. Itaq; cum ſomnium uenit, multa iam dies erat, ac ſomni ferè tantum ceperam, quãtum ſomnio ſufficeret, quod erat tale. Porphyrio medicus Cyzicenos alloquens, ſimilia uidebatur ijs dicere, quæ ad Phæaces Minerua, magnum me [e] prædicans, ac dicendi copiam ambiens. Cum autem illi conſentirent, mox & theatrum apparere, & ego ingredi, reliquis conſequentibus. Surgo igitur, & ſeruis, ut ſarcinas ad abitum componerent, imperans, iter aggredior circa meridiem. Et quoniam famulos expectabam, tardius proceſsi, factaq; eſt mora nonnulla. cumq; ſera ueſpera ad thermas ueniſſem, omnia tumultu erant ac hominibus plena. Ita cum hoſpitium inuenire non poſſem, pergendum fuit, ſequentibus iam paucis. Tum per quadraginta ſtadia in uicum quendam progreſſus, poſtq; nos nullus admiſit, nocte uti decreui. Atq; ego quidem Cyzicũ uſq; ſtatuerã progredi, uerùm defecerant famuli, qui iam duo penè reſtabant. Quapropter iuxta paludem pernoctare ſum coactus, quæ centum & uiginti diſtat ab urbe ſtadijs, cum uiginti ſupra trecenta perfeciſſem. Tum in ædiculam ingreſſus, & lectulum nactus fortè cum ueſtibus puris (nam mihi quidẽ nihil erat tale) in eodem, in quo ſuper currum ſederam, ueſtimento, ſicut eram ſiti ac puluere oppletus, pernoctaui,

[d] deeſt ὡς poſt ὄναρ O.

Minerua) de Vlyſſe, Odyſ. 8. inuno.

[e] λέγων pro ἐγείρων.

pernoctaui, in lecto plerunq; ſedẽs. Sub aurorã uerò ſurgẽs perrexi, nemine expectato. erat aũt itineris mihi ſolatium illud, q; in oratione erã occupatus, quã Cyzici ſecundũ ſomnĳ prædictionem erã habiturus. itaq; id in itinere perfeci, quæcunq; erant inuenta, ſemper reſumẽdo. Iam quãto ſtudio fuerit excepta oratio, nõ ſolũ quando in curia, ſed & quando in publico conuentu fuit recitata, norunt ĳ, qui interfuerunt, quiq; ab his audierunt. mihi eñ non admodum lubet in talibus immorari. At cum reditum iniunxit, tum balnei laudib. inſtar alterius cuiuſdam ſtrophæ redditis, diſceſſimus, ita ut id & exitus tẽpori congrueret (nam tum quoq; eodem, quo iuſsi eramus, die exiueramus) & itineris continuationi, ſiquidem nuſquam interquieſcẽs ſub mediam noctem impranſus in uillam quandam meam perueni, quadringẽta ſimul emenſus ſtadia; poſtridie autem in Laneum. Ac prius quidem iter Cyzicenum ita peractum fuit. ineunte autem hieme rurſum nos Smyrnam miſit. ac fuit primus dies ualdè clemens. Sed poſtquam in agrum ſequenti nocte deſcendi, cum alia me detinuerunt ſomnia, tum quòd Ariſtophanis Nebulas uidebar in manibus habere. & ſub auroram nubes primùm, deinde pluuia ſtatim extitit. Itaq; gratulabantũ mihi alĳ, quòd non exiuiſſem; alĳ prædictionis admirabantur certum euentum. Cum autem per dies aliquot ibi manſiſſem, nunciatum eſt nutricis filiam grauiter ægrotare. Et ad illam quidem medicum miſi, ipſe uerò cum primùm licuit, iter perſequebar. Dum autem procedebã, nõnihil mutabatur aer, quaſi ad pluuiam ac tempeſtatem tenderet. Itaq; metuendum erat, ne deprehenderemur, cum præſertim difficilis eſſet uia. Hactenus tamen reſtitit, donec ab Apollinis templo ſtadĳs aliquot abeſſemus. cum uerò uehemens delapſus eſt turbo, pluuia quadam minuta permiſtus; & poſtquam intrauimus, uehementer iam pluit. Itaq; feſtum agebamus diem. Et quoniam hcic quoq; detinebãt me ſomnia, mãſi. Inter cetera uerò hoc quoq; ſomniaui. Videbã facto ſacrificio Deũ uocari inter alia Soluentẽ. accedẽte aũt uate quodã, quid ſibi Soluẽs uellet, quęrebã, & utrũ aliqd ſolueret omnino, an minus ex maiore faceret, ac reiectionis ſignũ daret. At ille nõ admodum ad uniuerſa cõtendere uidebatur, ſed aerem, ſtellas, & ſimilia incuſabat. Interea cum puellæ mors eſſet nunciata, mox quidem diuinum quiddam nobis uidebatur, quòd huic miſeriæ non interfuiſſem, uerùm antè exiuiſſem; pòſt autem manifeſtius etiam ex oraculis cognouimus, totum hoc non abſque genio quodam contigiſſe. Etenim ſecunda pòſt, quàm de monte deſcenderam, nocte (ac manſi etiam plures, quoniã detinebat nos Deus) hæc ſomniaui. Teleſphorus quidã, mulio, uidebatur inde profectus redire, & quæ de Philumena (nã hoc erat puellę nomen) Alcimo patri erãt prædicta, indicare, atq; etiã ſcripta quędã, ſiue obſignata, ſiue recluſa, ſecum adferre, quæ Alcimus cum ex ipſa

nocte audiuiſſet, in commẽtarium retulerat, ualde multa & efficacia, & ad me pertinentia, ſic ut mirarer, quomodo memoria potuiſſet ea complecti. Summa aũt erat, in ipſo Philumenæ corpore atq; inteſtinis, tanq; uictimarũ, totum ipſius negocium fuiſſe inſcriptum. [f] Videbantur etiam cõmunes quædam plures eſſe, atq; eas quodam modo uidebam, ita ut ſuperiores ſanæ eſſent & bene affectæ, poſtrema uerò malum contineret. monſtrabantur autem [g] ab eo, qui aſtabat, quiſquis erat. Nam cum ex eo quærerem, unde igitur torpor & diffi cultates orirentur; illum oſtendebat locum. Iam oracula ferè erant huiuſmodi. Nomen primùm meum ſic inſcriptum erat; Ælius Ariſtides: deinde ex interuallo alia atq; alia cognomina, inter quæ & Soſimenes, aliaq; ſimilia, quæ ſalutem denunciarent, ac Philumenam animam pro anima, & corpus pro corpore, ſua pro meis, tradidiſſe ſignificarent. eodem pertinentia inerant & alia, quæ in chartulis quibuſdam omnia ab Alcimo deſcripta, Teleſphorus domum reportare uidebat. Erant autem & Porphyrionis medici ad eius matrem hortationes, ut lauaret præſertim, aut ſaltem cibum caperet. Huius uerò puellæ frater fuit Hermias ille, qui magni morbi tempore, cum Dea mihi apparuit, pro me & ipſe, ut ita dicam, obijt. eodem enim die, quemadmodum poſtea cognoui, & ille mortuus eſt, & ego diuturna febri liberatus. Vterq; autem ex Callityche, nutricis meæ ſocia, natus erat. Et hæc quidem hactenus: at poſtquam dies quinq; ſub monte manſi, & præſcripta ſum uſus diæta, ſexto die, cum imperatũ fuit, Pergamum proficiſcor eo die profeſto, qui Romanis eſt anni principiũ. atq; erat hiems tam aſpera, ut eã ne domi quidẽ ferre poſſemus. Illud uerò maximè diuinum in itinere contigit (nam Homericum illud manifeſtum erat, deum quendã uiæ ducem eſſe) cũ à tergo quidẽ Boreas flaret frigidiſsimè, nigras ac denſas cogens nubes, à dextra uerò ningeret, ac plueret à ſiniſtra, idq; per totum diem, atq; omnem uiam. atq; quædam ueluti zona per aerem totum ad uiam extenſa nos ad templum ducebat, tegens pariter & colluſtrans. Itaq; longè ab alijs ſegregatus, ad templum pergebam, trecenta circiter ſtadia comite uno famulo permenſus. Ac tempus quidem erat ultra ſacras lucernas: interim uerò, dum alios expectabam, & parabatur diuerſorium, ſana circuibam, ut ex itinere ueneram, templumq; ſurſum ac deorſum. Sera deniq; ueſpera uenientibus famulis, poſtquam ibidem ad lucernam laui, exiguo admodum ſumto cibo, cubitum me contuli. Iam alia manifeſtè cum Dei fauore fuerunt coniuncta, ſtudium hominũ erga nos, & conuentus ad orationes, ac, ne citius diſcederemus, metus. eadem uerò Smyrnæ quoq; poſtea contigerunt. Quin etiam antequam urbem ingrederer, quidam ad rumorem occurrerant, ac tum iuuenes nobiliſſimi ſeſe nobis dederant, tum forma quædam diſputationis iam conſtituta erat, undiq; perfecta uocatione. Cum autem

f ἐδόκουν δὲ καὶ κοιναί τινες εἶ(ναι) πλείους.

g ὑπὸ τοῦ pro ἰατροῦ.

tem Aegyptius homunculus quidam circa tempus hoc in urbem irrupiſſet, ac tum conſiliarios quoſdam corrupiſſet, tum idiotis aliquot perſuaſiſſet fore, ut aliquid rei gereret, ac magnificis ut eretur largitionibus; & in theatrum aliquando inſiliret, eoq; pudore ciuitatem afficeret; nihil equidem horum ſciebam, niſi quod ſero tandem audiui, quippe qui domi cum neceſſarijs uerſarer: uerum cum ille propè in Odeum, quod eſt ad portum, uenturus eſſet, atque ibi diſputationem ſiue [h] ex decreto, ſiue neſcio quo pacto inſtituturus, mihi hoc ſomnium alicubi contigit. Videbar partim Solem ex foro orientem ſpectare, partim hæc in ore habere uerba: Ariſtides hodie in curia declamabit hora quarta. Quæ cum partim locutus, partim audiens experrectus eſſem, conſiderabam, utrum id ſomnium eſſet, an minus. Tum aduocatis primarijs amicis, mandatum expono. ac tum ſchedula erat affixa, quoniam appropinquabat hora ſomnij, tum nos præſtò ſtatim fuimus. Quamuis autem tam repentè acceſsiſſem, ut id ignorarent plerique, ita tamen referta fuit curia, ut nihil præter hominum capita conſpiceres, nec uel manum uſquam potuiſſes inſerere. Ac applauſus & beneuolentia, [i] uel potius enthuſiaſmus tantus per omnes extitit, ut nemo nec ante certamen, nec in ipſo certamine conſederit, quin à primo uſque uerbo ſtarent, angerentur, gauderent, obſtupeſcerent, annuerent dictis, uoceſque hactenus inauditas emitterent, in lucro ſinguli ponentes, ſi quid ex maximis mihi tribuerent. Iam poſtquam è curia ad lauacrum conceſſimus, nunciatum eſt nobis, illum quoq;, cum ante tres dies eo ſe die in Odeo dicturum eſſe ſcripſiſſet, decem & ſeptem habuiſſe in uniuerſum auditores. Atque illi quidem modeſtiæ fuit iſte dies principium: quæ autem conſecuta ſunt, non dicam; nec etiam horum meminiſſem, niſi & euidentem ſomnij euentum uoluiſſem oſtendere, & hæc quoque Deo curæ fuiſſe, ſimulque dictis prioribus congruere, quibus illum nos & excitaſſe, & Smyrnam deduxiſſe dixeram. Non longè pòſt Epheſum nos miſit, cùm coronas promittens quaſi athletæ, tum ita nos afficiens, ut Epheſum clamans expergiſcerer. Quæ autem illic acta ſunt, equidem honeſtè narrare non poſſum, multi uerò ijs, qui uolent ea cognoſcere, referent. uerùm qui ſermones ad Deum pertinent, eos neceſſe eſt exponere, nec quicquam, quoad fieri poſsit, omittere. Etenim abſurdum foret, ſi, quæ domi dediſſet corporis pharmaca, narrarem & ipſe, & alij; quæ ſimul & corpus reſtituerunt, & animum confirmarunt, & orationes glorioſè produxerunt, ea ſilentio ſepelirem. Quod autem nihil unquam rerum humanarum me quidē inflauerit, nec uel paucis uel multis captis elatus fuerim, neq; de iſtis gloriari quenq̃ potius, quàm, ſi glorietur, pudore perſundi debere putē; & mihi & alijs probè perſuaſum ſcio. Sed certè mirabilis eſt Dei cō-

b κτ' ψήφισμα pro κατεψήφισμα.

i deeſt ἢ ante μᾶλλον

tinuatio;qualis & ea fuit,quæ poſtea Smyrnę contigit,magna illa cōtentio. Iuſſerat enim in curiam me ingredi,idq; praſum: atq; ita feceram. Quidam aūt de curiæ cuſtodibus,uir inſigni proceritate,poſtq̃ meos aduentare uidit,prior uoluit de more cum diſcipulis congredi, & ad meridiem uſq; nos diſtulit. Tum ego ingreſſus,exaggeraui locum communem contra ſophiſtas, iucundiſſimè omnium diem illū dicendo tranſigens. Nam & ocio,quod uidebar ſumſiſſe,libēter ſum uſus,& contendebat concio,ne deficeret. ac quicquid uel dixeris uel cogitaueris,minus,quàm geſtum eſt, dices. Poſtquam autem dicendi finem feci,ſurrexi ut diſcederem, quandoquidem certamini abundè ſatisfactum putabam. at illi hoc paſsi non ſunt, ſed omnes quaſi uno ore manere iuſſerunt, ac quæſtiones accipere,& ſecundo decertare. Atq; ego quidem aliquandiu recuſaui, cum præſertim ſerum eſſet;poſtquam uerò uiolentius hortari cœperunt, ſomnij uenit in mentē,atq; ideo Deum etiam præcepiſſe,ne ieiunus ingrederer, quo perdurare poſſem. Quapropter & certamen aggreſſus ſum,& in eius progreſſu continere me non potui, quin oraculum Dei, ac præparatum ueniſſe me faterer. at illi cuncta demirabantur. Deniq; cum pro uiribus contendiſſem, diſceſsi, paulò ante Solis occaſum. Poſtri die ibidem rurſum diſputaui,quoniā ita tum iubebat Deus. Age uerò,Cyzicenum quoq; iter narremus,quod nuper ſuſcepimus,quinto pòſt anno,menſe eodē,atq; ijſdē propemodū diebus,cū inſtarent Olympia. nec lōgè à priori diuerſum fuit. Nam & inedia primo die fuit,& aquæ malitia. deinde propter muſcarū copiā uigilandū fuit. Poſtridie uerò ſummo diluculo iter ſum ingreſſus, ſumta ſorbitiuncula. In reditu autem ad thermas madefactus, quemadmodum & prædictum erat, pernoctaui, & inediam ſequenti diei præſtitutam perſolui. Iam quæ in urbe acciderunt,ita ferè,ut erant prædicta, euenerunt. Hæc enim ſomniaueram, cum quidem Dei uoluntatem ſciſcitatus eſſem, quoniam & cauſæ agebantur, & uenire iubebant amici. Videbar ad Imperatorem accedendi occaſionem captare,& cū ille ſacrificaret, decumbere: cum autem propè in manus meas ueniſſet gallus palpitans,eum comprehendere,& augurari,&,ut eum manibus tenebam,oraculū auſpicari. id autem totum ex Homerico illo Iliad. ι. ſumtum erat, cum Vlyſſes impleto poculo Achillē compellat. ac uerba erant hęc ferè: Quod felix fauſtumq; ſit tum Regi,tū utriq; Regi, tum etiā nobis omnib. At ille miratus eſt,& auditis uerbis,omnib. ea ſe opibus pręferre dixit,& addidit: his uerbis ſi uel quinquaginta adeſſent auditores. & ego interpellās, Si tu uolueris,inq;, Rex, aderūt: & qđ mireris,eadē,quæ nūc dicis,ab Aeſculapio mihi prædicta ſunt. atq; hæc ei deſcripta paratus erā oſtendere. Deinde ille neſcio q̃ ſe cōuertit,ego aūt hoc eſſe aptiſſimū dicendi tēpus animaduerti. itaq; Cyzicū uidebar pergere. Atq; hæc quidē erant, quæ nos loco mouerāt.

ut

ut autem in urbem ueni, quanquam magnum erat Præſidum & alio rum hominum erga nos ſtudium, tamen in publicum non proceſſi, cum expectarent quotidie, ac mira facerent; uerùm domi cum ôptimis quibuſcꝫ confabulabar, ac ſomnium penè fuit expletum, quoniam circiter quinquaginta conuenerant. Cum uerò longiores fierent diſputationes, ac mihi & locus & auditores ualdè placerent, tum partim alia ſomnia diſcedere me iuſſerunt, partim illud, quo diſertè ſignificabatur, ſuperiores Helleſponti partes diſputationibus ineptas eſſe. Quocirca regreſſi ſumus, cum præſertim publicum Iouis Olympij ſacrificium inſtaret, cui nos intereſſe debere, ac ſacra facere, undique apparebat. Itacꝫ corpus etiam hoc tempore optimè omnium, ex quo primùm ægrotaueram, affectum fuit. Nam & quandiu Cyzici fui, & ſex poſt reditum menſibus continuis ualidiſſimo fui corpore, mane ſurgens, & longè ambulans, ac ſæpius in die, & ad priſtinam ualetudinem proximè reuerſus. Quin nec à dicendi conſuetudine remittebam quicquam, adeò ut publicè omnes ac priuatim nobis gratularentur. Qui autem interea morbus per dies aliquot nos inuaſit, eum Deus mirabiliter, ac ſimul more ſuo ſanauit. Nam cum Boreas flaret autumno, nec ego progredi poſſem, ac ne ſurgere quidem, niſi difficulter; iubet. ſed præſtabit fortaſſis ipſum narrare ſomniū, cum & in memoria hæreat, & omitti non debeat. Venerunt ad ædes medici, & in ueſtibulo cum de alijs rebus, ut mihi uiſum eſt, collocuti ſunt, tum de frigido lauacro quærente altero, quid ſentiret Hippocrates, reſpondit alter: Nihil aliud, niſi ut decem quis percurrens ſtadia, in mare ſe coniiciat. Atcꝫ hæc quidem uidebar ſomniaſſe. poſtea uerò medicos eoſdem in ſomnijs adeſſe re uera uidebam, & perfectionem ſomnij admiratus, ita dicebam ad eos: Nuper equidem uos uidere ſum uiſus, ac nuper ueniſtis. & uter quidem ueſtrum uel interrogarit, uel reſponderit, non poſſum dicere; uerùm id reſpondebat, iubere Hippocratem, ut decem percurrat ſtadia, qui frigida loturus ſit. ſimul autem [k] mutabam illud In mare, quaſi fluuium denotaret, atcꝫ ita dicebam: ut decem percurrat ſtadia, præter fluuium decurrens. id autem, quoniam in media eram continente, in mētem uenerat. Quæ cum manifeſta uiderentur, ita faciendum cenſebamus. Poſtea uidebar in prandio diſcumbere, & recordatus frigida prius ſecundum oraculum lauandum eſſe, ipſe ſurgere, atcꝫ alijs idem iubere. Cum autem de hora lotionis alter medicorum inquireret, reſpondi, quinta progrediendum eſſe. fore namcꝫ, ut in ſextam incideret. etenim id moleſtum eſſe, ſi quis maturius, quàm oporteat, uel lauet, uel cibum ſumat. nam quæ inde uideretur prouenire facilis concoctio, eam nō conſequi, quoniam id uigilias efficiat. Tum medicus, quin igitur, inquit, interea nobis declamas? quoniam, inquam ego, ſcripta quædam ſtudioſius relego, quandoquidem cum poſteris quoque collo-

k μετίβαλον pro μετέλαβον.

qui me oportet. ſimul autem oſtendebam urgere me, ne quid prius accideret. At ille multos mihi promittebat annos. Tum ego, uellem equidem, inquiebam, multis etiam annis uiuere, ſi litteris eſſem operam daturus. Atq; hic quidem ſomnij fuit finis. Prædium autem, in quo uerſabar, præterfluit quidem fluuius, ſed ad eum deſcenſus erat aſper & præceps, atq; etiam citra decem ſtadia. Præterea non poteram propter fluuium decurrere, niſi obliquè, & contra ripam. Quoniam uerò progrediens idem fluuius aliud præterfluit prædium, quod aditum habet commodum & uenuſtum; ibidem tale quiddã excogitaui. Iuſſi, ut fune dimetirentur prædiorum diſtantiam, & ſingula notarent ſtadia. quæ cum ſimul eſſent effecta ſedecim, poſtremis decem curſui reſeruatis, per prima curru ſum uectus. Poſtea deſcendens cucurri, cum & pedes uix attraherem, & ſimul incumbens Boreas, reditum defenderet, ac maximum excitaret ſudorem. Itaque poſtquam reſiſtere non potui, affatim refrigerandum me præbui. Vt autem ad ripam perueni, ſponte in aquam me deieci: & poſtquã emerſi, ac in pedes conſtiti, quoniam multa erat arena circunfuſa, rurſus in medio laui flumine. Iam frictiones & alia in ulteriore ripa contigerunt, ad Solem & uentum ſplendidum. Tum in domunculam proximam ingreſſus, & dum quiddam fieri uiderem, moratus, redij antequam biberem, calorem mirandum, & aliam planè temperationem conſecutus. Deinceps uerò uſq; ad hiemem mediam fuerũt omnia facilia. Per hiemem porrò quibuſdam diætæ conſtitutionibus nos ſanauit. Cum autem cogitarem, & quàm diu Smyrna abeſſem, idq; factis decretis, & quòd mediæ iam ætatis eram, quodq; tanto iã elapſo tempore, ſi rectè ualuiſſem, urbes luſtrare potuiſſem, & periculum erat, ne parta quoque gloria propter ocium lõgum priuarer: hæc equidem more humano mecum cogitabam, uerũ ſciebam probè, omnia iſta nugas eſſe præ ea, quæ Deo præſtatur, obtemperatione. Huc accedebat, quòd mecum ipſe uerſari poteram, idq; in maiore lucro ponebam. Quæ cum ita mihi uiderentur, tale accidit ſecundũ quietem ſomnium. Videbar Athenas recens appuliſſe, & poſt arcẽ habitare, in ædibus Theodoti medici, quæ ad ortum Solis eſſent primæ; ac ædis Mineruæ poſticulum ex ijſdem conſpici; eáq; longè infra arcẽ eſſe. Tum autem Amoris pompa extra portas deducebatur, circa quam occupatus erat Theodotus, & alij, quibus mandatum erat. At ego domi interea me continebam, cum adeſſet è ſocijs Lucius, & alij ſtudioſi, atq; etiam puer quidam. is nos hortabatur, quemadmodum Lucium ſolebat, ut diſputationes ſcholaſticas continuaremus, ac iuuenes exciperemus. Quin & ad ipſum Lucius de me cùm alias laudes, tum hanc ita prædicabat: Hic, inquiebat, eſt Plato & Thucydides, & Plato atq; ille: multosq; commemorabat, Platoni ſemper aliquem adiungendo, quaſi omnem eorum facultatem ego complexus

complexus eſſem. Tum ego ad puerum me cõuertens, de omnibus, dicebam, Lucio credendum tibi cenſeo, præterquam de iſto. Ac Lucius reſponſi quidem facilitatem uidebatur laudare, ſed recuſationẽ grauatim ferre. Cum autem denuò puer reſpondiſſet, ac meditatè ſciteq́ quædam ad me locutus eſſet, excipiens ego cum ioco dicebam: Veruntamen mirarer, ſi, cum ita loqui poſſes, me quidem indigere præceptore. Poſtea uidebar cum adoleſcente quodam de familiaribus egreſſus, aeris primùm tenuitatem agnoſcere & excipere; deinde multis breui tempore factis mutationibus, ac ſimul incumbente Noto, & nunc hieme, nunc æſtate apparente, tenuem quidem eſſe iſtum aerem dicere, domeſticũ uerò firmiorem. Inde ad Liceum procedentes templum quoddam ualdè magnum & pulcrum, nec minus pedibus centum, excepit, ad quod gradibus aliquot eſſet aſcendendum. Conſtiterãt autem ab utraq́ parte, ut mihi uidebatur, quidam, quaſi termites porrigerent. Ac mihi quidem aſcendenti puer quidam tria præbebat oua: quæ cum non accepiſſem, religioni habui, cum eſſent ominis cauſa ſumenda. itaq́ conuerſus accepi, & aſcẽdi. Vt autem ad templum ueni, cuidã de templo ad columnam quandam ſtanti eadem dedi, quibus ille de ſuo erat unum additurus. Tum in ueſtibulo templi conſiſtens, animaduerto Platonis eſſe philoſophi templum, eiusq́ ſtatuam magnam & pulcram, & ad eius dexteram neſcio quem. Sedebat autem in limine mulier ualde decora, quę de Platone, fanoq́ diſſerebat. Quin & alij quidam ſermonem auſpicabantur, ac de templo, quaſi uetuſto, diſputabant. Heic ego, uetuſtum quidem, inquiebam, dicere non licet. nam & operis forma recens eſſe deprehenditur, ac de Platone exiguus erat ipſius ætate ſermo. nam poſt inclaruit. Iam quodam dicente, Platonis quidem uel tria debere eſſe templa, ſic reſpondebam: Cur non & Demoſthenis octoginta, ac Homeri fortaſſe? ueruntamen, addebam, templa dijs conſecranda ſunt, docti autem uiri librorum dedicatione honorandi. nam & de nobis ipſis ea, quæ loquimur, ſunt honore digniſſima. ſtatuæ enim & imagines corporum ſunt monumenta, libri ſermonum. Hæc poſtquam dixiſſem & audiuiſſem, redibam. Tum accedente nutricij collega, tempus ſupputabam, quanto antè ſimul Athenis uixiſſemus. Cum autem quaſi ad arcem me conuerterem, ut ędes ingrederer, fulmen à dextris apparuit, atq́ ita ſummos præteruolauit capillos, ut eos non aduſtos eſſem mirarer. Cúq́ eſſe anxius, fauſtum potius omen exiſtimaui, cum etiam is, qui mecum erat, adoleſcens gloriam diceret portendere, præſertim quoniã à dextris extiterat. Ædes porro pleræq́ ſcalas habere uidebantur appoſitas, per quas aſcendendum eſſet & deſcendendum: id quod quamuis mihi parũ placebat, tamen aliquo modo ſum ingreſſus. Interea qui Amoris deduxerant pompam, redierunt. Cognito autem prodigio Interpres

ſacrorum, fauſtum hoc & ipſe aſſerebat, & rectè congruiſſe ſacrificia. Etenim ſomniaſſe uidebar, Ioui, Dianæ, atq; alijs quibuſdam eſſe ſacrificādum. Deniq; Eudoxum uocare ſum uiſus, ut hæc deſcriberet, cùm quòd erant prolixiora, tum quòd accuratè uolebam illi conſeruare. Atq; hæc mihi de futura gloria, & eodem in loco manſione, præter alia multa, ſignificata ſunt.

SACRORVM SERMONVM SEXTVS.

ET in pleriſq; quidem ita nobiſcum egit Deus, cum & ipſe, quid eſſet faciendum, indicaret, & nos illi, ſi quis alius, obtemperaremus diligenter. ſecundo autem anno poſt diſceſſum ab Æſepo, à morbo uerò duodecimo, multa mihi miraq́; contigerunt uiſa, quæ Epidaurum, Deo ſacram, nos mitterent. Primùm autem hoc fuit. Quidam ad audendum me cohortans, Muſonij ſermonem recitabat, Ille, inquiens, cum ægrotum quendam ac deſperatum excitare uellet, eum ita increpauit: Quid manes? quo reſpicis? an donec ipſe Deus emittat uocem? eijce quod eſt in anima mortuũ, & Deum cognoſces. Hæc aiebat Muſonium dixiſſe. Exiſtebant præterea uoces; Serua eum Athenienſibus. id autem Græcos ſignificabat. accedebant & magna de rebus Italicis oracula.

Reliqua uidentur deeſſe.

FINIS TOMI PRIMI.

AELII ARISTI-
dis Orationum

TOMVS SECVNDVS.

Interprete

GVLIELMO CANTERO
VLTRAIECTINO.

ORATIONES

TOMI SECVNDI.

Oratio Sicula prior.
Oratio Sicula poſterior.
Oratio de Pace prior.
Oratio de Pace poſterior.
Oratio Leuctrica prima.
Oratio Leuctrica ſecunda.
Oratio Leuctrica tertia.
Oratio Leuctrica quarta.
Oratio Leuctrica quinta.
Oratio de Societate prior.
Oratio de Societate poſterior.
Oratio de non agendis comœdijs.
Oratio de Smyrna, ad Reges Romanorum.
Oratio de Concordia, ad ciuitates Aſiaticas.
Oratio Rhodiaca.
Oratio de Concordia, ad Rhodios.
Oratio Legati.

ORATIO SICVLA prior.

ARGVMENTVM SICVLARVM DVARVM.

Cum Nicias, Athenienſium in Sicilia dux, rebus infeliciter procedentibus, iuberet Athenięſes per epiſtolam (eam recitat initio Septimi Thucydides) uel nouas copias mittere, uel miſſas reuocare: de Athenienſibus duobus alter nouas copias mitti, alter miſſas reuocari iubet.

NICIAM equidem, Athenienſes, accuſandum, quòd nec initio hinc nauigare uoluerit, et nunc uel plures ac maiores, quàm ſunt, faciat difficultates, uel ut hęc ita ſe maximè habeant, ipſe omnium ſit autor, aliis relinquo. Etenim nec uiri prudentis eſt, uel in cuiuslibet ciuis criminationem eſſe propenſum, & Niciæ plus à nobis omnib. beneuolētiæ pro rebus geſtis iure debetur. Atqꝫ ut ſciatis, Athenienſes, quantū à contētione uel inuidia abſim; hoc ſumam exordium. Nam cum de rebus duabus conſulteretis, primū utrum reuocandus ſit exercitus, an mittēda ſubſidia, deinde ſi Nicias à magiſtratu ſit [a] remouendus; ſi miſſionem decreueritis, Niciam aio cum his, quos nunc elegeritis, imperare debere, nec abſqꝫ illo quicquam fieri. Iam nec illos reuocandos eſſe, & auxilia mitti oportere, uos docebo. Ac primùm quidem, Athenienſes, hoc in conſultatione poſitum eſt, ut hanc ueſtram diffidentiam deponatis, & cogitetis, [b] nulla noſtra culpa res illas ita ſe habere. Etenim nec apparatu hoſtibus ceſſimus, neqꝫ animos nobis minores eſſe dixerimus; uerùm, ſi per hæc ſtetiſſet, iampridem res ad finem perductæ, non peius, quàm pro uoto cuiuſquam, ſucceſſiſſent. Sed quoniam nec celeriter illos inuaſerūt, neqꝫ mox Syracuſas ipſas petierunt duces, & rerum mutatio in caſtris contigit, cum Alcibiades diſceſſiſſet, Lamachus periiſſet, ſuperueniſſet Gylippus; ea res moram attulit. Neqꝫ enim aliud quicquam, quod pace deorum dicam, metuo. Nam quomodo uel munitionem hanc extruxiſſent, niſi Laconica ueniſſent ſubſidia, uel auxilium prorſus ullum, nō hoc tantùm, aduocare potuiſſent Syracuſani, ſi quis eos initio tum oppreſſiſſet, uel ſubſidium aduentans ii, quibus hoc mandatum fuerat, intercepiſ-

[a] παραλύειν pro παραπλύειν O.

[b] οὐδενὶ τῷ παρ' ἡμῶν pro οὐδὲν ὑπὸ τῶν.

ſent,neq; quicquã,non magis quã Siculi noſtri,o miſiſſent. At nunc partim unius & item alterius uiri tarditas, partim temporis alea deliberandi nobis occaſionem dedit. Alioqui quantum re tota ſuperiores euaſerimus, Nicias quoq; ipſe teſtatur. Cur igitur hæc iam dico? non ut Niciam accuſem, aut quaſi res peius uel hac uel alia de cauſa ſe nunc habeant, uerùm quòd id ad futura permultum referat. Etenim ſi prorſus nos hoſtes uiciſſent, ipſe quoque timerem: quoniam autem eos re tota & ubiq; feliciter ſuperauimus, nimirum has particulas cauere licet & corrigere. Eſſe autem permulta, quæ nos res illas omittere non ſinant, uidete. Ac primum quidem, Athenienſes, & omnibus eſt apertiſſimum, non debere reſcindi decreta,neq; puerorum inſtar & temerè aliquid appetere, & facilè relinquere. Nam cùm etiam Megarenſibus iſtis, ac Bœotis, & quicunque paruas uel magnas incolunt urbes, conſtitutum eſt decreta perſequi, & omnium controuerſiarum finem in ſuffragijs ponere; tum uobis id omnium conuenit maximè. Quanto enim Græcis eſtis prudentiores, ac tum per uos optima inire conſilia, tum de alijs iudicare poteſtis optimè, tanto uos maior pudor, ſi quid ab antiqua ſententia diſceſſeritis, neceſſariò manet. Alterutrum enim fiet, ut uel in primo conſilio peccaſſe, uel nunc errare uideamini. Atqui nec hoc licet dicere, paucos hac de re fuiſſe habitos initio ſermones, aut parua diei unius parte rem totam fuiſſe tranſactam. ſed quòd quidem initio belli tum Syracuſanos hoſtes, tum Græcos eius regionis, qui auxilium requirerent, iuuandos cenſuiſtis, & claſſem periculi faciendi cauſa miſiſtis, omitta m: uerùm cum iſtam ingentem claſſem uoluimus dimittere, quis apud uos ſermo non eſt habitus? quod non impenſum tempus? cui non eſt facta dicendi copia? Quid quod poſtrema concione, quæ de apparatu eſt habita, cum Nicias acceſsiſſet, ac eodẽ ferè modo rurſum, quo nunc per litteras, contradiceret, ac diuerſam Siciliam, nec facilè uel capi uel teneri captam poſſe iactaret; tum nec iram ullam concepimus, Athenienſes, ut eum dicere, quæ uidebantur, uetaremus, & omnibus auditis, etiam ſtudioſius nauigandum eſſe decreuimus. nec iniuria. Etenim ſermones illi multo magis nos incitabant & commouebant, quàm dehortabantur. Nam & inſulæ magnitudo atque ambitus, præmium eſt facinore dignum, & incolarum diuerſitas ac diſcordia pro nobis facit. Etenim ſi una omnes gente cõſtarent, difficulter & perſuaderi & cogi poſſent deniq;. cum autem undiq; conuenerint & collecti ſint, non minus nobis ſociorum, quàm hoſtium, præbent uicem. Quoniam enim non facilè in unum coibunt, alijs licebit contra alios uti. Nam quemadmodum urbem ſeditione laborantem facilius eſt ſubigere, ita quoque, quæ primùm diuiſa ſit, inſulam. Deinde antequam noſtra claſſis, Athenienſes, in Siciliam appelleretur, habebant aliquod à ſocijs adiumentum Syra

cuſani.

cuſani. Poſtq̃ autem eſt oblatus receptus, qui primùm illis per neceſſitatem obtemperabant, ĩj ſiue maneant, lubrici ſocij, ſiue deficiant, hoſtes fiunt acerbi: atque ea bellum probè commouit. Itaque nunc quidem propter ſubitam eorum felicitatem, & quòd præter ſpem uidentur eſſe recreati, contractionem ſimulant: ſin alia rurſum apparebit claſſis, diuerſa illa & populoſa Sicilia, Athenienſes, propediem noſtra erit. Atque cum primùm ad nauigationem incitabamur, ea res diſceptationem fortaſſis & inquiſitionem requirebat maiorem. at qui nunc ad res ipſas reſpiciat, is nos & utilia, nec uiribus maiora uel factu difficilia uidebit decreuiſſe. Nam & mari imperabamus longiſſimè, nec ullo terreſtri prœlio de omnibus, quæ ſunt hactenus commiſſa, non illuſtrem retulimus uictoriam. Abſurdum uerò foret, poſtquam ob tot uictorias fiduciam in poſterum concepimus, ſi unam hanc infeliciter geſtam pugnam irreparabilem poneremus. An uerò Syracuſani, qui tam ſæpe offenderunt, confidere poterunt; nos, quibus tot extant erecta de illis trophæa, idem non poterimus, neque ex ipſis, quas uidemur accepiſſe, cladibus non eſſe conſultum, facilè animum deſpondere, cognoſcemus? Etenim per Iouem, ſi quis apud Syracuſanos, cum perpetuò uincebantur, deponendum eſſe bellum, & urbem nobis tradendam dixiſſet, atque id perſuaſiſſet; num uel Gylippus primùm ad eos ueniſſet, uel ſaltem, poſtquam uenerat, aliquid efficere potuiſſet? non puto. At nunc ſpe producta, ni fallor, & præſentibus difficultatibus animoſitate ſemper ſuperatis, eò quidem peruenerunt, ut iam uideantur æquis uiribus nobiſcum contendere. Non igitur tam id, quod illis aliquid omnium è ſententia ſucceſſit, metuendum nobis eſt, quàm hoc ipſo uſis exemplo, rebus auxilium fortiter ferendum, ne uel illis uideamur minus ſperare, cum præſertim apud omnes non modò, quæ uolumus, efficere poſſe facillimè, ſed in rebus etiam aduerſis longiſſimè putemur præſtare; uel ſuperiore tempore parta commoda temerè amittamus. Iam ſi Nicia præfecto, qui expeditiõi maximè reſiſtebat, & mora facta nihilominus tantum profecimus; manifeſtum fit, nihil initio nos non rectè decreuiſſe. Quodſi nullo tali profectu relato, rationi tamen conſentaneus fuiſſet conatus; poſtquam ipſas nũc obſident Syracuſas, & exterior locus in poteſtatem noſtram uenit, facilè profectò claſsis incumbens alia, reliquam rem totam conficiet. Nolite enim putare, cum Syracuſii duabus Gylippi triremib. appulſis animũ receperint, noſtros milites miſſa, quæ ſufficiat, manu non multo animoſiores fore, quibus præter ſuorum conſpectum, uictoriarum quoque plurimarum conſcientia magnum ad animi ſecuritatem momentum adferet. Iam ſi primam, Athenienſes, expeditionem ſuſtuliſſemus, conſilio fuiſsemus uſi. quodſi non modò poſt decretum, uerùm etiam copias tantas miſsas, & ſplendorem a-

pud omnes per noſtra conſilia partum, tamen eos reuocabimus; hoc erit duarum rerum indicium, imprudentiæ & ignauiæ; illius, cum nihil horum initio præuidimus; huius, cum Syracuſios fugere uidebimur. Quid quod nullum eſt tanti lucrum, cuius cauſa pudorem tantum ſubeamus, idqúe Athenis nati, quos non tam quid patiamur, quàm quid honeſtè faciamus, uidere decet. ueruntamen nec hoc poſſit quiſquam dicere, aliquid nos tanto probro lucraturos eſſe. Nam inimici quidem nihilominus ĳ manebunt, quibus fuerunt ſtructæ inſidiæ, ſiue inſtitutum perſequamur, ſiue relinquamus; & ad inimicitiam ignauiæ addemus opinionem. Ex quo fit, ut probrum maius, non lucrum, è fuga naſcatur. Ne uerò, ſi mihi creditis; uerùm quoniam neceſſarium eſt odium, facto illud præclaro compenſemus, atque ita nos ſciamus, ſi conſilia perficiamus, ab hoſtibus nos liberare, ſin rem effugiamus, hoſtes nobis relinquere. Ita ſi honeſtatem ſequemur, unà commodum nobis comparabimus: cum turpitudine uerò damnum nobis conciliabimus. Neque hoc quiſquam ueſtrum cogitet, alio rerum ſtatu nos tunc miſiſſe copias primùm, & nunc, ſi hoc ſtatuatur, eſſe reuocaturos. Nam nec tunc fœderum cum Lacedæmonĳs initorum fiducia miſimus: cuius quidem rei magnum eſt hoc, Athenienſes, ſignum, quòd etiam durante bello, dudumqúe ante fœdera rem hanc aggreſſi ſumus. Quid uerò tum nos ad expeditionem incitauit? quod erat iuſtiſſimum, & omnes nobis optarent amici, fortunæ noſtræ fiducia, quodqúe hanc appendicem ad maris imperium pertinere putabamus, quæ ſimul & res noſtras non paruo augeret additamento, & multas Peloponneſo difficultates pareret. Quocirca non hoc eſt quærendum, ſi tum pace fruebamur, uerùm ſi illarum rerum poſſeſſio bellicis negocĳs conducit, quodqúe, ſi ſit origo repetenda ultima, hæc in feruore belli ſunt decreta. Quid quòd nec munitionem oppoſitam, neque defectiones pro impedimento ducere debemus. Etenim ſi noſtris, qui ſunt in Sicilia, coniunctis, prœlio terreſtri cum Peloponneſiis eſſemus conflicturi, res eſſet alicuius momenti. Sin eſt intra mœnia manendum, etiamſi alteros tot arceſſamus, non uideo, cur ſint reuocandi; ne dicam hoc quoque obſidioni, qua nos aiunt quidam premi, eſſe contrarium maximè, cũ omnes eodem collecti ociantur. Neq; uerò famulos nunc exiſtimo numeri noſtri contẽtu transfugere, ſed quòd partim initio latere ſe poſſe ſperarint, partim nihil incõmodi, ſi in hoſtium poteſtatẽ ſemel uenerint paſſuros arbitrentur, ac deniq; naturã ſeruorum ſequãtur, quæ ſicut nomen, ſic etiam conſilia herilib. habet contraria. ſiquidem pro beneficĳs oderunt, ac de quibus rebus erant agendæ gratiæ, pro ĳs expoſcunt ſuppliciũ. Ea uerò hoc fert, ut non admodum heros ament. At ego contra defectiones quoq; ipſas utilẽ fore claſſem reperio. Nam ſi

Munitionem) Deceleæ.

nos

nos fugere animaduerterint, per contemtum inuadent; ſin rebus confidere, fortaſsis naturam ſuperabunt. Præterea quoſcunq; nauibus deduxerimus, non ibi poterunt, quod nunc heic, facere: uerùm quemadmodũ nunc ad hoſtes regiõis principes transfugiũt, ita cum illic nos rurſum principes erimus, & hoſtib. idem, quod nobis heic, acciderit, deficere commodè nõ poterũt, uerũ potius illorũ homines ad nos transfugient. Huc accedit, quòd non tam, ſi quid magnum uel paruũ nobis poſſit accidere, conſiderandum eſt, q̃ ſi magnis de cauſis ea perpetiamur omnia, laborumq́; mercedem recipiamus. Nec enim parũ, opinor, præſtat, futura cõmoditate pręſentẽ cõpenſare difficultatẽ, ꝙ cũ hæc nondũ poſsimus conficere, ab illis quoq; ultro deficere. Deniq; ut in Siciliam res trãſferant, ad omnẽ belli formã cõducit. Nam ſi pro Lacedæmoniorum arbitrio uiſum eſſet nobis bellum gerere, aliud erat dicendum. at nunc quid initio conſtituimus? neglectis illorum incurſionibus, uti nauibus, neq; ſi terra uaſtaretur, curare, cũ alia multa ſuppeteret, Peloponneſo autem incumbere, quaſi non tam id, cum bellum cum præſentibus geritur, quã cum exteriores affligũtur copiæ, ſalutem rebus adferret. Itaq; nõ minus ad rẽ totã cõducere res in Sicilia geſtas credite, quã Peloponneſi naualem circuitionem; neq; nos cõmodius eos, qui Deceleã occuparũt, abducturos eſſe, ꝙ ſi externa pręciderimus illorũ ſubſidia. Etenim ſi nec in Siciliã poterũt mittere, nec inde quicq̃ accipere, & in ueſtra manu erũt hæc oĩa; non poterunt facilius diſsipari, nec ad conſilij inopiam redigi. Iam ſi Helleſpontum pluris, ꝙ Atticam, facimus, ꝓpter frumẽti uecturã; quãto pluris, ꝙ Helleſpontum, Siciliã oportebit facere? Nam ut ille nauib. è Põto cõmeatum ſuppeditat, ita hæc utriuſq; loci uicẽ ſupplet, quandoquidem tutiſsimam ex omni Sicilia uecturam ad Piręum uſq; prębet. Sed qui has res, ac Deceleæ munitionẽ ægrè ferunt, ijs hoc primũ abſurdiſsimum eſſe dixerim, cum Attica cedamus tota, Deceleæ cauſa indignari, quaſi nõ ij, qui occupãt mœnia, plus habeãt, ꝙ nos, negocij. Deinde conſideremus (atq; omen Deus in alios cõuertat) utrum nunc peiore ſit loco ciuitas, ac maiorẽ requirat metum, an q̃ tempore Peloponneſij cum ſocijs omnes terram uaſtatã uenerũt, & urgebat peſtis, præ qua bellũ cũ hoſtib. pax uidebaẽ, omniaq́; fumo, incẽdio, clade tam externa, q̃; urbana, plena erant. Nam equidẽ ne toto quidẽ bello tot noſtrũ perijſſe duco (neq; unq̃, Iupiter Seruator, id cõtingat) quot hic morbus abſtulit. Quod ſi tum per deſperationẽ bellũ depoſuiſſemus, quẽadmodũ iubebãt nõnulli; nũ qd eorũ, quę multa pòſt ac præclara ſunt geſta, peregiſſemus? non potuiſſet fieri. At nũc fortuna præſente per auxiliũ rationis tolerata, futuraq́ue meliori ſpei commiſſa, cùm prœlijs eòs multis mari deuicimus, tum Pylo poſtremum captiuos unà cum armis uiuos abduximus. Hæc uerò ſolet ijs, qui labores ac difficultates ferunt, bellum gratificari. Neque hæc

nos ſoli ſumus aggreſsi, uerùm magno maiorum nitimur exemplo, qui etiam liberos, uxores, urbem atq; regionem ipſam deſeruerunt, quoniam indecora ceſsione nihil metuendum magis arbitrabantur. Quod ſi illi uel Athonem audientes uel Helleſpontum mutatum, mox uelut in tragœdia fuiſſent obſtupefacti, uel etiam cum poſt uictorias ad Artemiſium partas in Græciam interiorem propter aduentantium nauium multitudinem fugere cogebantur, fruſtra ſe laborare cogitaſſent, ac bello circunuentum iri, multoq; magis, quãdo totam iam Atticam hoſtibus & igne repletam uidebant; neq; omnia hæc & oculis & animis ultra humanam, ſi dicere licet, naturam generoſis pertuliſſent; ubi nunc tot eſſent trophæa? ubi Græcorum principatus? ubi Græci ipſi? quid horum extitiſſet, ſine quibus, ut de præteritis loquamur, uita non erat honeſta futura. Quocirca ſuppetentibus utentes exemplis, non ignauius de futuris debemus ſperare, quandoquidem commoditas omnis ac uoluptas labore paritur, & res maximæ fortiſſimis debentur. Sed Ægeſtæos quidam aiunt ea, quæ de opibus dixerant, eſſe mentitos. At ſi propter Aegeſtæos hanc expeditionem ſuſcepimus, admittendum, quod contra illos dicitur, cenſeo. ſin expeditionis prætextũ Aegeſtæi præbebant & Leõtini, uerùm crateres & ad Aeginam uſq; contentio aliò ſpectabant;

Crateres) è quibus in portu Athenis libarant.

quid nugamur? Neq; enim ſi nos Ægeſtæi deceperunt, idem nos imitari conuenit; neq; quoniam illi per neceſſitatem ſunt mentiti, ideo nos conſultò nobiſmetipſis contraria decernere; neq; ſi rebus Ægeſtæis fraudati ſumus, alias quoq; multas & illis diſſimiles commoditates ultro negligere. Atque hoc etiam dicam: Si Aegeſtæorum opibus, & quam nobis faciebant, ſpe freti, Athenienſes, quaſi forent bello ſuffectura, claſſem adornauimus; recedamus à Sicilia, reuocemus noſtros, ſit omnis uanus, qui non hæc comprobet, ſermo. ſin illi quidem, tanquam barbari, multa nobis, ut aliquid eſſe uiderentur, pollicebantur, nobis autem alibi erat præſidium; eſt, quod dicamus, aliquid. Atq; noſtri cuiuſdam facti, quod ad rem præſentem pertinet, memoriam refricemus. Fuit enim quondam, Athenienſes, cum alij noſtrum Regis ditionem trecentis uel plurib. infeſtabant triremibus, alij Æginã obſidebant; Corinthij uerò ſublati ad Megara uenerunt, quaſi [c] uel eos, qui erant ad Æginam, loco moturi, uel Megarenſes deſertos eſſent capturi. At nos tertium inuenimus exercitum, cui præfuit Myronides; iſq; ſenioribus ac iunioribus ciuibus conſtabat, qui cũ Corinthijs congreſſi, uictoriã ante Megara obtinuerunt, atq; iterũ aliam, cũ trophæũ illi ſuſtuliſſent. ad quæ uos reſpicientes, & fortunæ dono audaciam Vrbi tributã cenſentes, nõ eos, qui ſunt in Sicilia, huc decet per metum reuocare, cum etiam, qui Prytaneum incolunt, Athenas poſſint tueri; uerùm ſi, [d] illis eſt auxilio opus, quod equidem non nego, ſufficiens mittere, ac tum naues rimoſas

c ὑπὸ pro ὑ.

d τοῖς ἐκεῖ pro τῆς.

ſucceſſioni-

ſucceſsionibus reficere,& recreandi ſpacium præbere, tum Gylippũ è Sicilia copias colligentem non metuere, uerùm qui eum contraria legatione prohibeant, atq; adeò nobis alias partim è Sicilia partim aliunde conſcribant,diſpicere; ac ſermones eos ualere iubere,qui Siciliam nos captam negant ſeruare poſſe. Etenim uellem equidem, Athenienſes,ita nos habere iam Siciliam, ut eam ad conſeruandum longè aptiſsimam iudico. Atq; heic Regis cõſideremus exemplum, qui Cyprum tenet, cum tamen non à Cypro tantùm, uerùm etiam à mari prorſus diſtet; idq; claſſe Punica, atque ipſos inſuper, qui naues habent, Pœnos,cum ipſe nullam habeat,ſicut loquar,propriam. Omitto iam Cilices,& omnia circumiecta. Quæ uerò ſit cauſa, Athenienſes? quoniam etiamſi quis ſimilibus opibus non pollet, modò tanta potentia ſuperet, facilè ſubiugat ac tenet per metum omnia. [e] Alioqui hac ratione nunquam ullum fuiſſet imperium magnum cõſtitutum, ſi metuiſſent eius autores, ut cõſtitutum tenere poſſent. At nunc hinc pulcerrimè,rem eſſe diuinam imperium, patet, quandoquidem ſeipſum conſeruat. Quemadmodum enim in ædibus priuatis uno uel altero famulo difficulter utimur, multos autem inter ſe opponimus; ſic in imperijs copia ſubiectorum potentiam principum confirmat.ſiquidem cuncti ſe inuicem metuunt. Non aliter Sicilia nobiſcum coniuncta, cùm ipſa hoc modo ſeruabitur,tum has res tuebitur,& imperij uinculum,ſi uerùm eſt dicendum,exiſtet. Multi enim ac diuerſi generis homines ſubacti receptum non habebunt,uerùm omne, quod effugient, malum in lucro ponent, poſtquam de re tota deſperauerint. Sed utinam in eo iam metu eſſemus. at ego alium propiorem uideo, ſi claſſem à Sicilia remoueamus, Athenienſes. neq; hoc ex Bacidis uel Amphilyti diſcam oraculis, uerùm per me uobis prædico, ſi illos reuocemus, Syracuſanos ac Selinuntios & reliquos omnes huc eſſe uenturos. Nam & hos non minus, quàm noſtros, uocabimus, ſi quorundam ſequemur conſilium. Neq; enim Syracuſanis hoc, ſi nullum damnum acceperint, ſufficiet; uerùm hoc quidem fortunæ ac Lacedæmonijs tribuẽt, nos autem ut æquè hoſtes, ac ſi eos ſubiugaſſemus, habebunt, ita nũc demum ulciſci ſe poſſe ſperabunt. Eſt autem abſurdum, cũ quis noſtras triremes in portu Syracuſano putet cum periculo ciuitatis hærere, ſi Syracuſanarũ & ſocialium in Piræũ aduentum quaſi ſalutarẽ expectat. Si quis etenim polliceri nobis audet, illos eſſe quieturos, nec eandem Lacedæmonijs gratiam relaturos, quã nunc ab illis accipiunt; utrum uelimus, noſtro relinquamus arbitrio. ſin eos ita fugiemus, ut, ubicunq; nos inuaſerint, neceſſariò ſint repellendi; cur Atticam, neglecta Sicilia, tumultu repleamus, atq; huc bellum transferamus, cum eos cohibere, ne uel ultro uel inuiti ſuis agris excedãt, poſſimus? Niſi fortè cum nobis licet de illis ſtatuere, hoc moleſtum;

[e] ἐπεὶ pro ἐπὶ.

cum illis de nobis,nō omnium miſerrimū iudicabimus. Quid quòd non illos tantùm ne attrahamus, metuo, uerùm ut hi quoq; priſtinā poſſint obtinere dignitatem. Atq; indignor equidem, ſi Peloponneſij naues alias pro Siculis inſtruere non grauabuntur,nos pro nobis ipſi cunctabimur;cumq; Pythodorum ac Sophoclem,duces,in exilium egerimus,ac tertium pecunia multauerimus, quoniam fœderis participes è Sicilia redierant; ipſi tantum exercitum re infecta reuocabimus,qui non ex fœdere redeat, uerùm, quod me dicere pudet, fugere uideatur. Atqui cum eos,qui ſunt intra mœnia concluſi,fugimus, Athenienſes, & ex inſula procurrimus, ac ſalutem in lucro ponimus; ubi deinceps confidemus? ubi bellum geremus? Num dies ille nobis excidit, Athenienſes, quo claſſem dimiſſuri pæanas canebamus,crateras ponebamus,ac pompam rerumq; confectarum gratiam imitabamur? Non pudebit nos Solis huius, quem rerum duarum tam diſsimilium, tunc ſplendoris ac ſuperbiæ tantæ, nunc animi abiectionis teſtem faciemus? Quæ'nam ſpolia nobis referent, Athenienſes? quæ dijs honoraria? quæ'nam ſimul heic canemus triumphalia carmina? quam contentionem priori ſimilem renauigantes inter ſe ſuſcipient? Tacitè enim duntaxat & ſine celeumate redibunt, eosq; maris propè [f] pudebit. Ergo qui in gymnicis certaminibus ante tempus ac præter dignitatem deficiunt, odimus propemodum, præſertim ſi id apud ipſam faciunt coronam; ipſi tanto certamine ſuſcepto, ac omnibus propemodum confectis, quando & Syracuſanos concluſimus, & habemus Siciliam, ac ferè coronam in manibus, nunc abijciemus? minimè uerò, Athenienſes. Quin hoc certò ſcite, ſi uel alteri apparuerint, mox actum fore de Syracuſijs omnibus,ac tantùm eos Gylippo debituros,quòd longiorē ſuſtinuerint obſidionem. Abſurdiſſimum uerò foret,cū Nicias,quo nihil eſt his in rebus ignauius,optionem tamen uobis reliquerit,atq; alterutrum reſtare dixerit,ut uel alios mittatis,uel ipſos reuocetis,neque ſpem omnē abſtulerit,quanq; ipſe nos perterreat, atq; adeo primùm perterrefactus fuerit;ſi uos,qui hæc auditis,atq; illum tunc inuitum extruſiſtis,nihil amplius rerum illarum poſſe obtineri iudicaretis. nequaq;;ſed cùm priorum,quæ dicta ſunt, memores,tum firmiter hoc tantùm quærentes,utrum ſic initio,an uobiſcum ſenſerint,ſiue uobiſcum ſe dicent ſentire,à ſeipſis eos mutata ſententia dicetis accuſari,ſiue aliter exiſtimabant,utroq; modo peccare,tam quòd [g] hęc ante decretum ſuaſerunt, cum [h] exeundū eſſet,quàm quòd de ijs,quæ non obtinuere, contendunt. Atq; ut ſciatis, quantum ſit in hac ſententia ſecuritatis,ſummam audite. Si inde caſtra mouetis,omnem ſpē præſcinditis,nec uel ſomnium uobis illarum rerum ullum relinquitur. ſin auxilium mittitis, alterutrum cōſequemini, & uel Siciliam acquiretis,ut arbitror,uel ſaltē renauigandi uobis manet facultas. Iam cum

Tertium) Eurymedontem.

f αἰσχυνόμενοι pro αἰσχυνούμεθα.

g desunt τοιαῦτα ἐξὸν ante & post συμβουλεύειν.

h ἐξελθεῖν pro ἐξιέναι.

cum in peiore caſu id, quod nunc pleriq; ducunt optimũ, fit reliquũ, quantum dicemus inter utranq; ſententiã eſſe diſcriminis? Mittẽdi ſunt aũt duces, qui Niciæ ſenectute & experientia adhibita, torporẽ ſuperent; &, quod quidẽ ex litteris mihi placet, ne poſt hoſtes ueniamus, faciendum; ſiquidem illi uel omnino ſe non mouebunt, uel id frustra faciẽt, [1] modò nos rerum adminiſtrationem præoccupemus.

ORATIO SICVLA

poſterior.

IVcundiſſimum eſſet mihi, Athenienſes, nec ueſtrum cuiq; difficile, cùm hæc, tum alia multa ciuitati optare. at ego & cũ primùm de rebus Siculis diſceptabatis, bono putabam uobis opus eſſe conſilio, & nunc etiam meliore, ſiquidem eodem die de acceſsione imperij, & de noſtra deliberamus ſalute. Neq; uerò, quales libentiſſimè ſitis audituri ſermones, ignoro; uerùm ita ſe res habent, ut neuolenti quidem liceat uſum negligere. Præſtat enim uos, ſi ſit opus, ſuadendo ac docendo offendere, quàm uos uobiſcum concurrentes omittere. Iam cum hanc habeam ſententiam & apparatum, libertatem dicendi à uobis poſtulo. Etenim ſi mox poſt auditionem aliquid uobis præter animi ſententiam faciendum eſſet, meritò uobis caueretis. Cum uerò poſſitis, utrum accipere uelitis, deliberare, non debetis optionem fugere, uerũ inter ſe utroq; comparato, quod potius uidebitur, eligere. Præterea ſi pro uerborum uoluptate res gerere, miſerum putatur; nolite hoc modo concionẽ habere. ſin res non ſermonum naturã ſequuntur, uerũ qualem illæ conſequuntur exitum, tales habiti primùm de ijs ducuntur ſermones; eos, qui ex beneuolentia proficiſcuntur, excipite, nec futurum euentum pro parua diei parte prodite. Cum enim ne in ipſis quidem rebus ſoleant ſapientes maiora minoribus commutare, uerborum certè temporaria delectatio non eſt cum poſtera ſecuritate totius negocij comparanda. Ac primũ quidem ad poſtrema dicta reſpondebo: deinde alia quoq;, ut potero, examinare conabor. Hoc enim dico, Athenienſes, utroſq; rectè ſentire, tam qui ſententiam eandem, quã de relinquenda nauigatione primùm tulerant, nunc tuentur, quàm qui, cum ſententiam communem tunc eſſent ſecuti, nunc aliam ſerũt. Nam ut illi initio, quid eſſet conſultum, deprehendebant, ita hi prouidentiã ſuam factis cõprobãt. Donec enim ſpei licebat indulgere, à nobis ſtabant: poſtq; experientia ueritatẽ ſunt edocti, quod eſt manifeſtum, ſequunt. Eſt aũt contentioſorũ, ni fallor, priora uelle decreta conſeruare; prudentiũ uerò & ciuitatẽ amantiũ, ad rẽs ſeſe accommodare. Neq; enim plebiſcita res bellicas corrigunt, uerùm pro rerum

bellicarum ratione faciẽda de illis plebiſcita ſunt. Atq; illi quidem nihil dicunt aliud, niſi, quoniam initio fuimus excitati, nunc quoq; porro peccandum eſſe, ac malum malo ſanãdum; at ego, quantum ex ijs, quæ uobiſcum audio, cognoſco, contrà cenſeo nos melius fuiſſe factu ros, ſi hæc initio aboleuiſſemus. Iam ſicut omnibus optimum eſt, futura ratiocinando præcipere; ſiquidem rerum eſt duarum pulcerrimarum, felicitatis & boni conſilij, indicium: ita ſi non licebit ijs, qui optimo exciderint, ſecundas res pro facultate mutare, id quod eſt inter homines frequentiſſimum, [a] à rebus doceri, tolletur, atq; infinita fiet neceſſariò prauarum actionum continuatio. Quinimo ſi quis ex uobis quærat, quæ ſit maxima legis & plebiſciti differentia; leges iuſtitiam ſemel inuentam in omne tempus communem ſtatuere dixeritis, plebiſcita neceſsitatem ſequi, & quemadmodum alijs temporib. aliter ſe res habent, ita plebiſcita ſententiasq; pro temporibus cõſtitui ac ſolui: & rectè quidem. Nam illa ratione cum ciuibus agimus, ſic ut idem ſemper locum habeat; hæc ad exteros & belli aleam ſunt inuenta. Quo fit ut nihil ſit in ijs firmum nec immobile, neq; quod aliquando ſolui non debeat. Quid quòd ſi leges etiã ipſas, cum nocent, abrogari poſſe leges ipſæ tradunt, plebiſcitum certè de nauigatione atq; expeditione factum corrigi poterit. Veruntamen nihil etiã uos ego, quod olim decreueritis, abolituros aio. Etenim ſi quis oſtẽdere queat, hoc quoque nos decreuiſſe, ne quando huc renauigare liceat; alia res erit. nunc autem & illi rei ſatisfactum eſt, nec quæ ſecundum habent locum, uetentur. Agite enim, ſi quis initio uobis omnem potuiſſet euentum accuratè prædicere (atque hic deus aliquis, credo, fuiſſet, ſiquidem homo nullus ijs, qui tum uos[b] inflammabãt, potuiſſet reſiſtere) eò res eſſe deuenturas, ut de claſſe potius, quã de Sicilia, uidendum nobis eſſet; num quis tam demens aut infelix fuiſſet, ut in tantos ſumtus ac tanta pericula Vrbem conijceret? non putarim. Itaque quos re præcognita non miſiſſetis, eos poſt cognitam oportunè reuocabitis, cum præſertim non eodem rerum ſtatu tunc ſententiam dixerimus, & nunc, ſi mihi credetis, mutaturi ſimus. Tunc enim fœderibus cum Lacedæmonijs initis, ac domeſtico bello feliciter confecto, hoſtibus uacui meritò luxuriabamur. nunc autem hoſtes quidem è mœnib. uidetis, ac pro ea difficultate, qua regionẽ quotãnis inuadebãt, perpetuò portis aſsidẽt, & uerè nos, ſi nugandũ nõ eſt, obſidẽt; pecunia uerò partim in egregiã claſſem eſt abſumta, partim ſuperiorib. temporibus expenſa; famuli autem quotidie deficiunt, ac tot in uniuerſum corporib. deminuti ſumus, quot maximæ poſt noſtrã urbi facilè ſufficerent. Conſideremus igitur, num agnoſcere noſmetipos, uel ciuitati rectè cõſulere uideamur, ſi, quam ipſi patimur obſidionẽ, alijs trans mare conamur inferre, & antequã mœnibus egredi poſsimus, contrà alios, amiſſo Atticæ cõſpectu, nauigare uolumus, quiq; domeſticis

a περὶ pro ἐπί.

b αἰάθων pro αἰόθων.

domeſticis imperare non poſſumus, Siculos tum Græcos tum Barbaros cupimus regere. at hæc eorum ſunt, opinor, qui nulla premuntur neceſſitate. Atq; hæ quidem res ita ſe habēt: illæ uerò quomodo? non multo melius, ne dicam periculoſius, quandoquidē eſt peregrina regio, & maior urget rerum neceſſariarum inopia, cum periculis præſentioribus coniuncta. Itaq; naues perfluunt, nautæ ſe immodeſtè gerūt, argentum eſt abſumtum, uectores pleriq; defecerunt, famuli transfugiunt, ingruunt hoſtes, & uincunt, cōmeatus eſt in hoſtiū poteſtate, deficit Sicilia, Gylippus alias conſcribit copias, nobis præter uotū & expectationem accidunt omnia. nam alij nos contēnunt, alij criminantur; quiq; ſoli inter amicos relinquuntur, propter imbecillitatem nihil uſus adferunt. Iam Ægeſtæorum pecunia ſimul cum fumo euanuit, Syracuſios autem [c] nihil aiunt eſſe conceſſuros, prius quā pœnas, quales inſidiæ merentur, ſumſerint. Et nos, Athenienſes, hæc expectabimus? cumq; res non ſint ſecutæ noſtra decreta, decretis ipſi ſeruire dignabimur, quaſi ſufficeret hoc, ſi nullum omitteremus dementiæ genus, aut Syracuſani noſtro arbitrio nobiſcum eſſent decertaturi? & cum de trib. quos emiſimus, ducibus unus perierit, alter ad hoſtes ſe contulerit, reſtet poſtremus, quem hinc inuitum abegimus; huic alios rurſum adiūgemus, neq; hoc ipſo quaſi ſigno cognoſcemus, non eſſe res illas noſtras, neq; uires noſtro reſpōdere ſtudio, poſtq; is, qui nobis uictoriæ ſpem fecerat, nunc eſt inter hoſtes, qui autem diſſuſerat, eo maximè coacti ſumus in his uti; uerùm quaſi appendicē quæreremus malorū, alios duces, aliumq; ſubmittemus exercitū, & contendemus? qua fiducia, Athenienſes? an quia rebus noſtris ſecuri fruimur? ita fruantur hoſtes. an quia militibus & equitibus abundamus? at numeros, Athenienſes (cogor enim hoc, quanquam nolim, dicere) diſſoluimus, & ordines nimis profuſè excuſſimus. Etenim quæ decebat ad ſalutē ciuitatis eſſe repoſita, hæc delecta ꝓ Ægeſtęorū ac Leontinorū umbra in occidētis partes dimiſimus, neq; lōgè nunc abſumus à prouerbio. Nam cupiditate maiorum atq; abſentiū rerum. ſed nolo malè ominari, ueruntamē hoc, ne noſtris priuemur, cauendum, rectè mihi additurus uideor. Non imitabimur medicos, Athenienſes, qui fluxiones corporum non permittunt ulterius procedere, ſed feruorem comprimūt, antequā in omnē tumorem redūdet. non impetus nimios caſtigabimus potius, quā ad cōſpectū prioris mali alterū adiungemus, atq; alijs equis, uiris, & opib. res noſtras affligemus, belloq; malum ſuppeditabimus alimentū, uelut ſi quis incēdio conflato, ligna ſarmentaq; congereret, atq; ita ſe ignem putaret poſſe reſtinguere. Ne quæſo uos, Athenienſes, quicquā ineptū facite, neq; uoſmetipſos decipite, quemadmodū qui oculos occludūt, ne, quod nolint, uideant; uerū animaduerſo rerum progreſſu, donec tēpus, & res eſt integra, eū ꝓhibete, neq; duarū uiarū altera, quę cōtra uos du-

c ἰδίῳ pro ἰδ.

Vnus) Lamachus.

Alter) Alcibiades.

Is) idem.

cit, conſpecta, alteram, quæ pro uobis facit, negligite. Neꝗ enim nūc inopia militum cetericꝗ apparatus is euenit rerum ſtatus, ut, quaſi nō ſatis eas fortiter eſſemus aggreſſi, nobis ipſi culpam tribuere debeamus. quin quantum ad claſſis ſplendorem & copiam attinet, nihil eſt omiſſum; uerùm per fortunam lapſi ſumus, & quòd adiumentum maximū, quod erat tēporis, perdidimus, nec in ipſo metu Syracuſas oppreſſimus. Proinde uel Niciā, uel quēcunꝗ quis uolet, accuſet; ceterū occaſio perijt, neꝗ poteſt, etiāſi alteros tot mittamus, recuperari. Vt enim hi ſubito conſpectu multos pauci, ac fortiores perterrefaciunt imbecilliores; ita cum per ocium bellum gerunt illi, qui grauiſſima quæque metuerant, multo facilius ſe, quàm à quibus oppugnantur, defendunt, cum ira de metu, tum uiribus ex ocio aſſumtis. Atque exiſtimo Niciam eodē in litteris, quo tum in concione, ſpectaſſe. Nam & inter dicendum, Athenienſes, cum uellet ab expeditione uos deterrere, tantam petijt multitudinem, quantam uos minimè daturos crederet, ut ita uos ad quietem neceſſariam conuerteret (id quod etiam indicat apertè, eum huc inopia copiarum non deueniſſe, quandoquidē omnia, quæcunꝗ poſtularat, ad nauigationē illi ſunt cōceſſa) & nunc quando de rerum illarum ſtatu ad uos ſcribit, illud quidem mox & clarè ſignificare non audet, ut puto, reuocandum ſe eſſe, uerùm quaſi uos conſolaretur, hanc optionem proponit, ut uel inde eos arceſſatis, uel tātum mittatis ſubſidium, quod illi ſufficiat metui. Quòd ſi ergo nūc idem, Athenienſes, quod prius, accidat, & uos quidem ad mittendum auxilium, quantum poſtulabunt maximū, accingamini, illi autem in eaſdem recidāt difficultates. at hoc non contigerit. ne contingat uerò, Iupiter, atꝗ omnes dij; neꝗ ego hoc tantū nō contingere, uerùm ne hoc quidem, ne contingat, metuere cupio. uerùm, ut arbitror, ignorat nemo, non tantū nunc optandi gratia, uelut in templum, nos conueniſſe, uerùm de re tota conſultandi. debēt autem ut qui orant, maxima quæꝗ à dijs & iucundiſſima petere, ita qui deliberationem inſtituunt, tutiſſima quęꝗ eligere, niſi pòſt uel hi ſeſe, uel illi deos uelint culpare. Quem ergo fideiuſſorem ſumemus idoneum, obſecro, aut cui credemus deorum (nec enim homini cuiquam) quas hinc dimittemus copias, illas eſse res cōfecturas, nec aliū nobis iterum terrorem eſse Niciam denunciaturū? an quia iuſsit ipſe uel ſeſe uocari, uel adiutores mittere? at hic idem cum hinc ſolueret, nihil non petijt, quaſi ſufficere poſset, cum tamen ex eiuſdem nunc teſtimonio nihil horum ſuffeciſse conſtet. Quid fiet ergo, ſi rurſus impingatis, uel etiam inter ueritatis dictionem & ueſtræ cupiditati obtemperationem uerſetur medius? Non'ne id, quod certum eſt ac manifeſtum, Athenienſes, pro obſcuro atꝗ incerto, quodꝗ nos iterū turbare poſsit, eligemus? an pariter faciemus, atꝗ ſi quidam, cum in mari periclitentur alij, atꝗ illis metuant, aliam nauem ad eundem

tumultum

tumultum inſuper cenſeant inſtruendam. at in talibus rebus ij, qui ferunt auxilium, è mari fluctuantes deducunt, non cum illis ipſi nauem conſcendunt. Iam ſi tantum, Athenienſes, mittemus auxilium, ut manifeſtum illis poſſit auxilium adferre, hæc res in anguſtiam prorſus redigentur. quo fiet, ut ſimul & illis ſubſidia mittemus, & his quęrenda ſint. Sin ea diuidemus, & utriſque conſulemus, ne uel illos deſerere, uel hæc non tueri poſſe uideamur; metuo ne contrà, quàm ſit propoſitum, faciamus, ac tum neutris adiumentum ſufficiens, tum utriſque propter alteros nimis exiguum procuremus, ac tum inter duas ſedeamus. Nam equidem & Pirgo metuo, cum ſciam Peloponneſios etiam olim initio belli eum occupare conatos eſſe, antequam claſſis noſtra cladem ullam accepiſſet; & ijs qui diſcedent, ne præter omina ſe gerant, & cum auxilij ſpeciem adferāt, qui utroſque inde ſeruent, inſuper requirant. Etenim ſi uel uno duntaxat prœlio nauali uicti fuerimus, Athenienſes (id autem in Syracuſios & eorum ſocios cuncti dij conuertant) non modò regionem illam occupare, uerùm ne ipſi quidem poterimus effugere. Mox enim portus claudetur, & intra hoſtium arma ꝑpemodū cōcludemur. Quid uerò tū iubebunt hi fieri, qui nunc tam faciles ſunt? an rurſum ad Syracuſanos pro cōgiario, quos capiant, mitti? At enim alteram hanc expeditionem metuent. imo cōtemnent, poſteaquam ſe priorem quoqꝫ confeciſſe memores erunt. Etenim hac ratione noſtro nos teſtimonio probare credēt, de rerum ſecuritate nos iam deſperaſſe. Neqꝫ enim tam fiducia quā metu commoti hos nunc mittere uidebimur. Atqꝫ hūc quidē utraqꝫ per ſe res metum habet, ſiue hinc copias tollàmus, ſiue illuc qualemcunqꝫ mittamus manū, inter ſe uerò quomodo ſint hæc contraria, nunc dicam. Si heic malè rem gerimus, illis hoſtibus accedit fiducia, quaſi non ultrà ſint, modò paululum reſtiterint, periclitaturi. ſi quid rurſum illic pręter uotum ſuccedit, has rés omnes idem periculum manet. Neqꝫ enim tantum claſſe deuicta, aut uictoria penitus amiſſa, uerùm ſi rumor duntaxat falſus de clade perferatur, omnia ſubuertentur ac deficient, & eorum qui nunc per neceſſitatem nobis parent, nemo non ſe ſuaq́ue mox ad Lacedæmonios deferet. Sin ſocijs & uectigalibus priuemur, quid ſit futurum reliquum, nec ego dixerim, & uos omnium loco uidetis. Et uos eius inſtituti commonefaciunt, quo uiſum fuit initio nō de regione cū Pelopōneſijs decertare, ſed claſſib. circunductis bellum gerere. At eūdem, qui ſuaſit iſta, Periclē hoc quoqꝫ ſuaſiſſe; ne imperium per bellum affectaretis, nolunt meminiſſe, tametſi erat opus maximè. Etem̃ urbem noſtram, Athenienſes, equidem tantum ceteris omnib. antecellere iudico, ut eas nō ſingillatim tantū, ſed etiā cū tota regione quaſdā ſuperare poſſit, nō ut humanā ſuperet etiā naturā, aut id poſtulare debeamus. Itaqꝫ Pelopōneſios à nobis ſolis omnes ac ſolos uinci poſſe dixerim; nec nō Siciliā facilè capi poſſe, ſi cū

Siculis duntaxat bellum gereretis. Italicas quoq; res eodē modo non poſſe uos euadere crediderim, ſi à reliquis uacetis. Quodſi pariter & cum Pelopōneſijs, & cū Siculis tū græcis tum barbaris erit bellum gerendum, atq; inſuper ad illos accedet oppoſita continēs; amplius, quod ſperem, nō habeo, ucrū ſpei noſtrę magnitudinē uercor. Etenī belli appendix tota ferè ſumma nobis maior exiſtet, qui Siciliam cogitamus, Italiam, Carthaginem, & omnia propemodū ſubiugare, ut ijs huc delatis Peloponneſum circundemus. At mihi, Athenienſes, quod pace ueſtra dixerim, cōtrà uidetur Pelopōneſus prius in noſtram redigi poteſtatem poſſe ac debere, quo per hos tot exteris potiamur; atq; illa potius per hęc acquirēda, quàm ꝓpter hęc illa præter tempus eſſe aggredienda. Iam ille ſermo quantum fidei mereatur, quo diuerſam & [d] maiorem quàm pro Syracuſijs Siciliam pro nobis facere iactatur, audite. Nemo de Siculis, Athenienſes, ſiue Græci ſint, ſiue Barbari, æquè Syracuſanos odit, & nos amat: uerùm ut affectos illos putē, dicam. Donec in Siciliam nemo noſtrum uenerat, oderant illi Syracuſanos, quemadmodū nos de ſocijs multi. nemo enī nō inuitè, opinor, ſeruit. Sed poſtquàm copias tantas uiderunt, & alias iterum dimittimus, ac patefactū eſt ſtudiū noſtrū, nō iam illos magis oderūt, quàm nos metuūt; ſic ut à nobis inter ſe ſint conciliati. Malēt enim profectò domeſticos ac pares, etiamſi nonnihil ſit illis concedendum, quā alienos & aduenas. Hæc ſunt, quę metuo; ac præterea Lacedęmoniorum calūniam, qui noſtri imperij uiolentiam omnes excedere diſſeminarunt. Quid quod omnium eſt abſurdiſsimū, cum Attica ipſa ceſſerimus, uitandi prœlij periculiq; cauſa, pro Syracuſijs nihil nō [e] & facere uelle & pati. An ignoratis, quid litteræ dicant; niſi quis oppoſitam munitionem forti manu ui ceperit, actum eſſe de rebus terreſtribus. Quocirca rationi conſentaneum non eſt, eadem pericula pro ſua regione & bonis fugere, pro alienis ſuſcipere. Quinimo quod heic prœlium contra Peloponneſios & Bœotos eſſet ſubeundū, hoc ibi contra eoſdē, atq; alios inſuper plures erat aggrediēdū, partim ex inſula ipſa, partim aliūde aſcitos. Neq; uerò, ſi pro ſalute regionis id fieret, quicq; cōtradicerem; ſiquidē rerū præſentiū ſtatum prorſus ignorarē. Iam ad Cypri exemplū hoc reſpōdeo; Regem Cypro per omnē deinceps regionē à ſua uſq; imperare; nobis mox, antequàm Maleā flectamus, dextra omnia eſſe hoſtilia. Sed, ut hęc omittā, cōcedat nobis deorum aliquis Siciliā, ac reliqua, ſi uultis, ego, qui cūcta metuo, uobis pollicear: at quorſum longinquos terrores & pericula metuamus, omiſſis pręſentibus? Proinde dicant uariam eſſe & cōmodam Siciliam, atq; ad bellum utiliſsimam. uerū cauete, ne quando mutet nobis hæc nomina, neq;, quod olim Perſæ, nobis accidat, cui ſuggeſſerat Mardonius uariā & cōmodā eſſe Europā, nec minus Aſia dignā, quæ poſsideret. Etenim quācunq; rem facultas non præcedit, reliqua certè pro nugis & umbra

d deſunt μείζων ὁμοίως post δυνάμεως.

e deſunt καὶ πρᾶξαι ante καὶ παθεῖν.

Literæ) Niciæ.

ſunt habenda. At enim turpe eſt è Sicilia fugere. utrum ſi uincere liceat, an quouis pacto? Nam ſiue illo, doceant licere; ſiue quouis, nihil aliud quàm ſalutem ægrè ferunt. Deinde libenter ex ipſis quæſierim, an reditum triremium atque militum ipſum turpem ducant. at hoc optauimus initiò, ſaluos ut eos reciperemus. an quòd infecta re redeunt? nam ſi in hoc eſt turpitudo, tamen eam manẽdo non effugient, donec facultas rei conficiendæ deerit. At mihi contrà uidetur, Athenienſes, maior etiam hoc quidẽ modo nos manere turpitudo. Si enĩ, quaſi aliquid acturi eſſent, manebunt, ac tum plura, quàm nunc paſſi ſunt, incõmoda perferent; omnino, quod dicebam, continget. Quid quòd ſi nos eius rei duntaxat pudet, quoniam nihil effecerimus, non tam hæc reuocatio turpis erit, quandoquidem ea res illas non perdidit, quàm prior miſſio nos, quæ conſequi non poſſemus, appetere uicit. Quo fit, ut, qui illa perſuaſerunt, non qui hæc ſuadent, accuſandi ueniant. Propter illos enim fugere, ut uocãt ipſi, ſumus coacti, cum potuiſſemus primùm domi manere. Enimuero fugam hoc, Athenienſes, equidem eſſe non dixerim. Etenim ſi impetus illorum ſuſtinere non poſſemus, meritò quis ignauiæ nos inſimularet. ſi ipſi eos obiter inuaſimus, ſiue res ſuccedebat, non priores diſcedere, ſiue contrà euenit, relinquere, ſit eiuſdem prudentiæ. Nam quæ emolumenti cauſa ſuſcipiuntur bella, hanc habent rationẽ, ut, ſi quid acquiri poſsit, ſumatur, ſin minus, antiquæ, quod ſecũdum eſt, opes ne deminuãtur; quemadmodũ etiam probos negociatores uidemus, non ſi parta nequ cũt augere, uetera quoque ſponte deterere, uerũ ſi quid ſuppetat, conari, ſin obſtet, non contendere. Alioqui hac ratione nec Niciam nunc, Athenienſes, nec milites, quamuis multa obijſſent certamina, deceret, ab oppoſita munitione recedere, poſtq̃ ſemel eſſent in aciem cõpoſiti. at hæc ridicula ſunt & ſtulta. Atq; ut nihil nos præter conſuetudinẽ aut humanã naturã ſciatis facturos eſſe, ſi res factu difficiles nõ perſequamur; breuia ſimul & euidentia recordamini exẽpla. Memini etenim nos, & cum in Theſſaliam olim exercitũ Oreſtis cauſa duxiſſemus, *Thucyd. 4.* poſtq̃ res nõ ſucceſſit, iterum huc cũ illo redijſſe, & cũ ad Oeniadas Acarnaniæ traieciſſemus, poſtq̃ nulla capiẽdi ſpes fuit, deceſſiſſe, cũ quidẽ Periclẽ haberemus, nõ Niciam, ducẽ. Quin etiã cũ Bœotiam nõ ꝓpemodum, ut nunc Syracuſas aiunt hi, uerũ totam cepiſſemus, rurſum accepta clade dimiſimus, & captiuorũ ſalutẽ pluris fecimus. Iã cũ Achaiã & reliqua Pelopõneſijs pacis cauſa reddidiſtis, *Thucyd. 5.* nõ eſtis obliti. Atq; ſi bellicis emolumẽtis, ut pax fieret, ultro ceſſiſtis, nõ debetis ꝑfectò rebus ipſis bellicis duplicia adiungere pericula ſtudere. hæc uerò cùm duplicibus maiora ſunt, tum nõ uiliora, quàm ut fiduciam poſſint auferre. Nunc & hoc conſiderate. Lacedæmonios nõ puduit, cum quotannis Atticam inuaderẽt, diſcedere, poſtq̃ quantũ poterant, nocuerant: atq; adeò, q̃diu licebat, irruperunt; poſtq̃ autẽ

ſuæ regioni timere cœperunt, deſtitere. Nunc Decelicum præſidium rurſus occuparunt, poſtquã rem feliciter gerunt. tantũ ualet occaſio, tantum facultas. Neq; enim omnia quiſq; agit ex conſilio, neq; cupiditatibus noſtris bella ſeruiũt, uerùm pleraq; diſpenſat fortuna, ſcuius, quantum datur, ſumentes, nonnihil etiam debemus uelle negligere. Hucaccedit, quòd hæc ipſorum ratio cum prudentiore pugnat, quæ uel utriſq; renauigandi promittit facultatem, ſi nihil ŋ, qui nunc diſcedent, effecerint. Nam ſi turpis eſt fuga quæuis, tunc etiam turpior erit, cum utriq; erit claſſi communis. Quodſi uiolenta res eſt neceſſitas, quorſum rebus omiſſis, nominibus terreamur? Etenim hoc præſtat nunc diſcedere, quòd & pugnis feliciter terra mariq; cõfectis, & Syracuſis ipſis propè captis, reflante poſtea fortuna redibimus, duarum rerum monumentis apud omnes relictis, tũ in certaminibus confidentiæ, tum accommodationis ad tẽpora: neq; uel Syracuſius, uel Selinuntius, uel alius illorum quiſquã de nobis gloriabitur, aut à ſe nos eiectos poterit dicere. Scient enim omnes, quantum quidem ad nos & illos pertinebat, ne tantulum quidem potuiſſe ipſos reſiſtere; cum autẽ Lacedæmonŋ, Corinthŋ, & hoſtes antiqui ſuperueniſſent, tum nos conſilium pro tempore cepiſſe. atq; ita non ſecuritas modò, uerùm etiam gloria noſtrum ſequetur inſtitutum. Atq; hi quidem, ne fugere uideamur, timent: at ego ut huius dicti ueritatem deprecor, ita contrà metuo, ne poſtquã nimŋ fuerimus, poſtea fugere nõ poſſimus, uerùm idem nobis accidat, quod qui in talis contentioſos ſe præbent, & cum poſſint neglecto damno nullam in poſterum iacturam maiorem facere, per iram cõtentioſam ad extremam rediguntur miſeriam. Mihi uerò longè ſecus ſe res habere uidetur, nec uel miſſis auxilŋs aut Siciliam captum, aut milites recuperatum iri puto, uel reuocatis copŋs illas res, ut modò dicebatur, iam perŋſſe. Quinimo, dum licet, eos reuocemus, & ſi fuerimus omnes eodem coacti, aio ſpẽ nobis, dŋs fauentibus, illarum rerum fore reliquam, ſicut antè etiam, cum oportunè copias miſiſſemus, maiorem poſtea potuimus impetum facere. Sin id, quod fieri non poteſt, pertinaciter affectabimus, aio quibuſdam noſtrum damnum lucro fore, ſi uictoria duntaxat carebimus, nec amplius quicquam ferendum reſtabit. Et quis ex ducibus, Athenięſes, integras audebit copias auſpicŋs ſuis reducere, cum uos ne partem quidem aliquam redire, priuſquam id, qua de cauſa fuerant emiſſi, confeciſſent, cõſtabit permiſiſſe: quiquè nunc à uobis ſibi metuit Nicias, quod tandem ſupplicium, ſi altera ſpe excideritis, expectabit? Quocirca uel eos, qui uincant, mittitis, uel, quod nolo dicere. Iam ſi meum ſequamini conſilium, omnia per occaſionem uobis contingent, ac tum Sicilia capietur, ſi poterit, tum illi; ſi hoc non poterit, ſalui manebunt. Etenim ſi facilè poſſumus has res integris copŋs componere, facilè de integro nauigare illuc poterimus. ſin eſt

ſ ūs pro ūs.

eſt maioris res momenti, quorſum, qui his reſiſtere ſatis non poſſumus, externos nobis ipſi tumultus conſciſcimus? Atque ut rem exaggerem; ſi res Siculas æquales & communes ponamus (quod ſi eſſet, multum nobis adferret præter ceteros adiumenti) tamen illud neſcit nemo, non tantum lucri captam Siciliam, ſi res ſuccedat, nobis allaturam, quantum damni tantarum copiarum clades daret. Quapropter ubi maior eſt ſpe metus, quis eum in ſe recipiat? Mirari uerò lubet eos, qui cum Syracuſios, ne huc [g] nauigent, metuant, ad ipſos ipſi nauigandum cenſent, quaſi id ſecurè liceret. *g ἐπιπλεύσωσιν pro ἀποπλεύσωσιν.* Ego uerò nec Syracuſanos ita crediderim inſanire, ut cupidè & præter opinionem periculis defuncti, alia ſibi concilient, cum præſertim ex nobis ipſis cognouerint, quanto cum fructu tam longinquum iter temerè ſuſcipiatur; & omnes deos obſecrarim, ut eos heic deprehendere liceat. Sic enim neque cum tot ipſorum nauibus, quot illic ad ſalutem ſuam comparabunt, res nobis foret, & ipſi peregrinarum magnarumqúe expeditionum ſortem, ni fallor, experirentur, quam & Perſarum rex huc delato exercitu, & Carthaginenſes multis cum millibus tum terreſtrium tum naualium copiarum in Siciliam tranſuecti ſenſerunt. Neque enim æquè facilè domeſtica tueri, & longè remotos licet ſubiugare; uerùm ſequitur hoc facinus quædam Nemeſis. Quæ cum ſciant Lacedæmonij, nihil magis, quàm longinquas expeditiones, fugiunt, quanquam non poſtremis inter Græcos uiribus pollent, collectis paulatim ſucceſſibus. Quòd ſi cunctis omiſſis, unum eſt dicendum; non, ſi quæ nobis ingruet olim neceſſitas, idcirco, quæ non oportet, etiam nobis ultro conciliare debemus, uerùm ſeparatim & hoſtium repulſum, & noſtri profuſionem ponere. At ego cùm ea, quæ modò dicebam, uereor, tum augurijs terreor, cum uel ad ſacra *Sacra) Adonia.* reſpicio, quæ non bonis auibus ante noſtrum diſceſſum efferebantur, uel ad Mercurialium ſtatuarum caſum; cumq; eum, cuius hæc conſilio fuerunt inſtituta, pro ſacro habitũ cogito, atq; eum dun *Eum) Alcibiadē uide Plutar.* taxat publicè ſacerdotes deuouiſſe. Quin etiã expeditionis Ægyptiæ uenit nunc in mentem, quã ille mox egregie obuoluebat: quæ ducen *Ille) aduerſarius qui prior dixit.* tas nobis triremes intercepit, quamuis Ægypti partem Sicilia tota non minorem iam haberemus. uerũ nec heic ſubſtitimus, quin pau *Thucyd.a.* lo pòſt aliæ mitterentur quinquaginta, quæ illis opem ferrent, cum quidem nec illas quicquã iuuerunt, & ipſæ perierunt inſuper. Hoc equidem, hoc exemplum, Athenienſes, horreo, nec eius memoriã uel nox uel dies à me ulla tollit: ac uos oẽs obſecro, ut Siciliã inſtar Ægypti uelitis cauere, nec multa edere ſimilia exempla, uerũ hoc cogitare, ſi quis tum uobis dicẽdo perſuaſiſſet, ne in Aegyptum initio nauigaretis, uel ſaltem alteras triremes non mitteretis; uel nihil omnino uos damni accepturos, uel alteram ſaltem cladem non inſuper

ſubituros fuiſſe. Sin hoc omnes fatemini, illa quoq; peccata conſultorum iudicio,& quòd, qui uetabant, uincerentur, fuiſſe commiſſa; uidete, ne nunc etiam noſtræ ceſſionis pœnas ipſi luatis. Hoc quoq; conſiderate, nunquam nos per multas magnasq; uictorias, Cyprum quondam occupare potuiſſe, uerũ ea relicta, diſceſsiſſe. Iam [h] paludoſum eſſe locum, quem caſtra tenet, omnes, opinor, intelligitis. Quæ cum ita ſint, non hoc indignum, ſi, qui cum pæanibus ſoluerant, infecta re redibunt, uerùm illud omnium fore grauiſſimum putemus, ſi, quos tum tanta cum dignitate, quaſi imperium eſſent occupaturi, dimittebamus, eos alijs uocibus olim requiremus, & quæ tum ad Æginam uſq; protendebatur contentio, nunc eos ne in ſuis quidem portubus ſiſtet incolumes. Ac mihi quidem hæc dicta ſint: opto autem alterutrum, ut uel eadem uobis uideantur, uel ipſe errem, atq; ignauiæ ſolus ex omnibus pòſt arguar.

h λιμνῶδες pro λιμῶνδες.

ORATIO DE PACE
prior.

ARGVMENTVM.

Cum Lacedæmonij, clade ad Pylum accepta, legatos Athenas de pace miſiſſent, eam Athenienſis quidam concedendam cenſet. Hiſtoria extat apud Thucyd. ſub initium lib. quarti.

PRIMVM dijs gratias ago maximas, Athenienſes, quorum opera ij, qui hactenus ferociebant, nec pacis uel nomen ferebant, cum nos eam ſæpius poſtularemus, hoc habitu nunc huc pacis cauſa uenerunt, ac uobis rurſum de cõditione Grecorũ pro perſuaſione ſtatuendi facultas eſt data. Eſt autem conueniens, occaſionem arripere, & cùm illorum ingratum animum & contentionẽ cauere, tum ueſtrum ingenium atq; mores obtinere. Et quãquã hoc ueteri ſermone fertur, felices non temerè ſapere, quin per fortunam pleriq; deteriores reddantur; ego tamen, Athenienſes, quibuſcunq; præter dignitatem uel ſpem fauet fortuna, ijs aliquid accidere tale crediderim, quippe qui maioribus ingenio ſuo rebus uti nequeant: qui uerò tum plurima inter Græcos feliciter geſſerunt, tum non minora prudentiæ ſigna palam omnibus ediderunt, ijs idem, quod uanis pleriſque, accidere nulla uincet ratio. Atq; hæc non de futuro tantùm euentu eſt inſtituta conſultatio, uerùm etiam de ijs rebus, quas olim proſperè cõfecimus. Etenim ſi, quod oportet, ſequamur; & hæc confirmabuntur, & Vrbem deinceps cum ſecuritate & gloria incolemus. ſin ultra modum contendemus, res etiam partæ manifeſtò

niſeſtò in diſcrimē uenient. Quocirca quò magis ijs delectamur, hoc earum ſecuritati magis eſt prouidendũ. Nec equidem ignoro, hos à pleriſq; propemodum, qui cupiditatibus ipſorum ſeruiant, benignè excipi, nec beneuolos modò, ſed etiam uiros haberi ſolos; qui autem ad caſtigandũ accedunt, iniucundos eſſe. Enimuero ſi perinde res ac uerba ſuppeterent, nec minus res gerere, q̃ iucundè dicere liceret; meritò odioſi & moroſi, qui id facere nollent, haberent̃. ſin aliud eſt maxima quæq; optare, aliud de rebus inſtantibus deliberare; hoc unum uelim uos præ oculis habentes, num ineptum de his conſilium proferam, auſcultare. Exiſtimo igitur urbem noſtram Græcarum, atq; etiam omnium, ſi uultis, eſſe feliciſsimam, necdum tamē humana maiorem natura. Quæ uerò ſit iſta? Non æqualem dij hominib. & ſibi ſortem tribuunt, uerùm ipſi quidem ut immortales & omnium domini, immortali quoq; fruuntur felicitate, neq; metuunt, ne quis eam potentior auferat, quippe quibus tantũ ſuppetat, ut nõ ipſi modò bonis fruantur omnibus, ſed & alijs hæc impertiant; id quod non eadem menſura, qua pollent ipſi, faciunt, uerùm quibus hominibus maximè fauerunt, ijs pleraq;, non omnia, feliciter permiſerunt ſuccedere: cuius rei maximum præbent exemplum hi, qui nunc ad pacem nos prouocant. Nam cũ potuiſſent, ſi modeſtè ſe gerere uoluiſſent, & ipſi primũ hæc habere, & cum alijs pro præmio cõmunicare; nunc ſecundis rebus ſublati, ſi à uobis eadem poterunt conſequi, præclarè ſecum actum putabunt. Ne committamus ergo, ut, quod in illis reprehendimus, hoc ipſi crimen ſubeamus; neq; tam illorum imitemur imprudentiã, quàm noſtris ipſorum conſilijs, quæ primùm hac de re dedimus, utamur. Nam tunc quoq; uos ad multas ipſorum legationes & edicta nihil aliud reſpondere meminiſtis, quã ut iure controuerſias cõponerent, nec Græcis commune bellum excitarent. Ac tum quidem, quoniam illud his non placebat, bellũ ſuſcipere coacti fuiſtis: nunc uerò, poſtq; res in ueſtrum arbitrium deuenit, cur ea nõ faciatis potius, quæ primũ, ſi nemo ꝓhibuiſſet, egiſſetis, quã utrinq; res inuertantur, & qui tum pacem fugiebant, nunc eam poſtulent, nos, qui tũ ad pacē ſpectabamus, bellũ uiciſſim uideamur appetere. Quid quod illi meritò ſe dixerint ſententiã mutaſſe; nos rectè, quæ tum ſtatuimus, decreuiſſe horũ caſus teſtatur, atq; idcirco iuſtè prius abijcere conſiliũ nõ poſſumus. Alioqui foret abſurdũ, ſi Lacedæmonij ſua omiſſa ſentẽtia, pedib. in noſtrã iuiſſent, nos nobiſcũ ipſi pugnare uideremur. Arbitror aũt deũ aliquē hæc oĩa ſic diſpenſaſſe. Nã ſiue initio bellũ maluiſſemus, ut aliq̃d fortitudinis ſignũ forte dediſſemus, ita nullus æquitatē noſtrã animaduertiſſet; ſiue nobiſcũ hi pacē maluiſſent, ut Græciæ curã & iniuriæ inferẽdæ fugã rectè nõnulli laudaſſent, ita fortitudinē, & potentiã noſtrã nõ erant oẽs cognituri. At nũc utrũq; pulcerrimè declarauimus. Etenim cũ pacem ſectabamur,

& bellum uetabamus, manſuetudinis, & curæ Græcorum, ne quid illi paterentur, faciebamus fidem: cum aũt ad bellum per neceſsitatẽ accincti, uicimus, fortitudinis pariter ac potentiæ opinionem prætere a ſumus aſſecuti; ſic ut utrinq; ſe Vrbs cum beneuolentia admirandam præbeat. Deniq; tertiũ hoc, ni fallor, tẽpus iterum uenit, quod prudentiã requirat; quo ſi rectè fuerimus uſi, hoſtib. undiq; ſuperiores eſſe cẽſebimur. Quocirca cũ liceat omne decus obtinere, tũ uictoriæ, tum iudicij, ne cõmittamus, ut eam rẽ reddamus incertã. Etenim ſi quieuerimus; & rerum ſucceſſus cõfirmanẽ, & modeſtiæ laus accedit: ſin belli dederimus occaſionem, ex quo multæ ſolent mutationes conſequi; metuendum erit, ne, dum res geſtas augere conamur, partam amittamus gloriam. Necp ijs puto, qui noſtræ ſimili fruuntur fortuna, pericula eſſe affectanda potius, quàm ijs, quorum ſtatus ab horum negocio non diſtat. Nam illis quidem, etiamſi nihil præterea geſſerint aliud, ex rebus tamen præteritis gloria ſuppetit & felicitas. quorum aũt cum quiete coniuncta eſt infamia, & certa calamitas; in alterius autem periculi ſuſceptione melioris eſt fortunæ ſpes, modò felicius decertauerint, poſita; eos nihil uetat nouas res moliri, qui ſiue fallantur, in priore maneant loco, ſiue uincant, omnibus liberentur malis. Iam res futuras incertas eſſe, quis eſt qui neſciat? Etenim cum nec regnum ſit firmum, nec opes ſtabiles, atq; infinitæ mutationes tam publicè quàm priuatim, atque adeò non urbibus modò, uerùm totis etiam gentibus contingant; quid'nam poſsit in alicuius prouidentiam cadere? At ſapientis eſt, utrinq; negocio conſiderato, pro re nata conſilium capere. Nos uerò ſi Lacedæmonios deuincamus, & Peloponneſum ſubiugemus, imperium fortaſſis augebimus. ſin, quod abſit, aliter eueniat, re tota periclitabimur. Quocircà quoniam minor eſt difficultate commoditas, in gratiam redire præſtat. Quid quod, cum prorſus liceat uincere, ad pacem ſe conuertere, reſpondentem habet ex altera parte utilitati gloriam, dum commune ſpectatur bonum, & Græciæ ſalus hoſtium præfertur internecioni. at futuri euentus incertum exitum non cauiſſe, excuſationẽ nullam admittit. Sic fit, ut pacis ſtudium utrobiq; ſe rectè habeat, belli fiducia maius lucro damnum in contentione promittat. Miror autẽ, cum ſubactis Lacedęmonijs par ſuri ſitis, ſi, poſtquam uobis ipſi ſimul & his parcere nunc poteſtis, non uelitis. Quid autem diceretis, Athenienſes? Etenim dum circum Peloponneſum nauigabatis, & in regionem deſcendebatis, ac Pylum hanc capiebatis, aliasq; res gerebatis, ſi quis horũ cauſam ex uobis quæſiuiſſet, poteratis neceſsitatẽ prætexere, quodq; quies, q̃ uos expetieratis, Lacedæmonijs nõ placuiſſet, uerũ ad arma bellumq; uos prouocaſſent. Nunc autem quid dicemus, ſi quis nos uel [a] nauigare, uel terra exercitum ducere, uel omnino ſimile aliquid facere uiſos interroget? utrum coactos

[a] πλέοντας pro πλέονας.

coactos nos eſſe? at qui tum res illas moliebantur, nunc ad pacem petendam uenerunt. an damnum, ſi hoc recipiatis, accepturos? at neq; uos Æginam nunc quiſquam iubet dimittere, neq; Potidæa decedere, neq; Megarenſes, uelitis nolitis, accipere; nec res moleſtiæ quicq; habet: uerū & tabella uobis manet, & Græcorum imperium, atq; ſalua cuncta, agri, portus, equi, triremes, ac ſtatuendi de illis poteſtas. qui autē magnifica illa promiſſa iactarant, & libertatis nomine Græcos inueſcarant, ij ſi nunc liberè ſua poterunt incolere, nihil ſe poſtulaturos amplius profitentur: cumq; de imperio nobiſcum contenderint, illud confirmarunt magis. Antequam enim arma cepiſſent, aliquis eorum impetum forſitan expectaſſet. Poſtquam re incepta deſtiterunt, nec iniuſtè uos imperium poſsidere, nec id auferre ſe poſſe audebunt dicere; atq; ita re ipſa iudicabunt, id ad uos pertinere, & Græcos uobis multo magis tradent, quàm cum illis, abdicato Pauſania, uos eligere cōceſſerunt. Iam ſi hoc animo fuiſſent erga uos initio Lacedæmonij, quæ uos res ad hoc bellum potuiſſet incitare? fœdera contemſiſſetis? à quibus diligentius, quàm uobis, diuinæ res obſeruantur? nihil uobis ſufficere dixerit aliquis? hæc ut erat Corinthiorum calumnia, ita nemo uobis hoc tribuit. Ergo quæ ſi contigiſſent initio, nunquam bellum ſuſcepiſſetis, ea ſi nunc ſuppetent, non deſinetis, nec, qui uos inuitos dicitis bellum gerere, pacem ultro expetetis? cur, obſecro? quia mediusfidius ex ſententia res benè geſsimus? hoc ipſum uerò optimum eſt. Nam nec de noſtris quicquam perdidimus, & uictoriæ ſplendor acceſsit, quodq; nemo poſthac facilè nos lædet. Quamobrem ſi tum nobis ea, quæ ſuppetebant, ſatis erant, cur nunc & illa, & quæ acceſſerunt, non ſufficiant? At iſtos, qui tam contentioſi ſunt, & ultima quæq; perſequenda cenſent, interrogate, quem habeant rei tantæ fideiuſſorem. Neq; enim circum Sphacteriam ſemper bellum geremus, neq; ad res confectas nauigabunt duces, aut ad ſuum arbitrium libidinemq; hoſtes abducent, uerùm in quibuſdam certamen etiam requiretur. Quòd ſi ipſi ſe fideiuſſores dabunt, inſanient, non ſapient. Præterea ſi eſſent iſti ſoli, non omnes pariter, periclitaturi, aliquid dicerent. cum uerò nos, quibus erit perſuaſum, primi ſupplicium luemus; quid erit lucri, ſi [b] damnum cum his accipiamus, cum ſimul & nobis liceat & his eſſe ſecuris. Sin id nec ipſi dixerint, nec quiſquam uelit ſpondere; quomodo uos honeſtè credatis, quæ non poſſunt iſti niſi turpiter promittere? quæq; uerbis duntaxat edita leuitatem indicant, ea re futura ponere, nimirum ſtupiditatis fuerit. Nam tunc eſt ſuſcipiendum periculū, quamuis incertus ſit euentus: cum quies apertè nocet. Itaq; cū nos inuaſerunt Barbari, exempli cauſa, periclitandum fuit. cur? quoniam ſeruitus, aliter ſi feciſſemus, fuerat ſubeunda: atq; iterum cū hi ea, quæ non poteramus honeſtè ſuſcipere, poſtulabant. At cum quies gloriam

b λαμβάνειν ὑστερον καὶ additur.

habet & ſecuritatẽ, bellũ uerò non fortunarum tantũ, uerùm etiam gloriæ ipſius periculũ parit; cur tam inſolẽter inter nos cõtendamus, quaſi nobis ipſi nõ leuius, quàm his, ſuccenſeremus. Quin etiã id cõſiderate. Pacẽ cuncti meritò tanquam tutã amplectuntur, bellum aũt gloriæ cauſa, qui quidem ſunt æquiores, uidentur ſuſcipere. Quapropter de his quidẽ rebus incidere poſsit cõtentio, & pro ſua natura ſinguli cõſilium capiant, alij ſecuritatem, alij potentiã appetentes: nunc autem ea ſeparare nõ licet, uerũ quaſi deus nobis aliquis uidet̃ pacẽ accipiẽdam oſtendere, cumque ea ſimul & ſecurè poſſe degere & gloria pollere; ſin bellum ſuſcipiatis, non minorem uos infamiam, quàm periculum, manere. quid ita? quoniam pacem nõ tam metu quàm humanitate ducti, facere uidebimur, id quod non paruum eſt uirtutis indicium; bello affectato, trium rerum peſſimarum nobis opinionem [c] conciliabimus, inſatiabilis, crudelis, & imprudentis animi. Nam & plura, quàm deceat, appetere, & Græcorũ delectari cladibus, nec ualere conſilio nos hoc pacto conſtabit. at hæc probra cum natura ciuitatis pugnant maximè. Quòd ſi clades huc inſuper accedat, quid dicemus? Nolite ergo diem illã expectare, qua pacẽ uideamini per neceſsitatem deſiderare; uerũ dum uobis & bellum eſt & pax integra, ſi non his, Græcis tamen gratificamini, nec de præſentibus potius quàm prioribus exemplis, nimiam contentionem nunquam prodeſſe, cognoſcite. Etenim cum, deuictis Barbaris, in Aegyptum ſtudio maximæ uindictæ nauigaſſemus, ducentas & quinquaginta triremes expeditionibus duabus amiſimus. Iam facilius Barbaros, quàm Lacedæmonios uinci, quis ignorat? Quæ uobiſcum reputantes, nihil debetis nunc ſimile committere, uerũ abſurdiſſimum cenſere, cum Niſæam, Pegas, & Achaiam, quæ tum poſſidebamus, ultro reddiderimus, ac pacem belli cõmodis longè prætulerimus, ſi nunc prudentiæ ſimul & potẽtiæ laudem nulla cum iactura ſuſcipere dedignabimur; quique quondam Vrbem, templa, ſepulcra deſerenda, ſimulque corporibus & omnibus bonis decertandum communis Græcorum ſalutis cauſa cenſuimus, nunc ipſo quietis diſcrimine ſuſcepto, res ipſorum conſeruare nolemus, uerũ athletarum quidem laudabimus conſiliũ, qui per uictoriam, non neceſſitatem, artem definunt, ipſi uerò aliud ſequemur, nec hoc animaduertemus, contra barbaros fortaſsis ad extremum etiam eſſe ueniendum, Græcorum inter ipſos certamina cum coronarijs eſſe ludis conferenda, ſic ut uictoria iuſtum finem occupet, nihil quæratur amplius. Quod ſi illud etiam rectè dictum eſt, Græcorum inter ipſos bellum ſeditioni eſſe ſimile; uidendum erit, opinor, ut quàm citiſſimè deponatur, nec id, quod ne incipiendum quidem erat, longiſſimè protendatur. Iam ſi olim uos Græcorũ nonnulli per iniquas ſuſpiciones ægrius ferebant, nunc certè pro ſeruatoribus cuncti, modò miſeriam & moleſtiam abſtuleritis, habebunt.

Necque

c ἑσόμεθα pro οἰσόμεθα.

Dictum) à Plat. quinto de Rep.

Necp enim ĳs, quos coegit neceſſitas, uerùm qui, cum alterutrũ poſſent ſequi, communem prætulerunt utilitatem, habebunt gratiam. Atcp equidem, ſi quid eſt in Lacedæmonĳs fidei, rectè nos omnino deliberaſſe iudico; ſin res nouas molientur, nõ poſſe cõmodius rem contra illos [d] ſumi. Etenim ſi, cũ ſalutem petunt, nos obſeruant, cum animum receperint, inuadent; nobis profectò bellum gerent. Vtenim illos pariter & improbos & odio oẽs habebunt, ita nobis omnia cum laude ſtudebunt ſuppeditare. Ac miror, ſi quis, ne fœdera frangant, metuit, bellum uolens optat, nec ſecum ſe pugnare ſentit. Nam ut firma fierent, conari, non prohibere, ne omnino fierẽt, oportebat. Quid quod exiſtimo Lacedæmonios, quamuis uerſuti & cauti habeantur, diſciplina tamen ærumnarum molliores redditum iri. Cum enim priora uidebunt malè ceſsiſſe, ſi non uolentes, inuiti tamen ſe cõtinebũt. Quinimo poſtcp iterum ſe cõmouiſſent, pugnare cum illis, quã nunc, equidẽ malim. Nam quemadmodũ tum diuinũ rurſus auxilium Vrbi adfuturum ſperarem, ita nunc tantũ nihil uideo, cuius cauſa ſit præter uſum contendendum. Atcp ego quidem, quod optimum cenſebam, protuli: opto autem alterutrum, ut uel eadem uobis uideantur, uel à ueſtra ſtet ſententia fortuna.

[d] λαβεῖν pro λαλεῖν.

ORATIO DE PACE
poſterior.

ARGVMENTVM.

Cum Athenienſes à Lacedæmonĳs deuicti, Spartam legatos de pace miſiſſent, eam Lacedæmonius quidam cõcedi iubet, ac Thebanorum ſententiam, qui Athenas euerti uolebant, reĳci. Apud Xenophontem extat hiſtoria ſub initium lib. ſecundi.

QVEM olim diem omnes uidere deſiderabamus, Lacedæmonĳ, hic eſt, qui nobis liberum de Athenienſibus iudicium concedit. At nos nec illiberale quicquam ſuſcipere debemus, nec res geſtas, ita ſi loquendum eſt, dedecorare, uerùm quantũ ſit negocium confectum, quamcp nec Athenienſibus clades deſint, nec nobis iræ ſuppetat occaſio, cognoſcere. Atcp equidem, ne ad illorum gratiam loqui me putetis, uos obſecrarem, niſi multa cum beneuolentiæ erga uos meæ, tum in illos odĳ ſigna extarent, quæ neminem ueſtrum laterent. Quod autem mihi ipſi, uobis idem ſuadendũ cenſuerim, ne prius, quod illos deceat pati ſupplicium, [a] quàm quod nos imponere, conſideretis, necp nos tam de Athenienſi, quàm de ueſtra urbe nunc deliberare credatis. Etenim ſi congruo priora concluſerimus conſilio, nobis ipſi conſuluerimus, ac re uera uicerimus: ſin ad ea, quæ iubent nonnulli, prorumpatis, metuerim, ne quid abſur-

[a] deeſt πρὶν ante ἡμῖν.

diuſſit dicendum. Si quis enim ex nobis quærat, quãobrem hoc longum & magnum bellum ſuſceperimus, nec prædas abactas, nec regionem ab illis uaſtatam, quemadmodum fecerãt Argiui, nec aliud ſimile poſſemus quicꝗ dicere; neq; etiam quòd illorum potentiæ & felicitati inuideremus; uerũ hoc uel minimè cõceſſerimus. cur ergo denicꝗ? pro libertate Græcorum, dixerimus; aut potius hoc non tã nos honeſtè dixerimus, ꝗ pro nobis fateantur omnes. Quid quod nullum nobis auxilium contra ipſos maius hoc ſuppeditaſſe quiſquã dixerit. Nã ut illi ob res perperam geſtas odio habebanť, ita nos ꝓpter promiſſa cuncti [b] amabãt. Cur igitur hæc uobis in memoriam, Lacedæmonij, redegi? Primũ ut ſciatis nihil reſtare, quin iuſtum ſit finem bellum cõſecutum. Quemadmodũ eñ olim, cũ eſſent liberi, nihil erat quærendum amplius, ita nunc omnia ſunt abſoluta. Quodſi ſic fecerimus, congrua uerbis facta præſtabimus, & pulcerrimam omnium reportabimus uictoriam, tum Græcis utilem, tum nobis honorificam. Sin Vrbem funditus ſubruerimus, non tam, quia Græcorum libertati ſtuderemus, bellum geſſiſſe, ꝗ quòd Vrbi inuideremus, magiſcꝗ noſtræ crudelitati ſatisfeciſſe, quã illorum inſolentiã ægrè tuliſſe uidebimur. id autem à nobis alienum eſſe, nemo non nouit. Iam alterum iſtud conſiderate, quòd Athenienſium peccata, quanꝗ dictu mirũ uidetur, cùm illos ſeruaut, tum nos ad humanitatem impellunt. Quid ita? quoniam ſi tum iraſcendũ Athenienſibus cenſuimus, ſi forte Grę corum nonnullos ſubiugarẽt, minimè nunc illi nobis tollendi ſunt. Nam nec paria ſunt, libertatem tollere atque prorſus delere, nec, ſi illos paruum delictum non decuit, maius nobis conueniet. Quinimo ſi reliquis omnibus libertas fuit comparanda, eaque de cauſa periclitandum; quis Athenienſes tam parui faciendos duxerit, ut aboleantur penitus, cum ſuffragio poſſint ueſtrum ſolo cõſeruari. Quos eñ non deceret ſolos in ſeruitutem redigere, nequaquam, credo, delere nos conuenerit. Iam quæ cum Scionæis & Melijs turpiter egerunt, non'ne ſit abſurdum accuſare quidem, & pro peccatis habere, imitanda tamen, quaſi rectè facta, cenſere, neq; id conſiderare, cum Athenieñſes forſitan aliqua ducti ratione hæc fecerint (nam & à minoribus contumeliam uidebanť accepiſſe, nec rectè ſe fuiſſe odio habitos, nec ullo modo paciſci potuiſſe, atq; alia poſsint dicere ſimilia, quę ut firma uel idonea non ſint, quod equidem non [c] nego, impudentiæ tamen ipſorum ſuppetias ferant) nobis quidem rationem relinqui nullam, quin eadem, quæ reſpuerimus ipſi, nec in Græcia cõmitti debere cẽſuerimus, feciſſe dicamur. Quid enim iam grauius illi uidebuntur ueſtro quidẽ iudicio feciſſe, ſi nos Athenarũ exitium non graue duxeritis. Atq; exiſtimo, Lacedæmonij, ut, ſi quis uos Marathoniũ prœlium, uel Salaminiã naualem Athenienſium pugnam iuberet imitari, eũ ſequi honeſtè non poſsetis, ita has iniurias omniũ decere minimè.

Quodſi

[b] deeſt ἐυδοκιμῶν uel tale quid.

[c] φημὶ pro φασὶ

Quòd ſi ne res quidē pulcerrimas aliũde uos petere potius oportet, quàm ipſos alijs exemplum præbere; certè qui res illorum peſſimas nobis commendare uellet, admodum deſipere iudicetur. Nam mihi quidem etiam acceſsio uidetur utrinq; fieri; ſiquidē & faciũt Lacedæmonij, nō Athenienſes, & patiuntur Athenienſes, nō Scionęi, quorum etiam plurimis eſt ignotum nomen. Quid quod hos etiam arbitror, ſi nobis fuiſsent potiti, nihil fuiſse deſideraturos maius, uerùm dignitatis & uirtutũ reuerētia heic cōſtituros. Nā & Pylios quomodo reueriti ſint quodam modo, non ignoramus. Ne igit̃, quantis de cauſis eos ulciſcamini, uerùm quos homines, & qui uiri; modumq́ue ultionis inſpicite. Nunc licet Æginetis agrum ſuum recuperare: uerùm ſi nos tum Athenienſes deleuerimus, tum urbem ſubruerimus, nullus nobis uel deſiderantib. relinquetur pœnitēdi locus. Quinimo hęc omnium minimè dixerim eos, qui Athenienſes accuſant, ſuadere poſſe. Etenim ſiue iuſtè facta ſunt, cur reprehēdũt? ſiue immoderatè, quis nobis tantam crudelitatē uitio non uerterit? Arbitror eñ uos, ſi ipſis peperceritis, re accuſationes eſſe confirmaturos, & quomodo cũ Græcis agendum ſit, oſtenſuros; ſin ſuſtuleritis, honeſtiſsimam ipſis defenſionem paraturos. Quemadmodum enim in rebus alijs uictores nomen conſequuntur, ita uos illorum temeritate ſuperata, uobis infamiam cōquiretis. Ita ſi eos perſequamini, abſoluitis à crimine: ſin recipiatis in gratiam, conuincitis. Iam nec hoc latere uos debet, quamuis nunc Græci nullum non ipſis optarēt peritam ſupplicium, tamē temporis progreſſu, ac re conſiderata, tum illorum uicē dolituros, tũ uos culpaturos eſſe. cumq; multæ contingãt rerũ mutationes, eę ſunt præuidendæ; quiq; illis Meliacas uel Scionæas obijciunt clades, eos etiam uobis Plataicas exprobare poſſe cogitandum. Atnec, quæ in bello perpetuò ſunt geſta, ea ſub finē, & cũ deſinendũ eſt, ęqualē merētur ueniam, neq; hęc magis quãplurima contingere, q̃ prorſus nunquã decet accidere. Quis enim Græcorum tandem relinquet, ſi propter priorum internecionem, poſteriores idem ſemper manebit ſupplicium? Quid quod in coronarijs uidetis certaminibus eos, qui nō iuſto modo decertant, nec ipſos laudari, nec ſi quis eos accuſet, eundē illi uſum concedi, uerũ obſeruatis legib. ſi poſſunt, uincere. At Gręcorum inter ipſos certamina non multum ab his differre, ac ſolã ob uictoriam ſuſcipi debere, internecione barbaris, quos natura hoſtes fecit, reſeruata; facilè aſſentietur, quiſquis non modò nomen, ſed etiam animum fert Græcum. Quinimo ſi uel pro inimiciſſimis eos haberemus, tamē non tam parum à nobis actum reor, ut maiore ſit opus ſupplicio, ſi quidem de Lacedæmonijs & apud Lacedæmonios agatur. Etenim donec triremes in Piræo plures trecentis uidebam, ac tantã pecuniã quotãnis eò deportari, ipſorumq; auiditatē ad paludem uſq; Mæotidē pertinere, ac partim uirib. partim cōſilio ſubiugare cuncta,

Neptuniq́ imperiũ ſibi uidicare, circũ Peloponneſum nauigare, Siciliã, Carthaginem, & oĩa appetere, nec uſq́ conſiſtere, quin oĩa ſuã in [d] poteſtatem redigerent; exiſtimabam equidem utriq́ rei locũ oportunum fore, metui & odio, atq́ eorum confidentiam eſſe coercendã, & res in integrum reſtituendas. At nunc quis uel metui eſt, uel inuidię locus? qua de cauſa cõtẽdimus? Nõ 'ne tot illorũ millia cõfecimus in Sicilia, quibuſuis uſi modis? ac nec equum, nec telum, nec nauem reliquimus, aut ullum calamitatis genus omiſimus? non 'ne ducentæ alteræ tenentur triremes? non 'ne tria hominum millia ſacrilegorum more perierunt? non 'ne reliqui quotidie fame intereunt, atque omnes uelut in rete ſunt cõcluſi? non 'ne magnus ille ſplendor inſtar ſomnij euanuit? Et nos his iraſcemur? certè non. Eſt enim ueſtri ingenij hominum, ut reſiſtentes armis cohibere, ita ſubiectos leniter tractare, & uſum uictoriæ honeſtum non minorem adferre, quã uictoriam, laudem credere. Atq́ etiam ſi nunc turpiſſimè cum Græcis egerunt, fuit, cum optimè, poſt nos quidem, ſe gererent: & ſi rem rectè putabitis, nequaq́ huius temporis crimina cum illius fortiter factis erunt comparanda, ſiue magnitudo ſpectetur, ſiue multitudo. Etenim nũc Scionen, Melum, Toronem, atq́ alias duas uel tres urbes diruerunt: tunc uerò cunctas Græciæ ciuitates unà cõſeruarunt, partim cum Datide ſoli, partim cũ Xerxe, & eius ducib. nobiſcũ prœliati. Ac nũc quidem Æginetas expulerunt, tum autem ſuam prodiderũt urbem, ne quid Græci paterentur grauius; cumq́ poſſent cum nauibus diſcedere uel etiam cum Rege ſe contra nos cõiungere, noluerũt. Sunt 'ne igitur, quæ uiros à uobis [e] deprecentur? Taceo iam priſcam frumenti cõmunicationem, & quæ fit etiam quotãnis, myſteriorũ; atq́ exulũ ſuſceptiones, & alia humanitatis infinita ſpecimina. Ac tales quidem erga Græciam uniuerſam extiterunt ij, qui nunc inuidioſi uidentur & graues; erga uos autem propriè quales? Non dicam Heraclidas in urbem receptos, atque Herculem & Dioſcuros primos de peregrinis initiatos: quanquam ſi uel abſque beneficijs uos per hos deos obſecrarent, pudorem uobis iure incuterent. Verum cum in bello contra Meſſenios geſto auxilium requireremus, qui 'nam fuerunt, qui Tyrtæũ miſerũt? qui 'nã, qui Cimonẽ poſt terræmotũ cũ quater mille militibus? An uerò hęc ab illis in nos, à nobis minora ſunt in illos collata? qui & Doribus ipſos infeſtantibus, ſoli non ceſſimus, & cum tyrannide premerent, ſoli ſuppetias tulimus. Iam ad Marathonem ſic [f] accurrimus, quaſi uere darij fuiſſemus. Num ergo uel eos, qui uobiſcum ueſtræ originis autores conſeruarunt, nunc per uos unà cum liberis & uxoribus perire, & qui pro Græcorum libertate urbem deſeruerunt ſuam, à uobis ea priuari ſit ęquum, uel uos, qui cum tyrannis bellum propter horum libertatem geſſiſtis, idq́ue ante ſuperiorum beneficiorum collationem, ijſdem nunc ſolidam inferre perniciem?

d deeſt δὲ ante ἑαυτῶν.

Plutar. Lyſandro.

e ἐξαιτῶντα pro ἐξαιτοῦντας.

f ἐπέχθημεν pro ἐπήχθημεν

perniciem? & cum ijs, qui tum erant Medum [g] ſecuti, ac decreto communi decima quæque urbs erat euertenda, ueniam conceſſeritis, idq́ꝫ ex Athenienſium ferè conſilio; qui uobiſcum ſe coniunxerũt, & cum quibus Græciæ ſeruatores in publicis Græcorum templis erant collocandi, eos hanc denique ſubire fortunam? Iam cum illi legatos à Barbaro de terra & aqua miſſos ita, quaſi Mineruam ſpoliarent, peremerint, atque hæ urbes duæ (ueſtram dico & illorum) ſolæ Græcam gentẽ ſuis decretis decorarint; an putatis arce templiſq́ꝫ euerſis, & urbe fundítus diruta, ac regione neſcio quibus conceſſa, nihil horum nec alijs dijs nec Mineruæ moleſtum fore, quæ ut urbis utriuſq́ꝫ originem, ita illius etiam nomen ſeruat. Nequaquam uerò, Lacedæmonij; neque barbaros imitemur, neq́ꝫ quam Græciæ columen urbem [h] canebamus, eam euertamus, aut alterum Græciæ excutiamus oculum: uerùm illius memores diei, quà, ne Græcos deſererent, à nobis exorati ſunt, ac tum regiá neglexerunt promiſſa, tum pericula terroreſq́ue contemſerunt, gratiam nunc opportunè referte, ac turpiſſimum fore iudicate, cum [i] priuatim crimina maiora uirtuti condonentur, ſi urbs tanta ius hoc obtinere non poſſet. Age uerò, quoniam nihil tale eſt, ut id nõ futurum iurare quis poſsit, ſi rurſum nos inuadat Barbarus, quandoquidem longo tempore nihil non fieri queat, & quàm ſit afflicta Græcia, ſcimus; quos quæſo aſciſcemus? ad quos potius mittemus? apud quos hortationes noſtræ loci plus habebunt? Quodſi mihi creditis, parcetis & Athenienſibus & uobis ipſi prius ac toti Græciæ, iſtoſq́ꝫ contentioſos meritò mitigabitis, atque urbibus ſingulis ſuggeretis, nullum uos periculum uel laborẽ ipſorum cauſa fugiſſe, quæq́ꝫ petebant, conſecutos eſſe, Corinthios Potidæam & colonias, Æginetas agrum ſuum, Megarenſes fori & portuum Atticorum uſum. Thebani quoq́ꝫ ſatisfactum ſibi, poſtquam Platæas pro libidine ſiti ſunt initio tractare, debent putare, neq́ꝫ hæc inſuper extorquere potius, quàm uobis cedere, & hanc ſi non Athenienſibus, uobis tamen gratiam dare, ne ipſorum cauſa peccetis, nec Deæ Græciſq́ꝫ ſacri reddamini. Eſſet enim hoc piaculum multo maius ijs, quæ uos unquam procuraſtis. Hoc deniq́ꝫ ſi addidero, finem faciam. Si paria uobis, Athenienſibus uictoribus, fuiſſent expectanda, ſic omnino, ſicut dixi, facere deceт; ſin minus, utroq́ꝫ illos, & armis & humanitate, ſuperemus.

[g] μηδίσαν pro μηδίσαν.

[h] ἤδομεν pro εἴδομεν.

[i] ἰδίᾳ pro εἰ δίκ.

ijs) de quibus Thucyd. a.

ORATIO LEVCTRICA *Prima.*

ARGVMENTVM LEVCTRICARVM QVINQVE.

Cum Thebani poſt Leuctricam uictoriam, iterum bellum contra Lacedæmonios ſuſciperent, ut eos propemodũ confectos, funditus deniq; delerẽt; legatos mittunt Athenas Lacedæmonij, ut auxilium impetrent, mittunt etiam eandem ob cauſam Thebani. Quapropter de Athenienſibus oratoribus quinq;, primus Lacedæmonios iuuandos docet, alter Thebanos, tertius rurſum Lacedæmonios, quartus iterum Thebanos, quintus poſtremò neutros. Hiſtoriam tradit Xenophon libro ſexto.

EQVIDEM hoc animo ſurrexi, Athenięſes, ut, niſi nimis ineptum foret, adhuc me deliberare, utris me adiungam, propemodum dixerim, ac ſi quis poſt me conſurgens, me fugiſſe ratione͂ uicerit, ac melius aliquid ipſe ſuaſerit, ei ſim primus cõceſſurus. uſq; eo nulla mihi cum alteris intercedit priſca beneuolentia. Quod autem effecit, ut & confidenter ſurgã, & ad alteros iam declinauerim, id poſtquã expoſuero, ſimul de [a] alteris quid ſentiam, declarabo, ſi prius utriuſq; ſummam in medio propoſuero. Ac uelim equidem uos tum Thebanis contra Lacedæmonios, tum Lacedæmonijs contra Thebanos uti, ac neutros feliciores, ꝙ ſit Vrbi utile, effici. Iam ſi pares eſſent utriq;, & idem agerent, nihil putarem habere re͂ negocij. cum autem Thebani tantopere propendeãt; ut illorum imbecillitate͂, ita horum metuo potentiã. Si porro alia ratione illa fulcienda, alia hęc eſſet deprimenda; primũ duplex haberemus opus, dein de ſuo quodq; tempore peragendum foret. cum autem utrunq; in idem tempus inciderit, occaſionis coniunctione utendum cenſuerim, & in hos tantum conferendum, quantum ab illis auferre præſtiterit. Etenim hoc exiſtimo, ſi fuerint illi à uobis exæquati, ſuas res eſſe curaturos; ſin alteri ſublati, nobiſcum iam uictorib. rem fore. Ex quo id efficitur, quod nõnulli putarent abſurdum; ſi quidem nos ab utriſq; remoueamus, cum alteris eſſe certaturos; ſin infirmiores iuuerimus, medium deinceps inter utroſq; locum obtenturos. Atq; eæ quidem rationes, quibus ductus cùm neutram partem fugio, tũ Lacedæmonios amplector, hæ ferè ſunt. ſed ueſtra fortaſſis ad humanitatem propenſio, quodq; miſerorum citius, ꝙ petunt, miſeremini, nõ ſinet hæc accuratè diſcuti. Nam & olim ſcio, cum pugnæ nũcius ueniſſet, quem ad uos coronatum Thebani miſerant, cum moleſtia uos & dolore eum audiuiſſe, & à gratulatione tantũ abfuiſſe, ut nec in Prytaneum uocare, nec alia humanitate ulla eum proſequi ſuſtinueritis. adeò uerum eſt uetus hoc dictum, urbis huius bonitatem omnes, quicunq;

[a] ἑκατέρων pro ποτέρων.

ſun

ſunt ærumnis obnoxij, per quam ſeruentur, ad felicitatem experiri. Sed[b] qui uobis ea, quæ Lacedæmonij in bello Decelico geſſerunt, uelit in memoriam reuocare, ex eo, quos habuerint ſocios, requiram. nec enim Samios, uerùm quibus uelut in fontibus opitulandum cenſebit. Quodſi tempori hæc & humanitati condonanda ſunt, utrorumq; ſimul debemus obliuiſci, nec in eos, qui & ab illis primùm fuerunt perſuaſi, & cum medio tempore rem uellent componere, ſunt prohibiti, iram reſeruare, qui autem perpetuò fuerunt ingrati, ab ijs accuſationem tollere. Sin utriq; ſunt culpandi (quod equidem nunquam per deos, niſi quis me induxerit, cenſuerim) quid ea criminamur, à quibus alteri ſeparari nequeunt? Etenim ſi quis rem penitius introſpiciat, in omnibus illi rebus peſſimis horum ſocij fuerunt. Veruntamen ſi nonnulla, relictis quæ fuerunt in bello cõmunia, ſunt ſeligenda; quid utriq; poſtea fecerint & moliti ſint, conſideremus. ac Thebani quidem, ut Vrbem euerterent & mantiparent, nec uſquã quiſquam reſtaret, quod maledictum non audeo proloqui. At hæc ne Perſa quidem de nobis primùm decreuerat, ſed illud, ſi nos haberet morigeros, exiſtimabat ſufficere. Lacedæmonij autem ea propoſuerunt, quæ nunc à uobis conſequi cupiunt, ut ſuam incolant regionem, nec grauius quicquam patiantur. Quid quod illud apud me cõſidero; ſi tum Lacedæmonijs idẽ, quod Thebanis, uiſum fuiſſet, atq; hoc eſſent aggreſſi facinus, nec deorum aliquis rem tãtam auertiſſet, fuiſſe nunc Thebanos, quos contra hos implorarent, quæ ſituros. Iã, ut hoc etiam ſine cõtentione dicã, Lacedæmonij ueniã quoq; mereri tum eorũ, quæ in bello, tum ſi quid poſtea peccarunt, uidẽtur, ſi quis rectè conſideret. quid ita? quoniam qui de imperio atq; principatu cõtendunt, ijs ipſa belli ſpecies, ſi quid fortè fecerint amplius, ueniam impetrat. qui autem non honoris, ſed temeritatis & auaritiæ cauſa aliquos impugnant, quod faciebant tum Thebani, ij omnium in ſe indignationem meritò conuerterent, quandoquidem iniuriam ſine cauſa inferunt, & malo ſunt ingenio præditi. Quodſi quis horum examinationem prætermiſſe, præſentis autem belli cauſam cenſet acriter inueſtigandam, is iniuſtos, ni fallor, Lacedæmonios, adiuuandos autem Thebanos iudicat. Ego uerò Phœbidam hæc feciſſe, nec cõmuni conſenſu motum, ſed ex ipſorum Thebanorum conſilio, qui nouis rebus ſtuderent, ingreſſum occupaſſe Cadmeam, nec admodum credo, neq; dixerim. potuiſſent enim domeſtici, poſtquam hæc audiuerant, eum reuocare, multare, eijcere, indignationem oſtendere; quod nequaq̃ fecerũt. Veruntamen ſi Thebanos ſuppliciũ ſumere prohiberemus, non rectè, nec noſtro more faceremus. quoniã hoc ſumto, tendunt ulterius, non exiſtimo rẽ iniuſtiſsimã, Peloponneſi & reliquæ Græciæ ſeruitutem (hoc enim ſibi uult Lacedæmoniorum euerſio) iuſtitiæ prætextu cõcedi ipſis oportere. Etenim ſi ante bellũ

b πάντῃ pro πάνυ. Thucyd.7 Quibus) Thebanis.

utriq; per legationem à nobis auxilium, ut nunc, petijſſent, equidem à Thebanis abſq; mora ulla ſtetiſſem. cur hoc? quia Lacedæmonios id uelle ſuſpicatus eſſem, ut Thebanos unà cum ipſis in ſeruitutem redigeremus, Thebanos autem, ut pœnas [c] de Lacedæmonijs ſumerent. hoc autem nobis illo longè fuiſſe honeſtius exiſtimaſſem. Poſtquam autem eo tempore legationem miſerunt, quo principatum, quem quærunt, habent, iuſtam adiuuādi rationem non uideo. Quinimo (nec hoc quiſquam ægrè ferat) etiamſi legationis initio Thebanis fauiſſem, ſi poſt pugnam iterum, ut nunc, utrique legatos mitterent, audacter equidem mutandam cenſerem ſententiam. Nam dum bellum gerebatur, iniuriam paſſis ſubueniendum; poſtq; id, quāobrem eos iuuiſſemus, peractum fuerat, uel ceſſare ipſos, uel, ſi plus appeterent, à nobis denuo debere cohiberi putarem; & quo [d] alacrius ipſis antea ſuppetias tuliſſemus, eo magis nunc reſiſtendum dixerim. Etenim poſtquam ius ſuum conſecuti, reliqua non deſinunt affectare, ipſi per iuſtitiam in ſe Lacedæmoniorum culpam recipiūt, & in ipſos belli prætextus, propter quem hi tum fuerant oppugnandi, tranſijt. Neq; enim tam iniuriam referunt, quàm ſucceſſus ſuos augere conantur. Itaq; quod habebant ius, id, quatenus auxilium accepiſſent, perijt: quod autem nunc poſtulant, iniuſtum eſſe deprehenditur. Quocirca iure poſſunt à nobis prohiberi. Præterea ſit iniquum, qui tum noluiſſemus Thebanos cum Lacedæmoniis in ſeruitutem redigere, nunc Lacedæmonios tollere cum illis ſuſtinere. Præſtat enim longè, Iupiter atq; dij, Thebanos propter nos deſiſtere, quàm nos talis facti propter illos participes eſſe. Poſſunt enim, poſſunt etiam ij, qui ſe ulciſcuntur, modum egredi: ac ſi quis in ultione peragenda uſq; ad iniuriam procedat, ſecundus fit autor. Eſt autem tale, quod dico. Inuaſerunt Lacedæmonij Thebanos: rectè. itaque pœnas etiam Thebanis Lacedæmonij dederunt. atq; hunc habet finem accuſatio. Sin aliquid à Thebanis fiat præterea, id iniuriæ ſecundæ, ut ita dicam, initium & conuerſionem continet. Hoc autem non in [e] ciuitatibus tantùm ita ſe habet, uerùm & priuatorum res omnes hac lege cenſentur. Si quis propter crimen aliquod punitus eſt, hæc fuit, ut ita loquar, ſolutio flagitij. Sin poſt ſupplicium agat etiam rapiatq; miſerum, ipſum iam leges puniri iubent: nec iniuria. Eſt enim hoc natura conſtitutum, ut habeant aliquid nocentes, ultra quod ira læſi non procedat. Alioqui ſi cum Thebanis nos coniungamus, & rurſum uincantur Lacedæmonii; quid uetabit, obſecro, Thebanos aliud iterum ſupplicium, quod ſumant, quærere, atq; id in infinitum propter primum crimen progredi. Sed quid hæc opus eſt accuratè perpēdere? Vt enim grauiſſima quæq; & omni ultione maiora cōmiſerint Lacedæmonii, tempora eos, Athenienſes, deprecantur, & quòd non decet uos eorum

c παρὰ pro ἀεὶ

d προθυμότερον pro πρότερον θυμότερον.

e πόλεων pro πολέμων.

inſultare

inſultare miſerijs. Nam quorum plures quã mille perierunt, ſocij defecerunt, armis templa Thebana ſunt exornata, ſpes omnis eſt in uobis ſolis repoſita; eos quomodo poſſitis occidere, nec eorum reliquias conſeruare? Etenim ſi uel proprio bello ſic eos affeciſſetis, meritò heic finem facturi uideremini. ut autem cum Thebanis hoſtes funditùs perimatis, id uel nomine tenus auerſandum puto. Proinde uel pacem ſub Antalcida factam, uel aliud quiduis proferat quilibet. Nam pacem quidem maximè cupiant hoc tempore Lacedæmonij ſibi exprobrari. nam quo magis illam reprehenderitis, hoc alacrius iam uobis ipſi ſunt ſeruandi. Iubet enim illa Regem cum Græcis Aſiaticis, quicquid uelit, facere. id autem qui ferunt ægrè, non poſſunt hanc miſerorum legationem contemnere. Etenim nec eadem omnino diligentia Lacedæmonios atq; Athenienſes Græcis debere conſulere quiſquam dixerit, qui uel ad ipſa fœdera cum Rege facta reſpiciat, quorum illa Græcos maritimos prodiderunt, noſtra Regem à mari cohibent; neq; ſimile eſt, neceſsitate pacisq; cupiditate ductos hæc concedere, atque in pace belli cupiditate uolentes iure ſuo cedere. Iam cum graue ſit atq; indignum, Regi in ſuos poteſtatem liberam concedere, nos ipſos, credo, Græcos Europæos cum Thebanis conficere, multo ſit indignius. Nam ſi Lacedæmonijs, quòd bello preſsi Regem permiſerint de ſuis Græcis, quod uellet, ſtatuere, crimini & probro datur; quis nos ferat, Athenienſes & conſilij compotes, Europæos Thebanorum crudelitati obijcere, idq́ue Lacedæmonios, quos ſi nihil aliud, dignitas tamen, qua floruerunt quondam, deprecaretur. Accident iam fortaſſe multis uerbis Thebanorum patroni, ſæpius uos eorum ſocietatem eſſe amplexos, & expeditionis in Haliartum, atque ad Coroneam pugnæ uos *Xenoph. 5. et 4.* commonefacient. itaq; uos abſurdè facere, ſi amicos, qui tum inimici, & hoſtes, qui tum ſocij fuerant, ſimul reddatis. Verùm ego hæc adeò non puto Lacedæmonijs aduerſari, ut etiamſi[f] neminem pro Thebanis eſſe dicturum crederẽ, ijſdem tamen exemplis in horum cauſa uterer. Etenim quis neſcit, Thebanos quoq; tum à nobis in amicitiam & ſocietatem receptos fuiſſe, cum hoſtes & inimici ſemper antea fuiſſent, nec eam ſimultatem quicquam obſtitiſſe, quo minus illorum partibus faueremus, quando eadem uidebantur iura prætendere. Itaq; non uetare ſocietatem illam, ne Lacedæmonios nunc tueamur, ex his efficitur. quod autem etiam propter hanc ipſam Lacedæmonios neceſſe habemus iuuare, Athenienſes, & qui ſtudij eius, q̃ tũ erga Thebanos fuimus, maximè ſunt memores, ii minimè poſſunt omnium nõ locum mutare, id etiam manifeſtius oſtendã. Si quis em̃ ex uobis quærat, quanta pecunia ſocietatem à uobis Thebani redemerint; bona uerba, dixeritis; à nobis Thebani? qua re? qui autem alii? Cur igitur eos aſciuiſtis, cũ olim amici nõ fuerint? Heic nullã poſſetis

f μηδέν' ἐρεῖν pro μηδὲν ἐρεῖν.

Alij) hoc unquã fecerũt, ſubaudi

cauſam dicere, niſi periculum, & neceſſitatem, quodq́ꝫ, ſi fuiſſent à nobis neglecti, mox erant in Lacedæmoniorum poteſtate futuri. Quapropter etiamſi uobis priuata cum illis intercederet familiaritas, ne ſic quidem, ſi nolletis omnium rerum atq́ꝫ peccatorũ participes eſſe, meritò uos quiſquam reprehenderet, niſi quòd ſententiam fortaſſe mutare uideremini, nec iniuria, plus honori ueſtro, q̃ꝫ illorum tribuẽtes gratiæ. Cum aũt ea, quam dixi, extet cauſa, propter quã tũ quoq́ꝫ ab illis ſtetiſtis; quòd iam[g] non iuuabitis, inconſtantiæ, quòd alios illorum loco aſciſcetis, cõſtantiæ famam uobis conciliabitis, quandoquidem utriq́ꝫ in alterorũ locum ſucceſſerũt. Quodſi quis Vrbi metuit, ne ſtupiditatis opinionẽ conſequatẽ, primũ ſerò metuit. cur enim olim tẽpore Thebanorũ nõ metuebat? deinde crimẽ hoc remoueat, atq́ꝫ illud faciat, ut fruſtra metuere, & inopportunam grauitatẽ ſectari deſinat: niſi fortè gubernatores etiã ſecum pugnare dicet, ac reprehendet, quòd non ſemper recta, nec ut cœperant, nauigent, uerùm in utranq́ꝫ, atq́ꝫ adeò contrariam partem ferantur. Quid ais? neceſſitati ſeruio. eandem rem ago. cum uẽto ſemper feror, eademq́ꝫ arte & conſilio utor, ſiue hinc illuc, ſiue contrà ferar. Hoc, opinor, diceret gubernator, atq́ꝫ ego nunc idem [h] pro Vrbe dicam. Vt autem intelligatis, me ſimpliciter omnia conſiderare, nec ulli contentioni ſtudere, maius dicam aliquid. Si priorem ſocietatem, ut æquum eſt, uehementer memoria tenemus, nec libenter locum mutamus; neq́ꝫ cum Thebanis pugnemus, neq́ꝫ tamen Lacedæmonios negligamus (nec ænigma loquor) ſed mittamus ad Thebanos, qui iubeant eos à Lacedæmonijs abſtinere. Quòd ſi his obtemperauerint, nec illis quicquã iniquum feceritis, nec hi propterea ſubuertentur, uerùm & illi manebunt æquè amici, & hi uobis ad illos accedent; ac gratias uobis agẽt utriq́ꝫ, illi, quòd à moleſtijs liberati, hi, quòd à uobis ſeruati fuerint. Quid quòd & olim audio ante res Perſicas hos ipſos Thebanos, cum iam prœlium inſtaret, nobiſcum compoſuiſſe, Corinthijs intercedentibus. Nunc autem iuſtius etiam nobis paruerint, cum nos ad Lacedæmoniorum legationem uident eam ſui curam gerere, ut ab ijs, ne quod ipſis damnum dare cogamur, petamus, & uerbis hortemur, non, ut poteramus, armis cogamus. Quocirca ſi obtemperauerint, ut dicebam, optimè erit. Sin ea neglexerint, non iam nos culpabunt. Vt enim nos & ſocietatis memores, & retinẽdæ cupidi fuiſſe, ita illi hæc neglexiſſe, nec multum curare, ſi ſe prioribus ſocijs opponant, deprehendentur. Ne igitur, quæ Thebanis erant dicenda, ea uobis ab oratoribus dici permittite, neq́ꝫ, ſi quis contra ueſtrum officium uobis quid ſuadeat, obtemperate. Cum enim nos etiam Thebanos, non modò noſipſos, uelimus, ſi fieri poſsit, à contentione dehortari; abſurdum foret, ſi, Thebanis nos uel inuitos impellentibus, ad quietem uos adhortaremur, & amplectendam Thebanorũ, qui

[g] δὲ τὸ μὴ post νῦν.

[h] ὑπὲρ τῆς πόλ.

qui recuſant arma deponere, ſocietatem. Age uerò per Iouē, ſi Thebani, cum primùm ad nos uenerunt, hoc dixiſſent, niſi Lacedæmonios prorſus delere, & Græciam ſubiugare ſibi permiſiſſetis, ſi periculum imminens à ſe repuliſſent, ſe pro hoſtibus uos habituros eſſe; num quiſquā peiores ullos homines, aut exitio digniores eſſe credidiſſet? Ne igitur ea, quæ tum hac lege nō impetraſſent, nunc eodem prætextu concedamus, ſed contrà fieri prohibeamus; niſi forte illa quoq; ipſa hac de cauſa facta uideri debet. Quinimo nec Thebanos tam ſtupidos ac nequam fore, quamuis Thebani ſint, arbitror, ut maiorem iam nobis culpam tribuant, ſi Lacedæmonios tollere prohibeantur, ꝙ de ſalute per nos olim parta gratiam habeant. Libenter aūt ex ijs, qui pro Thebanis dicunt, quæſierim, utrum eos ſocios eſſe, an fuiſſe dicant. Nā ſi ſunt, cur uolunt fieri? ſi fuerunt, lōge ante ipſos Lacedæmonij fuerūt. Neq; rectè ſe fuiſſe dicent, & iterum, quaſi ſubſiſtat etiam ſocietas, ſolui eam uetabunt. Quod autem ei renunciaueritis, non ignorat uictoriæ nuncius, quem poſt prœliū ad uos miſſum nō multo maiore cum honore, ꝙ qui olim à Perſa uenerant, excepiſtis. Etenim qui lacrymis etiam Lacedæmonios proſecuti ſunt, eos, quāuis meminerim, non nominabo. Quid ergo cauſæ eſt? An ita inuidi atq; maligni eſtis uos, & omnem ſuperaſtis malitiam & nequitiam, ut amicorum inuideatis felicitati? nequaquā. ridiculum hoc dictū foret. Quid ergo? Eſt quiddam huic urbi innatum, quod iampridem apud omnes eſt gratioſum, & nec ad Megarenſes hos finitimos, nec ad alteros Græcorum principes, hos miſeros Lacedæmonios, tranſijt, uerū heic & ortum eſt & adoleuit. Quid hoc eſt igitur? In infirmos propenſio, & infelicium non uana miſericordia, ſed quæ ad ſalutem ſufficiat. Hoc nec iniuriarum patitur eſſe memorem ciuitatem, nec infelicem quenquam examinare, quin mox, atq; alicuius calamitatem cognouerit, iniuriarum acceptarum obliuiſcatur. Quapropter etiam cunctis quaſi pro nota ſufficit apud illam ipſa miſeriæ forma. Itaq; tum Thebanos recepit, tum Lacedæmonios eſt, ſimulatq; eorum ſub Heraclidis ærumnam cognouit, miſerata. Iam de beneficijs, quæ quis à Thebanis in nos fuiſſe collata dixerit, partim cum Piræum unà cum Lacedæmonijs non oppugnarunt, partim cum Thraſybulum, ducem bonum, exulem tempore Trigintauirum receperunt, nihil equidem dicam ſecus, ne inſanire uidear: uerum tamē quēdam hoc audiui dicere, eos hac de cauſa non tam laudandos, quàm reprehendendos, atq; adeò odio habendos eſſe propter eam, de qua id fecerunt, cauſam. Aiebat enim illos, cum non potuiſſent urbem noſtram euertere, indignatos fuiſſe. Sed ego hæc ijs, qui talia libenter dicunt, permitto: uerùm ipſe quid aio? Si in aliquo uerſarentur Thebani diſcrimine, meritò quis hæc nobis ſuggereret, nec uellet nos exercitum pariter contra ipſos ducere, quemadmodum

Ipſa) ſocietas.

nec illi olim cum iiſdem Lacedæmoniis contra nos, cum periclitabamur, duxiſſent. Cum autem ſalus agatur Lacedæmoniorũ, cur quis nos alienis iſtis ſeducat? Etenim tanto magis non ſunt hi nobis contemnendi, quanto turpius foret, cum Thebani non rogati noſtræ miſeriæ opem ferre dignati ſint, ſi nos Athenienſes Lacedæmoniorũ inſultaremus ærumnis, qui ſe per legationem nihil abſq; nobis poſſe ſint confeſsi. Quin nec hoc fugiam dicere, niſi multo ac prorſus maiores à nobis Thebani gratias horum beneficiorum receperunt, omnia nos ipſis debere. An uerò cuiquam per deos æquale uel ſimile uideatur, non ſequi inuadentes Lacedæmonios, & ſe ſolos Lacedæmoniis pro illis opponere? aut, quod eſt omnium commune, exules recipere, & ne illi exulent aut uaſtentur, curare? Hæc igitur Thebanis nos pro illis præſtitimus, & Lyſandrum occidimus, ac trophæũ ereximus, & hoſtibus uacuam reddidimus Bœotiã. Num igitur eadem menſura beneficium receperunt, aut uel ipſi, ſi rem ipſorum arbitrio permiſiſſemus, maius aliquid potuiſſent poſtulare? Quocirca mirari ſubit, cur Thebanorum memoremus humanitatem, Lacedæmoniorum ſtudium nullo habeamus loco, quo niſi tum illi fuiſſent erga nos non exiguo, hæc poſteriora Thebanorum beneficia locum non habuiſſent. Hactenus enim ab hoc uno Thebana uincuntur omnia, quatenus nec Thebani nec alii ulli iuuare nos, ſi funditus periiſſemus, potuerant, & ut maius infortunium non pati, ſi contraria fuiſſet Lacedæmoniorum ſententia, ita maiora, quàm pòſt à Thebanis, accipere beneficia multis modis potuiſſemus. Nam ad hæc uel alia fuiſſet ſine illis inuenta ratio; ne autem illa pateremur, omnino Lacedæmoniis erat opus propter eam, qua tum pollebant, fortunam, quæ utinam nunq; illis obtigiſſet. Ea etenim & noſtram [i] urbem florentem peſſundedit, & illos ipſos in has [k] deduxit miſerias. Neq; eſt, quòd hæc me quiſquam ita credat dicere, quaſi per Lacedæmonios ſitis ſeruati. abſit, ut unquam ſint tam felices. uerùm ut urbem noſtram, Athenienſes, deorum ſeruat iuſta prouidentia, & primigenia bona fortuna, ita, quantum ferunt hominum uires, Lacedæmonii quondam nos & Phocenſes iuuerunt, & neſcio quis alius, niſi quod plurimum Lacedæmonii, quandoquidem concilii principes erant. Exiſtant ergo iam cogitatione ueſtra illa tẽpora, in quibus tum nos eramus, & quam de nobis in tanto periculo & negocio ſententiam Lacedæmonios ferre uoluiſſemus, eam poſtquam cõſecuti ſumus, parem reddamus. Supplices quidẽ nobis redditi ſunt, qui [l] de nobis olim cenſuerunt, & Græcos coegerũt, ac mare terramq; poſſederunt; nec iniquè petunt, ut ipſi quoq; noſtram experiantur bonitatem, nec Thebanorum tantum aut aliorum Græcorum, uerũ ipſorum quoq; ſeruatores ſitis. Quod ſi quos tum ſuffragio iuuerunt, ab iis iam uolunt armis ſeruari, id uel maximè decet amplecti. Nam ut æquitatis ratio

[i] πόλιν pro πόλεις.
[k] ἦγε pro ἦρχε
[l] οἳ pro περὶ

ratio eodem ſe habet modò, ita benefacti modus præſtantior ueſtræ dabit magnanimitatis indicium. Nam aliæ quidem gratiæ ratione primorum autorum præſtant; quam autem nunc Lacedęmonijs uos referetis, ad uos tota pertinebit. Etenim cum ſuffragio ſeruati, bello rurſum & armis ſeruabitis, id uerò gloriam pariet, & Athenienſes ab aliorum excipiet hominum numero. Quodſi uobis quoque nunc eadem eſſet de ipſis ferenda ſententia, non equidem uobis gratularer, quòd eos ſeruaretis, ſed illorum hoc factum eſſe cenſerem. Quid quod in Thebanis ſeruandis par pari retuliſtis, quanquam tum nec triremibus abundabatis, nec qui mœnia inſtauraret, habebatis, uerùm incuſtodita nudaqúe propemodum urbs erat. At nunc uidetis tot in Piræo tantaſqúe naues; uidetis hæc mœnia; uidetis reliquum apparatum omnem, quem ſolet bellum requirere. Tántæ porro ſunt uires ueſtræ, ut ad eos faceantur utrique, quibus uos faueretis, inclinaturam uictoriam. Quinimo nec hoc negligenter, aut ſine cauſa conſiderandum puto, ſi Lacedæmonios Thebani per occaſionem non perimant, ſed æquo atque moderato tractent animo, fore, ut in ueſtram exiſtimationem ſuccedant Thebani, quo quid euenire poſſit turpius? ſin eos funditus tollant, non leuem accepturam ex interitu Lacedæmoniorum cladem Gręciam, atque huc id acceſſurum, ut nos eius rei uideamur autores eſſe, quod etiam, ſi dicere licet, multo priore maius eſt. Iam eos, cum Thebani ſint, illis uel tantillum, ſi ferat occaſio, parſuros eſſe, nullam ſpem habeo. Nam cum de ijs, quæ de nobis ſtatuerunt, ac de præclaro illo ſuffragio cogito, quaqúe de cauſa primùm ab illis deſecerint; iampridem Lacedæmonios, ſi in hoc inciderint periculum, deplorandos arbitror [m] fuiſſe. quis enim credat eos, qui de bello, quod gerebāt alij, tale ſuffragium tulerint, illud, quod ſuis gerent auſpicijs, leuiter ac moderatè, ſi poſſint, confecturos eſſe, qui Lacedæmonios tum propter ipſos, tū propter nos, quibus illi tum pepercerunt, exoſi ſint. Nec enim nobis magis tunc propter illos, quàm illis nunc & propter ipſos & propter nos ſunt inſenſi. Iam nō rectè Lacedæmonios formidare poſſe uidemini, ne ſeruati negocium uobis faceſſant. Vt enim maxima quæque demus eos eſſe ſperaturos, nihil tamē noſtro maius imperio uel affectare uel optare poſsint. At hoc ſibi olim nequaquam profuiſſe meminerunt, & quāta, cum terra mariq́ cœpiſſent imperare, circumuallarint ipſos mala, cum Corinthum, in Bœotiam, rurſum Argos, ac ſurſum deorſum Græciam miſerrimè percurrerent, donec ad regem Perſarum turpiſſimè confugerunt, ac deniq́ prœlio ſunt uno proſtrati. Quibus igitur uoti ſucceſſus deprehenditur eſſe damnoſus, & id, cuius cauſa bellum eſſet ſuſcipiendum, detrimentoſum ac periculoſum, qua tandem re freti tantam aggrediantur temeritatem; aut cur prœlium gerant, quod ante uictoriam ſit inutile? Qua uerò ſpe rur-

m δεῖν pro δεῖ.

ſumi conātur ciuitates acquirere, quas, cum ſe dedidiſſent, retinere nō potuerunt. Necꝗ currum quiſquam, arbitror, uiſo præcipitio cōſcenderit, qui ſe diffidat in eo perdurare poſſe, necꝗ res tātas aggrediatur, quibus ſine ſummo periculo nequeat excidere. Etenim qui maiorem uiribus molem attollit, eam quamuis ad tempus aliquod fert, paulo pòſt tamen opprimitur facilè. Lacedæmonij uerò nec illud ignorāt, quanto cum apparatu, quantis copijs, quibus ſocijs, quanta dignitate præditi prius bellum geſſerint. Xenoph. β. Hoc quoque illos non latet, niſi ſe ipſam Vrbs partim interiecto bello Siculo, partim nauib. ad Ægo potamos perducum incuriam amiſſis læſiſſet, ne omnib. quidem ſocijs adhibitis eos quicꝗ effecturos fuiſſe, ſed uel defatigatos à nobis pacē petituros, uel tandē uictos, fuiſſe parituros. At nūc qua re tandē freti tantam rem incipiant? quo imperio? quibus uiribus? quibus reditibus? quibus belli ſuppetijs? nihil apparet. Nolite uerò facere, Athenienſes, ut ſupplices metuere uideamur. Nam turpe ſit, ſi quis uel audiat, ab ⁿ Athenienſibus eos, qui ſalutem quærunt, metui. Quin potius nec apud hos ipſos, nec apud aliū Græcorum quēmꝗ uideamur eius ſuſpicionis uel tantillum præ nobis ferre. Quid autem? qui Thebanis nō poſſunt abſꝗ nobis reſiſtere, cuius rei fiducia nos inuadāt? qua uerò ſpe? ut nos euertant? id, cum poſſent, non fecerunt. quia nō rectè nobis pepercerunt? hanc ſuæ ſalutis eſſe cauſam cognoſcent. ut igitur ſibi temerè negocium exhibeant? non ita ſunt inſani. Quid igitur eos mouebit? nec enim odium, credo, quærent. equidē nullam poſſum rationē diſpicere. Nam & hoc ſatis abſurdū eſt, eos exiſtimare, qui fuerint à nobis ſeruati, quibusꝗ maiora non ſperauerant, conſecuti, ſecus aliquid de nobis, etiamſi regium nacti ſint imperium atꝗ robur, uelle ſtatuere. Deinde ſi eos, de quibus benè meremur, metuemus; quibus confidere debeamus, nō uideo. Quocirca, cum duplex ſit omnis ſecuritas, in Lacedæmonios quidem ambæ cadūt. nam nec malè quicꝗ̄ poſſunt nobis facere, nec his de cauſis, ut apparet, uolent. A Thebanis uerò num æquè, ſi Lacedæmonios ceperint, erimus tuti, atꝗ ab his, id ſi nō contigerit? Quis aūt ignorat, bellū, ſi perierint Lacedæmonij, deinceps huc traductum iri, & nobiſcum iam Thebanis rem fore? Nec enim illud ueſtrum quiſquam dubitat, quin aliud nihil illi iam quærant, ꝗ ut eum locum, quem nos, & poſt nos Lacedæmonij tenuerunt, occupēt. necꝗ tam ſtupidi ſumus, ut noſtræ rei, ꝗ ſuæ, ſtudioſiores eſſe putemus Thebanos, aut adeò ſupinos & ignauos fore, ut Lacedæmonijs ſublatis, & media rerum parte cōfecta, reliquam ſponte ualere iubeant. nunquam hoc fiet. Quid quod mihi iamdudum neſcio quis iuratus dixit, eos iam & triremes fabricare, & mare ingredi conſtituiſſe. nullum enim fore terrenarum uictoriarū uſum dixiſſe Epaminondam, niſi mare quoꝗ ſubegerint. Atꝗ his quidem credere licet, uel nō credere. ueruntamen illud etiā ego certò noui,

ⁿ ἀθηναίων pro ἀθηνῶν

noui, nec uos ignoratis, Thebanos deuictis Lacedæmonijs ad nos ſe conuerſuros eſſe. Id ſi fiet, uel cum ſocijs, uel ſoli periclitabimur. Ac ſolos quidem relinqui quale ſit putandum, non eſt, cur uos doceam. ſin habebimus ſocios; qui nunc adſunt, præſtant iis, quos tum fortè quis reperiat. Quid quod eſt diſſimilis ratio. Tunc enim illi nos iuuare, quicunq; tandem illi fuerint, nunc his nos ſalutē uidebimur adferre. Iam de utriſq; hoc aio: ſi hos aſſumatis, non perdituros uos eos, qui tum ſint uenturi, quandoquidem utroſq; licet habere; quibus autem tum ſitis uſuri, iis hos, qui nunc neglecti fuerint, acceſſuros non eſſe. Atque neminem, qui uobis tum libenter ſit opem laturus, uideo. Etenim cum uos Lacedęmonios deſerueritis, idem uiciſſim uobis ut ab aliis fiat, expectabitis. neq; tamen eorum quenquam poteritis reprehendere. Cum enim, quo contemtu hos reiicitis, eandem ab aliis paſſi fueritis repulſam, pudor uobis erit reliquus. Quanto igitur ſatius eſt, ut cum firmis ac manifeſtis ſociis bellum ſuſcipiatis, & ueſtris rebus compoſitis aliorum uideamini ſalutem curare, quàm ut illos, quantum dixi, creſcere ſinatis, &, cum his gratificari dubitetis, alios poſtea, qui uobis hoc præſtent, ſi qui fortè reperiantur, quæratis. Atque id quidem ne noſtra nos, ſi cum Lacedæmoniis nos coniunxerimus, ſpes fallat, ipſis debere curę eſſe arbitror. Etenim ne peſſimi omnium uideantur, & omnes in ſe concitent (quod quidem futurum ſit, ſi quid in benè meritos moliri cœperint) ipſorum, non noſtra intereſt. Quocirca ut mox errauerim, atq; aliquid aliquando tentauerint, ſibi uidebuntur ipſis, non nobis, malè cōſuluiſſe. Sed ne fortiores reddantur Thebani, nos oportet ipſos prouidere, quandoquidem hoc noſtra iam, non illorum intereſt. Quid quod ne tum quidem, cum ſocios aſciuerimus Thebanos, firmum fore pactum uideo. Etenim cum animaduerto, quanta olim beneuolentia Lacedæmonios proſecuti, quid nunc moliantur; miror, ſi noſtri auxilii tandem uel memores erunt. Nam cuius trophæi, cuius expeditionis cuius conuentus, cuius deniq; rei prius non participes fuerunt Lacedæmoniis Thebani? quid pluris, quā illos, faciebant? niſi quis fortè ſacra dicat. Et cum in damno ponant, niſi funditùs eos perdiderint, ac proptcrea nos, q primùm hoſtes eramus, aduocarint; à nobis, temporarijs & factitijs amicis abſtinebunt? Iam non perinde eſt, à Lacedæmonijs, an à Thebanis decipiamur. nam nec ſocietatis eſt eadem ratio. Etenim Lacedęmoniis ſeruatis, generoſi eſſe & humani cēſebimini; Thebanis aſcitis, ad lucrum eſſe partiarii, & Græciæ imperium ſimul occupare uelle. Deinde in proborum ſocietate pudor fallentes, improborum etiam falſos manet. Qui autem ſpe lucri ſe iniquum præbet, duplex recipit, ſi res malé euenit, probrum. Hæc uos procul cogitantes fraudem decet ac metum cauere, nec tum de his, cum nō licebit, conſultare, neq; diligēter ea uelle cognoſcere, uerùm præuidere, dum licet, & Lacedæ-

monios quaſi obiices conſeruare, Regis exemplo, qui nos extremo bello ad inæqualitatem reducebat, auxilio ſuo ſemper inferioribus præſtito. Sciebat enim, credo, ſatius eſſe cum alteris fortiores per occaſionem ſemper affligere, quàm cum uictoribus de rerum ſumma decertare. Et ea quidem, quæ dicerent ii, qui neutros iuuandos cenſent, Thebanorum patronis opponantur; quę autem hi perperam dicunt, rurſum illis aduerſentur. Vt enim moleſtia debet Vrbs ac tumultu carere, nec hoc ego negarim; ita nunquā id fiet, ſi Thebanos iuueritis, quod ſi nolumus, erunt hi, contra quos occupentur, inæquales reddē di. Nā ſi nec Thebanos iuuabimus, & hos deſeremus, nihil faciemus compendii. Quinimo uel Thebanis fortè præſtaret, quā neutris, opē ferre. Etenim ſi pro ſociis & amicis integris ſunt habendi, nihil, quod eò pertineat, omittamus. Sin hoc nolumus, moneo, ne ſimul & illos felices, & hos reddamus hoſtes; uerùm poſteaquam iniuriæ Thebanorum participes non ſumus, hoc etiam addamus, ut eoſdem compeſcamus. alioqui nec hi noſtrę bonitatis, nec nos illorum felicitatis fructum capiemus ullum; & cùm hos neglexiſſe, tum de illis præter morem noſtrum ſtatuiſſe uidebimur; ac Thebanos pręmia, nos pudor manebit, qui ſi omnino ſubeundus eſt, præſtat non uacuum ſed lucri ſpe, cum ſit idem, ſuſcipere. Ignauum præterea fortaſſis uidebitur, ſi tantis rebus Vrbs abſtineat, & inſtar Seriphi, uel alterius alicuius, quæ ſuam ſalutem magni faciat, de medio recedat. Eſt enim, Athenienſes, prudens & glorioſum, generoſiorem atque meliorem deligere partem: recedere, & negocia prorſus fugere, ſocordiæ præbet & ignauiæ, non ſapientiæ nec grauitatis ullius indicium. An uerò uel Æginetas hos atque Megarenſes diffiditis id ſtatuere poſſe, ut nec alios infeſtent, nec ſibi negocium creent? Sed hoc uos cogitare trophæa non ſinunt, nec res maiorum geſtæ, neque quas illi triremes Ionibus poſtulantibus miſerunt, quæ multas atque præclaras terra marique retulerunt uictorias, ex quibus urbs noſtra tanto ſeipſam, quanto prius alias, ſuperauit interuallo. Illud etiam eſt quærendum denique, cum utris magis uos ſoliti ſitis in prœlio coniungere, Thebanis dico, an Lacedæmoniis. Reſpicite igitur ad hæc maiorum trophæa, ad naualia prœlia, Artemiſiacum & Salaminium, ad pugnam Plataicā, ad elogium tropheī Marathonii. Cum autem ad ea reſpicere uos iubeo, ad hanc arcem iubeo, ac Parthenonem: & cum quibus hæc parauimus ſpolia, non poſſumus honeſtè nunc deſerere, neque cum illis euertere, contra quos tum his utebamur ſociis. Age uerò, cum ſit afflicta Græcia, cum Rex in bello manifeſtè ſuam oſtenderit ſententiam, cum Thebani imperium affectent, idque uos prohibituros credāt omnes, cum iampridem beneficiis ac fide data ſint cum Barbaro coniuncti: ſi fortè uel à Thebanis audacter uocatus, uel ſuis auſpiciis huc redeat Barbarus cum exercitu, non'ne præſtat ſaluos eſſe Lacedæmonios

Inæquales) hoc eſt, ſuperiores.

Illis) Thebanis.

nios

nios, ac talibus temporibus taliq́ue neceſſitati reſeruatos, nec, quod Lacon ille dicebat, coclitem eſſe Græciam? Hoc enim pro nobis illorum quidam fertur ad Thebanos [o] cum nos tolli iubebant, dixiſſe. Ac multa mihi ſuccurrunt & antiqua & media communionis urbium exempla, præter eam, quæ contra Barbarum eſt facta coniuratio: ut quòd Herculem primùm ex peregrinis initiaſtis, & ex hominibus ſublatum [p] primi diuinis affeciſtis honoribus, quòd eius liberi huc confugerunt, ac pro illis contra Euryſtheum, qui eos perſequebatur, prœlio decertaſtis: quòd Cimon denique Ithomem, & antè Cimonem Tyrtæus Spartam miſſus eſt. Rurſum illi tyrãnos ſuſtulerunt, & per Alcmæonidas uobiſcum coniunguntur. Alia quoq; plura mihi ſuccurrunt, ſed quæ nec facilè, nec fortaſſis omnino poſſint recenſeri.

o. ὅτι pro ὅτι.

p παρὰ πρώτοις ἡμῖν pro ὡεί. Herculẽ) cuius poſteri regnabãt Spartæ. alio quì Thebanus fuit Hercules.

Sed ſi quis nunc interim, Athenienſes, accurrens inſcriptionem trophei Marathonij uobis nunciaret exculptam, ac tumultuantibus autorem oſtenderet, atq; ille ſe Lacedæmoniorum partem duntaxat induxiſſe diceret, reliquam autem ſaluam eſſe & conſpicuam; ægrè tamen id, ſcio, ferretis. Quocirca ne, ſi quis nomen induxerit Lacedæmoniorum, putetis ægrè ferendum; ipſos cum Thebanis è Græcia, manẽte inſcriptione, eijciatis. Quinimo cogitate, ſi res in eum eſſent locum perductæ, ut Thebani uobiſcum uictores de illis in conſilium irent, quid iudicaturi ſitis. utrum tollendos? quis hoc uel temerarius iudex fateretur? an ſeruãdos, quemadmodum uos illi antè ſeruarint? quomodo nunc igitur in eorum cõſpirabitis interitum? Iã ſi id, quod dico, cõtingat, & cum Thebanis uos coniungatis, atq; illi uos in concilio uel tunc, uel pòſt, cum erit omnis facultas ablata, iubeant de Lacedæmonijs ſtatuere; quid obſecro dicetis? quid ſtatuetis? tollendos? qui uos tollere noluerunt? an ſeruandos? ergo quos, ſi indigerent ſuffragio, benignè iuuaretis; eos, cum ab armis pendet ſalus, unà perdere maletis? Neq; Argiuos omittam, pro quibus olim in Bœotiam egreſſi, nihil hos Thebanos ſecus facere ſiuiſtis, quanquam eos iniuriã ſciebatis accepiſſe. Quæ cum non ignorent Lacedæmonij; contra eoſdẽ nunc uos inuocatum ueniunt, non pro ſeptem quibuſdã cadauerib. ſed omnib. reliquijs ſuis; quaſi ex eo deinceps fuerit in fatis utrunq;, ut Thebani uim facerent, uos prohiberetis. Verũ ſumma propoſita, finem faciam. Habetis, Athenienſes, quod iampridẽ optaſtis, in manu ueſtra Lacedæmonios, ac licet Vrbi, ſumtò ſupplicio, humanitatis inſuper laudẽ, ſi uidebitur, acquirere; quo quid poſſit eſſe iucũdius, quàm quòd & ulciſcendi eos qui offenderunt, & ſeruandi poteſtatem à fortuna nacti eſtis. Proinde quod æquũ ſit, ſtatuite. Etenim ſi à uobis relicti, non reſiſtent; rei non nimis honeſtæ autores fuiſſe dicemini. ſin etiã per ſe reſurgent, eam laudem uobis tribui ſatius eſt, quæ ſimul & apud Lacedæmonios gratiam, & apud omnes memoriam mereatur ſempiternam.

Egreſſi) duce Theſeo.

ORATIO LEVCTRICA
Secunda.

EXISTIMO uos, Athenienſes, non hodie primùm, neq; ex iis, quæ nos dixerimus, de Thebanorum ſocietate conſultare, uerũ, ſi rectè memini, multo ante hanc legationem tempore de ea conſtituiſſe. Quoniam tamen habent Lacedæmonij, qui pro ipſis honeſtè dicãt, ego quoq; his, quod potero, ſuffragabor, tanto minus his, quàm [a] ſuis clientibus alij, ſtudens, quanto magis ſum uobis deditus. Eius autem animi uos primùm uolo commonefacere, quo, poſtquam Phœbidam (hunc autem pro Lacedæmoniis habeo) Cadmeam occupaſſe nunciatum eſt, fuiſtis. num igitur eius, quem nunc uos quidam iubent [b] ſumere, ut iniuriæ tantæ atq; ingrati animi Lacedæmoniorum participes ſitis; an contrà potius & illos omnium peſſimos iudicaſtis, & Thebanorum uicem doluiſtis, atque [c] ultionis optaſtis occaſionem? Nunc igitur hoc exortum tempus eſt, dignum, Athenienſes, tam ueſtra æquitate, quã Thebanorum, quo fuerunt, liberandæ patriæ ſtudio. Quodſi tam eſſetis inepti, ut, cùm hæc optaſſetis, oblata cõtemneretis & relinqueretis; nõ Athenienſium, ſed neſcio quorum faceretis officium. nec enim quenquam puto tanti ſtuporis ac dementiæ plenum eſſe, ut uoto potitus, contrà ſe gerat. Sin hoc nemo uel inſanus fecerit, neq;, ſi quid ei ſucceſſerit ex uoto, doleat potius, quã fortunæ temporiq; gratias agat; quid reſtat aliud, quã ut cum iis, qui, ut uoluiſtis, fuerunt felices, uos coniungatis, cum præſertim uos uocent, & rerum geſtarũ gloriam uobis tribuant. Etenim qui ſine ueſtro auxilio nihil ſibi prodeſſe ſucceſſus ſuos iudicant, quatenus futura timent, eatenus partæ felicitatis ad uos referunt gloriam. Ac uellem equidem uos etiã prœlii participes ipſius fuiſſe: ſiquidem nullũ pulcrius facinus, nec maiore laude dignum unq; ſimul fuiſſetis aggreſſi; uerũ nunc quoq; rem quodã modo benè cecidiſſe arbitror. Video enim, diminutis periculis, honorem uobis non leuiorem reſtare. Nam ſi uos initio rogaſſent Thebani, mirum non fuiſſet. cum autem poſt inſperatam felicitatem nihilominus uobis indigent, hoc magnum, hoc pulcrum, hoc mihi quidem ualdè iucundum fuit. Quin nec hoc dubitabo dicere, rectius etiam mihi uideri, uocatos illis, quàm non uocatos, opem ferre. Nam ita quidem potuiſſent fortaſſis poſtea, ſibi uobis opus nõ fuiſſe, dicere. cum adſint ipſi, nec minus, quàm quos uicerunt, uos demereantur; non poterunt ea, quorum à ſeipſis conuincantur, inficias ire. Atque aiunt nonnulli ſtupidos eſſe Thebanos, & in aliis fortè rebus rectè dicunt: quod autem eſt omnium, ut ita loquar, commune delictũ, eius nõ ſunt rei. uerùm cum, qui ſapientes etiam uidentur,

a πρὸς οὓς ἔφην pro παρ'.

b λαβεῖν pro λαλεῖν.

c δίκην λαβεῖν pro λαλεῖν.

poſt

poſt aliquam inopinatam fortunam mutentur, ipſi ab eo poſt tantã uictoriam longè abſunt. Nam qui ſe ad uos conferunt, ac fatentur ſe, quamuis decies Lacedæmonios deuicerin t, nihil abſq; uobis proficere, num delirant? Quid quod nec Lacedæmonii uos meritò poterũt reprehendere, ſi rebus Thebanis faueatis. Cogitent enim, quid ipſi quondam de Ægina & Potidæa ſtatuerint, ac, ſi ueritatem uolent indagare, cognoſcent ſibi non licere ipſis aliter dicere nec ſentire, quã non eſſe ſe uobis omittendos nec negligendos. Neque enim illi uel nunc poſſent, quam fuerint à uobis illo tempore prorſus iniuriam paſſi, dicere, uel obiicere; uerùm uos Aeginam iubebant liberam dimittere, & Potidæa cedere, qualia nunc Thebanis imperabat Cleombrotus. Nam quis ignorat, nihil eſſe Lacedæmonijs, cum ſuas uolunt res agere, ſpecioſius? tunc Græcorum præfecti, tunc ſolertes ſunt libertatis uindices, cum quid conantur intercipere. Cum autem id nos nõ pateremur, Athenienſes, nec illis obtẽperaremus, ac rectè quidem, & pro dignitate Reip.; tum uerò, quotquot erant, omnibus aſſumtis bellum intulerunt, nec iuramentorum atq; fœderum, quæ uobiſcum Eubœa capta inierant, nec trophæorum memores aut prœliorũ naualium, quorum quis eos donec uel tantillum meminiſſent, noſtræ putaſſet unquam [d] aduerſaturos eſſe Reip.? Quinimo nec prouocantes nos audierunt, cum eos uerbis utrinq; diſceptare iuberemus: ſed his omnibus temerè ſublatis & reiectis, ut excurſiones annuas, & regionis uaſtationem perpetuam, & ſingula certamina taceam, cùm ordines noſtros euacuarunt, tum ſocios pleroſq; auerterunt, nonnullis ui abductis, donec ciuitatem exinaniuerunt. Deniq; frumenti commeatu intercepto, naues ceperunt, ac noſtris ipſorum manibus, prò Iupiter, mœnia diruerunt. Cũ igitur hoc modo nos Æginetas & obſidionẽ Potidææ luere uoluerũt, quid ſeſe meritos dicẽt, poſtq; Cadmeã per pacẽ occuparunt, & illa præclara (pro terra, dij, & iura) fœdera, quibus, ut ex alio ad aliud ueniam, ſed hoc iam omittam. uerũ illud hinc ſatis exiſtimo patere, cum illi, poſtq; alijs libertatem ſecundum illorum uoluntatem cõcedere non uoluiſſetis, hac iniuria ciuitatem tum affecerint, nulla nunc ratione poſſe recuſare, quin poſt tantum in Thebanos delictum, tantæq; iniquitatis initium & illis dent, & nobis pœnas. Aliud enim eſt, quoſdam, qui defecerant, recuperare, aut aliquos [e] iubere ſuis uti legibus, atq; Thebanam arcem contra fœdera, quod maius eſt, ſua ipſorum occupare. Hoc etenim noſtis, non nos, nec Thebanos eorũ autores aut ſtudioſos fuiſſe, ſed illos aſſumto Rege nos coegiſſe, atq; ita nos conceſſiſſe. Itaq; ſi ij, qui alios ſuas res agere coegerunt, poſtq; ipſi tantopere res alienas curarunt, auxilium petent, nec pœnas dabunt, mirabor. At, per Ioue, plenas iam dederunt, nec ſolet Vrbs iniuriarũ meminiſſe; ac ſimilia iuſtæ cauſæ opponunt, cõtra quæ ſic equidẽ libẽter

Cleombrotus rex Lacedæmoniorum.

[d] περὶ γνώμης πράξειν pro δεῖ.

[e] κελεύειν pro κελεύει.

f [illegible] qui vero pro [illegible]

dixerim: Si contrà ſe res haberet, ac Thebani tum Lacedæmonios primùm [f] inuaſiſſent, non hos illi; quid'nam ij, qui Lacedæmonijs ferendũ cenſent auxilium, dicerẽt? non'ne hoc, eos iniuriam accepiſſe, & ea de cauſa adiuuandos eſſe? Noui ego, quanto hoc cum clamore proferretur. Qui ergo, ſi priores læſi fuiſſent, hæc obiecissent, & propter hæc fuiſſent iuuandi; eos, poſtquam iniurij ſunt deprehenſi, quoniam non debemus iniuriarum eſſe memores, æquè iuuabimus? Ecquando cum Thebanis erimus, aut unde iudicium, Athenienſes, utri ſint aſciſcendi, faciemus, ſi nullam in rem geſtam inquiremus? Necq; enim ſortibus eos ductis ſeparabimus, uerũ à quibus res geſtæ ſtabũt, eos, ni fallor, ſi rectè facere uolemus, nobis adiungemus. Veruntamen quod aiunt, iniuriarum eſſe obliuiſcendum, ac Lacedæmonios iam ſupplicium ſubijſſe; ſi uerũ eſſet alterutrum, utrunq; aſſentirer. Quid enim? Nondum, Athenienſes, nondũ ad ea Lacedæmonij, quæ nobis olim intulerãt, peruenerũt mala: nec pauca reſtãt ipſis ferenda, priuſquã eo perueniãt. Etenim una pars eius belli, quod tũ geſſimus (Siculum dico) plures nobis dedit clades, q̃ quas nunc deplorant Lacedæmonij. Alioqui cum quibus illorũ temporum ærũnis uultis has comparem? utrũ cum prœlijs naualibus, quæ tot inſeliciter obiimus, an cum terreſtribus? an cum incendio triremium? an cum pernicioſo receſſu? Atqui neſcio, per Iouẽ ac deos, ſi hæc ſine lacrymis explicare potero. Quid igitur, qui nunc demiſſi ſunt, Lacedæmonij? num talẽ tantamq; calamitatem Vrbi circunfuſam putarunt ſufficere? Imo cunctos in eam congregarunt, Tiſſaphernem, Cyrum, triremes Punicas, ſeruos Regis, Græcos oẽs, donec omnib. peragratis, ad Ægopotamos claſſem noſtram ceperunt. Quã cladẽ cum Vrbs accepiſſet, quid fecerunt? Oſtio occupato, prohibuerũt naues à Piræo, idq; premente nos fame. Nec hoc ſuffecit; uerũ cum & inſulæ, & reliquæ poſſeſſiones omnes captæ eſſent, cum defeciſſent ſerui, cum ab ijs, qui Deceleã tenebant, regio uaſtaretur, cum ſola reſtaret Vrbi area, tantum abfuerunt ab auxilio, ſi quis fortè læſiſſet, ferendo, ut ne colloquio quidem tantis oppreſſos malis dignarentur, uerùm legatos etiam à nobis miſſos primũ re infecta dimitterent, deniq; tam diu retinerent, donec Vrbem cadauerib. repleuiſſent, & hãc ipſis exoluiſſemus malorũ appendicem. Tum uerò fœdus fecerunt, ut aliquid adderent mali; ut cũ naues reliquas ipſis traderemus; tum noſtris ipſi manibus dirueremus mœnia. Atq; hoc aliquis ad iniuriarum memoriam pertinere fortaſſe putabit, quando hæc tam diligenter indagantur; cum ex his contrà, nos iniuriarum memores non eſſe oſtendamus. Quid ita? quia donec nondũ ijſdem iniuriis, quibus nos, affecti fuerint Lacedæmonii, necq; ad æqualitatẽ peruenerint, nõ poſſumus iuſtum dici ſumſiſſe ſuppliciũ. Quod ſi ſic eſt, iniuriarum memoriã, quamuis eos inuadimus, uitamus. Etenim qui, poſtq̃ ius

ſuum

ſuum obtinuit, accuſationē tamen nō omittit, ut aliquid inſuper addat mali; eum equidem præter modū iraſci dixerim, & quod æquitatem ſuperat, in iniuriæ memoria pono. Qui autem ſuū nondum cōſecutus eſt, id ſi conaē adipiſci, nunq̄ huic quenq̄ poſſe meritò iraſci dixerim, nec hoc ei uerbum tribuerim. Nam ſi quoſcūq; iuris ſui ſtudioſos iniuriarum dicemus eſſe memores, quid uetat, quo minus autores iniuriæ tanq̄ generoſos admiremur; aut qui in iudicijs inimicos accuſant, iniuriarum meminiſſe dicamus, quibus etiā leges maiorem quā pro iniuria uindictam permittūt. Sed aliud eſt, ut arbitror, quid paſſus ſis, meminiſſe, aliud iniuriarum memorē eſſe; & utrunq; menſura diſcernitur. Qui autem uos Thebanorum delictorū cōmonefecit, is non æquali ſe niti ratione ſciat. Nam primū (quanq̄, quid primum dicam, neſcio, cū ſuppetant multa) ſi quis me, poſtquā uos à Thebanis ſteteritis, roget, cur Lacedæmonijs bellum inferre decreueritis; non quidem noſtra cauſa, dixerim, neq; quòd ciuitatem noſtram læſerint, ſed quoniam iuſtiores uiſi ſunt habere huius belli cauſas Thebani, propterea, dixerim, eos aſciuimus. Quorſum igitur ea, quæ Lacedæmonij in bello Decelico fecerunt, excuſsi? quoniam uobis hoc uolebam declarare, Lacedæmonios ipſos in multo maiores miſerias propter multo leuiora crimina, quàm quibus ipſi nunc premuntur, nos immerſiſſe. Quid igitur heic ſibi Thebanorum uult accuſatio, quos, ut aliquando læſerint, nunc ob quas dixi cauſas non oportet deſerere. Quodſi de illis quoque rebus eſt paucis aliquid dicendum, non equidem Thebanos excipio, nec prorſus inſontes dixerim (non ita ſum obliuioſus, nec impudens) uerùm cum Lacedæmonijs comparatos uideo ſeipſos, quod ego non auſim, excuſare. Cum enim non parum ſuperarint, non'ne, quod mirum dictu uidetur, efficiunt? Nam id omnes utiq; ſcitis, non Lacedæmonijs tunc adiunctis Thebanos, ſed Lacedæmonios Thebanis, bellum nobiſcum geſſiſſe. Ex eo quid efficitur? ut exiſtimem, illos per auaritiam, ut imperarent ipſi, atq; etiam inuidiā contra principes conceptam hoc feciſſe; qui autem ſecuti ſunt & participes fuerunt, rei quidem non iuſtæ ſocios fuiſſe, uerùm alia re crimen hoc obtegere, quoniam ducibus fideles fuerint. Id ſi rectè exiſtimo, fit, ut ex eadem re illos iram, hos laudem eſſe meritos comperiam. Ne hoc quidem me latet, ſi Lacedæmonij ſuas ad res uoluiſſent attendere, nec irā Corinthiorū, nec Megarenſiū criminationem, nec amentiam Thebanorum quicquam molituram, neq; cum odio facultatem lædendæ ciuitatis adepturā fuiſſe. Nunc aūt maleuolentia, inuidia, ſolitaq; infidelitas Lacedæmonios, ut arbitror, in nos cōcitauit: reliqua uerò cūcta, prout ſunt ingenioſi, prætextus nō inepti locū occuparunt. Nec obſcurè id in mœnibus ſtatim poſt bellū barbaricū oſtēderūt. An tū quoq; Thebani, obſecro, iuſſerunt eos, q̄ iſta, ꝓhiberent

extrui, mittere? Et Phliaſios ego uel alios de bellicis malis criminabor, atq; autores horum faciam, non qui iſtis aduerſus nos, ut ipſi Græciam regerent, ſunt uſi? aut Pharnabazo uel Piſſuthni rerum à barbaris geſtarum, non omnem principi Regi culpam tribuam? Et quis unquam ſeruis potius ea, quæ iuſſi facerent, quàm heris iubentibus imputauit? Iam præterquam quòd non æquale crimen illarum rerum, quas aliquis communes fuiſſe dixerit, utriq; ſuſtinent, accedit, quòd cum Lacedæmonijs multæ pòſt inimicitiæ & ſimultates nobis interceſſerunt, cum Thebanis non item. Quocirca ſi quis illam urget ſocietatem, cum hæc adiecerit, in Lacedæmonios uidebit inclinare culpam, & hactenus illos minus inſontes eſſe, quatenus Thebanorum ſocietas fuit ſublata. Sed præter hæc & ſuperiora, fuit ea totius rei ratio, ut Thebani, etſi magis iniurij fuiſſent, poſtremis omnia beneficijs obliterauerint; Lacedæmonij, quamuis nos nunquam læſiſſent, extremum tamen debeant eorum, quæ ſub Tyrannis in nos perpetrarunt, ſupplicium: ac Thebanis potius ob auxilium nobis præſtitum benefacere, quàm Lacedæmonios propterea, quorum his uſi fuerunt ſocijs, odiſſe debeamus. Quod autẽ eſt omnium ualidiſſimum, Thebanis hoc duntaxat, quòd erga nos ingrati fuerunt, uitio datur, in illis hoc etiam reprehenditur maius, quòd hos quoq;, ſocios quondam ſuos, præter æquitatem inuaſerunt. Quapropter ut contra neutros iniuriarum debeamus eſſe memores, Thebanis quidem hac de cauſa ferendum ſit auxilium. Quod ſi id, quod eſt inter omnia notiſſimum, proferendum cenſetis; non ſunt amplius nobis examinandi Thebani, cum id olim ante ſocietatem fieri debuerit. at nunc ea, cuius cauſa in hæc aliquis inquirat, iampridem eſt conſtituta. Quis eſt ergo clamor, quæ ſententia, quam ut unus tulit Thebanus, ita ſi uel omnibus placuiſſet, obijcienda tunc erat, cum noſtri primùm illis opus fuit. nam tum utiq; criminibus propiores erant. Atq; ego libenter ex ijs, qui nunc pro Lacedæmonijs contendunt, quæſierim, quo fuerint animo, qua ſententia, cum Lacedæmonij quidem Thebanos, ut aiebant, caſtigatum ibant, quoniam cum ipſis Piræum non obſederant, uerùm etiam ciues noſtros à Tyrannis expulſos receperant; Thebani autem nos aduocatum huc ueniebant, ac ne negligerentur, orabant; uos uerò uel eos deſerere uel iuuare poteratis: quid, inquam, tum ſenſerint, qui iam Lacedæmonijs fauent. Etenim ſi prodendos & negligendos cenſuere Thebanos, non perſuaſerunt, quod uolebant: ſin accipiendos, & ſocios aſciſcendos; quid iam illis, quæ tum ſuo tempore non meminerant, obijciunt? Iam ſi uobiſcum non ſentiebant, non erant integri ciues, nec Thebanorum potius quã ueſtri hoſtes. ſin erãt eiuſdẽ ſentẽtiæ, ſibi nunc ipſis, nõ nobis duntaxat cõtradicere deprehẽdunt. Quocirca ineptos & impudẽtes eqdẽ eos nõ dixerim,

Sententia) de euertendis Athenis, ab Euanthe Thebano poſt uictoriã Lacedæmoniorum lata.

uerùm

uerùm ſi quis dixerit, nō utrobiq; falletur: ineptos, ſi locum mutarunt, & quæ, cum eſſent obijcienda, tacuerant, nunc proferunt, cum deinceps, etiamſi tum protuliſſent, quieſcēdum fuerit; impudentes, ſi nec tum perſuaſerunt, ac rurſum de ijſdem ſerò contendunt. Nam ſiue perſuaſerūt uobis Thebani, ſe non fuiſſe publicè uaſtationis participes, cur nunc de ijs diſputamus, quorum tunc ab illis excuſationē accepiſtis? ſiue tum quidem nō credidiſtis, uerùm ex poſteriore illorum erga uos ſtudio ſic fuiſtis affecti, ut, quamuis illa non aliter ſe habere perſuaſum haberetis, tamen propter familiaritatem & fidem poſteriorem eos iuuaretis; cur eoſdem nunc, quando omnibus de cauſis alacriter ſunt aſciſcendi, deſeratis? Primùm enim non parum intereſt, Athenienſes, utrum ſocios factos & pro amicis habitos, an priuſquam eo loco habeantur, beneficijs proſequamini. Deinde ſi tum uos Thebanorum mouebant beneficia, ac propterea uobis putabatis pro ipſis periclitandum eſſe; nunc & illa ſuperſunt, & acceſſerunt in illos ueſtra. Quid quod indignum ſit, qui, cum nec triremes habebamus nec mœnia, neque prorſus ex magna perpetuaque miſeria reſpirraueramus; tamen illos curauimus, nec neglexímus; eos nunc, poſtquam Vrbs in integrum eſt meritò reſtituta, & conualuit, non auxilium modò negare, ſed etiam bellum ipſis inferre, quos criminari non poſſimus; & maiorem nunc Lacedæmoniorum ſecuritatis, quàm tunc noſtræ, rationem habere: uelut ſi quis inter ægrotandum cupiat amicis prodeſſe, cum ne domo quidem poteſt egredi; poſtq; autem conualuit & uires recepit, eoſdem ſeriat, angat, percutiat, quibus debuiſſet contra reliquos eſſe præſidio. Atque ut ſummatim dicam, ſi ſocios non aſciuiſſemus Thebanos, nec participes feciſſemus, iudicio uideremur uſi fuiſſe; ſin receptos & aſcitos poſt relinquamus, in extremæ ſtupiditatis uitiū incurremus. Neq; enim is, qui quem indignum putabat, non ſeruauit, peccat, ſed qui ſe alicui patronum præbens, uiciſſim eum lædit. Erit autem abſurdiſſimum, cum Thebanos hoſtium numero habitos, & quando de illis conqueri poteramus, aſciſcere noluerimus, & ſocios fecerimus; ſi poſt contractam ſocietatem priores in memoriam reuocabimus ſimultates, ac rurſum hoſtes faciemus, quemadmodum olim ex hoſtibus ſocios. Et eæ quidem controuerſiæ, quæ in iudicium deferuntur, ſuffragio dirimuntur; quæ autem ad uos & ad populū, qua re alia, quàm decretis, decidantur? at hæc nos Thebanis opē ferre iubent. Ergo quos iam ſocios fecimus, ac de quibus quid ſtatuendum ſit, iam iudicauimus, in eos rurſum inquiremus? uelut ſi hodie ſocijs aſcitis, poſtridie rurſum, an hoc ipſum, quod erat decretum, faciendum ſit, conſideremus; aut etiam, quæ fuerant hodie iudicata, mox iterū in diſquiſitionem uocemus. Atq; aiunt hoc ſenes, Theſſalos equites olim, cū huc pro ſocietate ueniſſent, ad Lacedæmonios in

prœlio defeciſſe. Ne igitur tantùm putetis eſſe crimen, ante conflictũ parem deficere, quantum ſit, poſt multorum magnorumq́ue certaminum ſocietatem cũ aliquibus uſurpatam, contra eos bellum temerè mouere; ut iam omittam quod eſt inter Athenienſes atq; Theſſalos non uulgare diſcrimen. Neq; enim nos oblitos eſſe dicemus, nec pugnam ad Haliartum, qua communiter Lacedæmonios uicimus, nec poſteriorem illam Corinthiã inſignem, nec ad Coroneam cum Ageſilao cõmiſſam, neq; alias, quas taceo, quãdoquidem nõ poſſunt oẽs facilè recenſeri. At enim Rex callidus fuit, qui nos in magno bello ad inęqualitatem ſemper reducebat. Quod ergo maius eſſe poſſit infidelitatis indicium, quàm cum neutris amicum ſe, inimicũ utriſq; profitetur, nec aduerſarios magis, quàm quos habet ſingulis temporibus amicos, odit? Et hac quidem ratione etiam illius imitemur periuria, & quibuſcunq; ille uitijs operam dedit; niſi potius turpe ſit, atq; adeò prorſus abſurdum, nos Athenienſes Perſæ nequitiam imitari. Non enim ſimiliter illi eſt, atq; uobis, de Græcia ſtatuendum; uerùm illi ut hoſti & exoſo, uobis ut principibus & patronis. Quid quod nec rationi conſentaneum ſit, nec hoc dignũ cognomine, ut Thebanis eſſe deteriores appareatis. Nam ſi illi, quamuis felices facti, uos non relinquunt, uerũ pactis cõuentis ſtant, uos autem negligenter eos prodetis ac deſeretis, idq́ue uocati; nõ id, quod eloqui nõ auſim, continget? Iã nec hoc honeſtum ſit, ſi meliores à Thebanis habeamini, quàm uos ipſi præbeatis. Etenim ſi illi tanquã officij memores, & pacta ſeruantes, uos aduocent; uos non pareatis, & ad alios uos transferatis; non id hanc uobis inuret ignominiam? Hoc quoq; cõſiderandum eſt, quomodo uos olim ipſi ſocios, qui defecerant, exceperitis. num clementer & moderatè? negabunt ij, qui ſunt experti. nam pleriq; maiores, quàm ſi fuiſſent hoſtes aperti, pœnas dederunt. neq; hoc quiſquã poſsit iure reprehendere, nec incuſare. Nã ut omnino nemo ſe fert iniurijs affici, ita ſi ab ijs id, à quibus oportebat minimè, fiat, implacabilẽ iram excitat. Ne ergo, quod alijs ius præſcribitis, hoc ipſi uelitis tranſgredi, uerũ illud cogitate, quibuſdã illorum aliquẽ ſuppetere prætextũ, quo ueniam poſſint mereri, ut cum grauiora ſunt tributa, cum expelluntur, cum propriè ſeliguntur à quibuſdam; & quæ ſunt ſimilia; uobis autem nihil tale uel ab aliis, uel à uobis ipſis tribui poſſe. Nonne igitur incredibilem quandam oportet eſſe fidem ueſtram? Neque enim generoſum hoc eſſe dixerimus, ſi quis hactenus aliquibus, donec rectè ſe geſſerint, faueat, ac tum ſententia mutata, quaſi ſit læſus, hoſtem ſe præbeat. Quanquam enim amicorum contemtio in utraq; fortuna eodem inſignitur opprobrio, tamen hoc eſſe peius & nequius dixerim, felicibus infidelem eſſe, quòd qui afflictos deſerunt, imbecillitatem, qua prohibeantur eos eripere, poſſunt obijcere; qui felicibus inuident, maleuolentiæ, & inuidiæ, neq; ciui-

lis

lis ullius artis opinionem deinceps aſſequũtur, id quod omnia ſuperat hominum dedecora. Nam quemadmodum gubernator, qui per tempeſtatem ac tonitru nauem dimittit, ueniam meretur; qui uento ſecundo nauigare negligit, culpam non poteſt euitare: ſimiliter in his negocijs temporum difficultates defenſionem rebellibus parant, erga felicitatem ingratus animus manifeſtum habet crimen. Quid quod nihil mihi quidem ſtultius uidetur, quàm laborum quidem ac malorum participes eſſe uelle, cum autem fructuum colligendorum tempus uenerit, alios, cum quibus denuò quis affligatur, quærere. Atqui finem non uideo. Etenim ſi uictos ſemper aſciſcemus, & cum eos quo uolumus loco collocauerimus, rurſum cum hoſtibus ipſorum nos coniungemus; perpetuò noſtrum perdemus inſtitutum, ac nobis aliud ex alio bellum naſcetur. Cur ergo nunc periclitemur, ſi poſt uictoriam præmio priuabimur? At enim hæc quidem clara ſunt & manifeſta, uerùm eſt minus periculoſum Lacedæmoniorum incrementũ, nec metũ ullum habet. Ego uerò nõ dubitarim dicere (neq; hoc quiſquã miretur) magis me Lacedæmonios ſuæ regionis, quàm Thebanos Græciæ dominos metuere. Nã hi, quamuis imperium habeãt, non uidentur ſeruare poſſe, ceu rebus impares, ac breui tempore in priſtinum redire ſtatum. At illos nõ difficulter credo, donec uel tantillam habuerint occaſionem, paulatim poſſe increſcere. Nam & olim, cum ex paruis & uilibus oppidulis Bœo, Cytinio, & Erineo erupiſſent, nec ulla dignitate conſpicui, feliciter ſecum actum putaſſent, cum eum locum, quem nunc incolunt, per nos occupaſſent; primùm duas Pelopõneſi partes, euerſa Meſſena, tenuerũt, deinde totius imperium Græciæ, uiribus paulatim [g] auctis, inuaſerunt. Sed ò metum inanem. at eos gratia, quam de auxilio nobis debent, modeſtiores reddet, inquiet aliquis. Quam autem unquam gratiã cuiquam habeãt Lacedæmonij, qui contra omnium morem faciant. Cum enim ſoleant alij, qui uel maximas perpeſſi ſint iniurias, per ſubſecuta beneficia mitigari, Lacedæmonij hoc habẽt inter cetera, quòd poſt maxima quæque beneficia eorum autores inuadunt. Ac primum quidem ut à domeſticis incipiam, cum à nobis eſſent in bello barbarico ſeruati (noſtis enim illos in claſſem naues decem, milites quadringentos ad Pylas præbuiſſe, atque has eorum fuiſſe primùm copias, quæ uel contra Megarenſes inſtructæ, fuiſſent ridiculæ; totum autem negocium à nobis ac noſtris triremibus dependiſſe, quandoquidem illæ Peloponneſum oppidatim capi uetuerũt) ſed cùm tale tãtumq; accepiſſent beneficium, ac legatos contrà miſiſſent, quando nos Mardonius ad ſocietatem præmijs inuitabat, nec minore, quàm nunc, uocis contentione iuuari ſe poſtulaſſent; paulò poſt & urbem nos munire prohibuerunt, & auxilium ad Ithomẽ à ſe petitũ ignominioſe remiſerũt, ac deniq; aperto bello cõflato, quę

Oppidulis) Doridis.

g ἐυπρήσαντες pro ἐμπρήσαντες

E

ipſis mala debebantur, ea nobis intulerunt. Iam cum Rex eos in hoc bello maximis iuuiſſet auxilijs, quam retulerunt gratiam? Cyrum in eum per Chiriſophum & Clearchum incitarunt. Neque hoc ſuffecit, niſi rurſum Europa tota cum Ageſilao inſtar expeditionis Troianæ peragrata, Pharnabazum agerent, raperent, & omnib. modis agros atq; præfectos regios infeſtarēt, donec pariter nobis, Thebanis, & illi bellum facere poſſe deſtiterunt. Deniq; cum Thebanis quid actum eſt? Simulatq; bellum contrà nos ſuſceptū ſimul confecerāt, mox ſua regione periclitabantur. ac rectiſſimè quidem & iuſtiſſimè profectò, dicet aliquis, quo ſic dementiā ſuam cognoſcerēt apertiſſimè. Nō ne-go: uerū nō hanc illos inuaſerunt ob cauſam, ut nobis gratificarētur, ac nos ulciſcerentur. eſſet enim hoc ridiculum, cum ſeipſos prius, quā illos, hanc ob rē punire debuerint. ſed ad illos quoq; tandē, ut apparet, uenerunt. Atq; ut uno dicam uerbo, à quibus eos bellis liberarunt ſinguli, ea ferè ſunt perſecuti. An nō uidenē gratiā Lacedæmonij benè meritis referre, & maiora, q̃ acceperint, reddere? Quæ igitur eſt cauſa? quale eorum ingenium? Id mihi uidentur ducere probrum maximum, non ſi benè meritis gratiam non referant, ſed ſi cuiquā debere quid uideātur. Hoc porro ne fateātur, in ipſos maximorū bonorū autores ſe conuertunt, ut nihil ſe ipſis debere, oſtendant apertius. Atque hoc quidē uidetur eſſe Lacedæmoniorū ingenium, quo ſemper eos neceſſitati obnoxios, ſemper benè meritis euadere ſuperiores meritò quis dixerit. An uerò Thebanos quoq; gratiam nullā relaturos eſſe ſit uериſimile, ſi cum his contra illos [b] egrediamur? Quid quod, ut maximè aliqua cōtingat ingrati animi culpa, ac decepti cōtentionē ſuſcipere cogamur, Thebanos equidem pro mea parte malim, quos iā olim cum Bœotis omnib. Myronides, eductis ciuium ſeniorib. facilè ſubegit, q̃ Lacedæmonios, qui quid perpetrarint, nos non latet. Nā præter alia Thebanos exiſtimo, ſi quid cōtra nos moliantur, à multis cohibitum iri, ac præcipuè ab Arcadibus, Argiuis, & ceteris, quorum nunc utuntur auxilio; qui ſi hoc eos modo cum ſocijs agere conſpexerint, communem facient iniuriam, atque uno omnes animo ad nos transfugient. Sin Lacedæmonij noſtro creſcant adiumento, nec iuſtè uel ſimpliciter nobiſcū agāt, quo modo reſiſtemus, aut quid agemus? Criminabimur eos inter Græcos? an [c] per Iouem auxiliū ab ipſis petemus, ac fortiores eos eſſe fatebimur? At quid huic reſponderi poſſit, nō eſt obſcurū. Vos qui rectè uos ſapere dicitis, cū hos hoīes ad omnē poteratis inbecillitatem & modeſtiam perducere, id non modò non feciſtis, uerū etiam Thebanos uetuiſtis, ac prodidiſtis illos, qui erant ſocij. Quid igitur uires & iniuriam eorum criminamini, quos ipſi cōtra uos atq; alios inſtruxiſtis? Sed metuēdos omnino nō eſſe Thebanos, Athenienſes, nūc his oſtendā rationibus. Anteq; à nobis ullum accepiſſent beneficium Thebani, adeoq; in manib. etiā eſſent offen-ſiones,

[b] ἔλθωμεν pro ἐλεγχθῶμεν O.

[c] νὴ Δία pro δή.

ſiones, non modò Piræum, ut iubebant Lacedæmonij, non inuaſerunt, ſed etiã inſtituta tyrannide, quæ ſi paulò duraſſet diutius, Vrbem perdidiſſet, optimos omnium ſe nobis præbuerunt. Etenim urbe ſua nobis amicè patefacta, damnum exilij & mœrorem Archino, Thraſybulo, ceteriſq́ qui quotidie plurimi accedebant, ademerunt; quanq̃ id non ſine periculo à Lacedæmonijs imminente facere ſe ſciebant. Ergo qui ſuã in tanta clade beneuolentiã protulerunt, & antequã, quid à nobis eſſent pòſt conſecuturi, ſcirẽt, tantã familiaritatẽ & amicitiam ſunt auſpicati; eos à Lacedæmonijs ſi liberauerimus, ne nos aggrediantur, timebimus? an eorum magnitudinem? quinimo contrariũ, ſi quid ualet ratiocinatio, ſit expectandum. Et quoniam in hũc ſermonẽ deueni, libẽter de Lacedæmonijs, Athenienſes, quęſiuerim, utros æquum ſit cum illis ſe coniungere. utrũ Piræi incolas? at ab illis expulſi ſunt, & cum reditum molirentur, eoſdem habuere cõtrarios. an Vrbanos? at per illos nõ ſtetit, quo minus perirent, cum in populi poteſtatem ueniſſent. At per bonã Vrbis fortunã & prudens cõſiliũ ſalui, & à maiorib. cladib. liberati ſumus utriq;. Rurſum de Thebanis quæram, [k] utros iniquum ſit cum his ſe coniungere. utrũ Piræi incolas? at nõ per Thebanos quidem, uerũ ex Thebanis prodeũtes occuparunt Phylen; quo facto, poſterioris felicitatis & uoti ſunt cõpotes facti. an Vrbanos? at, ꝓpter hunc ad ſuos reditum maleuolẽtiam ac tumultũ depoſuerunt, & eoſdẽ ſe hoſtes atq; amicos habituros iurarũt. Quapropter hoſtes utriſq; Lacedæmonij, amici utriſq; Thebani cẽſent. Atq; hoc olim, nõ hodie primũ, decretum eſt; uerũ hoc eſt aptiſſimũ tempus, quo ſit his omnib. finis imponendus. Quid ergo reſtat, niſi ut pergatis Thebanis rẽ cõficere, neq; locum deſeratis, qđ ne priuatus quidem honeſtè quiſq̃ faceret, neq; trãsfugas imitemini, reiectis rebus ad ipſum finem perductis. Nam hoc perinde foret, ac ſi pugil uel alius athleta certamen quidem obeat alacriter, rebus autem peractis, & cum iam corona ſit ſumenda, mox inter uictos ſe referat. Heus, proijcis? At enim Thebani gloriam auferent. ſi quidem nos relinquamur. At illi bellum repararunt. ergo appendicem occupẽt illi, nos principatũ. Neq; uerò minus glorioſum eſt aduocãtes iuuare, q̃ adiuturos aduocare. Etẽĩ ſuperiores ad inferiores nõ cõfugiũt, uerũ hi illorũ indigẽt opera. Ex quo fit, ut euẽtus gloria plurimũ ad illos ꝑtineat. Miror autem, ſi quis uictoriæ fructuũ communicationem putat Vrbi turpem fore, infortunij atq; cladis honeſtam; & ſi cum alijs imperet, rubore perfundaĩ, ſin calamitatis ſit ſocius, in re honeſta ſe partiarium fore exiſtimet. Quod ſi quoniam pleraque Thebani, quæ fuerant gerenda, præoccuparunt, propterea cunctabimur, contrà, q̃ [l] oportet, faciemus. Iam enim illi quaſi exciſis impedimentis & repurgatis, planam nobis atque facilẽ reddiderunt uiam, ac moleſtijs & difficultatibus ſibi reſeruatis, extremam nobis gloriam reliquerunt: qua

[k] ποτέρους pro πότερον.

[l] δεῖ pro δή.

quidem fortuna nihil eſt rarius, quàm cum per aliorum labores propria iure conquiritur exiſtimatio. Iam qui nos de Lacedæmonijs pœnas aiunt ſumſiſſe, ijs hæc ſolis dicere non licere arbitror. Nam ſi Thebanis rem totam tribuunt, neque ad nos aiunt ea quicquam pertinere; quomodo pœnas dicunt nos ſumſiſſe? Hac enim ratione Thebanis eas dederint, nobis debeant. Quapropter ſi eos noſtra opera fuiſſemus ulti, hoc ſufficere putaretur: cum autem uicerint eos Thebani, non eſt, quòd ea nobis ſufficere quis dicat. Etenim hoc ipſum foret indignum, ſi Thebani, orta diſſenſione ſupplicium confeſtim ſumere potuiſſent; nos, qui tales ſimus, diu debitum non ſumeremus. Denique nolite credere, ſi quis aliquem ab alio contuſum uincat Olympijs, ei minus eſſe glorioſam coronam, aut minus eum proclamari, quód ei uictoriam aliquis ex parte præpararit. Verùm ſi hoc ipſum prœlium ſimul cum Thebanis obijſſetis, non'ne, ſi poſtridie ad Lacedæmonios transfugiſſetis, turpe fuiſſet ac ueteratorium? Atqui ſi quis uos tum uocaſſet, alacriter pugnam arripuiſſetis. probrum uerò nunc etiam erit æquale, ſi uos ſeduci patiamini. Neque enim huic tantum, ſed & alijs multis ſuperiorum temporum pugnis facere contraria uidebimini. Quinimo nec utroſque uobis deſerendos ne ipſe quidem cenſuerim, uerùm, ſi dicere liceat, Lacedæmonios potius, quàm neutros, aſciſcendos. Nam illa ratione Thebanos lædendo, miſerari uos Lacedæmonios dicetis; hac nec Thebanis ſuum tribuetis, nec illorum amicitiam lucrabimini, & in turpem ignauiæ opinionē incurretis, quæ nullis eſt hominibus magis, quàm uobis, fugienda. Qui ſic? quoniam primùm cùm uitijs omnib. caretis, tum ab hoc eſtis remoti longiſſimè; & antiquo ſermone teſtatū relinquitur, uos & ad ſtatuendum, & ad agendū, quæ optima ſint, eſſe diligentiſſimos: id qđ ex plebiſcitis, & certaminibus per omne tēpus obitis patet. Deinde ſola ueſtra lex, ni fallor, ignauiæ concedit actionem, ne quis [m] præter tempus ocietur, aut inertiam uocet quietem. Iam quæ priuatos facere uetuiſtis, ijs uos criminibus publicè obnoxios deprehendi, res omnium fuerit peſſima. Quin & hoc cogitate; ſi poterūt Lacedæmonij deſtitutis auxilio noſtro Thebanis reſiſtere, nunquam eos, quo oportet, aut ſtudendum eſt, perductum iri: ſin Thebani ſuperabunt, eam laudem uobis tribui potius debere, quā quib. etiam ſine ueſtra ope parta fuiſſet uictoria. Non igitur indignum erit, è Græcia Lacedęmonios expungi? admodum, ſi quidē in noſtrā poteſtatem ueniant, & urbem nobis, quēadmodum nos illis olim, tradant. Sin inuadūt, quis eos miſeretur? quis illorum ſuffragij mentionem faciat, quod non antè tulerunt, quàm arma nos depoſuiſſemus. Ergo quos ipſi quoque ſuffragio uelimus iuuare, contra eos arma ſumemus? quid ni? ut ſuffragio ſeruemus. Nam in eandem debent incidere fortunam, ſi ſuffragiū ſunt à no-

m [illegible] pro [illegible]

bis

bis idem recepturi. Quid quod hæc ratio auxilio, quod illi poſtulāt, repugnant. Etenim ut, ſi nihil eſſet reliquum, uerùm ſuffragium duntaxat locum haberet, eſſent ſeruandi, quoniam ſufficeret ſupplicium; ita nunc, poſtquam reſiſtere audent, collēdi ſunt ac debellandi. Atque huius quidem humanitatis occaſionem exopto: rem autem præſentē non debere nos aio uerborum ſpecie captos negligere, neç Lacedæmonios perculſos omittere, qui ſi ſemel euaſerint, iterum nō capientur. Et quanti quęſo, cùm ab ipſis regebamini, & à tyrannis uiolenter tractabamini, talem rerum ſtatum, talemque anſam redemiſſetis? ego certè uel ipſa ſalute. Quod ſi quis Laconicum nomen & regionis maieſtatem reueretur, atque indignum iudicat, Eurotæ finitimam terram ab hoſtibus inuadi; non minore ſunt illis locis honore digna hæc Eleuſis, Thriaſium, Acharnæ, cetera, quę ſunt millies uaſtata. hoc igitur eum conſoletur, ut leuius rem ferat. Neque enim populandi prouinciam Lacedæmonijs, nobis uaſtatis quieſcendi tributam putabimus, quaſi ſit Atticę familiaris calamitas, illa hoc habeat præcipuum, ut ſola bellicorum malorum ſit[n] expers. Quinimo ſi qua poſſet illis immunis eſſe regio, noſtra deberet. Nam & prima fruges hæc protulit, ac Græcis, non Lacedæmonijs duntaxat, eſt impertita, & hanc Deus, non Laconicam, appellauit frugum metropolim, & quæcunque diuina ſunt, huic ab omnibus, non illi, tribuuntur: nec non per hanc & huius incolas reliqua uaſtitatem terra effugit. ac profectò iuſtius eſt, ô Ceres, Athenienſes ciues res ſuas, quàm Laconicas, tueri. At gauiſus ſum, cum quidam Herculis liberorum mentionem fecit, quaſi hoc in Lacedæmoniorum gratiam potius, quā Thebanorum, ſtudio fuiſſemus: niſi fortè Iolaum quoqꝫ Spartanum facient. Miror autem, cur Oedipum etiam à nobis receptum nō adiecerint, nec hoc quoqꝫ ad honorem Laconicū retulerint. Me uerò non latet, hæc à uobis & multo plura, ſi talis fuiſſet occaſio, communiter fuiſſe cum Thebanis gerenda; & eorum, quæ nūc facta ſunt, ſingula quondam fuiſſe infecta, nec minus eſſe ſuo tempore geſta. ueruntamen nulla talis unquam, qualis harum rerum gerendarū, extitit occaſio. Nunc enim à nobis tota pendet Græcia. ac Thebani quidem fidē ſeruant, quāuis uictores fuerint, Lacedæmonij uerò ceſſerunt; licet autem uobis pariter & fide Thebanis ſeruata, &[o] de aduerſarijs ſupplicio ſumto, tutò deinceps Græciæ præeſſe, ſimulque cunctis ca, quæ ſunt in ciuitate maxima, declarare, quibus modis eos, qui ſtruxerint inſidias, excipiat, quoque ſtudio beneficij alicuius autores perpetuò proſequatur. Quid quod uix humanitatem poteritis ueſtram exercere, niſi prius acerbi fueritis. Etenim ſi bello ad finem perducto, captiſque uiris, oppidis, poſſeſſionibus, tum eos in ueſtro poſitos arbitrio ſeruaueritis; ita demum per tempus humanitatem ueſtram ſentiēt Lacedæmonij, quanqꝫ difficulter agnoſcūt be-

[n] ἐξαίρετον pro ἐξαίρεται.

[o] παρὰ pro ἀεὶ

neficos; ita uos pariter & uiros & iuſtos omnes ducent. Mementote Siculæ calamitatis, Athenienſes; cum hi Lacedæmonij Syracuſanis adiuncti, non paruam obtinuerunt uictoriam, ſed eam, ut & naues noſtras omnes partim terra partim mari perderēt, & nihil, quod (Thucyd. 7.) optare poſſent, deſiderarent. Quid igitur fecere, cum nos terra fugere uidebant, nec paucos relinqui ſaucios? num iuuerunt, aut defecerunt? Imo non deſtiterunt, donec & ſeſe duces, & exercitum ipſis dederent. Tum uerò alios occiderunt, alios arbitratu ſuo tractarunt, ne dicam, cùm inter nos intercederent fœdera, quæ recuperatis captiuis, fecerant. (Captiuos) in Pylo captos. Thucyd. 4 in fin.) Quocirca ſi nunc quoq; nobis cum Thebanis ipſos inuadentibus ſe dedant, & eodem, quo tum Nicias, perueniāt; tum eos ne imitemur, uerū ſeruatos magnanimitate ſuperemus; citius autem ne properemus, ne nos pœniteat. Iam hoc quoq; cauendū arbitror, Athenienſes, ne Thebanos eo, quo nolumus, cōuertamus. dicam clarè? ad Regem. Neq; enim à nobis repulſi quieſcent, quin ad alium accedant aliquem; atq; is Rex foret. Etenim ſi ueſtrum contra Lacedæmonios requirunt auxilium, non contra uos pariter & Lacedęmonios Rege indigebunt? At hoc ſi continget, non rectè nos nec iuſtè de Græcis ſtatuiſſe cognoſcemus, in quos ita Barbarum incitauerimus. Præterea Lacedæmonij angulum Peloponneſi occupant, & ad ſuas res agendas perpetuò ſunt ſolertes: Attica uerò hinc ante Thebanos, à mari eſt ante Regem poſita; & antiqua expeditione omnis huc miſeria atq; mora ſunt collatę. Quocirca caueamus, ne Lacedæmonios inoportunè miſerati, inoportunū Vrbi Græcisq; bellum circundemus: uerū bello contra Lacedæmonios præfici malimus, quā illis liberatis, in moleſtias & intoleranda mala ipſi incurrere. Ac mihi quidem ſic uidetur: & ſi quid uſquam Thebanorum, nō ueſtra dixi gratia, in Lacedæmoniorum poteſtatem ueniam.

ORATIO LEVCTRICA

Tertia.

VTRIS mihi patrocinandum ſit, Athenienſes, ut uobiſcū deliberarē, huc acceſſi. Sed & uos exiſtimo rectè facturos, ſi non eos, qui olim, nec qui per ſe iudicarunt, uerùm qui conſiliorum expectant euentum, attendatis. Nam qui uobis idem atque ſibi ſuadet, is mihi abſq; præiudicio uidetur res in medio poſitas cōſiderare. Itaq; Lacedęmonij quidem, ut audiuiſtis, nec ego nego, fœdera fregerunt, capta Cadmea; nec leuius iniuriæ dederunt exemplum, quā cùm Thebani olim Platæas inuaſerunt: Thebani uerò tā potentes facti ſunt, ut ipſis acceptū damnū profuerit. Quæ cū ita ſint, Lacedæmonij culpā ſuſtinēt, Thebani metū nobis adferunt. Iā ſi illis

dati

dati ſumus iudices, iniuſtè Lacedæmonios egiſſe, iuſteq; cladem accepiſſe cenſebimus: ſin etiam nobiſipſis nonnihil cõſulimus, Thebanos nõ augebimus, nec ingrati animi Laconici ſucceſſores conſtituemus. Neque enim id inquiremus, an illos iuſtè ſint ſublaturi; uerùm, ne eadem erga nos quoq; iniuſtè perpetrare poſſint, metuemus; & quod exemplum nunc ad miſericordiam Thebanis tribuendam nos impulit, id ad nos peruenire, ſublatis ijs, qui nunc reſiſtunt, nolemus. Iam cùm utroſq; multas ob cauſas, tam Thebanos quàm Lacedæmonios, criminari poſſumus, tum utri ſæpius aut grauius peccarint, non diſputo, niſi quod hoc ſcio, ſi unum inceptum Thebani *Vnum inceptũ perdẽdę Vrbis.* perfeciſſent, non iam nos deliberaturos fuiſſe. Sed hoc omittam, quod cum magna deorum alicuius prouidentia non ſucceſſit: ac rurſum cogito, neq; huius rei culpa uacare Lacedæmonios. Nam qui Vrbem eo perduxerunt, ut ſtatuere de illa poſſent Thebani, meritò commune crimen ſubeunt. Veruntamen cum nos eo perduxerunt, Thebanorum uſi ſunt auxilio; cũ nobis deinceps pepercerũt, non iam habuerũt illos huius laudis participes. Quin nec hoc admittam, unum iſta dixiſſe Thebanum. Etenim quæ cum Platæenſibus *Thucyd. 4.* olim geſſerunt, hanc illis excuſationem non reliquerunt, neq; talem ſententiæ de nobis latæ rationem efficiunt. Et quanquam uetus crimen non fuiſſe cõmune dixerint, niſi quod principes Perſis fauebãt; tamen ſi, cum Græcos prodiderunt, cum quoſdam ſuſtulerunt, cum nobis idem minabantur, prout requirebant priora, cum deniq; aliquid minus rectè fecerunt, id principibus tribuent; cum quis autem Piræi duntaxat mentionem fecerit, omnes accurrent, quod unus & item alter ſtatuit; non rectè cuncti ſtolidi dicuntur, qui maximis in rebus ſapiant. Abſurdum profectò mihi uidetur, cum utriq; nos læſerint, Lacedæmonios perſequi, deq; ijs pœnas uelle ſumere; Thebanos omnino dimittere, tantoq; interuallo iram illorum ſuperare, ut iniquè nos facturos, niſi ab his perpetuò ſteterimus, putemus. Equidem ut hactenus puniendos cenſuerim Lacedæmonios, quatenus nõ prorſus impunitos ſinamus Thebanos; ita metuo, ne Thebanorum facti ſocij, noſtros ipſorum perdamus. Cum enim ad uetera crimina, quæ nobis impoſuerant Græci, reſpicio, nihil aliud ægrè tuliſſe comperio, quàm quòd nimis duriter quoſdã haberemus. Quæ porro tum quis potuerat in nobis reprehendere, ea ſimul omnia cõpoſita, cum hoc inſtituto nulla ex parte exæquantur. Quod enim Lacedæmonios perditos uolumus, quis non dixerit omnibus, quæ tum cum ſubiectis acerbè geſſimus, grauius ac maius eſſe? Quapropter qui tum illa grauiter tulerunt, quomodo ſint nobis adhæſuri, non poſſum uidere. Nam etiamſi quidam illorũ Lacedæmonios oderunt, ut pleriq;, quibus hoc per Harmoſtas & Lyſandri malitiã tunc accidit; hactenus eos fortaſſis ſecuritatis ſuæ cauſa oderunt ſinguli,

ut eandem illis poteſtatem inuideant, non etiam ut funditùs perditos uideant, cum ſciant urbem Laconicam quoddam Græciæ ornamentum præbere. Quid quod non eadem ratione Thebanis atq; nobis eſt his de rebus ſtatuendum. Nam honeſtius illi poſſunt leuibus de cauſis extremũ [a] ſumere ſupplicium, quã nos de grauiſſimis mediocre. Si quis enim utrorumq; mores cum re conferat, illorum ſupplicium moderatum, quamuis grauiſſimũ ſit; ueſtrum maximum, quãuis ſit [b] mediocre, duxerit. tantũ in uobis eſt humanitatis, in illis crudelitatis. Huc accedit, quod ſolent illi nullam communis Græciæ curam gerere, ſed hoc ſolum, unde aliquid lucrentur, ſpectare: uobis autem, qui cõmunis iuris patroni eſtis & habemini, non licet hæc priuatæ uel iræ uel accuſationis gratia negligere. Quod aũt quærunt, utrum Piræi incolas, an Vrbanos deceat Lacedæmonios ſeruare; utroſq; reſponderim, ſi modò ſunt Athenienſes. Eſſet enim à ratione alienum, cum ipſi iureiurando fideq; data concordiam & mutuã iniuriarum obliuionem promiſerimus, ſi ad perdendos Lacedæmonios ea, quæ nos occultaturos recepimus, promoueremus, nec illud animaduerteremus, eum, qui hæc accuratè examinet, fœderum uim tollere. Ne illi quidem, qui Thebanos à nobis repulſos ad Regem ſe applicaturos metuunt, ratione nituntur. Quinimo abſurdè uidentur ſapere, ſi, cum acceſſionem ſociorum metuant, uos eorum ſubire uicem uelint, neq; cogitent ſe, ſi quidem nullũ optarent accedere Thebanis auxilium, rectius facturos, ſi id prohiberẽt, quã, ut fieret, operã darent. At nunc ita hoc ſtatuunt, quaſi ſint ĩj, quibus ne quis beneſaciat, metuamus, non quibus etiam alios optemus accedere, aſciſcẽdi. Atqui ſi Regem prohibere, quo minus auxilium ferat, non poſſunt, ſaltem uos poterant non adhortari. Ego uerò non tam ſtupidos nec dementes habeo Thebanos, ut, poſtquam de imperio cum Lacedæmoniĩs contendunt, cum Rege de ſeruitute paciſcantur. Nam ridiculum foret, ſi hos cuperent perdere, ne quid ipſos impedirent; illũ aduocarent, quem ſibi dominum ſcirent futurum. Etenim eo rectius nobis ac Lacedæmoniĩs, quàm ſibimetipſis, Rege appellato, conſulent, quòd nobis defenſionem quidem relinquent, ipſi, ne armis quidem ſumtis, mox ſuccumbẽt: ac nos per ſe, ſi uicerit, uincet; illos ipſorum poſſidebit operã, quæ ſi ſtuderent, inſani dicerentur. Nã quod eos aliquis antiquæ cũ Barbaro amicitiæ ac ſocietati putet cõfidere; hoc magis metuent. Meminerunt enim ſe tum & bonis omnibus fuiſſe priuatos, & illi rebus ſuis ceſſiſſe, cum prius ipſum Regem, poſt eius præfectum excepiſſent, Mardonium, qui cum equitatu & immenſo exercitu regionem partim uaſtabat, partim cõſumebat, & cùm urbe pro caſtris utebatur, tum libertatis nemini quicquã relinquebat, ſic ut nihil eſſet eo tempore Thebanis miſerabilius, qui & à Græcis malè audirent, & à barbaris miſerè affligerentur. Quocirca non

[a] λαβεῖν pro λαλεῖν. Illorum ſupplicium) quod ſumant.
[b] μετρίως ἔχη pro μεγίστως.

non erit,cur talem calamitatem iterum uelint experiri, aut à Rege petere, ut ad eos aliquem mittat, qui Bœotiam inſidens, & belli dux creatus, ne hiſcere quidem illos permittat. Quid quod cum talem retulerint uictoriam, & ſint illuſtres redditi, nolent, opinor, ad eam humilitatem ſe demittere, ut ad Barbarum, & antiquam reuertantur maculam. Quin omnino ratione caret hæc ſuſpicio. Cum enim oporteat ipſos uel uictores alteri & contra ſe uincere, uel uictos noſtræ poteſtati relinqui, ſicut olim accidit; utra res auxilium Regis requirit? Quinimo ſi nunc affligantur, à nobis aliquam ſperabunt ſalutem, quemadmodum & ſibi olim, & nunc Lacedæmonijs accidiſſe cognoſcent: ſin aduocato Barbaro uincantur, funditùs perijſſe ſe ſcient. Quid erit igitur, cur non ſoli tandem pugnare malint, quod cùm ſinceram uictoriam, tum cladem cum ſpe coniunctam adfert, quàm quod cùm inutilem felicitatem, tum inſanabilem habebit miſeriam, ſocium Regem [c] aſciſcere? Præterea neceſſitate coguntur, etiamſi nolint, ſapere. Nam Elei & Arcades, quos nunc habent ſocios, ſi aduocatum ſenſerint Barbarum, nequaquam manebunt, uerũ ſuſpicabuntur & cauebunt,ut quos partim extremum maneat periculum, partim infamia, ſi, contra quem olim cum Græcis rectè ſentientibus in acie ſteterant,ei nunc operam cum Thebanis dẽt. Ex quo fit, ut potius exiſtimem Thebanos propter eos,quibus nuncutuntur ſocijs,Regem,quã hos propter Regem neglecturos eſſe. Deniq; ſi nunc, Athenienſes, ſaluis Lacedæmonijs,ne ad Regem accedant Thebani, metuimus; quid, cum ne hos quidem ſocios habebimus,uerũ inter Thebanos ac Barbaros relinquemur ſoli, faciemus? Etenim ſi quis eſt nobis fideiuſſor locuples, non mox Thebanos,ſimulatq; Lacedæmonios perdiderint, ad hanc urbẽ uenturos, & uos ſubiugaturos eſſe; quanquam eſt indignum per Liberatorem Platai cum Iouem,& communium illic poſita maiorum monumenta, Laconicã urbem è Græcia pati excidere,idq; per Thebanos, tamẽ hanc impietatem uerbo ſuſcipiam;prodamus eos, Athenienſes, ac neglectim contemnamus, atq; etiam,ſi uultis, ſimul perdamus,aut hoc ſaltem nequaquã. ſed ſi res à Thebanis nobiſcum geſtæ tantã familiaritatem atq; conſuetudinẽ nondum pepererunt, ut plura ſint ijs & maiora,quæ cum Lacedæmonijs primũ egerant,à quorum nunc memoria longè abſunt;ſi nullum felicitatis homines tædiũ capit, quin, qui res maximas feliciter geſſerint,maiores appetant,&, cum principatũ affectent,noſtram potius urbem,ꝙ Laconicam, propter prudentiã, rerum peritiam,acumen,& celerẽ ad omnia præſentiã par eſt eos metuere;ſi præterea poſt hanc opinionẽ ſequiť,ut nos tollere cupiant; ſi deniq; neminẽ eos illæſum relicturos,nec etiã res aliter, ut uellent, eſſe paſſuras certum eſt; ſi hæc ita ſe habent, quid uetat, ne pariter Lacedæmonios ſeruemus, Vrbi ſecuritatem paremus, humanitatis,

Alteri) nempe Regi.

c προσλαβεῖν pro προσκαλεῖν

d deeſt πεγονα ςῶν poſt αἰδεί-ας.

magnanimitatis, ac fortitudinis [d] obtineamus laudem? Nam in hoc, ut eos cum iniuriarum obliuione ſeruemus, horum trium laus conſiſtit. Iam ad id quod aiunt, nondum Lacedæmonios in eandem fortunam, in quam nos, deueniſſe, & quos ſuffragio, ſi ſit opus, ſeruare, eos armis uelint perdere, atq; ad hanc ſubtilitatem, aut potius dubitationem, ne dicam ſtupiditatem, non eſt difficile manifeſta ratione occurrere. Nam ſi poſſemus, Athenienſes, uti partitione, & eatenus eos in prœlio affligere, quatenus ad æqualitatem poſſent perduci; non eſſent hæc contemnenda. cum autem nequeamus ita pugnam diſſecare, quid, cum ſemel modum exceſſerimus, fiet? utrũ nos pœnitebit? in quẽ uſum, poſtquã præterijt occaſio? Etenim uel una hæc pugna cuncta ipſis abſtulit, ſocios, Hilotas, finitimorum fidem, denique eum, quem tenuerant, locum. Ruinoſa uerò facilè percelluntur. Quodſi igitur alio rurſum prœlio ſuperentur reliqui, quid oberit, quo minus parua diei unius parte cunctæ res illorum opprimantur, ac tum uiri pereant omnes, tum urbs capiatur, idqúe non munita, tum liberi & uxores abigantur, tum res tota, ſic ut loquar, priuſquam in deliberationẽ ueniat, peragatur. Ad hoc enim ipſum iam nos aduocant Thebani, ut ſimul illos perdamus. nam ad quid aliud dicamus, poſteaquam de urbe ipſa decernitur? Quocirca prouidendum eſt, nec ea, quæ nunquam futura ſunt, expectanda. At enim infideles uidebimur eſſe Thebanis, niſi iuuerimus. quin etiam magis, niſi latis ſuppetijs ea, quorum cauſa fueramus aduocati, fecerimus. Quin igitur iſta quoque, ſi uideatur illis, laudamus, urbem ſubruere, uiros in ſeruitutem rapere, liberos & uxores trucidare? nam ad hæc nos uocant. Pone uerò rem nos eſſe manſuram, non illos antè perditum iri, ac ſuffragia colligenda reſtare, quaſi hoc omnibus hoſtibus neceſſaria conuerſione debeatur; quodſi tum nobis ſeruandos Lacedæmonios cenſentibus, non obtemperent nec concedant Thebani, quod quidem probationem nullam requirit; num quid reſtabit aliud, quàm diſcordia & ſimultas mutua? hoc igitur erit belli initium, cum quidem Lacedæmonij uel perierint, ſi Thebanis faueat uictoria, uel exitum belli, ſi forte ipſos queamus eripere, expectabunt. Fiet enim neceſſariò, ut illis uel contra uoluntatem noſtram afflictis, nos in Thebanos incurramus, uel per nos ſeruatis, Thebani per iram nos inuadant. Num igitur præſtat pro umbra Lacedæmoniorum, qui uel nobiſcum ſe coniungere nequeant, uel prorſus perierint, cum Thebanis pòſt bellum gerere, quàm uerũ & generoſum pro ipſis, dum ſalui ſunt, prœlium ſuſcipere? mihi quidem nõ uidetur. Iam ſi non eandem [e] fortunam, quã nos, experti ſunt, hoc uel maximè pro uobis facit. Nã ut eos multo peius, ſi uos uelletis, afflictũ iri, notũ eſt omnib. ita, ſi id, phibeatis, & pœnas ſumſiſſe, quia facilè potuiſtis, & oſtẽdiſſe

Aequalitatem) cladis, quam nobis intulerunt.

e τύχης pro τύχην.

magnanimi-

magnanimitatem ueſtram, quia noluiſtis,uidebimini: atq; ita utrunque pro uno,tum ſupplicium,tum manſuetudinis opinionem, quæ uobis eſt auita, conſequemini. Attamen multo, Athenienſes, grauiora, quàm nobis intulerunt, eos mala perpeſſos eſſe, oſtendam facilè. Etenim nos multis certaminibus ac pugnis nos mutuo, ut ita dicam, infeſtauimus. at iſti ſemel uicti, perdiderunt omnia. Id autem hinc quoque manifeſtum eſt, quòd, cùm nos maris imperio priuarint, ipſi utroq; potiti, nunc utrunq; amiſerunt. Quocirca ſi plurium bonorum amiſſio maioris eſt calamitatis indicium, maior Lacedæmonios nunc, quàm nos olim, clades urget. Quid quod nec ordinem ſocietatis cum Thebanis ineundæ perſpicio. Ipſi enim, ut uidetis, bello præſunt, nos pro appendice requirunt. Iam ſiue illis imperium conceditis, hoc ipſi, quàm uos deceat, conſiderate, memores trophæi quondam in Oenophytis erecti: ſiue hoc uobiſmetipſis defertis, ingrati animi manifeſtam culpam non effugietis. Qui enim ab illis uocati, poſtquam illi maxima quæq; perfecerint, de principatu uellent contendere, non poſſent iſto crimine uacare. Sed ex ijs, qui Lacedæmonios debellari, nec cuiquam parci iubent, hoc uolo quærere, an, ſi principatum nobis negauerint Thebani, in ſubiectorum ordine nos auxilium ferre iubeant? At non negabunt quidem. imo illi certè, donec apud ſe Lacedæmoniorum uidebunt ſuſpenſa ſcuta. Sin utroq; modo licet conijcere, quis nobis certum aliquid referet? Nam ſiue concedant imperium, nō eo magis hi ſunt oppugnandi; ſiue negent, quis hoc ferendum putet? Si porro cum Thebanis faciendum cenſuerimus, & orta, quam dixi, diſſenſione reſilierimus; num quid aliud effectū erit, q̄ quòd & hos [f] neglexerimus, & illos offenderimus, nec uel ad hos redire, uel, quid faciendum ſit, diſpicere poterimus? Sin hoc aſſentiantur omnes, ut ordine ſinguli imperent, nempe Thebani, Argiui, Elei, Arcades, uos; honeſtum, credo, erit Athenienſibus, quando principatum cum omnibus hominibus ſortientur, & Græcis ex ordine quaſi in ſymbola quadam imperabunt. Vtrum uerò præſtat, quintam ſortè principatus uicem aſſequi, ac de cetero, quibus dixi, parere, an Lacedæmonios in æquam partem aſciſcere, ac duos ordines ſummos, in quos eſt olim diſtributa Græcia, conſtituere? Neq; enim, ne Phliaſij uobiſcum contendant, metuitis; neque etiam hac lege illos aſciſcendos dico, uel hoc definio, uerùm illos primùm etiam toto principatu nobis ceſſuros arbitror, atque adeò hoc eos facere iubeo, ſi quidem nobis indigent; alioqui ad legatos eorum dixerim, gratum eſſe Thebanis facturos, ſi illis hac in re obtemperauerint: ſin minus, præſtat, Athenienſes, æquam cum Lacedæmonijs occupare partem, quàm tam inconſideratam cum Thebanis communionem aggredi. Hoc quoq;, ni fallor, cauere debetis, ne in idē, in q̄d Lacedæmonij, crimen

[f] [illegible] pro [illegible]

incurratis, neq; ea, quæ iuſtè reprehenditis, imitemini. Imponitur aũt his non exiguum crimen, quòd cum Thebanis iſtis Platæas euerterunt, ac rurſum Iones in poſtremis cum Rege ictis fœderibus prodiderunt. Ne igitur uos honeſtum uobis fore, ſi Spartam cum Thebanis euertatis, putetis; neq; qui Lacedæmonios, quoniam colonos ueſtros Regi prodiderunt, accuſatis, uoſmetipſos prodatis Thebanis; prodetis autem, ſi Lacedæmonios, cum quibus nunc occupantur, illis auferatis. Hoc addam deniq;: ſi alios Lacedæmonij ſocios à uobis reiecti reperiant, nullam fore maiorem turpitudinem, q̃ quòd alios primũ quæſiuerint, deinde qui Spartã conſeruarent, ſaluis Athenienſibus, inuenerint; ſi nullos, uobis, quos habent ſolos, eam rem curæ eſſe oportere. Opto autem ut, ſi uos eos iuuabitis, ſalui ſint & uictores; ſin relinquetis, pereant potius, quàm per alios reſurgant, ne duplex [g] clades nobis contingat. Atq; hæc quidem mihi rebus utrinq; conſideratis uidentur; uobis autem, Athenienſes, iam quoque, quantum eſt in me, uideantur.

g τὸ συναδικεῖν pro τὸ διδικεῖν

ORATIO LEVCTRICA
Quarta.

NON iniuria multis uerbis, Athenienſes, fuit Lacedæmoniorum patronis opus, quandoquidem res eorum apertę non erant, quales Thebanæ, uerùm argutiorem aliquem, ut opinor, oratorem requirebant. Ego uerò ſicut non prius, quàm uos omnes, amicos habui Thebanos, ſic Lacedæmonijs hoc opem ferre uideo, quòd eſt iniuriarum obliuiſcendum, Thebanis autem & hoc, & quòd beneficiorum debemus eſſe memores. Quapropter ſiue deponendum eſt odium, iampridem erga Thebanos depoſuimus, ſiue hoc nituntur Lacedæmonij, quòd amplius uos affligere non poſſunt, Thebanorum erga uos diuturna beneuolentia multo plus ipſis adfert præſidij. Atq; illos quidem negant hi pro inimicis deinceps habendos, hos autem etiam prius, quàm nos aduocarent, amicos fuiſſe uideo. Quod ſi tantùm ualet inimicitiarum obliuio, mox ut ſocios nos habeant; quanti hoc erit faciendum, quòd alteri priores id, quod hi nunc ambiunt, obtinuerunt? Neq; uerò gratiam uos, Athenienſes, Thebanis aut Argiuis debere cenſeo potius, quàm Thebanos uobis; ſed ijs, quæ ſunt olim inter uos geſta, conſentanea hæc & apta iudico. Eſt autem admirandum, ſi quis Thebanos propter potentiam amicos & ſocios habere metuit, hoſtes & inimicos facere cenſet utile; & quos cum Lacedæmonijs bellum gerentes timet, eos in nos concitat; cumq; iubeat, ne quando pòſt bellum nobis inferant, caueri, ad id nunc iam uiam parandam hortatur, & Lacedæmoniorum ſocietati contra Thebanos, quibus illos infirmiores fatetur,

fatetur cōfidendum ſuadet, Thebanorum cōtra illos non item, quaſi debiliores ſocietates plus opis ferant, quàm eæ, qualem ipſi Thebanam prædicāt. Atq; etiam quærunt, quis fideiubeat loco ſuo manſuros Thebanos; quaſi nobis uiciſſim quærere non liceat, quis Lacedæmonios loco ſuo manſuros fideiubeat, ſi hoc bellum confecerint. Quanquam autem res futuræ, quas illi magnopere Thebanis opponunt, ſunt incertæ, tamen, ſi conuicijs & contentionibus temerarijs omiſſis ipſam ſpectare rem uolumus, multo plus in Thebanis, quàm in Lacedæmonijs, reperiemus fidei; atq; id ex ipſorum uobis aduerſariorum ore confirmabo. Etenim ſi quis ipſos interroget, num rectè fecerint Lacedæmonij, cum Cadmeam occuparunt, negabunt, ſi quidem recens habitus figmentū cōſeruabunt. cur hoc, quæram. Quia fœdera fregerunt, inquient. quid enim aliud? Itaq; cum ſeipſos iniuriam intuliſſe non negant, hoc, quod uolo, teſtimonium perhibent. Scitis enim, eos, qui iuſtitiæ ſtudent, in pace ac fœderibus cerni maximè, quandoquidem in bellis nemo ſui ſic compos eſt, quin fortunæ ſit & occaſionis particeps. Ergo ſi, cum erat utrorūq; liberum conſilium, Thebani ſuas res curandas, Lacedæmonij alienas occupādas exiſtimaſſe deprehenduntur; non'ne fideliores omnino ſunt habendi Thebani, & à Lacedæmonijs hoc eſt metuendum, ne quando, uiribus ſuppetentibus, eodem ſe modo nobiſcum gerant? Quis enim uel hoc credat, qui tum per Bœotiam tranſeundo Thebanos per occaſionem inuaſerunt, eos à uobis, qui cum Thebanis bellum contra ipſos geſſeratis, ſi eandem nacti fuiſſent, facilè manus abſtinere potuiſſe? Quocirca quemadmodum, ſi hoc re uera uobis accidiſſet, cauendos in poſterum iure cenſeretis, ſic poſteaquam, ſi tuliſſet occaſio, fuiſſe euenturum apparet, æquè ſunt obſeruandi. Nam & quam Thebanis retulerunt gratiam, eius participes fuiſtis, & huc ſimultas accedit antiqua. Quamobrem quanto Thebanos odio proſequuntur, alterum tantum erga uos concepiſſe credite, quanquam id nunc propter neceſſitatem obſcurè ferunt. Præterea Thebanos ad imperium nunquam perueniſſe, ne uolentibus quidem Græcis, intelligunt, uos autem id annis multis poſſediſſe, ut primùm per beneuolentiam comparatum, ita deinceps potentia ferè conſeruatum: ſibi uerò dicunt auitum eſſe Gręcorum imperium, qui partim in bello Perſico, partim cum noſtrum euerterunt imperium, utrobiq; imperarint. Atq; hęc non ſunt omni ſecuritate plena, nec eā habent, quam quis exiſtimet, facilitatem. Thebani uerò uel ipſi uidētur hoc eſſe cenſuri, nihil à noſtra ditione auellendum eſſe, nec in mare deſcendendum; uel hoc omnibus potius, quàm ſibi, conuenire. Etenim quæ nunquam ſe cognoſcunt habuiſſe, ea ne quærent quidem: ſin Lacedæmonios inuadant, & eos euertant, neminem hoc inuidere poſſe rebuntur. Quare ſi ex his fit, ut Lacedæmonijs Theba-

Gratiam) in malam partem.

ni, non uobis, uobis potius, quàm Thebanis, Lacedæmonij malum uideantur minari; utroque efficitur modo, Thebanorum ut partes magis ſint expetendæ. Nam hoc ipſum, quòd illi ueſtros hoſtes inſectentur, non'ne multum uos iuuat, excepto, quòd nullum uobis cum illis intercedet negocium. Quid quod nobis ipſa legatio quoddam adfert teſtimonium. Etenim Lacedæmonios iam calamitas huc & occaſio [a] deduxit; quæ res nullius eſt fidei, nec humanitatis indicium: Thebani uictores ueniunt, ac ſuæ felicitatis cupiunt uos facere participes; quo quod poſſit eſſe maius fidei ſignum? non hæc undique minus metuenda, minusqúe doloſa apparent? Quodſi contra calumniam impudentem magna uolumus uti prudentia, futuris rebus omiſſis, quandoquidem permulta fieri ſingulis poſſunt temporibus, quæ nemo prius nec animaduertere queat nec credere; propter illa, quæ iam contigerunt, ac de quibus eſt nulla controuerſia, ſi Thebanos aſciſcamus, rectè faciemus, partim ob ea, quæ priores contulerunt in nos beneficia, partim quia ob eaſdem cauſas etiam olim eos aſciuimus, partim quoniam Lacedæmonij & nobiſcum immoderatè, & cum illis iniuſtè egerunt. Sin uerò nec futura licet promittere, & quæ peracta ſunt, atque ad ius declarandum ualent, tacere nos ij, qui tantum amant Lacedæmonios, quantum Thebanos non odiſſe debebant, iubebunt; num quid reſtabit aliud, quàm ut nutu auxilium decernatur, quandoquidem dicere nihil licebit. Quis uerò tantam iniquitatem ferat? Sed eſt operæprecium in Lacedæmoniorum ſubtilitatem [b] inquirere, modumq́;, quo res omnes gerunt. Hi enim, cum duo nobiſcum bella geſſerint, prius Decelicum, alterum hoc Corinthiacum, quid in utroq; fecerunt? Et ad illud Regem aduocarunt ſocium, cuius opera facillimè nos euerti poſſe credebant, & hoc eiuſdem auxilio confecerunt, Antalcida miſſo, qui Græcorum illi proditionem pro mercede pacis offerret: atq; hunc utriq; impoſuerunt finem. Ergo Lacedæmonij poterunt, quancunq; putabũt ſibi profuturã rationẽ, ha cuti; ſi quos ex noſtris ad potẽtiam euexit fortuna, nos eos relinquemus? Atqui res tanta non eſt, ſi cum Thebanis contra Lacedæmonios coniungant ſe Athenienſes, quanta, cum Lacedęmonij Perſa aſcito Græcos produnt; neq; eſt idem, Æoles, Iones, ac Dores ad ſuum commodum proijcere, atq; uicinis & ſocijs, qui neminem prodiderint, fidem ſeruare. An hoc metuimus, ne quem habeamus potentem ſocium? Quid autem ſit auditu turpius, quàm ſi negentur Athenienſes ullos de ſocijs eſſe felices pati? Si porro potentes fugiemus, quales nobis optabimus? At Corcyræos quondam fœderis expertes recepimus, quoniam eos præoccupandos, cum uiribus ualerent, cenſuimus. & nunc, ſcio, quamuis nulla Thebanis intercederet nobiſcum ſocietas, [c] uerùm potentia pollere uiderentur, nemo ferret,

a ἦγε pro ἦχε.

b ἐξετάσαι pro ἐτάσαι.

c ἄλλως δ᾽ ἔχοντες δύναμιν pro ἀλλ᾽ ὡς δοκοῦντες.

ret, quin eos ſummo ſtudio aſciſcendos ac nobis deuinciendos cenſeret. Iam uerò ſponte ueniunt, & cum Vrbe ſe coniunctos eſſe credunt, nec unquam deſciſcēdum, modò quis eos recipiat. Quid quod ſæpe præſidium quidam eiecerunt, & poſt conceſſionem uim intulerunt, atque omnia ferè, quæcunque ſunt pedentim conſtituta, facilè per tempus diſſoluuntur; ultro delata beneuolentia, ſi ius ſuum obtinet, durat longiſſimè. Iam ſi pacem illam præclarā non feciſſent Lacedæmonij, non'ne cum illis adhuc bellum gereremus, nos atque Thebani, quemadmodum eramus coniuncti? eſt hoc manifeſtum. Quod ſi igitur uel nullo adiecto delicto nos erant hoſtes habituri, cur nunc eodem iure non utantur, poſteaquam hanc quoque addiderunt iniuriam, cum pacem talem confecerunt. ſi eam non modò confecerunt, uerùm etiam uiolarunt; non'ne tanto magis eſt ferendum contra illos auxilium? Neque enim illorum crimen Thebanorum ſoluit potentia, ſiquidem non ideo illos inuaſerunt, ut fortiores redderent, neque ut ea, quæ nunc, paterentur (alioqui fuiſſent inſani) uerùm illa quidem per fortunam acciderunt, cum aliud fuiſſet illorum conſilium, ceterum iuſtitiæ ratio, ſiue potentibus ſiue infirmis inſidiatum fuerit, eadem manet. Maximè autem hoc perſpicietis, ſi rem ita conſideretis. Quod ſi nō Thebanos, ſed uos inuaſiſſent, & arcem occupaſſent, quo'nam hos animo uoluiſſetis eſſe? triſti, an læto, aut quali? Nam quæ tum ab illis iure poſtulaſſetis, ea nunc in ipſos à uobis conferenda ſunt, poſtquam priores illorum exceperunt iniuriam. Sed ex ijs, qui Lacedæmonios deplorant, hoc quæro, utrum ſaluti eorum, an imperio ſtudeant. Si imperio, non equidem cenſuerim, quomodo Lacedęmonij regnare poſſint, eſſe curandum: ſin ſaluti, quid urgent? Nam ſimul poſſunt & Lacedæmonij debellari, & Sparta, quam reuerentur tantopere, manere: niſi forte dicant ſe, donec Græcis non imperent, nec quæ [d] uelint faciant, ſaluos eſſe nolle, perire malle. quod ſi eſt, non admodum ſunt humiles. Etenim equidem Thebanos quoque libenter dixerim uobis in hoc obtemperaturos, ſi bello confecto, urbem ſeruari uolueritis. Nam cum id per uos obtigiſſe ſibi cognouerint, ut Lacedæmonios in manu habeant ſua, non, quicquid uolueritis, exequentur? aut quam uobis pro ſocietate & opera gratiam referre ſe dicent, niſi ſuffragij conſenſum reddiderint? Sed quid ſi prius interimantur Lacedæmonij? At id quomodo fieret? Si omnes in aciem prodirent. Atqui primùm id nunquam cōtinget. neque enim liberos & uxores ſecum educent. Deinde rurſum quæram, quid ſi Thebani pereant omnes, nobis à Lacedæmonijs ſtantibus? non'ne auxilij terminum uidebimur prætergreſſi? Vtrum igitur eos perdemus? quis hoc ferat? an eos iterum aſciſcemus? quis erit finis tandem, ſi Lacedæmonios iterum maiore conatu ulciſcamur? Non enim trutina ſumta res in bello ponderare

[d] deeſt βύλονται ante δυώσιν. Vrbem) Spartanam.

Eos) Thebanos

poſſumus, uerùm ordine primo ſeruato, momentum ferre debemus, neq́, quod nauigantes faciunt, ad inferiora nos cõuertere, latus perpetuò mutãtes. Quocirca cum utrinq; uetemur bellum partiri, & alterutris aſcitis, eos nec relinquere nec prodere debeamus; utris potius ſit prouidendum, conſideremus. Age uerò per Plataicum Seruatorem, & Tyrannos triginta, ſi legatis ad nos utrinque miſſis, cum primùm ſunt bellum aggreſſi, ad Lacedæmonios declinantes, eos aſciuiſſemus; non'ne hoc haberent nunc illorum patroni firmiſſimum argumentum, quòd Thebanos iam condemnaſſetis, nec deceret eos, qui tum fuerant in ſocietatẽ admiſſi, negligi? Iam ſi non contra Thebanos, uerùm pro Thebanis exiuiſtis, atq; eundem deinceps locum ſemper ſeruaſtis; non rurſum nos idem, quod tum illos, iuuabit? Cum autem etiam ante Lacedæmoniorum in Cadmeam aduentum hos aſciueritis, quomodo nunc deficietis, quos, etiamſi ab illis ſtetiſſetis, iniuriam paſſos cum illis decebat commutare. Quodſi nos abigerent, nec reciperent Thebani, iniurios eos & ſceleſtos quiuis diceret, atque ab ijs deficiendum ſuaderet. Sin urgent, deſiderant, uocant, nec minus noſtram ſocietatem, quàm ipſam ambiunt uictoriam, id uerò nihili faciemus? minimè uerò. Quomodo igitur, & qua lege ſocietatem inibimus? nam hoc modò quærebatur. At ego primùm, præterquam quod dicentem non miror, indignam hanc & ridiculam quæſtionem duco; ſiquidem non poſt initam ſocietatem demum, an ſit auxilium ferendum, quæri oportebat, uerùm, dum de ſocietate conſultatur, tum, quibus ea ſit legibus ineunda, communiter diſpicere. Deinde hoc poſſum ijs, qui id iam ſcire uolunt, promtè reſpondere; antiqua. Nam cum uocent nos eodem modo, quo tunc, idem omnino rurſum concedent. Sed ſi eſt præripienda occaſio, de Lacedæmonijs hoc ipſum quæramus. Etenim cum illis multo difficilius nos acturos deprehendemus. Nam ſi uolent antiqua lege nobis uti ſocijs, terra mariq́ue uolent imperare. At ego non facilè, quomodo ſupplices ijdem atque principes poſſint eſſe, uideo. Quin etiamſi foret æquo iure contrahenda ſocietas, audacter equidem Thebanos prætulerim, quos eſſe Lacedæmonijs præſtantiores, ipſi illi confitentur. Nam ſi uictis & cæſis æquales nos faciemus, neſcio, ſi quid agere poſſimus turpius. Quando enim Lacedæmonijs præſtabimus, Athenienſes, ſi nunc, quando noſtram requirunt operam, æqualitatem amplectemur? Sin dignitatem nominis ſpectant, aut ſecundum gloriam de iſtis iudicant; maiores eorum, quos admirantur, Thebani ſunt. quaporpter nolint eos, quaſi nequiores, reijcere. Alioqui hæc uerborum ſpecie tegi, nec, qualia putentur, eſſe, facilè manifeſtò declarauero. Etenim ſi malè egerunt Lacedæmonij, & collapſi ſunt, nec quicquam habent reliquum, tum demum, cum

Quos) Heraclides uidetur dicere.

cum ſe dediderint, & uos in urbem ſuam introduxerint, quemadmodum olim noſtram ſunt ingreſſi, ſalutem conſequantur; neque profectò multi me anteuertent, quin ſurgã primus, ac iubeam Thebanis, ſi non pareant, nec manus abſtineant, bellum [c] inferri. Sed hoc nunquam, opinor, facient Lacedæmonij: nequaquam. alioqui ſi legatos uocauero, uidebitis. Quinimò paulo poſt huius rei periculum facere poterimus; nunc autem hoc me permittite adijcere. Nam inter dicendum antiqui mihi auxilij uenit in mentem, quod cum à nobis eodem, quò nunc, modo petitum in maxima difficultate accepiſſent, remiſerunt, cum tamen acerrimò bello premerentur, ſocijs indigerent, reliquis omnibus uterentur, nec eorum quenquam uel petentem diſcedere permitterent. Quodſi nunc quoqꝫ, Athenienſes, idem fecerint, ac ſe nobis iam non indigere dixerint, uel propter ſuſpicionem uel alia de cauſa quauis (ſunt enim contumelioſi & diſſimulatores) non ne egregiè nobiſcum actum erit, qui & ab illis contumeliam acceperimus, & hos neglexerimus, & utroſqꝫ deinceps inimicos habeamus. Quin etiam hoc mirandum duxerim, ſi quis, cum ſolos hoſtes metuat Thebanos, utroſqꝫ nobiſcum decertantes non uereatur. At indignum eſt, extantibus trophæis, Lacedæmonios debellare. Nos uerò ipſos etiam ciues, quibus autoribus iſta ſunt erecta, non idcirco, cum poſtea peccaſſe deprehenſi ſunt, dimiſimus; uerùm partim Miltiadem, qui in carcere obijt, non immeritò perijſſe cenſuimus, partim eum, qui rerum præclariſſimarum dux & autor fuit, Themiſtoclem in exilium egimus, cum præſentem non poſſemus occidere. Indignum ſit igitur, cum ueſtros, per quos res illas potius, quàm per Lacedæmonios, eſſe geſtas quiuis dixerit, ita exceperitis, ſi Lacedæmonios propter illas per occaſionem impunitos dimittatis. Quid quod honeſtius etiam contra ipſos bellum, quàm pro ipſis ſuſcipere poteſtis. Nam heic inferiores amplecti uidebimini, quod illi generoſum ducunt; illic uiciſſim læſos iuuare, quod eſt magis decorum, & quod heic eſt periculi, effugere, quoniam fortiores habebitis ſocios. Iam quod ſecuritate præſtat, nec gloria cedit, quis, qui rectè ſapiat, non honeſtius dixerit? Atqꝫ hæc equidem ſentio: quod autem uobis honeſtius ac iuſtius uiſum fuerit, id mihi quoqꝫ tale cenſere, nec hoc modò, ſed etiam alacriter exequi neceſſitas imperat.

[c] αἰταίρειν pro αἰτηρεῖν.

ORATIO LEVCTRICA
Quinta.

QVODSI nobis etiam, Athenienſes, aliqua loquendi libertas permittitur, conabor, quæ potero, in rem præſentem cõſulere, ſi uos prius obſecrauero, ne antè, quàm cuncta intellexeritis, obſtrepatis. Atq; eſt omnino difficile, ueſtrã utilitatẽ accuratè inueſtigare. Etenim qui uel his uel illis patrocinãtur, ĳ & eorum, quos defendunt, & ueſtrũ inſup, quos habent ſentẽtiæ ſuę aſſertores, gratiam conſequuntur. qui uerò hinc recedunt, & medium tenent locum, ĳ nec, quæ illorum alterutri libenter audiunt, nec quæ uos expectatis, ferè dicunt. Quo fit, ut cum illis melius, etiamſi cauſam ſuam non obtineant, agatur, quàm cum hoc, poſtq; perſuaſerit: ſiquidẽ illis manẽt, quos tuebãtur, amici, hic nullã à uobis init gratiam. Verũtamẽ quanq; eam res difficultatem habet, non tñ deſiſtam. Videtur enim his, qui ꝑ utriſq; dixerunt, is, qui pro uobis tandẽ dicat, deeſſe. Is autem ego ſi fuero, gratias uobis ueſtro agam nomine. Etenim q pro alteris dixerunt, ĳs, quamuis aduerſarĳs conceſſerint, eorum, q̃s iuuandos ſuſceperant, manet gratia: qui medium tenuit locum, utrorumq; beneuolentiæ iam renunciauit ipſe, ita uos quales habiturus ſit, ignorat. Quocirca nequaq; par uidetͬ, alteris aſcitis, uos quoque, qui idẽ ſentitis, habere beneuolos, atq; pro uobis exurgentẽ, uos offendere, ac uictum quidem in triũ odiũ incurrere, uictorẽ uerò uotiq; cõpotem uictis exæquari, quibus alĳ, quos illi aſciuerunt & amicos reddiderunt, ueſtrã uicem ſuppleãt. Veruntamẽ hoc ego turpe, nec ciuile, nec ullo modo Attica concione dignũ iudico, ut pro Thebanis, ac rurſum pro Lacedæmonĳs multi dicant, pro uobis nemo. Sed oratores utroſq; laudo, quòd multis ac miris contra alteros inuẽtis, cõmuniter me, quid eſſet ſtatuendum, docuerunt. Nam hoc mihi perſuaſum habeo, etiamſi per me prorſus imperitus eſſem, horum tamen dicta ſubſequentẽ poſſe me, quid optimũ ſit, uidere. At in hoc eos uiciſſim reprehendo, quòd, cũ occultarint omnia, & ad gratiam alterorum ſe loqui diſſimulare ſtuduerint, unum hoc diſſimulandi ſtudium tegere non potuerunt. Alioqui quid attinet nunc dicere, nõ ad gratificandũ Thebanis ſe acceſſiſſe, & mox auxilium illis decernere, nunc nolle ſe Lacedæmoniis gratificari, & mox ad diſcrimen pro illis obeundũ uos adhortari? Nam ſi uerũ habent utriq; prætextum, & eſt ipſis, ut equidẽ exiſtimo, credendũ, utroſq; deſerendos cenſuerim. At nũc, quaſi uos nõ publicã quęratis utilitatẽ, ſed cũ quibus pugnetis; ita uos alii iubent aliis bellũ facere, quaſi periculũ ſine damno uitare nõ poſſetis. Verũ hoc erat in medio poſitũ, ut ueſtras uos res agere, cum neutris familiaritate contracta, iuberent; qua quidem re nihil Vrbi magis prodeſſe, nec ſimul & ciues ſeruare, & nauibus, opibus,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bus,rebusq; cũctis ſalutare queat eſſe. Aiunt aũt permulta uos ac maiores ueſtros pro multis ſuſcepiſſe certamina; & rectè dicunt. Verũ ſi tantam aliorum curam geritis, ut ne bellum quidem eorum cauſa ſuſcipere detrectetis;cur uoſmetipſos, quod ſine periculo fiat intempeſtiuo,negligatis? Non enim, ſi aliorum utilitates etiam cum diſcrimine, ueſtræ uobis non cum quiete ſunt procurandæ. Iam ſi quis hoc uolet conſiderare,utrum propter ipſam nauigationem, militiã, & diſcriminum ſtudium,an propter factorum rationem & iuſtas ac neceſſarias bellorũ cauſas in gloria atq; laude maiores noſtri fuerint; non illa,credo,ſequetur. latronũ enim & piratarũ illis laudẽ tribueret,ſi hoc mirandum & imitandum cenſeret, cum quis perpetuò ſeipſum periculis exponit. Sed hoc,ut reor, illis gloriam iure conciliauit,cum barbaros Græcorum cauſa ſunt ulti,nec uſquam per mollitiem iure ſuo ceſſerunt. At hoc bellũ eius generis non eſt,ut uel propter neceſſitatem,uel propter principatum,uel alia iuſta de cauſa participes eius eſſe debeamus. Etenim hoc ipſum primũ diſcernere non licet,utris ferendum ſit auxilium. Cur hoc? Quia primùm, ſi,quoniam multarum rerum ſocietatem iniuimus, nunc quoq; quieſcere non debemus,eſt id utriſq; commune. itaq; dum alteros iuſtè iuuabitis, alteros iniuſtè relinquetis. Deinde ſiue iniuriarũ debemus utrinq; memores eſſe,neutris eſt aſſiſtendum; ſiue culpam condonamus,non alteros duntaxat,uerùm utroſq; ſimul abſoluemus. Quæ cum ita ſint,non uideo,quos eligamus,poſtquã eodem ſunt utriq; iure. Quid quod omnino ſit abſurdum,[a] eos, quibus auxilium per occaſionem propter iniuriarum obliuionem ſit ferendum,cum alijs de cõpoſito perimere. Quocirca ſi ſuppetiæ ſunt præſtandæ,nec utriſq; præſtari poſſunt,obliuionis ratio medium ferit,ut nec hos iuuemus, quoniam & illos,nec illos,quoniam & hos oportebat iuuare. Quãobrem quoniam deponenda eſt iniuriarum memoria, idcirco non eſt ferendum auxilium. Quod porro maximè quis optaſſet,ut Thebani ac Lacedæmonij inter ſe committerentur,& uobis occaſionem quieſcendi, dum ipſi longo bello premunt, darent,id alicuius deorũ prouidentia,noſtræ urbi cõſulente,contigiſſe nũc arbitror. Etenim ſiue pœnas ſumere de illis uoluiſſemus,ſubeũda fuiſſent pericula;ſiue quietè uixiſſemus,impuniti erãt illi futuri. At nũc ita res [b] à Deo ſolerter eſt conſtituta,ut ipſos domi uos ſedentes ipſorum poſſitis opera punire. Quapropter hac occaſione prudenter & cautè debetis uti, neq; tam ut illorum alteris alteri potiantur, quàm ne uos ab alterutris infeſtemini,cauere. Quid enim abſurdius, quàm illos ſibi,non uobis, ſtudentes utroſq;, legatos huc miſiſſe, uos illorum utilitatem ueſtræ præponere? Conſiderate uerò, per Iouem, utri melius & æquius dicant; qui ne uos diſcrimen obire, & alios ulciſci, atque hoſtium loco iubent habere, an qui nec periclitandũ, & utroſq;

[a] τίνας νῦν ἐπὶ pro τίνας τὰς ἐπὶ.

[b] ὑπὸ τοῦ δαιμονίου pro ὑπό.

ulciſcendos, ac neutros offendendos ſuadet. Iam ſi fueritis egreſſi, q; fideles habituri ſocios ſitis, eſt incertum; ſin manebitis domi, præter ſecuritatem, quam uobis ipſi creabitis, illorum quoq; gratias utroſq; uobis acturos eſt apertum. Neq; enim quoniã uos adiutores utriq; non habuerunt, uitio uertent, quandoquidem hoc fieri non poſſe cognoſcent; uerũ quia [c] non infeſtos erunt experti, gratiam habebunt utriq;, quandoquidem ijs, qui neutros affligere uolunt, hoc relinqui ſolum intelligent. Præſtat igitur profectò, utroſq; cõterendo, gratiam ab utriſq; inire, quàm alteros aſciſcendo, neutros ſibi familiares facere, uerùm alios antè, alios pòſt inimicos habere. Nam quod hæc non fruſtra ſuſpicamur, oſtenderunt modò de Lacedæmonijs Thebanorum patroni, de Thebanis Lacedæmoniorum. Quid quod etiam abſque iſtorum rationibus patet eos, qui, cum toto priori tempore communionem rerum omnium tantam, quantam nullus populus habet rerum ſuarum, inſtituiſſent, nunc inter ſe tanto ſtudio ac robore concurrunt, ac uos, quos tum populabantur, ſibi conciliare ſtudent, nihil in poſterum de uobis iuſtè uel ſimpliciter decreturos eſſe, præſertim quos iam neceſſitate, non beneuolentia ducti [d] aſciuerint. Iam cum nos in inſidijs eſſe cognoſcentes, nihilominus inter ſe concurrant; non'ne, poſtquam alteros expulerimus, contra nos erunt expectandi ſuperſtites, qui ſciant ſe, modò nobis potiantur, reliquum hoſtem habituros neminem? At enim alia de cauſa diſcrimen eſt ſubeundum, etiamſi talis maneat nos ingratus animus. eſt enim indignum, Lacedæmonios uel Thebanos, qui toties ac tam benefici erga Vrbem fuerunt, negligere. Sed ego beneficiorum quidem utrinque collatorum numerum aut præſtantiam nequeo nunc diſcernere, poſtquam cogito, ſiue quàm alacriter utrique per annos ferè triginta nos quotannis inuaſerint, ſiue quàm ſtudiosè ac facilè Deceleam contra nos munierint, & in Siciliam occurrerint, & ubique, antequam uocarentur, præſtò fuerint. nam de Platæenſi quidem excidio utroſq; alteris conceſſuros arbitror. At non malè Thebani pugnarunt ad Delium. Quid autem? an melius, quàm ad Amphipolim Lacedæmonij? Nam reliqua quidem beneficia non poſſum accuratè præ multitudine recenſere. Atq; hæ ſunt illorum uiciſſitudines, quas eſt Vrbs experta. At olim ad Regem acceſſerunt Thebani: acceſſerunt & Lacedæmonij poſtea, ſtantibus, quæ nobiſcum erexerant, trophæis. Quis ergo non meritò dubitet, utri plus in ciuitatem boni contulerint. At Lacedæmonij urbem noſtram ſuffragio ſuo conſeruarunt: uerum eſt. Thebani quoq; Lacedæmoniis ipſos uocantibus non obtemperarunt: & hoc uerum eſt. Non igitur ſatius eſt Lacedæmoniis, quoniam urbem noſtram, ut Platæas, non euerterunt, Thebanis, quoniam inuadere deſierunt, gratias agere, quàm Lacedæmoniis, quoniam nos in ſuam

[c] οὐχὶ κακῶς ποιούντων pro καλῶς.

[d] παραλαβόντες pro παραβαλόντες.

Thucyd. 5. [beside "non malè Thebani pugnarunt ad Delium"]

ſuam reduxerunt poteſtatem, Thebanis, quoniam priorum omniũ populationum participes fuerunt, iraſci, nec potius illis pro ſalute, his pro ceſſatione populandi gratiam deberi cēſere? Quid quod nec Thebanis iniquiores eſſe debemus, qui ſunt euerſioni ſuffragati, quàm Lacedæmonijs, qui Thebanis ſuffragandi de nobis poteſtatem fecerunt; nec rurſum Lacedæmonijs potius iraſci, qui contra Piræum duxerunt exercitum, quàm Thebanis propter eam, de qua relicti ſunt, cauſam, quam non aliam fuiſſe, ſi rectè licet inquirere, deprehendemus, quàm quòd ipſorum ſententia ſtare non potuit. Sed cur hæc diligentius examino? Nam ut maximè quis hæc in beneficijs ponat, non repugnabo: ueruntamen, quid ſentiam, uobis dicam. Etenim ſi beneficia ſunt expendenda, nolim Thebanorum rectè facta, Lacedæmoniorum iniurias recenſere, nec contra; uerùm utrorumque memorari beneficia. Sin eſt eorum ingrati animi habenda ratio, ne alterum proponamus, alterum beneficijs occultemus, uerũ, quandoquidem utriq; ſunt utriuſq; rei participes, uel utroſq; ceu beneficos [c] iuuemus, uel neutros, quoniam utriq; læſerunt, defendamus. Si porro utroſq; pro dignitate tractare uolumus, propter iniurias auxilium ne conſequantur, propter beneficia ne lædantur utriq; atq; ita præclaram utriuſq; rei rationem habebimus. Quod ſi ad hos uel illos declinaueritis, cum neutris iuſtè agetis, dum & illos pro beneficijs interimetis, & hos pro damnis ſeruabitis; cum æquitatem partiri poſſitis, & ab alterorum ſtudio tantùm detrahere, quantum alteri non ſunt odio habendi. Quin ſi hoc quoq; dicēdum eſt, exiſtimo Thebanis nos, quoniam cum Lacedæmonijs non irruperunt, ac Thraſybulum receperunt, plenas retuliſſe gratias, poſtq; Lyſandrum occidimus, & alia, quæ non ignoratis, ſimul peregimus; Lacedæmoniis uerò [f] pro ſuffragio nunc hanc gratiam debere reddere, quòd eos cum Thebanis, ut licet, non euertimus: & illis quidem eo prodeſſe ſocietatem, quòd Lacedæmonios non aſciſcimus, Lacedæmoniis autem illud beneficium, quòd neq; nos à Thebanis nunc ſtamus. Quin etiam hoc eos inæquales reddit, quòd nec Lacedęmoniis honeſtè poſſumus auxilium ferre, quoniam fidem fregerunt, neque Thebanis, quia plenum iam de illis ſumſere ſupplicium. Quocirca nec illi ſimul inuadi, nec hi, cum iuſtè indignētur, prohiberi meritò poſſunt. Iam utrorumq; patronos ſeparatim ſic interrogabo. Quid ſtudetis, Lacedæmoniorum patroni? an uultis, ne Thebani in ſocietatē admittantur, neq; quicq; à nobis grauius patiantur Lacedæmonii? in hoc uobis aſſentior. Rurſum, Thebanorũ patroni, uultis neminē obſtare Thebanis, neq; ad Lacedæmonios nos uergere? ueſtræ ſum ego ſentētiæ. Quid igitur fruſtra clamamus & contēdimus, cũ tam æquũ & iuſtũ ſimus arbitrũ nacti? At nõ ſufficit belli mediũ. his quidem. quod ſi nec uobis, alia res eſt. Atqui cum tria ſint utriſq;

c deſunt ἀμφοτέρους ϲωθῶμεν, ἢ ὡς ἀδικήσαντας ἀμφοτέρους post ἀμφοτέρους.

Studio) ueſtro.

f ἀντὶ τῆς προ αἴτε.

His quidem) ſi non ſufficit.

uestrum uota, unum, ne quid ijs, quos tuendos [g] ſuſcepiſtis, grauius contingat, alterum, ne quid hoſtibus feliciter, tertiū, ut maiores reddatis ueſtros clientes; ſi hoc demto, amplector illa, nónne duplo plus uobiſcum ſentio, quā diſſentio? atq; in ijs adeo, in quibus uos ipſi meliores uos eſſe iudicaueritis, eiuſdem ſum ſententiæ. Nam quis præſtare neget, publicam ſequi utilitatem, quàm gratiæ alicuius uel odij rationem habere? Quid quod ea, quæ in alijs utriq; reprehenditis, ipſi facitis. Etenim cum beneficia memorari non permittatis, ipſi ueſtrorum memoratis rectè facta. deinde crimina refutatis alia, alia imponitis. Atq; ego quidem, Athenienſes, præterquam quòd mihi nihil contradico, cum his quoq; ſentio: hi autem & ſibi utriq;, & hoſtibus uidentur contradicere. Præterea non uideo, quomodo mihi quoq;, qui à neutris diſcrepo, quatenus quidem conſentio, pars non relinquatur. Nam ut adiuuentur quidem utriq;, non poteſt efficere patrocinium; minimè uerò: ut autem neutri inuadantur, in eo patroni ſermo locum habet. Nam & hi [h] nos & ſuos utriq; uetant alteris opem ferre. Nihil igitur aliud eſt oratio mea, quā uelut ſcribæ alicuius recitatio, qui utrorumq; componat ſententiam, & è duabus unam conficiat. At Regis factum, cuius modò audiebatis mentionem fieri, neutros potius iuuandos, quàm alteros, ſuadet: id quod apertè cognoſcetis. Etenim nec Thebanis hac ratione licet ſuppetias ferre, quoniam ſuperiores euaſerunt; nec Lacedæmonijs, quoniā ipſi quoque Perſæ nequitiam imitantur, neq; uos in illius malitiam & infidelitatem ullo decet modo ſuccedere. Nam nec Græciam uos odiſſe dixeritis, ut eam minimè fortem, ſicut ille, reddere ſtudeatis, nec ſententiam mutaſſe poſsitis uideri. At ſi per ſe ſinatis aduerſarios bellū cōficere, id odio omni atq; inuidia carebit. Quid quod Rex ipſe nō deſcendebat, neq; corpus exponebat ſuum diſcrimini, uerùm opibus, quibus abundabat, bella fouebat, & præfectos, quos habebat nō paucos, mittebat; atq; hæc erant bellum regium, Pharnabazus, Piſſuthnes, Tiſſaphernes, mēdacium, aurū, cetera. At nobis id, quod ille per hæc euitabat, ſi alterutros aſciuerimus, cōtinget. Nam ut ille, ne unq; per ſe periclitaretur, prouidebat, atq; idcirco res eminus inter ſe committebat; ita nos contrà corpora, regionem, & omnes, ut ita dicam, copias in diſcrimen exponemus. Neq; enim aliter nobis licet bellum gerere, neque bello inſidentibus res fouere, uel eas auditu percipere, uel obiter tantum aut animi gratia participes, quantum libeat, eſſe; uerùm præſentes oportet eſſe, ac ſimul laborare, neque minus diſcrimen, quàm qui primò concurrerunt, ſubire, non autem præfectum, cum uidebitur, mittere. Quod enim ad pecuniam attinet, ea quidem nobis tanta non ſuppetit, ut in alienos ſit uſus impendenda; uerùntamen ſi hoc quoq; modo alteros iuuerimus, [i] nō iam Suſa nec Ecbatana proficiſci, neq; mare opus eſt annua expeditione trāſire, uerū uno

poſſunt

g ἐρῶδη pro ἔρημα.

h deeſt ἡμᾶς pro ὑμᾶς.

i οὐκ ἐπὶ σοῦσα, οὐδ' ἐκβάτανα ἰέναι, οὐδ' ἀποχρύψαι δεῖ τὴν θάλατταν pro οὐ. τῶν, τὸ, δεῖν.

poſſunt aut altero die tranſacto, qui læſi ſunt, inuadere nos, & agere ac rapere, ſic ut neceſſario ſit ad manus, hoc eſt, ad infortunij difficultates ueniendum. Quin etiam ipſe iuberem uos Lacedæmonijs opem ferre, poſtquam Thebani ſunt ſuperiores, niſi crederem, quantum illi multitudine uincunt & robore, tantum hos exercitio ſuperaturos. Nam ſi æquales eſſent, equidem Thebanis metuerem, ut infirmioribus: at poſtquam Thebani feliciter uicerunt, æquales arbitror bellum anſas habere. Quoniam enim poterunt Lacedæmonij uel poſteriore loco ſe proferre, ea res bellum prorogabit & moram adferet, dum alij rebus benè geſtis elati, omnem uolent mouere lapidem, Lacedæmonij uerò, qui uirtute ſe & gloria potiores ducunt, nihil ſuſtinebunt amplius pati. Quodſi uobis aliqui ſunt imitandi, laudantur Argiui, qui in bello, quod inter nos ac Lacedæmonios eſt geſtum, per quietem iuuentute, regionis apparatu, & omni floruerunt copia, donec ad res gerendas aggreſſi, priſtinam amiſerunt felicitatē, ac tum populi principatus eſt abolitus, tum alia ſubſecuta ſunt mala. *Thucyd. 6.* Nam è bellis omnia, ſic ut loquar, naſcuntur, Rerump. euerſiones, contentiones, clades omnis generis nec opinatæ; quas nos, ſi quiquā alij, ſatis experti cum ſimus, meritò nobis caueamus. Quin etiam maiores audio noſtros quondam Salamine Megarenſibus ad tempus aliquod ceſſiſſe, mortis pœna, ſi quis eam recuperandam diceret, decreto conſtituta. *Plutar. in Solone.* Quodſi proprijs aliquando rebus cedere neceſſe eſt ac conducit, cur aliena participemus mala? & cum ægrè laturi ſimus, ſi fortè alterutri eorum, qui iam nos aduocant, in Atticam cogitaſſent irrumpere, ipſi nos in bellum, & ſeditioſum tumultum temerè conijciamus, cum non ignoremus, omne bellum facilè ſuſcipi, difficulter deponi. Etenim permulti, dum ſui ſunt iuris, pericula ſuſcipiunt: eadem in aliorum redacti poteſtatem fugiunt: quorum neutrū prudentiæ eſt indicium. At nobis cum regio diu fuit afflicta, tū corpora iampridem contabeſcunt, tum pecuniæ, quam in arcem olim congeſſeramus, tanta moles deceſſit, tum iuuentutem ciuitas requirit, quā recens exurgentem ne corrumpamus, uerū dum hi oderunt, iraſcuntur, concurrunt, minantur, nos belli præſides ſedeamus, Vrbem curando, pecuniā, equos, triremes colligendo, ac res omnes cōponendo, quemadmodū qui ruinoſas reficiūt ædes. Atque ſi mihi creditis, & uoſipſos continebitis, uenient iterum ab utriſque legati, uenient, cū ita res omnes à uobis compoſitas uidebunt: nec hi ſolum, ſed & alij multi, ut arbitror, dijs uolentibus amicitiam ueſtram per legationem expetent, modò uos ſuſtineatis, & horum contentione ad acquirendum principatū uelitis abuti. Neque enim hoc quiſquā ſe dicet metuere, ne conſpirent utrique, ac depoſitis odijs, in nos ſe cōuertant; non tam quo beneuoli nobis uel hi ſint uel illi, quàm quòd id ab omni ratione eſt alienum. Cur enim, quæſo, conſpirent? quia cum neu-

tris nos in acie coniunximus: atquo magis iraſcentur, eo minus poterunt conſpirare. Nam cum utriq; indignabuntur, quoniam per nos non potuerũt ſuos hoſtes affligere, cur illos dimittant: aut cur inter ſe concordent, cum ſciant utriq; alteros indignari, quia noſtram ſocietatem contra ipſos obtinere non potuerunt. Huc accedit, quòd ipſis[k] tantũ ocij nunc non ſuppetit: uerũ Thebani, dum ſe putant facilè iam Lacedæmonios opprimere poſſe, urgent bellum, neq; etiam Regis uelint imperium mereri, ut his deſiſtant inceptis; Lacedæmonij uerò libentiſſimè moriantur omnes, cum de Thebanis ſupplicium ſumſerint. adeò ſunt illis infenſi. neq; mirum fit, eos, qui præter dignitatem ſibi ſuperati uidentur, tantam acerbitatem præ pudore animo concepiſſe. Deniq; mutuum inter illos odium & exacerbatio maleuolentiam erga Vrbem conceptam obſcurauit, & quaſi nubes eſſet illis prætenta, nihil rerum noſtrarum perſpiciunt. Iam quos nunc metuimus, dum non lædimus, non'ne magis metuemus meritò, ſi nobis cum alteris coniunctis, uincant alteri? Nam nunc quidem nullũ eſt à uictorib. periculum, ſi quid fortè tentare cœperint. Etenim ſi contuſi & afflicti cum integris & recentibus nobis uolent contendere, Cadmeam ſe uictoriam breui obtinuiſſe ſentient. Sin cum alterutris nos cõiungamus, ſiue uictores erimus, nihilominus dãna cogemur participare, & ſi fortè ſententiam mutarint, æquales ipſis reddi; ſiue res inclinauerint, manifeſtum erit periculum. Itaq; nunc quidem, qui uicerint, nobis uincent: tum per nos, ſi fortè contingat, uincent alteri. Quinimo nec alijs in rebus ſimiliter ſe res noſtræ, atq; illorum, habent. Nam Lacedęmonij Peloponneſi extremitate occupata, magnũ habent belli ac difficultatum tegumentum; Thebani ultra Cithæronem ſunt abacti; noſtra uerò urbs belli meatum tenet, nec poſſunt alterutri in alteros egredi, niſi noſtrã, expoſitam exitio, prius inuadãt. Poſtremo qua de cauſa bellum geſturi ſimus, ſi nec in horum nec in illorum ſuſtinebimus internecionem conſentire, coniecturis aſſequi nequeo. An uerò medij[l] ſedentes hoſtib. parcemus, cum id liceat, ne uel hos uel illos uideamur affligere, prorſus cauere, ſi nihil iracundè legatis reſpondeamus, uerùm ita manſuetè & modeſtè utriſq;, facilè nos, ſi contra alios aduocaſſent, opem ferre uoluiſſe; cum contra ſe inuicem aduocent, ferre nolle, non quo alteris benè facere, ſed quòd alterutris malè nolimus. Atq; hæc quidem mihi, in omnia me uertenti, uidentur eſſe rationi conſentanea: metuo autem, Athenienſes, ne facilius alienas res corrigere, quàm ueſtras componere poſſitis.

k οὐδ' ἐν τούτῳ σχολῆς pro οὐδέν.

l καθήμεθα pro καὶ αἰδώμεθα O.

ORATIO DE SOCIETATE PRIOR.

ARGVMENTVM ORATIONIS utriuſq; de Societate.

Cum Philippus Thebas legatos miſiſſet, ut per Bœotiam trãſitum in Atticam impetraret; Athenienſium legati eodẽ profecti, Thebanis, ut Philippo tranſitum negent, ac ſecum belli ſocietatem contra Philippum ineant, perſuadent. Hiſtoriam habet Diodorus Siculus in fine lib. 16.

NEQVE Philippum mirari quiſquam debet, Thebani, more agentem ſuo, quandoquidem plures dolis quàm armis cepit, ac nunc de uobis benè ſperat; & nos Athenienſis populus, auitum conſeruans inſtitutum, huc miſit, ut uos, ſi ſtatũ ueſtrum ignoratis, doceamus; ſin cognoſcitis, auxilium polliceamur, atq; adeò ſimul oſtendamus. Veſtrum autem erit, fortuna non abuti, neq; quæ uobis aduerſa fert tempus, confirmare, quæ autem ſint horum remedia, reiecta pòſt quærere. Atq; hoc quidem rectè cõfeſſus eſt Philippus, ſe multa illa mirandaq́;, quæ legati modò recenſuerunt, nõ tam ueſtra quàm ſua cauſa geſſiſſe. alioqui heic non ſubſtiſſet, neq; ea, quæ nunc, petijſſet. At uos par pari referre ſi uultis, nõ inuidemus, quin idem nobis & illi iuſtum uideatur. ſin eſt in ſeruitute poſita gratificatio, neutrum uideor intelligere, neq; quid in uos tantum ille contulerit, neq; quid ipſi de uobis tantum ſitis meriti, ut ſponte tam graue luatis ſupplicium. Quin hinc primùm utriuſq; legationis diſcrimen cognoſcite. Philippus miſit, ut ſe iuuaretis: nos ipſi uenimus, ut uos iuuemus, ſi patiamini. Ac nihil nos nouum aut præter morem facere, ex una re omnibus notiſſima intelligite. Etenim cum à Lacedæmonijs primũ poſt magnam illam conſuetudinẽ & amicitiam, quam non uos, uerũ illi, cum idem, quod Philippus, de uobis ſtatuiſſent, diſſoluerunt; cum igitur ab illis deſciuiſtis, tum nemo Græcorum omnium, quotquot uel Europã uel Aſiam incolũt, uobiſcum ſe præter nos coniunxit. adeò ſanè res hæc eſt progreſſa. Tunc enim uobis ad nos uenientibus obtẽperauimus, nunc ſponte adſumus, ſumta, uel potius præſumta ueſtrorũ cõſiliariorum perſona. Tantus etenim nobis uidetur toti imminere Græciæ metus, ut, ſi quis uel precibus reliquos ad ſalutem procurandam poſſit impellere, magnum quiddam præſtitum ducamus. Neq; hæc nũc ita primũ cenſemus, uerũ etiam olim ad Barbari expeditionem, quoſcunq; potuimus, excitauimus, neq; nos puduit communis uſus gratia ſupplices fieri. Atq; apud eos quidẽ, qui nobiſcum ſentiunt, exigua ſufficit oratio, ac tanta fortaſſe, ut equites & milites relictos indicemus. qui

uerò nondum ullam de futuris cogitationem inſtituerunt, uerũ etiã dolis ac ſpe tenentur, ijs hoc primum dico, me ſermonẽ quoq; ipſum rebus damnũ dare, niſi breuiſſimè conſtringatur, putare; deinde, quã tum intereſt, expono. Etenim ſi uos primi de Philippo iudicium eſſetis facturi, hoc ut alijs Gręcis felicitatẽ pareret, ita uobis, ni fallor, periculum, qui mores eius non præcognouiſſetis. Nunc ex aliorum cladibus ueſtram comparate felicitatem, & ſublatis utriq; uerbis, illius habete factis fidem. Et quanquam optandum eſſet, ne talia Græci prę berent inter ſe exempla, uerũ quietè omnes ac feliciter ſuas urbes incolerent; tamen cum quis ne per ea quidem, quę uidit, inſtrui ſe patitur, ea uerò maxima eſt miſeria. Fuit, cum ſupererant Olynthij. Quomodo cum his egit Philippus? equidem humanius exiſtimo, quam illi cupiebant. Nam ut omittã pleraq;, cũ Anthemũtem ex ipſius regiõe poſſidebant, ad quam antè ne appellere quidem ipſis licebat; tũ adeo maiorẽ illorum amicitiæ, quam noſtræ ſimultatis, habuit rationem, ut ablatã nobis Potidæam, illis dederit, & periculum ſuum, præmium illorum fecerit. Quid ergo profuerunt hæc Olynthijs? num egregium perceperunt fructum? Quinimo qui prius, quę nemo petebat, dederat, is poſtea nihil ipſis reliquit, ac pro donata Potidęa cepit illos ipſe, nec aliis tradidit, uerũ funditus euertit. cumq; ſuæ cupiditatis modũ in Olyntho facere deberet, duabus ac triginta captis inſuper urbibus in Scytharum ſolitudinem Thraciam redegit. Quanti uerò mediuſfidius redemturos fuiſſe putatis Olynthios, cũ euertebant, ac multas illas patiebantur ærũnas, ſi hæc antea ſibi cognoſcere, ac melius inire conſilium licuiſſet? equidem quãtiuis, dixerim. Iam hoc illis, ut apparet, non contigit, uerũ ſimul & cognouerunt & perierunt. At uos, dum integrum eſt exemplum ſumere, nolite id aliis ipſi præbere. cũque Tilphoſſæum uobis & regio Phocenſis pro magno lucro habebitur, tum ueſtram urbem, regionẽ, & ſacra, ſepulcra, mores, gloriã, omniaq; ſimilia opponite, & ex uobis ipſis quærite, nũ hæc minora ſint, quibus quidem omnibus, ſi ad illa reſpexeritis, erit carendum. Abſurdum enim ſit, cum eos, qui fenus exercent, nõ modò non amemus, uerùm ne alloqui quidem uelimus, præſertim quod graue ſit; ſi non iis, qui pro tanto uectigali gratificantur, ac res tantas repoſcunt, omne ab omnib. odium omniſq; diffidentia deberi iudicetur. Comparate uerò cogitatione res ueſtras cum Olynthiacis, demto quidẽ exitu. neq; enim, ſi alia ſunt locorum nomina, res etiam ipſas differre credite. uerùm [a] aut dedit illis, quemadmodũ uobis, dona, aut nõ dedit, caćq; illis aut profuerũt deniq;, aut nõ profuerunt. Quin & illud conſiderate, quo tum erga nos animo fuerint Olynthii. nempe quẽ optabat Philippus maximè, atq; adeo effecerat. diffidebant nobis, oderant, ne nomen quidem ferebant. At poſtquam contra patronũ ſuum bellum gerebant, & eos malorum Ilias cinxerat, quis ipſis auxilium

[a] ἢ προεῖ.

auxilium tulit: nemo nec [b] ante nec poſt nos; atq; heic uel maximè noſtræ probitatis & illius uiolentiæ diſcrimen apparuit. Etenim qui ab illis hoſtes eramus habiti, ſoli ac primi, cum ueris amicis opus fuit, præſtò fuimus, qui autem nullis donationibus ſibi ſatisfaciebat, is omnia cepit, ipſos, arma, urbem, & regionem. & à Philippo quidem uaſtati ſunt, noſtra autem uirtute, quotquot euaſerunt, manent Athenis ſalui. Non igitur nos hoſtes meliores ſumus, quàm Philippus amicus; & plus odio noſtro, quàm Philippi beneficijs debent: Quid quod nec hoc dixeritis, tanta uos in Philippum humanitate fore, ut uobis etiam præter naturam parcat. Nam nec ueſtræ dignitatis eſt, exteros mirari, neq; Amphipolitas & Pydnæos uiceritis, quorum illi huic quaſi deo ſacrificabant, hi etiam patris templum poterant oſtendere. ueruntamen & illos, poſtquam cepiſſet eum ſatietas, eiecit, & hos in templo patris inter iurandum trucidauit, ac fœderibus cædes interuenerunt. Neq; uerò tam grauiter illum eos, qui extra fauces & in Thracia habitant, ferre credite, ut perpetuò, cuius futuri ſint, [c] ſpeculari neceſſe habeant; ueſtrum autem, qui inter Græcos nobiſcum cenſemini, quorum q; ictum quõdam unum Græcorum principes ferre nõ potuerunt, nullam habere rationem, ac melius uos, quàm ſibi conducat, inſtructos libenter uidere. nunquam ille tam abiectè de ſe ſentiet. Quocirca de nobis ac noſtris rebus uobis conſulite, ſic ut Philippum uel non metuatis, uel ita uobiſcum non acturum credatis, uerùm ijſdem uos de cauſis, quibus nos, hoſtes habiturum. Nam & nos more ſeruorum non obtẽperaturos nouit, & quoniam uos eiuſdem ſcit eſſe ſententię, meritò inimicos ducit. Iam ſi ne nos quidem aggredietur, uerùm hac in re mentietur, alterum fore credite, ut nihil contra uos moliatur. ſi ne ius confeſſioni meritò credendum eſt, eadem ratione, quę negat, uera cõuincuntur. Quapropter alterutrum continget, & ſiue bellum geretis, ſeruietis; ſi ue noletis ſeruire, bellum geretis. Quod ſi exerta quondam humanitas inſidias tollit, ne nobiſcum quidem nunc bellum gerit; ſiquidem nobis etiam captiuos dimiſit, & amicitiam nobiſcum contraxit. ſin lucri cupiditas magna res eſt, quid attinet Phocenſes proferre: Non enim in ueſtrum uſum Phocenſes de medio ſuſtulit, non; ſed præſidij rerum ſuarum cauſa: neq; tam ut uos fortiores, quàm ut Græcos communiter infirmiores redderet. niſi forte duas ac triginta Thraciæ urbes etiam ueſtra cauſa ſe dicet excidiſſe; Theſſaliam totam præſidijs & Quatuoruiratibus occupaſſe, ut ueſtram conſeruaret Remp. Megara propter uos aggreſſum eſſe, & Eubœam abripuiſſe; Peloponneſum compilaſſe, cędibusq; repleuiſſe, ne uobis ullum immineret periculum; Pæonas quoq;, Triballos, & qui extra Septentrionẽ habitant, infeſtare, cunctisq; hominib. moleſtum eſſe, quo Thebana floreat ciuitas, nec illi ab exteris metus unquam ullus inferatur, &

[b] πρὸ pro πρὸς

[c] σκοπεῖν ποιεῖτε pro σκοπῶν Principes) Lacedæmonij.

nunc ad Athenienſes pro uobis tendit. ſanè uerò, quemadmodum ex alijs patet. Cur igitur contra uos conceptum odium non ſimul confitetur, uerum celat? Philippus, Thebani, primùm præcones de bellis exemit, atq; ijs in theatro duntaxat utitur. Cum enim in certaminibus gymnicis nemini luctandi ſubtilitas, ne quid cauendum ſit, prædicatur; magnopere putat ineptũ fore, ſi quis in bellico apparatu & rebus inſtructis nũcium præmittat, quaſi hoſtibus metueret. Quare nec Olynthijs cõſilium ſuum prædixit, priuſquam ipſa corpora, uelut morbus quidam, inuaſiſſet, & cum Phocenſibus congreſſurus, amicitiæ ſimulationem prætexuit. Quodſi nũc quoq; tacitè poſſet ad nos accedere, nihil optaret, credo, melius. quoniam per Bœotiam trãſeuntẽ fieri conſpicuũ oportebat, ut neceſſitati ceſſit, ita uti ingenio, & ad nos ait ſe proficiſci, non ut nobiſcum ſe bellum dicat gerere, ſed ut uobiſcum diſſimulet, quandoquidem non parum credit intereſſe, cum utriſq;, an cum alteris duntaxat decertet; & ſi huc accedat, ut, cũ quibus illum nobiſcum coniunctis oportebat congredi, cum ijs nos inuadat, id uerò maximi fore momenti. Quapropter alterum faſſus eſt, alterum negat. Illud præterea cogitauit, ſi apertè uobis bellum inferret, nos auxilio uenturos; ſin ciuitates inter ſe committeret, & uos, antequam reſiſteretis, capturum, & uobiſcum ſolis ſe eſſe prœliaturum. Neq; hoc nunc primùm, ſed ex omni tempore modis omnibus, ne quando ciuitatibus inter ſe cõueniat, molitur efficere. Etenim Phocenſi quoq; bello longius ducto, cum præuideret uos ſocietate noſtra, ut ſoletis, uſuros, eluſit utroſq;, nobis obtruſa pace, uobis in amicitiam receptis. Ac tunc quidẽ imprudenter utriq; ſumus & negligenter decepti. nunc autem ne committamus, ut illi uideamur in reb. conſiderandis cedere. Nihilominus à uobis gratiam ſuæ cupiditatis repoſcit is, qui gratiam ipſe omnem ſuſtulit. Etenim qui pro paruis reb. quas tum uobis dederat, nũc omnia uobis ablatum uenit, quem ſibi apud uos gratiæ locum relinquit? quaſi à Phocenſibus etiam pro iniurijs illatis mercedem requireret. Neq; enim quia Phocenſes ſuſtulit, propterea uobis eũ melius uelle, credere debetis, uerùm quia tũ Phocẽſes in ueſtrum damnum ſuſtulit, tum uos nunc, ſicut illos, uult aggredi, eum cauere, neq; tam hæc propter illa concedere, quàm propter hæc illa quoq; odiſſe. Iam quod ad calumnias & crimina, quibus contra nos uſi legati ſunt, attinet, cogitate primùm ipſos ſecum, ſi uera dicunt, pugnare. Si quid enim nos de nobis mutuò queri poſſumus, noſtra ſit ea mutua diſſenſio, non illius, cum quo non ſunt crimina communia. Quocirca non illum uos oportebat legatis miſſis irritare, uerùm uos, ſi quid ulciſcendum putaretis, & illum, & quotquot poſſetis, contra nos conuocare. At cum ipſi per uos modeſtè uos gerere ſciatis, cur illius calumnias attendatis? niſi forte ueſtra quidem ipſorum cauſa nihil grauiter feretis, illius autẽ indignabimini, cum

tamen

tamen uobis, non illi, facta ſit iniuria, ſi quid eſt horum dicendum. Quin etiam hoc uidete, ne ſimul & iraſci, & de uobis ipſi ſupplicium ſumere uideamini, tantoq́ peius uobis ipſi, quàm nos, conſulere, quòd nos ad uos unà conſeruandos uenimus, uos autem; ſed nolo malè ominari. Etenim ſi propter ea crimina, quæ uos unquam nobis impoſuiſtis, quorumq́ cauſa uobis indignationem ſtudent adferre, Philippus nos inuadit, uideantur aliquid dicere: ſin autem, quia ſeipſum continere non poteſt; quid de uobis ipſi tale meriti ſitis, ut de uobiſmetipſis rectè uideamini ſupplicium ſumere, doceat Pytho:

Pytho) legatus Philippi.

Huc accedit, quòd ſecundum commune iudicium noſtra quidem Græcorum & gentilium inter nos de principatu & loco contentio præter æquitatem & morem non inſtituitur: qui autem prorſus eſt alienus, is ad nullam rixam uel contentionem eſt admittēdus; uerùm ſicut fratres duo, qui de primatu contenderent, ſi quis eos peregrinus & externus aggrederetur, idem hoc ſentirent, ut eum communibus excluderent oſtijs, ſic in Græcorum negocijs externus nemo noſtra debet ſecreta (ſic enim uocanda ſunt) pro anſa arripere, ſed Græcorum quidem pugnas & criminationes mutuas ſeditionibus eſſe ſimiles, & ut maximè, ne contingant, prouideri debere, ita ſaltem quamprimum diſſolui, quod autem cum barbaris & antiquis maleuolis geritur bellum, naturale nomen ſortitum eſſe exiſtimandum, neq́ hos temporum morbos aut prouentus eſſe, uerùm æternis, ea quaſi debita, terminis eſſe defixa. Deniq́ ſi tempus ultionem permittit, ea, quamuis iuſtum non eſt, utimini. ſin hanc animi abiectionem tempora non ferunt, in alteram partē Philippi utamur conſilio, eum quę uelut inuitum putemus arbitrum adeſſe. Ac de nobis quidem, ſi nihil aliud, conqueri ſaltem de more quis poſſit: at Philippus nuſquam, qui ſibi illatas ab illo recenſeret iniurias, reliquit. adeo malam ſibi harum rerum defenſionem parat. Quid quod ſi per ipſa culpæ tempora ſecus de nobis quicquam ſtatuere uelletis, non careret res uenia. nunc autem quid uos doceant, quamq́ue iuſtum ſit & uobis utile, uidete. Etenim ſi, cum inter nos oderamus, cohibere uos potuiſtis; cum ſunt à nobis omnia placata, & ad cōmunem militiam conuenimus, tum iraſcemini; ne aliud, atq́ uelitis, committatis, cauete. Neque enim tam iniurios ulciſci, quàm beneficis eſſe ſtudentibus iraſci uidebimini. Quid quod & cum utriſq́ hoc modo contra decorū, & uobiſcum utroq́ modo contra decorum egeritis, ſi & hoſtem pro patrono, & nos clementius hoſtes, quàm amicos, habueritis. At omnium eſt abſurdiſſimum, cum ſit utrinq́ culpa, uobis iram ſolis conuenire, cum præſertim exercitus non in Zoſtere, nec in limitibus Atticæ ſit & Bœotiæ, uerùm in Phocenſis & ueſtræ regionis confinijs, atq́ adeo ad portas Thebarum, ſic ut ut horrorem mihi iam incutiāt. Cur igitur, cùm ueſtra res agatur, nos turbati adſumus? Primū bona

quædam fortuna, ni fallor, utranq; gubernat urbem. Deinde turpiſſimum fuiſſet, cum uos factis ſeruare ſtatuiſſemus, ſi uerbis uos officij ueſtri commonefacere non eſſemus dignati, præſertim cum putaremus fore, ut ille ueritatem conaretur, ſicut & fecit, peruertere. Itaque contra illius legationem noſtris fuit opus legatis; exercitui uerò contrà [d] occurrit exercitus. Quodſi cui mirum uidetur, nos huc ueſtri metu uenire; hoc quoq; miretur, cur Philippus ueſtræ querelæ cauſa nos inuadat. Quapropter nolite de duobus, quæ mira ſunt, id quod uobis eſt contrarium, confimare; quod ſalutem adfert, euertere. Nobis uerò pudori erat profectò futurum, cum Byzantios, Perinthios, & Cherroneſi incolas è periculo antè eripuiſſemus, atq; etiam Eubœnſes & Chalcidenſes, quantum in nobis fuit, de quibus tamen omnibus nonnihil conqueri poteramus, ſi uos, quibus Græcorum nemo nobis eſt familiarior, in omnium fortunarum diſcrimen redactos, propter leues iniurias neglexiſſemus. Ac miror Pythonem, ſi uos moleſtiarum, quæ utrinq; ſunt ab inuitis partæ, uult meminiſſe, quæ ad familiaritatem, & fidem tam multa poſt omnem memoriam faciunt, negligere, cum præſertim ſit omnibus notum, quàm oportunæ ſibi mutuò hæ urbes ſuis cuiuſque temporibus fuerint. Atq; Oedipum quidem à nobis receptum, & Bacchum à uobis profectum, cum Icario uerſatum eſſe, atque ei donum dediſſe; tum Herculem de peregrinis primum fuiſſe initiatum, primoſque ei nos templum fundaſſe, eiusque liberos eſſe tutatos, & reliqua ſimilia non proferam; uerùm, quæ uiui etiam teſtari poſſunt, partim in miſeria populi nos huc profecti, Thebas loco patriæ habuimus, & cum poſtea iuberent uos Lacedæmonij ſecum Atticam inuadere, cuncti renuiſtis; partim, cum iterum uos aggrediebantur Lacedæmonij, tantum abſuimus ab illorum expeditionis communione, ut ex urbe nondum munita copijs eductis, & parta uictoria, Bœotiam uobiſcum liberauerimus, non tam ſocietatis neceſſitate, quàm conſilio uobis benefaciendi ducti. Rurſum cum, pace ſub Antalcida facta, Cadmeam Phoebidas occupaſſet, cùm exules recepimus, tum, ut armis opus fuit, cum toto populo accurrimus, ac uix ad ueneramus, cum Lacedæmonios per inducias dimiſimus. atque infinitis poſſet exemplis demonſtrari, bonam fortunam inter ſe urbes præſtitiſſe. Quid quod non urbi modò cum urbe tantum intercedit, uerùm etiam priuatæ inter noſtros & ueſtros amicitiæ fuerunt firmiſſimæ. Quid enim Herculis eſt ac Theſei ſodalitate celebrius? quid Græcis magis fuit oportunum? qui eodem habitu, iiſdemque ſtudijs terram circurabant. Atque cum Hercules amicum requireret, Theſeus eum Athenas ductum refocillat. Nūc profectò, Iupiter, Neptune, atque omnes dij, nunc illa horum concordia, cura, ac diligentia opus eſſet. Nam nec in Amazones expeditionem, ut arbitror,

[d] ἀντιπαρεξήχθη στρατὸς στρατεύματι.

arbitror, nec ullum ſuſciperent bellum aliud, priuſquam hoc unum caput pariter ſuſtuliſſent, cuius nec Iſthmus, nec ulla gens eſt expers, quin eius latrocinijs & terra & mare deficiant. At nunc illi quidem belli præſides, nos eius milites ſumus ex omnibus delecti. Quid obſtat ergo, ne maiores imitemur? Et quanquam illa quoque, Thebani, præclarè fuerit à nobis inita ſocietas, cuius modo memini, cum Lacedæmonios terræ mariſq; dominos non [c] pertimuimus; tempus tamen iſto magis neceſſarium & oportunum adhuc non extitit, neque quo magis urbes, heroas, ac deos inter ſe decebat conſpirare. Improbus nebulo de terræ barathro profectus, malo Græcorum, uel ſuo potius fato educatus, longo iam tempore intolerabilem exercet petulantiam, atque urbes euertit, Reſpubl. immutat, alternat exilia, Græcorum rebus manum iniicit, quaſi uadimonium deſerentem deprehendiſſet Græciam, neque quiſquam prohibet, uel ſe mouet, uerùm quaſi ultra catarractas hæc aut mare rubrum fierent, & ad omnes potius, quàm nos, pertinerent, altus omnibus ſomnus eſt & ignauia offuſa, nec ſecus, atque mirandas hiſtorias, narrari audimus, dum, quæ fiunt, miramur; ut ceſſent, operam non damus; ac tota uelut in Euripo uerſatur Græcia, ſurſum ac deorſum noctes dieſq; agitata; & perpetui nos cladium nuncij circumſonant; Philippus eſt in freto, Philippus eſt Megaris, periclitatur Arcadia, perierunt Chalcidenſes, Theſſaliam ſubegit, obſidet Byzantium, Elim cepit; denique numerus quidam Homericus Græcorum raptorum extitit. Quanquam autem tot opes, corpora, loca perierint, omneſq; omnibus priuati ſint, nihil tamen eſt horrendum magis ac potius deplorãdum, quàm quòd iudicia noſtra conſiliaq; prędatus eſt, ac tanto pharmacorum cumulo, tantoq; eſt uſus faſcino, ut omnes ad omnia contra ſeſe pro ipſo facienda adegerit, quaſi interitum in lucro ponerent. Itaq; contendunt inter ſe Græci, quis primũ ſub illius poteſtatem ueniat: ac tantum nobis ſupereſt, quãtum ijs, qui ictu uel alio malo afflicti progrediuntur, & ut lapſus euentum certò præuidẽt, ita dilationem uiribus tuentur. At ille typhonis aut preſteris inſtar incumbens, penitus cuncta magno ſplendore abigit, nec relinquit quicq;, alios armis, alios uerbis inuadens, ac propemodũ in fugã omnes cogens. Veruntamẽ hæc adhuc nemo ſibi ſuggeſſit, ſed quaſi nebula uel caligo cuncta occupaſſet, nec noſmetipſos nec illum quimus cognoſcere, uerùm dum futurũ nõ ignoramus caſum, & ignorare tñ uolumus uideri, ſcientes uolenteſq; perniciem expectamus. Quodſi quod aliud extitiſſet ſpectrũ, qualia ſolẽt in cælo apparere, uel terræ motus, uel graues uenti inualuiſſent; oẽs timerent, ac ſe mutuò conuocarent, & conſultores Delphos, Dodonam, & ad Amphiaraum de ſalute mitterẽt: cum autem tanto iam tẽpore regnet Philippus, &

Caput) Philippi

[c] κατεδέσαμεν pro κατεδείσαμεν.

Iliad. λ.

Græciam funditus concutiat, ac terræ tantum ſpacium, quantũ nullus inuaſit fluctus, peragret; nec ratio, nec conuentus habetur ullus, neq; uel preces aptæ fiunt, uel quæſtiones Græcæ; uerũ quaſi nebula tectus, aut iniucundam poetarum galeam indutus eſſet, ut ad faciendum pateret, ad patiendum euaneſceret, ſingula circumit, Græcorum fauorem eblandiens, inquirens in omnia, ſi quis populum rea liqua offendit, ſi quis uerbum duntaxat locutus eſt, omnes uiciſſim calumnians, cum Græcis tanquam pueris agens. [f] Atque hæc omnia res [g] una complectitur, grauiter Philippus inſoleſcens. Qui nam uerò prohibebunt hæc alij? quorum hoc, Thebani, debet eſſe palmarium? Nobis hæc eſt à dijs impoſita neceſſitas. Iam crimẽ antiquum quàm probè [h] dilueritis, uidete, dum dicebatis urbem ſui iuris non fuiſſe, uerũ principes Perſę fauiſſe. At his ſermonibus non congruit, ut Philippũ nunc recipiatis. uerũ uel illa quoq; debẽt falſa uideri, uel hæc ratione nulla nituntur. Sed quàm non liceat uobis, etiamſi uelitis, peccare, iam attendite. Petit enim nunc alterutrum Philippus, ut uel ſecum inuadàtis, uel tranſitum concedatis. Quod ſi tranſierit, nos quidem æquè prodideritis, nec tamen illi, quantum uolet, indulſeritis. Quocirca tum in noſtram incurretis reprehenſionem, tum illius accedet criminatio. Si igitur nobiſcum confecerit, num quos prius, [i] quàm uos, inuadet? Verũ hoc quidem, etiamſi nihil de uobis conqueri poſſet, fit manifeſtum: ſed ſi forte per amicitiam ingreſſus, urbẽ teneat nec dimittat (ſcimus enim, quomodo Pheras ceperit, & abſq; hoc non ignoramus, quomodo Phœbidas hanc occuparit Cadmeã) ſi ergo quemadmodum tunc ille, cum Olynthum tenderet, primùm noluit inuentum [k] præterire, ita nunc hic anteq; Atticam ingrediatur, Thebas uelit habere; num in ius eum ad Græcos uocabitis, aut quid agetis? Quid? ſi diſſociatis urbibus, & aperta ueſtra tranſmiſſione patefacta, primùm ad uos ſe conuertat, quo loco nos habebitis? Nam ſiue par pari referemus, non iuuabimus; ſiue iniuriarum tamen obliuiſcemur, quid uobis magis pudendum poſſit eſſe? Atque his quidem de cauſis omnino tranſitus ei negandus eſt: reliquum autem eſt, ut ſimul nos inuadatis, ac periclitemini, ſi forte uel ille uobis, uel uos illi fidem eſtis habituri. Vtrum uerò præſtat, pro ueſtra Græcorumque aliorum ſeruitute dimicare, an, cum pro ueſtra & aliorum libertate liceat ſubire diſcrimen, hoc malle? Quid quod exiſtimo, ſi pariter inuadatis, maiorem uobis uictis, quàm uictoribus, libertatis ſpem fore. Vt enim nos multis ſæpe culpam ignouimus, ita Philippus quorum eſt amicus, eorum etiam dominus eſt. Præterea ſocietatem nobiſcum æquo iure, ut ſoletis, inibitis, Philippum aũt ſequi cogemini. Hoc porro diſcrimẽ quantũ ſit, cognoſcite. Etenim ſi nos, quod abſit, Philippo nunciari curauerimus, ſequi nos ipſum, quodq; imperarit, exequi decreuiſſe; num quid erit cauſæ,

Galeam) quæ Orci galea dicitur in prouerbio.

f καὶ δὴ τὰ τούτων ὁ κενῶς ἀμφισ-βητῶν additur.

g ὧν ἐστὶ pro ὧν ἔ-νεστι.

h ἀπελύσασθε pro ἀπελύσατε.

i deeſt ἢ ante ὑ-μᾶς.

k παρεῖναι pro παριέναι.

curnobiſcũ amplius bellũ gerat? nemo dixerit? Quapropter nõ leuẽ rẽ negligitis; atq; eo uobis ipſi peius, q̃ nobis, conſuletis, quod nobis ut nihil aliud, ita certamen quidem pro libertate relinquitur, uos oportet ſeruitutem, antequam cõtra noſtros uos collocetis, accipere. Ergo quod eſt in bellorum offenſionibus extremum, id uobis ipſi primùm aſciſcetis, & cum bellicis periculis infamiam proditionis commiſcebitis? nequaquam: ſed hoc potius cum animo ueſtro cogitate, ſi Philippum aſciueritis, barbarum uos hominem, & quem à uobis natura diſſociauerit, quamuis proditis Pythijs dirumpatur, ac tyrannum præterea, malumq; Græciæ genium, & qui nunc ad uos tendat, aſſumturos eſſe; ſin uos nobiſcum coniunxeritis, Græcos primùm ac gentiles, deinde uicinos & iampridem familiares, ac nunc de uobis ſolicitos aſcituros eſſe; atq; ita occaſione utimini, legatiõis quoq; utriuſq; formam præter cetera conſiderantes. Nos etenim in libertate ac legibus, ueſtris ſimilibus, educati, pro his & ipſi decertaturi uenimus, & uos ad idem facinus adhortaturi: horum autem alij patriam quiſq; ſuam, turpiſſimo Græcis omnibus exemplo, prodiderunt, alij coacti uenerunt, nec grauatim, ſi res ab ipſis penderet, longè uobis alia ſuaderent. An uerò non uos præſtat in libertatem Theſſalos aſſerere, quàm hos ad eandem ſecum ſeruitutem uos inducere ſubeundam? Quin etiam hoc perpendite, utrum uobis Epaminondas, ſi ſupereſſet, ſuaſurus uideretur; ut Græcos cum Philippo ſubiugaretis, atq; eius additamentum, qui apud uos quondam obſes uixit, eſſetis, an planè contrà? Iam pro ipſo gloriam eius, & Leuctricam pugnam reueriti, Iouemq́ue Seruatorem, & Herculem Alexicacum, & Apollinem Pythium atque Iſmenium, atq; communes Græcorum deos & heroas comprecati, nobiſcum apparere dignamini, nec minora poſteris exempla uirtutis, quàm à maioribus accepimus ipſi, relinquere conemur. Quare ſi quis de exercitu rebus præſit, confidenter accurramus: ſin quiſquã ijs duntaxat, qui ciuitates uendiderunt ſuas, fiduciam relinqui cenſebat, fallebatur.

ORATIO DE SOCIETATE

poſterior.

NON tam uerbis cum Philippo decertaturi, quàm factis auxilium uobis ac reliquis Græcorum rebus laturi adſumus. Ac nunc, Thebani, longè certius etiam, rectè nos de uobis ſolicitos fuiſſe, cognoſcimus. Nam quod eam ſuſcepit audaciam Philippus atque indignitatem, ut legatos primùm ad uos, deinde qui peterent auxilium, mitteret, quo tum uos abſque pugna

caperet, tum nos pro libidine tractaret; id uerò nec ab illius eſt conſuetudine alienum, & ueſtram requirit prouidentiam. Quoniam autem nouum fortaſſis quiddam uobis uidetur, ut hoſtibus ingruentibus alij de uobis adſint ſoliciti, nec tantum ultro oblatum habeatis auxilium, uerùm etiam ad id accipiendum accedat hortatio; hoc à uóbis petimus, ut Athenienſem urbem in rebus ueſtris imitari dignemini, nec apud hos primùm legatos turpiter uos gerere. Etenim ſi nos, quibus aiunt hi tantam uobiſcum intercedere inimicitiam, ijs omnibus neglectis, ad urbem ueſtram pariter ſeruandam uenimus, uos autem, qui nihil eſtis de uobis ipſi malè meriti, ſine ſudore prodetis omnia; non'ne cum omni pugnabitis ratione? Neque uerò paruum uerſatur hac in die diſcrimen, ſed ut poſtremò uel tum ipſi Philippo ſeruiatis, tum Græcos alios unà ſubiugetis, ac de uobis optimè meritos ferociſſimè tractetis, triumq; rerum turpiſſimarum apud omnes opinionem uobis comparetis, uanitatis, uiolentiæ, ingrati animi; uel urbem cum auita dignitate incolatis, & communē libertatem nobiſcum tueamini. Quare miror, cum eos, qui illa uobis quàm hæc magis eſſe congrua dicerent, odio ſitis iure habituri, cur Philippum, qui ad illa uos redigit, pluris, quàm nos, faciatis; & cum eos, qui uerbis conuicium facerent, hoſtes iudicaturi ſitis, eum qui peſſima quæq; in uos conſulit, ſocium aſciſcatis. Iam ſi eadem utilitatis inter aliquos ratio magnam facit familiaritatis fidem; qui eadem facienda cenſent, opinor, idoneum dant amicitiæ ſignum. At nos eadem uos, quæ & nos ipſos, arbitramur decere, ut in laude & gloria ſitis, ut reliquis Græcis conſulatis, ut primas feratis. Quocirca non habetis, quos uobis magis beneuolos, quàm nos, ducatis. Neque enim alia nos, ſi uicerimus, alia uos manent præmia, uerùm quæ nobis optamus cōtingere, uobiſcum ea communicamus. Itaq; quod ciuitati noſtræ à dijs petimus, idem ueſtræ quoq; precamur; quod Philippo minimè licet, meo iudicio, ut eaſdem pro ſe fundat & pro alijs preces. Hoc enim eſt ſatrapæ cuiuſuis ingenium, ut cum nemine uelit æquo iure uiuere; ac meritò, uel potius neceſſariò. Nam ſimulatq; alteri contigit æqualitas, ipſe, quod affectat, perdidit. Oportet enim illum regnare, parere alios: quæ quidem duo non eodem pertinent. Atq; hæc non tam uerbis à nobis uinci poſſunt, quàm à Philippo factis confirmantur. Quis enim eſt ex illius focijs, cum quo nō peius, quàm cum hoſtibus, agatur? Ac ſingula quidem bella ſecretò gerit plerunq;, quemadmodum nunc ad uos tendit, cælata, quantū poteſt, ueritate: quod autē in genere ſentit, apud omnes fatetur, atq; uno uerbo, ſi quis rectè cōſideret, indicat. Cum enim in epiſtolis eius ac fœderibus primo loco ponitur, Rex Macedoniæ; non'ne tum animi ſui occulta palam facit, nec licere cuiquam, qui ſit libertatis ſtudioſus, ipſo uel uti uel fretum eſſe? Etenim quis tam expers eſt

omnis

omnis ſenſus ac prudentiæ, ut eum, quem uidet unius regionis, quæ cùm eſt malorum plena, tum ſexcentos olim reges habuit, imperio gaudere, non putet Græciæ, quæ ſola omnium, quotquot Sol aſpicit, dominum non habuit, regem uocari uelle, nec alio, quicquid faciat, referre, quàm ut hæc deinceps cōponat uerba, Rex Græciæ Philippus. Minimè uerò, Iupiter, ac dij oēs. Alterum enī dignius eſt ac iuſtius, ut nos illius imperemus regioni. Atq; etiā Atticæ pecora in [a] ſuem Bœotam ducturum aiunt, quaſi oracula quædam exponerent. Philippus uerò non Atticæ modò, uerùm etiam Macedoniæ pecora nouit in uſum ſuum expendere. Id autem ex Anthemunte cognoſcite, quam urbem Olynthijs initio conceſſit. At poſtea magnam, ni fallor, mercedem repoſcit; nec pecora modò, ſed & liberos, uxores, urbes, mœnia, cunctaq; capit, quemadmodum periuros ait Homerus ſolere pœnas olim cum fenore luere. uerùm in eo diſcrimen eſt, quòd non ea periuris nunc contingunt, uerùm hæc ipſe periurus agit. Quid quod præter pecora nouit etiam auro atq; argento Macedonico dato, res gerendas redimere, ſicut Olynthios equites corrupit, & eorum magiſtros, exquiſito ligno Macedonico, ut aiunt, donato. Veruntamen nihil iuuerunt Olynthios è Macedonia delata ligna, quin, cum ſuam aliquis domum texiſſet, eius loco tota ipſorum urbs ſolo æquaretur. Iam qui Potidæam quoque ipſis dedit, Atticæ pecora quodam modo dabat, quoniam, quod noſtrum erat, dabat. poſt autem ipſis tanquam pecoribus, id quod uolebat, utebatur. Vtrùm hæc igitur dona, humanitas, lucra, & quocunque modo blandè uocari poſſint, an potius eſca, laqueus, captatio, ingloriorū gloria, deceptorum pernicies, calamitatū argumenta, contra Græcos machinæ, ſimilibusq; ſunt appellanda nominibus, quēadmodum aiunt equum ligneum Troianis fuiſſe ab Achiuis dono datum. Hæc ergo ſunt mali genij dona, quæq; nemo libenter in urbem ſit admiſſurus. Nam earum quoq; rerum, quas cum Phocenſib. geſſit (neq; uerò ſubitò quiſquam ueſtrum perturbetur, uerùm ſermonem ſubſequatur, & quaſi calculos poneret, poſterius cum priore ſemper coniungat) earum quoq; pœnas dare debere, non præmium mereri, ſi rectè conſideretur, uidebitur. Etenim ſi illis auxilio ueſtro deletis, quietem poſtea ſectatus, nihil quæſiuiſſet amplius; aliquis eum fortaſſis utilitati ueſtræ dixiſſet ſtuduiſſe. ſin hoc cupiditate Græcorum imperij fecit, utq; uos ipſos tutius ac facilius, cum uideretur, inuaderet; cur ex illo die, quo Phocenſes ſuſtulit, eum pariter hoſtem non habetis? Neq; enim magis ueſtra cauſa Phocenſes ultus eſt, quàm nunc Phocenſium gratia uos aggreditur. Non enim, ſi Phocenſes ipſi metum incuſſerant, atq; eorum internecionem in luco poſuit, quippe qui cum olim Græcorum imperium affectarant, cum gloriā ex rebus geſtis erant magnam conſecuti; urbē Thebanā,

[a] ὑπὲρ pro τ.

Iliad. δ.

in qua quondam obſes fuit, ſubiectam & occupatam pro nihilo ducet. Etenim tres ſunt ciuitates, ad quas eum ſuas oportet dirigere rationes; quarum Laconica quidem longiſſimè eſt remota, & à uobis iam propemodum afflicta, deque his cauſis duabus minoris eſt illi momenti; noſtram autem ſe hoſtilem ducere, negare ipſe non poteſt; ueſtra uerò cùm ſitum occupat primum, atq; ideo captu primum eſt neceſſaria, quod quidem propter fortunam non eſt nimis facile, tum non minus eſt, quàm noſtra, ſuſpecta, quam ille conatur aliud agentem occupare, & ſolitam beneficiorum conſequi mercedem. Ac propterea Phocenſes atq; Tilphoſſæū celebrantur. Nā qua ratione gratificabatur, eadem ſe neceſſitatem redimere uos monet, uelut ſi aucupes etiam auibus dicerēt, nō parum ſe illarum cauſa laboraſſe, ſimulq; eſca prolata, gratiam repoſcerent: quem oportebat, ut maximè hæc ueſtræ cauſa feciſſet, ſeipſum, non uos, monere. Nunc autem his omnibus præteritis armatus aduentat, ſuāq; patefacit nequitiam, & finem inopinatum uelut in fabula producit. Mira uerò mihi uidentur ac ſecum pugnantia dicere legati, qui ut Philippo dicunt agendas, ſi quid uobis unquam benefecit, gratias, ita uos omnia iubent, quæ ſunt in ueſtra poteſtate, prodere, atq; hoc peius uobiſcum, quàm Philippum, agere, quòd ille, quamuis hoc nollet, quædam tamen uobis oportunè fecit, uos in uos ipſos tam grauiter, ut nō poſſitis magis, ultro peccabitis, & adeo ab illius exēplo aberrabitis, ut, cum ille uobis hoſtes tradiderit, uos, horum ſi parebitis conſilijs, hoſtibus uoſmetipſos prodatis. Quid uerò tandem erit, obſecro, de quo gratiam Philippo habeatis, ſi nullam ſalutis curam geritis? Nam utrinque equidem exiſtimo ſocietati illi hanc apparere contrariam. Etenim ſiue beneuolentia uera ductus illas res gerebat, turpe ſit uobis, illius alacritatem laudare, uoſmetipſos negligere: ſiue dolus erat, contra uos inſtitutus, & futuri temporis præparatio, duplicem admiſit in ſe, non ſimplicem culpam, tam quòd illis in rebus uos ludificatus eſt, quàm quòd cum armis nunc accedit. Quapropter nō in his eſt propter illa parendum, uerùm de utriſq;, poſtquàm res tulit, pœnæ ſumendæ. Nec malè uobis conſulueritis, ſi Philippi aſtutia uſi, damnum, quod eſt cum ea coniunctum, caueritis. Rectè Phocenſes perijſſe nemo negat: non tamen ideo rectè meretur fidem Philippus. Quinimo ſi quid etiam de Phocenſibus eſt dicendum, ſui quidē ratione iuſtè, Philippi uerò non itē iſta ſunt perpeſſi. Nam cum eum non Dei, nec ueſtra gratia, uerùm ſuæ, quam ubiq; præ ſe fert, cupiditatis hæc feciſſe cōſtet; ut illi iuſtè fortaſſis perierūt, ita non iuſtè Philippus illos perdidit. Nolite ergo, quoniam Phocenſes meritò perierunt, ueſtra omnia temerè proijcere; neq; uobiſmet eandem, quam Phocenſibus, multam imponite. Nam illi quidem ea meruiſſe dici poſſint, cum Deum offenderint: uos quamobrem

hoc

hoc nunc luatis ſupplicium, nos quidē latet. Quid quod hoc etiam indignum uidetur, cum Phocenſes propter occupatum Delphicum templum pœnas dederint, ſi is, qui non Delphicum modò templum ſpoliauit, uerùm eius quidem loco Pythios inſtituit ludos, & res ad ſe non pertinentes adminiſtrat, pro Delphico autem ſolo duarum ac triginta urbium Thraciæ templa ſimul non ſpoliauit, ſed ſuſtulit, atq; inſuper Græciam totam ſpoliat, nec quicquam habet eximium, non templa, non donaria, non mœnia, non equos, non arma, non opes, non corpora, non portus, non Remp. uerùm cuncta tanquam fulmine concutit, atq; alia penitus delet, alijs pro libidine utitur; ſi hic, inquam, non tam ſupplicium mereri uidebitur, quàm uelut patronus coronabitur, idq; à uobis, quorum ſtatum corrupit. Alioqui utro tempore melius uobiſcum agebatur (abſit uerbis inuidia) cū Epaminondas, Gorgidas, ac Pelopidas uobis imperabant, & Philippum habebatis obſidem; an poſtquam hic regnum accepit, & ijs gratificationibus uobis imperabat, quibus uos deinceps imbecilliores redderet? Quid quod ſi mox initio mercedem hanc auxilij Philippus petijſſet, ut uos ipſi ſubderetis, atque urbem traderetis; nemo, ni fallor, contentionem cum Phocenſibus tanti feciſſet. Quare nolite, quæ primùm negaſſetis, nunc concedere: uerùm cogitate, primùm uos nihilo minus, quæ uolebatis, effeciſſe, ſic ut illo non admodum ſit amplius opus; deinde ſi fuiſſet alterutrum eligendum, præſtitiſſe cum Phocenſibus bellum gerere, quàm Philippum horrere. Nam illos quidem tum per uos ipſos, tum per nos, quemadmodum olim Lacedæmonios, tum etiam alio fortaſſis modo ſubegeritis: ſin hic uobis potiatur ſemel, nihil erit maius de uobis in poſterum ſperandum. Iam illo quidem modo ſupplicium de Phocenſibus non ſumſiſſetis; hoc ipſi ſeruari noluiſſetis. At præſtat alijs cauſa ſua parcere, quàm aliorum cauſa perire uelle. Sed nec ea, quæ ſecus de nobis hi dixerunt, ulla ratione nituntur. Quid enim ſit abſurdius, quàm, ſi qua inter nos intercedit ſimultas, accuſationem inſtituere; ſin aliquid boni coniunctis uiribus geremus, indignari, neq; ſe ſuis refutari uerbis intelligere. Etenim ſi rectè illa ſe habent, cur hi accuſant? ſin minus, cur nunc meliora, poſtquam licet, non capeſſamus? Nam ut illa reprehenſionem merentur, ita contraria melioris ſunt notæ. Eſt autem ſapientis, quæcunque ſe rectè habent, ea dincepsetiam imitari ſtudere, ac diligentiſſimè conſeruare; quæ nullo modo facta oportebat, ſequi minimè. Neque enim tam inſuper peccare, quàm initio, quæ recta ſint, ſtatuere laudi ducitur: inter quæ medium eſt, ſi quid peccatum fuerit, pœnitentia duci. Enimuero ſi, quemadmodum nos in quibuſdam uos, ita uos in alijs nos offendiſtis, cur nos potius, quàm uos, ob hæc accuſant? Quod ſi nunquam in nos peccaſtis, cur id nunc primùm

faciatis, cum ueſtra ſimul uobis erunt prodenda? Miror autem, cum in ipſis criminibus ac maximis inimicitijs & nos uobiſcum fuerimus, & uos nobis uſi ſitis, ſi, poſtquam & illa temporis progreſſu pacata ſunt, & hæc inſuper acceſſerunt, rurſum nos ad iram conuertemus; & cum abſque exemplo ſapere poſſimus, ex tanta copia meliores nõ reddemur. Quinimo ſi quis alienis uteretur ad ſalutem exemplis, attendendum eſſe putaremus; cum noſtra nobis tot ſuppetant, indignum erit profectò, niſi utamur. Præterea ſi nullius omnino reiect facienda mentio, qua de cauſa hæc commouent? ſin eſt, præſtat ſalutarium meminiſſe, quàm præteritis melioribus, peiores ultro conſectari. Quid quod etiamſi maxima inter nos odia ab urbibus uſque conditis exercuiſſemus, ac uobis hactenus maxima cum Philippo familiaritas interceſſiſſet, hanc tamen diem omnia crediderim iure commutaturam. Nam ille quidem uos ad extrema conſilia capienda urget, nos autem ad omne periculum abolendum uenimus. Quapropter etiamſi retinenda eſſet iniuriarum memoria, tamen ille non pateretur. Atque ego libens ex alterius partis legatis quæſierim; utrum hæc ex futuro tempore, an ex prçterito iudicanda cenſeant. Etenim ſi ex futuro æſtimabuntur, à nobis libertas, ſalus, Græcorum principatus, omniaque contingent præclariſſima; ab illo uerò, quæ dicere nolim, uerùm duntaxat, ut ipſi eueniant, precari. Sin præteriti temporis habebitur ratio; an omnia, quæcunque ueſtra cauſa fecit Philippus, cum duabus noſtris expeditionibus comparanda ſunt, priore in Haliartum, altera in præſidium? quarum illa Lacedæmonios Bœotia, hæc arce Cadmea expulit. Num hæc auxilio contra Phocenſes lato ſunt paria? An ignoratis, cum his uos obiter decertaſſe, illis temporibus præter nos neminem deſideraſſe? Quin etiam Phocenſes cum Lacedæmonijs conferte. Non fuerunt alij Græcorum principes, alij omnium infirmi? Quid quod Lacedæmonij quaſi per Atticam in Bœotiam irruperunt, & urbem noſtram, quę mœnib. primùm carebat, prçterierunt; Philippo nihil faceſſebant Phocenſes negocij, ut quos inter medios haberet ſocios. Præterea cùm futura ſingulis propiora ſunt, quàm præterita (nam hæc quidem remota ſunt, nec feliciorem quenquam uel miſeriorem reddunt, futura autem imminent) tum nos ita in utroque tempore præſtamus, ut in altero multo benigniores erga uos, quàm iſte, fuerimus, in hoc nos generali ſuffragio uobiſcum coniungamus. Quare cum utroque uincamus, eo, quod eſt momenti maioris, etiam ſuperamus magis. At hoc eſt unum tamen in eius legatione commodum, quòd ciuitates metuere ſe oſtendit, neque, ſi nos cõſpirauerimus, ſpem ſibi ullam ſupereſſe. Quare ueſtrum eſt, eius metu conſpecto, quaque parte ſit ruinoſus, nullum laborem omittere, quin incumbatis, & occaſionem præripiatis, neque illius commoda ueſtris præferatis.

præſeratis. Necꝙ enim, ſi qua nobis intercedit inter nos ſimultas, hæc eum nunc, quaſi propter uos indignaretur, impellit; uerùm ut utriſꝙ abutatur, in hæc inquirit. Quocirca quanto ei plura ſuppetent, tanto minus erit fidendum. Quinimo nec ipſe uobis ita confidit, ut a per tè auxilium petierit, quaſi de omnibus benè ſperaret; uerùm optionem dat, utrum ſimul Atticam inuadere, an tranſitum præbere malitiis, quaſi neutrum ipſi iure deberetur. Etenim ſic conſiderate. Si ſimul inuaſeritis, Thebani, atꝙ hoc ei modo gratificari malueritis; peiores uos, quàm ille poſtulauit, exhibebitis. Nam cum ille tantidem faciat, ſiue quieſcatis, ſiue unà militiam capeſſatis, uos autem, quod maius eſt, eligatis; ad improbitatis augmentum, ni fallor, quicquid accedet, faciet. Quis uerò ferat; aut boni conſulat, cum ſatrapæ ne audiendi quidem ſint, præſertim contra Græcos & gentiles, uos de ijs, quæ ueſtro relinquuntur arbitrio, maiora gratificari, & proditionem ultra neceſſitatem extendere? Quodſi tranſitum concedetis, ex eo non tam gratiam; quàm culpam tandem merebimini. Nam nunc quidem tempori ſeruiens, hoc ſibi ſuffecturum denunciat. uerùm ſi nobiſcum ſemel compoſuerit, omiſſam militiæ ſocietatem prætexet. Atque id poteſtis ex ijs, quæ iam contigerũt, cognoſcere. Nam hoc uobis olim Lacedæmonij, quòd Piræum ſimul nõ inuaſeratis, cum crimini uertiſſent, Thebani, bellum uobis fecerunt. Iam Lacedæmonios cum Philippo calliditatis & malitiæ ratione comparandos non eſſe, quis ignorat? Quin nec hoc de Ladæmonijs ignoramus, quoniam in eorum mentionẽ incidimus, eos, donec nobiſcum bellum gerebant, ſe pro Græcorum libertate pugnare ſolitos eſſe dicere, atque ea ratione pleroſque ſibi deuinxiſſe; poſtquam autem uoto ſunt potiti, in ipſos primùm ſocios ſe conuertiſſe, & ad illos bellum tranſtuliſſe. Quare Chiorum quidem, qui de inſularib. paratiſſimi, & omnibus ferè Græcis autores defectionis fuerant, Remp. & mœnia diruerunt, ac tot exilijs & cædibus eos multarunt, ut omnes belli miſerias pro pace ducerent; Regem autem magnum terra mariꝙ oppugnarunt, delectum in uos habuerunt, nec dudum pòſt Corinthũ uenerunt. Quodſi nũc etiam Philippus, Thebani (oportet enim his omiſſis, in longitudinem cõſulere) bello nobiſcum ex ſententia peracto, Lacedæmonios imitetur, atꝙ aliquẽ nactus prætextum, aut etiam omni prætextu ualere iuſſo, apertè uos aggrediatur; utrum contra nos Athenienſes, an contra uos ipſos hæc ei uos gratificatos eſſe dicetis? Iam utro tempore facilius eum atque alacrius ad uos uenturum putatis; nobiſne florentibus, & priſtinum ſeruãtibus ſtatum, an uobis duntaxat relictis, nec à nobis ullo metu, ſi quis quid noui moliri cœperit, imminente? Hoc ſaltem intelligitis, ſi tum comprobaſſent ea Græci, quæ iubebant nonnulli, ut urbe noſtra deleta, fieret ager compaſcuus; nunquam uos, cum Lacedæmonij

bellum uobis inferebant, ad quos confugeretis, habituros fuiſſe. At nunc urbis noſtræ ſalus & incolumitas non uobis modò, uerùm etiã Græcis omnibus commoda fuit. Ex quo manifeſtum fit, ne nunc qui dem, ſi quid nobis contingat, uos in tuto fore. Atq; ut nondum prio res periclitamini, ita dies una tum illas, ut ita loquar, tum has res in integrum reſtituet. Illud porro animaduertite, uobis à quibuſdam il lam contra nos latam ſententiam fuiſſe tributam, uos autem accedentes id negaſſe, quandoquidem à ciuitate tota nõ erat latum ſuffragiũ, uerum unus de concilio ſic ſenſerat. itaq; uos amplius criminari non potuimus, atq; auxilium decreuimus ferre. Num ergo, Thebani, eorundem ſit, tunc quidem eo niti, quòd nihil de nobis grauius ſtatuiſſetis, & in alterum culpam transferre; nunc autem cum eo, quem contra nos tendere, ut libidini ſatisfaciat ſuæ, ſcitis, apertè ultro conſentire? Quinimo ſi uera fuerunt illa ueſtra uerba, quibus crimen depreca bamini, quemadmodum nobis quidem uidebatur; hæc non erunt modò turpia, uerùm etiam illis contraria. ſin uos eſſe mentitos fateamini, rem non decoram uobis ipſi tribuetis. Nolite igitur, cum liceat uobis & tunc uera uideri dixiſſe, & nunc iuſtè agere, ea cum his tribus peſſimis cõmutare, ut & initio maleuoli erga nos fuiſſe, & deprehenſi impudenter crimen negaſſe, & rurſum nunc de induſtria malignè uos gerere iudicemini: neq; cum nos ad participandum uobiſcum periculum uenerimus, tum [b] uos cum Philippo contra nos facere uelitis uideri. Hoc enim nec antiquę ſocietates, nec, ut alia omit tam omnia, præſens noſtrum meretur conſilium. Iam peius uos uobis ipſis, quàm nobis, ad illum ſi uergatis, conſulturos eſſe, hinc colligite. Si quis enim uos interroget, cur nunc bellum cum Philippo geramus; libertatis, ſcio, ſtudium, ac ne imperata faciamus, omnes prætexetis. Sit ita. ſed utri uincent, nos, an Philippus? nemo, arbitror, præter deos, nouit. Ergo cum incertum eſt, ſi uincemur; incertum etiam, ſi ſeruiemus. At uos, cum Philippo ſi coniungamini, imperata & facere & feciſſe, negabit nemo. Eſt enim cum aliħs ſequendum, quodcq; illi uideatur, faciendum. Non ne igitur uobis peius, quàm nobis, conſulitis, ſi, quæ nos bello uictos, quod abſit, manent, ea uos in eligendis belli ſociħs conſequemini; ac prius, quàm de uictoribus conſtabit, ſeruietis? Nam nos quidem duas res, etiamſi quid ſecus contingat, lucramur; primùm tempus, quo decertamus; deinde quòd non uidemur ultro nobis ipſi peſſima quæque conſciuiſſe. Fortunæ enim euenta facilè tolerant ſapientes; qui uerò ſibi ipſis ultro peſſima quæque conciliant, eo nihil queat eſſe pudendum magis. ſi quidem iuſtè, id fiat, an iniuſtè, nihil refert. Quod ſi nemo ueſtrum de imperatis faciendis putat nobis potius cum Philippo certamen fore, quàm de ipſo ſolo & extremis quibuſque, quæ ueris debentur hoſtibus; primùm inhoneſtam ſuſcipitis prouinciam, cum

b ὑμεῖς pro ἡμεῖς.

talem

talem uirum auxilio iuuatis: deinde quis uos benè de libertate ſperare iubeat, cum ne ſeruitus quidem relinquitur, uerùm prorſus pereundum eſt, nempe Philippo, dixerim, ſumme Iupiter. Quæ porro ſocietatis erit, obſecro, conditio? Etenim ſiue hæc cum facere non ſinetis, non eſt coeunda ſocietas; ſiue in omnibus opem feretis, num hæc Bacchum decent & Herculem, qui apud uos nati, nobis primùm admirationi fuerunt: quibus multo iuſtius nobiſcum [c] pro uobis & Græcorum libertate ſacra faciatis, quàm contra uos ipſos & eos, quos illi ceteris prætulerunt. Quin etiam hoc intelligite, Philippum nunc uobis propiorem eſſe, procellæ uel ignis inſtar; neq; per Atticam in Bœotiam, uerùm per Bœotiam in Atticam eſſe uenturum. non ueniet autem, ſi dij fauerint, & uos ſapueritis. Atq; alia quidem, quæcunque de nobis ille ſtatuit, diſputationem ac moram patiuntur; hunc autem uirum ad fines ueſtros uidemus, non iam Phocenſes, ut ſolebat, inuadentem, ſed uobis ipſis arma minantem, ac Thebas omnino, ſi patiamini, inuaſurum. Neq; ſuadet aliter, quàm ſi de duobus uiris medio ſibiq; proximo perſuaderet, ſe traiecto per ipſum ferro, alterum occiſurum, nec ipſum læſurum. ita primus ad uos ictus perueniet, nos erimus ſecundi. Sed nos rei, quodcunq; uidebitur, nomen imponamus, ac uel nos recipite ſocios, uel nobis uos præbete ſocios; qui autem ad utroſq; tendit, eum utriq; repellamus, tum communib. Græcorum dijs confiſi, quibus hoc tempore nos operam nauabimus (nec enim niſi pro communi genere, templis, ſepulcris, ac reliqua ſpe certamen hoc inſtituetur, quæ quidem potius deos, quàm Philippi cupiditatem, curare ſit ueriſimile) tum etiam prioribus exemplis edocti, quantum ciuitates concordes efficere potuerint. Cum enim nec Philippo ſocij accedent, quemadmodum uos nunc contra nos poſtulat, & nos inter nos erimus ſocij; ea res magnum adferet ad excipiẽdas audacter neceſſitates momentum. Quid quod etiam contraria conditio non minus uos meritò poſſit excitare. Si enim nunc nobiſcum coniuncti tamẽ metuitis, uix, credo, per uos ipſos confidetis, præſertim ſi nos quoq;, quod abſit, fuerimus ſublati. Atq; his omnibus confideratis, decet uos non in deſperationem conuertere metum potius, quã in earum rerum, quæ per negligentiam noſtram contingerent, impeditionem; nec tam periclitari durum, ꝙ pro talibus rebus non adire periculum, putare. Nam quomodo turpe non ſit, Thebani, cum pro Meſſeniorum ciuitate bellum tale cùm Lacedæmonijs geſſeritis, deq; hac urbe per uos exculta glorieminì; cumq; pro Arcadibus amicis in Peloponneſum tranſieritis, neq; illos uel mutare conſilium permiſeritis, uerùm propter æquitatem & honeſtatem nullum non inieritis periculum: ſi pro ueſtra libertate ſimul ac ſalute, atq; adeo Græcorũ omniũ, arma non audeatis opponere, in Bœotiæ fines egreſſi, ſed & eos, qui ſtatuerint Græcos in libertatẽ aſſerere, impediatis ac ꝑdatis,

[c] deeſt ὑπὲρ ὑμῶν poſt ἡμῶν

nec modò communem ſalutem, uerũ etiam facta ueſtra, quę celebres uos reddiderunt, perdatis. Ceterum quia multa nobis Theſſali ac Pytho inter dicendum conuicia fecerũt, Theſſalos quidem omittemus, quandoquidem ſatis pœnarum Philippo dederunt, ut non tam ijs iraſci, quàm condolere, & meliorem optare mentem conueniat. ueruntamen iſtud cõſiderate, ſi nobis parueritis, nobis uos ſimiles, ſin Theſſalis, illis euaſuros. Atque hi quidem Quatuoruiratus domi reliquerunt; nos, niſi legum dominatum, nullum agnoſcimus. Iam in ipſis ſermonibus illi, quæ ad ſeruitutem firmiorem faciãt, ſuadẽt; nos, quę ad augendam felicitatem. Sed egregio Pythoni nonnihil eſt reſpondendũ. Hic eſt Byzantinus, Thebani; noſtræ uerò naturæ conſiderationem non procul (neque uerò magna inter nos Athenienſes & hunc intercedere uidetur amicitia) ſed ab ipſa huius patria arceſſite. Hic enim ſuis proditis, eſt in Philippi poteſtate: nos Philippo Byzantium agreſſo, obſidionem auxilio lato ſoluimus, & urbẽ ſeruauimus. Hic igitur ea, quę ſuos docet ciues, quantum in ſe eſt, uobis quoque commẽdata cupit; ſeruitutem, obtemperationem peiori, additamẽti locum: nos, quæ huius ciuibus per nos obtigerunt, eadem uobis quoque optemus, ac tanto magis, quanto ſemper nobis carior fuit Thebana ciuitas, & in hoc negocio Græcis oportunior. Ac nos quidẽ uerbis & factis partim decertauimus, partim, ut eſt ueriſimile, decertabimus: uos autem iam deliberare tempus eſt, & antequàm Philippus, quid acturi ſitis, cognoſcat, cũ armis adeſſe, ut ſciat, donec Athenæ atque Thebę clypeos contulerint, nunquàm Græcis manus defuturas.

ORATIO DE NON AGENdis comœdijs.

MVLTVM ſanè ad perſuadendum intereſt, Smyrnæi, ſi illis, qui audiunt, eſt iucunda oratio. qui aũt ad monẽdum accedunt, eorum non modò cõſilijs plerique non utuntur facilè, ſed eos ne dicere quidem omnino patiuntur. Veruntamẽ quæ res ipſæ nos ad ſui ſtudium [a] per ſeſe hortãtur, in ijs eſt ſuperuacanea conſultoris opera; cum ſit ita natura comparatum, ut, quæcunque ſint ei conſentanea, ſequamur libentes. quæ autem nos oportet uerbis edoctos uel ſequi uel fugere; in ijs conſultori locus eſt. Quare qui conſilium audire non uult, is omnem conſultationem, quantum eſt in ſe, tollit. Huc accedit, quòd alios quidem ferociores fortaſſe par ſit uideri; uos autem, qui tum prudentia tum doctrina reliquos antecellitis, niſi & beneuoli prorſus auditores ſitis, &, ſi quis utilia ſuadeat, ijs nõ ſine gratiarũ actione utamini, admodum ſanè, mea quidem ſententia, futurum ſit abſurdum. Quod ſi porro laborioſa quædam uel moleſta uellem proponere, tum contentione opus forret,

a ἀφ' ἑαυτῶν προῖκα.

ret, tum id, quod Reipubl. profuturum eſſet, temporariæ debere delectationi anteponi, oſtendere conarer. nunc uerò tantopere à tali abſum inſtituto, ut id ipſum ſuaſurus uenerim, ne quid poſthac moleſtè uel dicatur uel audiatur, nedum moleſtiæ quicquam uobis uel exhibeam uel exhibendum cenſeam. Inde autem incipiam, unde & uos me optimè poſſitis aſſequi, & ego potiſſimum ſoleo. Hoc igitur dico, Bacchi quidem ferias celebrare nos debere, atq; etiam Veneris, aliorumq; deorum omnium, idq; libantes, ſacrificantes, pæanas canentes, coronas ferentes, & nihil deniq;, quod ad cultum deorum pertineat, omittentes; unum autem illud, quod cum his eſt coniunctum, quodq; ut multitudini gratum quodammodo, ita probis omnium eſt moleſtiſſimum, abolere; nempe calumnias, & comœdias iſtas tum diurnas, tum etiam nocturnas; earumq; nec autores eſſe, nec actores; neque ea, quæ inhoneſta ſint, in ſcenam proferre. Sic enim, ut dicam, ſe res habet. Si quis inuitus audit maledicta, id ei gratum non eſt; ſin libens, malignitati aſſueſcit, quod eſt nequitiæ principium, nec uel priuati cuiuſquam, uel etiam ciuitatis totius crimen eſſe maius poſſit, quàm ſi malis gaudeat. Etenim inuidia, quæ ſupremum in humanis delictis obtinet locum, nec ullam meretur ueniam, corripi, eamq; in ſeipſo augere oportet eum, quicunq; talium rerum deſiderio tenetur. cui quidem rei argumento hoc eſt, quod eius, quem diligit, cuiq; benè uult, infamia nemo delectatur. Quocirca de plagis quidem, ac damno dato, alijsq; ſimilibus poteſt ſe quiuis excuſare, quòd inuitus fecerit: malignitas autem tantum ab illis differt, ut primum eam malitiæ cognominem eſſe appareat, quaſi nullam recipiat excuſationem; deinde etiam rei nullius, uerum ingenij talis, quod nemini benè uelit, uocabulum cenſeatur. Ac ſicut hæc magnam habet cum malitia affinitatem, quandoquidem ab eius uocabulo ſuum incipit; ſic rurſum maledicentiæ magna intercedit cum malignitate cognatio, cum idē habeat utraq; uox initium. adeò eſt utraq; malorum hominum & improborum propria. Iam cùm ſemper optima quæq; & cogitare decet & dicere, tum in ſacris menſtruis ac ferijs meritò curare debemus, ut honeſta ſint, quæ dicuntur omnia, ſinguliq; ſint urbani maximè, & amiciſſimè inter ſeſe uerſentur, quaſi dij concordiam iſtam & amicitiam remunerentur; & ipſas ferias pro teſſeris amicitiæ, ut ita dicam, habere, nec ullum exiſtimare uel ſacrificium tam ſplendidum, uel libamen tam gratum dijs offerri, quàm eſt animus benè cōpoſitus. Quod autem poteſt eſſe maius noſtræ erga deos obſeruantiæ indicium, quàm ſi nihil indecorū nec dicamus coram ipſis, nec audiamus? niſi forte amico, quem reuereamur, præſente, multum de aliquo, quāuis probè merito, ſuperſedebimus malè loqui; deorum adhibitis auribus, ea partim dicemus, partim audiemus facilè, quæ ne ipſi quidem honeſta dicamus eſſe, uerùm

potius, ut turpia, ſugillemus. Atq; ut intelligatis, nihil me noui dicere, ſed quæ iam olim & legibus & moribus publicis conſtituta ſint; conſiderate præcones, qui conuentibus publicis primo quoq; uerbo linguis fauere iubent: conſiderate etiam ſacerdotes, eosq́; qui ſacrificantibus nobis auſpicantur: conſiderate deniq; uoſmetipſos, qui potiſſimam huius rei curam in precibus ueſtris geritis. Abſurdum ſanè ſit, fauſta quidem uerba tum optima omnium, tum ſacris maximè congrua ducere, tamen maledicentibus interim impunitatem cō cedere: & in ſacrificijs quidem modeſtiſſimè nos gerere, coram ijs autem, quibus ſacra facimus, dijs hoc prætextu turpiſſima quæq; cùm audire tum dicere; eoſdemq́; & maledicta ferre grauiter, & eo rundē prę ſides proponi. Atqui ſi quidem hoc gratum dijs putamus eſſe, nobis ipſi contradicimus, quandoquidem ad deos accedentes, à talibus rebus abſtinemus omnino: ſin hoc illis diſplicere cum ſciamus, eo tamen gaudemus; quo modo pij ſimus, aut ijs nobis rebus deos demereamur, quas ipſorum cauſa fugere debebamus? Mirum uerò mihi uidetur, ſi auium quidem uoces etiam in ſolitudine aut ubiuis locorum fauſtiſſimas offerri nobis optemus, noſtris autem ne in theatro quidem, ne moleſtæ ſint, caueamus: ſi præterea, cum ad Famæ aram accedimus, auſpicata cupiamus audire maximè, quoniam tantam tribuimus illi numini efficaciam; feſtis autem diebus ea, quæ nequaquam toleranda fuerant, perpetremus. Iam uerò pueros tum in ſchola tum domi bona iubemus uerba dicere, docentes eos, quæ factu turpia ſint, ea nec honeſtè dici poſſe: rurſum pueros eoſdem unà cum mulieribus & omni ætate in unum congregantes locum, maledictorum præmia proponimus, eosq́; qui in ea re excelluerint, egregiè remuneramur. quæ autem ſi qui uel feciſſent uel perpeſſi fuiſſent, ijs non liceret ultra luſtrale labellum progredi, ea medijs in ſacris canimus. & mactare quidem, quæ non oportet, impium ducimus; quo autem non decet honore ſi deos proſequamur, in pietate ponimus. cumq́; in rebus alijs decorum obſeruemus diligenter, heic quamuis turpitudinem libenter & oculis & auribus excipimus. ſi denique unus aliquis de choro malè canat, exibilatur; ſin totus ineptè canat chorus, id magni facimus. ac ſi quidem alius nobis ita maledicat, iraſcimur; cum nobis ipſi maledicimus, uerum nos feſtum diem agere credimus. adeò ſumus & dijs & nobiſmet ipſi maximè contrarij. Veruntamen audent affirmare quidam, utilem eſſe iſtam in theatro maledicendi licentiam, quòd ita & qui malè uixerint, redarguantur, & reliqui maledictorum metu modeſtius ſeſe gerant. Ego uerò magni admodum facerem ebrietatem, ſi quenquam erudire poſſet, nec eſſet hoc factu difficillimum, ut ebrij ad temperantiam alios inducerent, & antequam ceſſaſſent ipſi, reliquis de uirtute præciperent. Quis enim neſcit primùm,

Accedimus) ominis capiendi cauſa. Cic. 1. de Diuinat.

mùm, à uulgo hæc doceri non poſſe, non magis, quàm leges condi, aut ſententias ferri? An uerò Corinthum non quiuis nauigabit; uita tota quomodo degenda ſit, omnes intelligent, & iſtis præerunt omnes gubernaculis, huc & illuc iuuentutem, prout ipſis uidebitur, deducentes? cumq́ue athletarum delectus habeamus, ut, ſi quis eorum ſit imperitus, is cum pœnas dederit, ignominioſè diſcedat; cur, quæſo, rerum grauiſſimarum duces & magiſtros ex taberna qualibet[b] leuiſſimos quoſq; tam ineptè deligemus, & ita nos geremus, ut ipſi quoq; magiſtris indigere uideamur? Si porro ianitoribus non quibuſuis, ſed fidiſsimis utimur, ne quid in ædibus faciamus detrimenti; liberoſné, obſecro, & uxores, omniaq; ſupplementa, &, ut uno dicam uerbo, florem ciuitatis cuilibet ultro regendum trademus, quoſq; ſobrios contemſimus, ijs ebrijs credemus? Quid quod non ſunt iſta docendi, uerùm ludendi tempora, ſiue Dionyſia ſint, ſiue Samia ſacra & nocturna. Abſurdum ſit igitur, ſi, quo tempore pueros ijs, quos habent, magiſtris liberamus, eo ineptiſſimos quoſque & ſemetipſos ingerentes illis præficiamus, nec uel è loco quidem ipſo animaduertamus, quàm ſit ridiculum hoc inſtitutum. Necenim conuenit præceptorem in theatris docere pueros, quæ uoluptati ſunt & recreationi deſtinata: ſed alia ſunt utiq; loca, quæ nomen à re ipſa ducunt, in quibus doceant philoſophi, idq; non hoc modo ſubſannando, & impudenter maledicendo, uerùm, ut liberos decet, inſtituendo, utq; inter cetera turpitudinem caueant maximè, docendo. Præterea ſi iſti duntaxat improbos perſtringendo, à reliquis abſtinerent; poſſent fortaſſis excuſari. at nunc initium rei ſatis honeſtum eſt, exitus uerò turpiſſimus. Multi enim ab ipſis, cum nihil minus mereantur, malè audiunt: alij contrà, quorum nequitia publicè patet, publica tamen contumelia carent. Quid ita? niſi quia non iſti præceptorum, nec moderatorum, nec alios corrigere conantium officio funguntur (nam ſeſe prius ipſi correxiſſent) ſed uel amore uel odio ducti, ſiue pecuniam, quā ab aliquo petierunt, nō obtinuerint, ſiue aliquem ſectantes, eo potiti nō ſint, ita demum & alijs conuiciantur, & de alijs ob contrarias cauſas tacent, itaq; ſuam turpitudinem omnibus notam reddunt. Atq; cum hoc æquiſſimum ſit, ut ij, qui delicti alicuius conſcij ſibi ſunt, iſtam redimere maledicentiam ſtudeant; alij, qui ſeſe ipſi & uita benè acta nituntur, fortiter contemnant: contrà nunc euenit, ut impudici turpesq; homines conuicijs immunes euadant, traducantur aūt ij, quos minimè oportebat. Quod ſi fingamus utroſq; promiſcuè malè audire (nec enim fieri poteſt, quin etiam probi hoc patiantur interdum) iam ij, qui de bona fama parū ſoliciti ſunt, & libidinib. toti uacant, nō modò nō plectent̄, uerū etiā quaſi in lucro gaudebūt ſe omnib. palā fieri; q uerò tractant̄ indigne, debitis uirtuti præmijs admodū fraudabuntur. Itaq; tantū abeſt, ut

[b] πάντων τῶν σπουδαιοτάτων.

iuuentutis emendandæ gratia comœdiæ ſint agendæ, ut potius uel hac ſola de cauſa, quo liceat iuuentuti ſecurè uirtutem colere, ſint abolendæ. Etenim improbos etiam alia ratione punire poſſumus; probos uerò cur tali afficiamus iniuria; & quibus ne litis quidem formulam decebat intendere, eos impunè ſinamus cuiuſuis contumelijs diuexari? Huc porrò ſi illud accedat, quòd etiam boni ferè malunt pecuniæ, quàm famæ, iacturam facere, idq; eo magis, quo ſunt natura uerecundiores; manifeſta prorſus erit Comœdiæ importunitas, eiusq; abolendæ neceſſitas. Siquidem probi uel nihil dantes malè audient, uel ne malè audiant, multabuntur, & pecunia maledicentiam rediment: * ſi infamiam non curant, nihil capient incommodi. Præterea fieri uix poteſt, ut non exiſtimationem priuatorum publicè participet ciuitas. Quales enim ſunt plerique, qui taxantur in comœdijs, tales ferè ducuntur omnes. Conſiderate uerò maiores ueſtros, Athenienſes; quos reliqua quidem ſcriptorum monumenta multis exornant laudibus, una lacerauit Comœdia, ijsq;, qui ſtudent maledicere, adhuc argumenta ſuppeditat, quãdoquidem à ſeſe ipſi conuincuntur. Et quantũ quidem, terra atque dij, inter hodiernam interſit & antiquam impudẽtiam, [c] quantaq; in ijs, quas Parabaſes uocabãt, admonitionum & præceptorum utiliũ comprehenſa fuerit copia, mitto dicere. ueruntamen, ut habet prouerbium, ex digno ligno uel pati iucundum erat, ſi cui forte contingeret. ubi uerò tanta conſpicitur & in uerbis nequitia, & in canticis impudicitia, & in geſtibus turpitudo, uitiaq; horum tanta, quanta nulla poſſit exprimere comœdia; quid erit, quod nos delectet? Vtrum hæc ut honeſta patiemini? nihil eſt turpius. an ut utilia uiſu uel auditu? corruptelæ ſigna ſunt. Simulatq; enim aſſueuerit aliquis, tam uir quàm mulier, malè audire, & peſſima ferre conuicia; mox remittit animum, & nequitiam, quamuis antè ignotam, tum diſcit. Quid quod nihil horum ad Bacchum pertinet. quod quidem prouerbium præclarè mihi uidetur in has ineptias conuenire. An uerò multum ad gloriam ualet, ſi in balneis, in angiportis, in foris, in ædibus mulierculæ, pueri, ſinguli deinceps talia canant? Iam utrum ciues tantùm licebit tangere? at indignum hoc erit, ſi uobis ipſis minus, quàm peregrinis, audeatis parcere, & ita differatis à Lacedæmonijs, ut illi ſua omnia in arcanis habeant, uos etiam inhoneſta quælibet de uobis à quibuſuis dici permittatis. an etiam peregrinos corripiemus? at ita non magna nobis intercedet cum alijs familiaritas & ſocietas; nec facilè huc, ubi iſta decantantur, uel à parentibus pueri, uel à ſenioribus fratribus iuniores ſtudiorum gratia deducentur. Non igitur deſinetis tandem uoſmetipſi traducere? Sed urbana certè ſunt ſcommata. atqui tanto minus multorum ſunt, quandoquidem iure pauci cenſentur urbani. Libens autem quæſiuerim ex ijs, qui maledictis

c deeſt καὶ τῆς ἀρχαίας ante καὶ.

Conuenire) nam Bacchanalib. agebantur comœdiæ.

ledictis gaudent, utrum id ioco faciant, an ſeriò. Si enim ioco, cur admonitionem ſimulant? ſin ſeriò, utrum rurſus uerè an falsò maledicunt? Si uerè, cur non iure agunt potius, quàm & ubi loquendum eſt, tacent, & ubi tacendum, loquuntur? ſin falsò, præclarè ſecum agi putent, ſi impunè euadunt, nec propter ablatam conuiciandi licentiam indignentur. Atq; arbitror iſta me cùm omnibus, tum uobis præcipuè rectiſſimè poſſe ſuadere. Quanto etenim ceteris humanitate præſtatis atq; doctrina, tanto uobis eſt, ſi rebus inhoneſtis operam detis, turpius futurum.

ORATIO DE SMYRNA

ad Reges Romanorum, Impp. Cæſſ. Augg. M. Aurelium Antoninum, & M. Aurelium Commodum.

HACTENVS quidem declamationes, & orationes, ac ſimilia, Reges maximi, ad uos è ſcholis miſi: nunc uerò Deus aliud ſubiecit argumentum. Iacet Smyrna, ornamētum Aſiæ, ueſtri decus imperij, igni ac terræ motibus contrita. Præbete manum, per deos, præbete, quantam uos decet. ſiquidem Smyrna, quæ maximis quondam beneficijs & à dijs & à uobis, ab omnibus regibus, & à communi eſt concilio locupletata; nunc etiā longè maximum accepit infortunium. Illud ipſi tamen etiam in his à fortuna reſeruatum eſt uelut ſalutis omen: uidiſtis urbem, intelligitis cladem. Memores eorum eſte, quæ partim in itinere, dum ad illam reſpiceretis, partim ingreſſi dixeritis: quomodo tum ipſi fueritis affecti, tum affeceritis alios. Ac ceteri quidem [a] Theoxenia celebrabant: uos autē ut in placidiſſimo totius imperij loco requieſcebatis. Quis non oculorum coniectus iucundiores uos reddidit? quod ex omnib. cum ſilentio ſpectaſtis, nec digna uobis laude proſecuti eſtis? quorū uos neq; poſt abitum quidem cepit obliuio. Hæc nunc omnia ſunt in cinere. Clauſus eſt portus ille: perierunt fori ornamenta: uiarum decora euanuerunt: gymnaſia cum ipſis uiris & pueris interierunt: templa partim iacēt, partim ſub merſa ſunt: iucundiſſima deniq; ſpectatu urbs, & pulcritudinis apud omnes inſignis cognomento, iniucundiſſimum eſt effecta ſpectaculum, ruinarum & cadauerū tumulus. Zephyri uerò perflant inanem. Quicquid aūt relictū eſt, ad uos reſpicit: reſpicit uerò ſimul & Aſia tota, uobis quidem fauſta nunc & ſemper omnia, Smyrnæ uerò, ſi modò Smyrna ſolū eſt, miſericordiā à uobis exoptans. Ac dicā equidem mirū quiddam, non tñ abſurdū, arbitror. Etenim quanquā præter uoluntatē ueſtrā euentus iſte cōtigit, uobis tamen occaſionē bona fortuna dedit, ad [b] q̄ poſt alia multa

Periiſt Smyrna anno 180 qua nunc deplorata, Impp. ad eā inſtaurandam hortatur.

a θεοξένια pro θεοξενία.

b ἐφ' ᾧ pro οἷς

magnaq;, quæ prius edidiſtis, pulcerrimè & ſplendidiſſimè ingenio ueſtro uteremini. Apage enim Lyſimachum, Alexandrum, Theſeum, fabulas: uos uerò conditores urbis eſte; uos nouam rurſum erigite; ueſtra fiat urbs tota atq; uniuerſa, uos eam, ſiue ut reginarum rędimiculum, ſiue ut regum coronam, ſiue quacunq; ratione conſeruate. Quos non conditores, quos non reges ſuperabitis? quos non magnanimitatis tranſibitis fines, cum ea, quæ per tempus & ſingillatim in urbe condita ſunt, una ſtructura reddideritis? Atq; hęc non ex cōſilio dico, nec ut ignaros doceam (neq; enim adeò prę calamitate deſipio) ueruntamen etiam precari homines ſolent.

Iliad. n & x. *Aiaci detur uictoria.* — &,

Iliad. ι & x. — *nunc rurſus me dilige, Pallas.*

Quo igitur modo cum dijs colloquimur, eodem & ad uos non eſt iniquum ſcribere. Ac deos quidem pro his precamur; uos autem, diuiniſſimos principes, obſecramus. Eſt autem honeſtum, & à dijs & ab hominibus talia poſcere. Quomodo porro ipſe euaſerim, uultis fortaſſis audire. Diebus aliquot ante caſum mouit me Deus, & in prædio quodam collocauit, ibiq; manere iuſſit: ubi & euentum rei cognoui. Tum uerò quieſcere non potui: nec aliud erat quicquam reliquum, niſi ut deos & uos inuocarem. Quamobrem nec publicam expectaui legationem, nec, quid alij facerent, conſideraui; ſed, cum exiſtimarem ad me quoq;, ſi quem alium, rem pertinere, meipſum duxi miniſtrum idoneum, ac putaui me, ſi nihil aliud, urbis certè calamitates eſſe deploraturum. Atq; alij quidem, cum apud reges gratia ualerent, patriæ ſinguli ſuæ feliciter agenti donum impetrarunt: ego uerò, ſi quid & ipſe apud uos ſum, hanc urbi gratiam peto atque poſtulo, ne tanquam uas contritum & inutile projciatur, uerùm per uos reuiuiſcat. Quin etiam Solon in mentem ueniebat, quem aiunt, cum eſſet diſſoluta Reſpub. ſumto clypeo & haſta, ante ædes conſediſſe, non tam auxiliandi cauſa, ni fallor, quàm ut animum ſuū oſtenderet. Meum uerò negociū etiā maius eſt. Quanq́ enim re ipſa nihil opis conferre poteram, meum tamen hoc eſſe, ut humanitatem ueſtram adhortarer, noram, atq; ita non fruſtra conatum fore. Et ea quidem, quæ ſunt extra portas, parum me mouent, quandoquidem nec præfectis, cum illa curioſè moliebantur, gratulabar: ac roget pro ijs, qui uolet; equidem non inuidebo: quæ autem ambitu continentur & uetera & noua, tum noſtri uobis, tum ueſtri nobis habiti honoris monumenta, quæq; urbi decorem tam apud pares quàm apud peregrinos conciliant, omnisq; præterea fortunæ ſubſidium & cōſolationem exteris ſuppeditant; ea quo die reſtituta proponentur, illū equidem diem libenter uidere uelim. Atq; cū apud me cogito, ueterum imperatorum quendam, non de ueſtra familia (abſit hoc enim, nec à quoquam ueſtrum fiat) interim dum talis luderet, ita dixiſſe,

Nolo

Nolo Naſamones eſſe; deinde perijſſe Naſamones: meritò de uobis hoc uideor ſperare poſſe, ſi operam detis, & ueſtris utamini moribus, atq; hoc ſolũ prædixeritis, uos uelle Smyrnam eſſe, breui omnes optata uiſuros eſſe. Præterea non alienis utor, ſed ueſtris exemplis, qui tantam Italiæ urbium curam habueritis, ut eas cum ſingulis rebus in integrum reſtitueritis. Atq; illas quidem olim collapſas reædificaſtis, Smyrnam uerò modò florentem, modò defluentem, in urbium numerum reducite, ut olim tẽplis exornatis, ita nunc ſpecie tota conſeruata. Quidquod non pulcritudinis tantum cauſa meretur urbs ſalutem, ſed etiã ſtudij, quo uos eſt omni tẽpore proſecuta; cum & bellorum contra Antiochum, atq; contra Ariſtonicum ſuſceptorum particeps fuerit, & obſidiones pertulerit, pugnasq́ue non leues ediderit: quorum adhuc in portis eius extabant ueſtigia. Deinde cum exercitus ueſter ueſtibus careret, & dux periſſet; hunc in urbem introductum, intra portas ſepelierunt, militibus uerò tunicas, ſinguli ſingulis, diſtribuerũt. Ac tales quidem erga uos principes extiterunt: erga gentiles uerò quales? Omnia ſanè longum eſſet narrare: uerùm cum terræ motus quondam & fames inferiorem hanc Aſiæ partem infeſtarent, multiq́; etiã hiatibus abſorpti eſſent, & uaria calamitas urbes occuparet; earum quaſdam frugibus, opibus, & omni ſtudij genere conſeruarunt, nempe Chios, Erythræos, Teios, Halicarnaſſenſes. Quæ igitur alijs tunc urbs una ſuppeditabat, eorum nihil ipſa nunc ſibi præſtare poteſt, reſtat autem ſpes in uobis. Et olim quidem prima certaminum ferebat præmia, agros, arma, ſpolia, quibus eam uos decorabatis: nunc uerò calamitates primas tulit; quarum à uobis pendet ſolutio. Maximè autem fortunæ mutationem & memorare æquum eſt & mirari. Quod enim nunc ſubmerſum eſt templum, adeo fertur [c] ſplendidum fuiſſe, ut contentione quondam inſtituta, Aſia reliquis gentibus prælata ſit, Aſiæ urbibus Smyrna tantum, ut reliqua quidem Aſia ſeptem duntaxat calculos, urbs autem ſola quadringentos ferret. Atq; hoc quidem etiam Aſiæ beneficio, ſi uobis uideatur, recuperare poſſit; uniuerſa inſtauratio uobis tãtum eſt propria, quibus dij facultatẽ tantam tribuerunt. Poſtremò cum equidem ad magnitudinem cladis reſpicio, nulla mihi ſufficere uidetur oratio, quin infra mediocritatem ſubſiſtat: cum uerò ueſtram uirtutem, & naturam, & ad beneficentiam promtitudinẽ conſidero, ne plus ſatis uidear dixiſſe, metuo. Exiſtimo tamẽ ita ſe rem non habere. ſin etiam, ignoſcetis. Multa etenim etiam [d] præter morem ſuum facilè loquitur quis in calamitate, præſertim inſperata, conſtitutus.

c λαμπρῶ λέγεται τυχῶν pro λαμπρῶς.

d deeſt παρὰ ante τὴν O.

ORATIO DE CONCORDIA

ad ciuitates Aſiaticas.

Sophiſta) Iſocrates Panegyrico.

SOLENT plerique, Græci, qui litteris dant operam, uel fictarum rerum argumentum ſumentes, perpetuò declamare, & à dicendo tantum abeſſe, quaſi nihil omnium, quod eo pertineret, agerent; uel his contemtis, non multo melioribus uacare rebus, dum inter ſe rixãtur, atque eos, qui ipſos adeunt, perturbant, ita ut auditores quidem dolore afficiant, meliores autem nec exiſtant ipſi, nec illos poſſint reddere. Ac ſophiſta quondam antiquus & celebris initio operis gloriatus eſt, nihil ſe tale facere, nec ſuperbire uelle, uerùm de duobus hiſce, concordia mutua, & bello contra barbaros diſſerere; egregium ſanè, quantum iudicare poſſum, & conueniens adeptus dicendi argumentum. Verùm ego de bello cum barbaris gerendo nullum uideo reſtare dicẽdi tempus. nam cum amplas omnes dederint pœnas, dijs opinor & prætoribus reliqua curæ fore; quodque ipſorum deorum pace dixerim, non fore magnum certamen arbitror, cum uideam totius orbis iam ſubacti partẽ exiguam per ſtultitiam reſiſtere. quod autem reliquum eſt, de concordia mutua, quantum potero, diſſeram. Siquidem exiſtimo perpetuæ iſtius dicendi exercitationis uſum ad has contentiones præcipuè referri. Nec enim ideo ſemper declamamus, ne quid unquam dicamus in rem communem; ſed is, qui ea, quæ oportet, dicere poteſt & audet, non fruſtra ſe quondam declamaſſe demonſtrat. Ac ſciebam equidem & hoc pleriſque pro refugio eſſe atque propugnaculo, ut eos, apud quos dicunt, laudent; nec paucos etiam, qui ex alijs urbibus aufugerint, de ijs apud illas, in quibus uerſantur malè loqui, præſertim ſi qua prius inter eas extet ſimultas. Ego uerò nec laudes impudenter uſurpatas laudare poſſim, ſi nihil in ſe utilitatis habeant, neque auditores queãt meliores, quoad fieri poſſit, reddere, nec, ſi quid erit uerbis cũ æquitate gratificandũ, ita uelim præſentem colere ciuitatem, ut reliquas laude ſua priuem, neque in hoc primùm urbes inter ſe committam, ut plerique inepti ſolent; uerùm pro meritis laudabo ſingulas, & huius quidem ſermonis hinc initium ſumam. Exiſtimo enim eum, qui mutuam ciuitatibus conciliare uelit amicitiam, non de alijs benè, de alijs malè loqui debere potius, quàm omnium honorificè meminiſſe, ut primùm quidem commodiores omnes redditi, cõſilium facilius admittatis; deinde uerò aliquid eorum, quæ ad concordiam pertinent, trãſigatur. Etenim ſi communiter uos laudari permittatis, nec alterius laudes quiſquam ſibi dedecori ducat, ſed alienis, quiſque tanquam proprijs delectetur; primùm à Veſta cõcordiã uos oſtendetis auſpicatos eſſe; deinde & ipſi paulatim

tim

tim tum alter de altero benè loqui, tum in cõmune conſulere aſſueſce tis. At qui, cum ad concordiam ſuadendam acceſſiſſet, ſimul uos laudare graueretur; is & ignauus eſſe quodam modo, & argumentũ cor rumpere uideretur, ac uel malè id aggreſſus eſſe, uel quomodo tractãdum eſſet, neſciſſe. Primum igitur totam nationem, ſub qua omnes, qui hcic ſumus, parui[e] ſimul & magni cenſemur, conſideremus; quan tum alijs quibuslibet tam apud ſupremos iudices, quàm apud alios propemodum omnes prǽſtare iudicetur. Nam nec tot urbes alia ulla, nec tam magnas ſuppeditat. Deinde regionum eſt uidere ornamenta uaria, temporumq́ anni ſymmetriam, & habitationes uarias, ſitumq́ totum; quandoquidem in umbilico totius Præturæ ſita, multis ac humanis undiq́ gentibus & nationibus terra mariq́ cingitur, & optimo uiget ſtatu, ſic ut nec ferociæ, nec nimię ſeruitutis incuſari poſſit, ſed media conditione cunctarum, quæ ſub Sole ſunt, pulcerrimè adminiſtretur. Iam dignitatis eo peruenit, ut, cum tam ingens ſit regio tota, quam Phaſis ac Nilus ad ſuperiorem partem diſtinguunt, eaq́ omnis quondam à Græcis dicta ſit Aſia, hæc nunc maritima pars nomen continenti ablatum ſibi uindicarit. adeo reliquæ toti fuit prælata. Ea porro, qua uos Prætores proſequuntur, reuerentia & humanitas, atq; omnibus in rebus indulgentia effecit, ut meliore nos eſſe conditione, quàm ſunt uicini, ſubiectorum plerique crederent. Quo fit, ut omnes ob præſentem gaudere fortunam, ac de rebus communibus tanquam priuatis ſtatuere debeamus, nec inter uos contendere, de quibus exterorum nemo, quin omnibus uincamus calculis, contendat. Age uerò, ciuitates etiam commemoremus, quæ de primatu nunc diſceptant, & à quibus præcipuum contentionis initium cœpit. quanquam non ipſæ, meo quidem iudicio, peccarunt potius, quàm aliæ, quotquot de his inter ſe diſſident. Quam enim quiſq́ familiarem habet, eius cauſa, quantum poteſt, alijs nocere ſtudet. Verum ego nec hoc ipſe fecero, nec, ſi quis fecerit alius, mentem habere dixero; ſed omnia contrà faciam, urbesq́, quãtum licebit, laudabo, adhibitis ritè laudum capitibus. Incipiam autem ab ea, quæ nos nunc excipit, & hiſce ſermonibus curiam præbet. Quod quidem locis finitimis quondam imperauit, eademq́, de quibus gloriamur, hinc originem poſtea duxerunt, omittendum duco. Quæ autem ſtatim in oculos incurrunt, arx eſt primùm tantæ magnitudinis, longè ab omni introitu refulgens, uelut communis quidam totius gentis uertex. Sub ipſa uero reliquæ urbis partes, aliæ alibi, uarios habent ſitus, ac formas; ita ut multa dicas oppida in unum congreſſa habitari, & eſſe quaſdam quaſi finitimas urbes, quæ progreſſu temporis, cum utrinque ſemper auctæ fuiſſent, in unum conuenerint. Huc accedunt ornamenta tum uetera tum noua, quæ per totam diſtenduntur ciuitatem; quorùm quodlibet etiam toti

[e] ὁμαλῶς pro ὁμοίως.

Ea) Pergamo.

poſſit urbi ſufficere. Ac multa de alijs quoque narrare poſſim, ſiue partes, ſiue ſint oppidula uocanda: quod autem omnium eſt honorificentiſſimum, atque omni memoria digniſſimum, quiſnam ſilentio queat præterire? nempe extremum urbis ſegmentum, quod Seruatori, communi omnium bona fortuna[f] conſecratum eſt. Etenim cum in hanc quoque continentem oportebat Deum tranſire, huc primùm traiecit, & urbem pro auſpicio commercij cum tota continente habendi duxit. Et quanquam temporis ratione ſecunda hæc eſt colonia, è Græcia poſt illam deducta, quam ex Arcadia Telephus cum ſuis deduxit; dignitate tamen ac potentia omnium eſt antiquiſſima. Æſculapij enim ædes in hac eſt Aſiæ parte collocata, atque heic amicæ faces omnibus à Deo ſuſpenduntur, qui eos ad ſe uocat, ac prorſus ueram extollit lucem. Neque uero uel chori cœtus, uel nauigationis aut diſciplinæ ſocietas tanti eſt, quanti fit, ad Æſculapij ſimul commeaſſe, ac ſub optimo perfectiſſimoque tedifero atque myſtagogo, cuique omnis cedit neceſſitas, primis eſſe ſacris initiatum. Ego certè unus ex ijs & ipſe ſum, qui non bis opera Dei uixerunt, ſed multas ac uarias tranſegerunt uitas, & morbum ea de cauſa cenſent utilem, atque teſſeras inſuper acceperunt; pro quibus equidem non omni felicitate, quæ poteſt homini contingere, frui uelim. Itaque nec portu carere quis hæc loca dixerit, uerū rectiſſimè ac iuſtiſſimè hunc eſſe iudicarit tutiſſimum ac firmiſſimum portum, quique plurimos recipiat, & maxima uigeat tranquillitate, in quo ab Æſculapio ſalutis omnium naualia pendeant. Quis igitur non iure tantę taliq; ciuitati congratuletur, atque omne, quod poſſit, laudis auxilijque genus tribuat? Equidem ſic exiſtimo; quemadmodum hæc eſt commune omnium per Dei uires bonum, ſic etiam ab omnibus communem conſequi beneuolentiam & honorem mereri. Iam uerò Smyrna uile quid & fortuitum uidetur, ac tale, cuius multis è locis ſumi poſſit exemplum? quam quicunque non uiderunt, nullis queant coniecturis aſſequi; qui uiderunt, deorum eſſe opus dixerint, ſicut Homerus Achillis clypeum, & quæ erant in eo urbes, Vulcani dixit eſſe fabricam. Aſpectus porro tum ex terra tum è mari magnam excitare poſſit contentionem inter eos, qui appellunt & qui ſoluunt, utri maiore perfundantur uoluptate. Extat enim figura quadrata (ſi baſim in litore ponamus, uerticē in plano ſuperioris lateris) ab agro atque cōuallib. pedetentim per æqualia ſublata. Sed non hæc tantū ſpectanda ſunt; uerū longè præſtāt interiora. Quantus enim ornatus cū uſu cōiunctus eſt, ita ut & corpori recreationes præbeat utiles, & animo facultatem atque alacritatem ad laborādum ſuppeditet, totus è templis, lauacris, portubus, curriculis cōflatus eſt. Quo fit, ut nemo ſit, qui eam cunctetur appellare maximā, pulcritudinis excellentia faſcinatus. Mare uerò, fluuij, & ſuburbia cùm ſe

[f] σωτείρα pro σωτηρίᾳ τῇ

Teſſeras) de quibus uide quintū Nouar. Lectionum.

ſe mutuo, tum ciuitatem decent, quaſi non ſorte potius eſſent, quàm iudicio attributa. Deniq; illud Smyrnæi poetæ facilè dixeris;

Impius ille, tribuq; carens tectoq; uocetur,

qui non prius Smyrnæ, quàm alterius cuiuſcunque forma capiatur. *Iliad.*

Maximum autem omnium ac dictu digniſſimum, Muſarum ſunt & Gratiarum chori, urbem perpetuò peragrantes; quorum opera non iucundiores modo, ſed etiam meliores ſolet hoſpites dimittere. Quocirca quamuis alijs in rebus præſtantiores euadimus, erga hanc tamẽ non melius, ſed peius quodam modo nos gerimus. Nam cum litterarum ſtudia, atq; in ijs profectus in ipſa plerunq; cuncti conſequantur, laudes tamen & ex litteris relatæ gratiæ ipſi præcipuè non tribuuntur. Age uerò, tertiæ quoq; tanquam libationis memoriam colamus. numero aũt tertiam nunc dico, non ordine; nec mihi quiſquam uerborum auceps ſermonem in contrarium trahat. Hoc igitur primùm de ipſa maximum dici poteſt, cum duæ ſint urbes iſtæ, de quibus tam multa dicta ſint, aliquid tamen etiam de hac dicendum reſtare, quod ſimul & diuerſum ſit, & dictu non inutilius. Atque exiſtimo cunctos, quotquot inter Herculis columnas & Phaſim fluuium habitant, rectè facturos, ſi Epheſum ſibi familiarem fecerint, idqúe partim ſocietate portuum, partim alijs omnibus ſuſceptionibus. Omnes enim uelut in patriam ſuam deferuntur, nec eſt quiſquam tã imperitus, quiq; ijs adeo, quæ manifeſta ſunt, repugnet, quin & commune Aſiæ ærarium, & neceſſitatis refugium urbem eſſe conceſſerit. neq; tam eſt quiſquam querulus, ut eius urbis terminos reprehendat. Nam & mari terraq; longè extenditur, & ubiq; ſufficit ad ea, quibus eſt opus, præbenda, cunctaſq; uitæ rationes, quibuſcunque uti homines uel poſſunt uel uolunt, ſuppeditãdas. Quod ſi uſus eius ad omnes extenditur, cur non ab omnibus eam communis excipit beneuolentia? & ſi eam felicem eſſe omnium ſimul intereſt; cur id illi non ſimul omnes exoptent? cumq; Perſarum temporib. tanta reuerentia Dianam proſecuti ſint barbari; cur iam, cum præter templum ſolito maius erectum, imperium quoq; maximum & auguſtiſſimum eſt conſtitutum, non uel honorem duntaxat eum, quo & urbem Dea affecit, & ipſa debet ab hominibus affici, ad ciuitatis gloriam ſufficere credamus? Cum porro urbes duæ unius atq; eiuſdem Athenienſis urbis, quam nemo totius Græciæ decus erubuerit appellare, ſint coloniæ; hæc quoq; ſimile quiddam, quale Athenæ, ſibi poteſt arrogare, quantũ ad indigenarum & heroum prouentum ſpectat. ſin minus, cum his certè cõparari poteſt. ſiquidẽ & ipſa colonos indigenas habuit Arcades. *His) duabus, Smyrnæ & Pergamo.* Quocirca uel hac de cauſa inter ſe agnoſcere, dignèq; honorare debent. Atq; ea quidẽ quæ gentib. ire coniunctis, atq; urbibus de primatu contendentibus communiter erant tribuenda, breuiſſimè, ut mihi quidem uidetur, dicta ſunt, neq; ualdè infeliciter, quemadmo-

g ὁμοίας pro ὁμονοίας.

dum uos indicaſtis;& habetur magna uobis, qui hæc beneuolè excepiſtis, gratia. reſtat nunc, ut & ego reliquum ſermonem, qui in hortatione conſiſtit, adÿciã, ne uoluptatem ex auditione tantũ percipiatis, ſed etiam utilitas accedat aliqua;& uos hæc quoq; [g] eodem animo uelitis audire, ne temporaria tantum laude, ſed & perpetua, cumq; rebus ipſis coniuncta memoria decus orationi concilietis. Etenim ego, Græcorum pręſtantiſſimi, ſi quidem aliorum ſtudio ueſtrum ſinguli ea, de quibus nũc gloriamini, eſſetis abiecturi, ne ipſe quidẽ uobis autor eſſe uellem, ut ueſtro damno alios exornaretis. Cum uerò tot uobis ſuppetãt gloriæ argumenta ſingulis, nec de honore ueſtro quicquã, etiamſi inter uos honeſtè uos geratis, decedere ſit neceſſe; nõ uideo, quę poſſit eſſe diſſenſionis cauſa. Quinimo prorſus contrà dixerim, ſi gloriam ueſtram uelitis conſeruare, humaniter cũ alÿs uerſandum; ſin pręſentem ſtatum grauiter feratis, lites uobis & cõtentiones excitandas eſſe. Nam in concordia quidem & alios laudare, & ueſtras poteſtis ipſi laudes audire: uerùm in diſſenſione cum de alÿs malè locuti fueritis, rurſum ea, quæ non decet, audire uos oportet. Quamobrem quanto quis magis laudari gaudet, & præſentibus frui commodis, tãto magis æqualitati debet & æquitati ſtudere. Omnium autem foret abſurdiſſimum, ſi quis alterius quidem bono delectaretur, ſuũ autem perderet; & id grauius ferret, cum quis etiam alius meritos honores conſequeretur, quàm cum ipſi omnes ultro ſuum non tribuerent. Atqui ſimul eum & aliorum felicitatem ægrè ferre, & inuidia laborare, quod nequaquàm eſt boni uiri, dixeris. Illud pręterea conſiderandum eſt, ea quidem omnia, quæ modò commemorabamus, & quæcunq; ſunt eius generis, qualia ſunt publicorum ædificiorum ornamenta, ampla ſepta, ſitus pulcer, potentia terreſtris uel naualis, & quæcunq; huc pertinẽt, fortunę dici poſſe, quæ horum ſingula tum donet, tum auferat, cum libuerit: cõcordiæ inſtitutum ac honeſtum commerciũ, in eorum uoluntate, qui ſic affecti fuerint, eſſe poſita. Quo fit, ut non ÿ tantopere, quibus illa plurimũ fauet, ſibi placere debeãt, quantum hi qui hiſce rebus pollẽt. Iam illa nõ ad eos ordine pertinẽt, ſed eorũ ſunt, qui ea extruxerũt & à quibus eorũ ſingula partim ÿſdẽ, partim poſteriorib. temporibus per manus accepimus: ſanum autem conſilium & modeſtia cuiuſuis ſunt, qui ea ſibi comparare ualuerit. Quemadmodum autem domum optimè conſtitutam cenſemus, non quæ lapidibus conſtet pulcerrimis, uerùm quæ uno potiſſimum gubernetur conſilio; ſic & urbes eas optimè incoli debemus exiſtimare, quę eiuſdem poſſint eſſe ſentẽtiæ. Etenim grauis res eſt ſeditio, ac tumultus plena, nec tabi diſſimilis. omnes eñ uires attrahit, eaſq; exugit & euacuat, nec antè deſinit, quàm penitus eas contriuerit, ipſorũ uſa laborãtiũ contra ipſos miniſterio. Cũ porro gẽtis etiã totius hic ſit optimus ſtatus, & hæc ſalus certiſſima; nimirum ciuitates quoq; uel ternas uel

plures

plures eodem fœdere coniunctas hæc obſeruare ſit neceſſe. Nec enim fieri poteſt, ut, quæ communiter omnib. gentis alicuius ciuitatibus conducant, ea ad illarum aliquas eandē rationem nō habeant. Neq; uerò, ſi de primatu contendunt, id meliorem reddit ſeditionem; uerū potius hinc etiam acceſſionem fieri quis dixerit. Quæ enim ne uiliſſimis quidem conuenire quiſquā exiſtimarit, ea ſi hi, qui reliquis preſtare uolunt, ad ſe pertinere iudicabunt, nec, quantum poterunt, cauebunt, maius omnino fiet crimē, atq; aliud, q̄ uolunt, efficiēt. Nam cum potiſſimo loco ſtudeant eminere, hac quidem ratione inter infimos referre ſe uidebuntur. Quemadmodum autem duces quiuis arbitratur meliores eſſe militibus debere, aut ſaltem non peiores; ſic & ciuitates eas, quæ reliquis prouident, non eſſe uilioribus ac plebeiis imprudentiores crediderim. Quare ſicut ordo atq; diſciplina non militibus quidem proſunt, ducibus autem nocent, uerùm ſi illi ordinem ſeruabunt, hos eius rei primos oportet eſſe autores; cū fieri nō poſſit, ut ducibus ſeditione inter ſeſe laborātib. exercitus concordiā ſeruet: ita & ciuitatibus illis maximè conuenire cenſenda eſt prudentia, quæ totius gentis cōmunem obtinent dignitatem. Ac miror, cū inſtante bello plurimos ac fortiſſimos quoſq; gaudeant pleriq; ſocios habere periculi; cur, cum impunè licet rebus frui præſentib, eas cū [h] alijs cōmunicare damnoſum ducant, nec illud cogitēt, quo maiores res appetūt, eo maiorem ſeſe alijs quoq; felicitatem optare debere. In ea enim uictoria, quæ de uilibus reportatur hoſtib. ineſt nulla dignitas, uerū cum præſtantibus ſuſcepta contentio eſt in utranq; partem tuta. Nam & uictoria inſignem habet gloriam, &, ſi quid ſecus acciderit, eſt præſtò conſolatio. Atq; id ex Homero quoq; licet cognoſcere. Etenim cum peruulgatus apud oēs ſit poeta, nihil oberit, quo minus & illius hac in re utamur teſtimonio. Is igitur & heroas omnes, ut uno dicā uerbo, laudat, & eos, qui ſunt inter ſe inimiciſſimi; quòd ita putat fore, ut, qui ſuperarint, magis honorentur. Quin etiam urbes cum enumerat, alias alijs exornat modis, ac ſingulas quantum poteſt, nihil uſquam, quod uel tantillum, ad alicuius gloriam conferat, omittens. Leuis eſt enim, ut aiūt, laudis gratia, quapropter ne hoſtes quidem, ſi quid rectè egerint, ea priuandos eſſe, deorum quidam apud Pindarum, ni fallor, Herculem monet. adeò ſua natura diuina quædam res eſt benedictum, nec in ſacrificijs tantum auſpicandis, ſed & in omnibus ferè rebus humanis locum habet. Atq; eos, qui illo, quantum licet, utuntur, gratiam à dijs inire & præconum uoces, & ſacerdotum, cum quid à dijs boni petimus, indicant. Quocirca cum hoc ſermonis genus bonarum rerū petitioni ſit accommodatum, idē etiā ubiq; ſi obſeruauerimus, rectius & honeſtius, credo, faciemus. Quod ſi hæc ita ſe habēt, hac quoq; ratiōe eſt fugiēda ſeditio, quādoquidē hoc malo nihil eſt benedictis magis contrariū. ſiquidē

h ἄλλων pro ἀλλήλων.

Pyth. 9.

unum duabus opponitur rebus pulcerrimis. Nam nec dicere quenquam, nec facere optima permittit; uerũ & maledicta pro benedictis, & infelicitatem pro felicitate profert. Itaq; ſicut benedictis eſt adiuncta felicitas, ſic in ſeditione neutrum poteſt ſubſiſtere. Quid quod is, qui alios ſubmouere non ſtudet, id ſui fiducia facere uidetur, quaſi nullum ipſi poſſit ea ratione damnum inferri: qui autem ſuam in alios [i] petulantiam in lucro põnit, is præter alia uitia ſuſpicionem quoque de ijs, de quibus contendit, alijs mouet, quaſi tantum nequeat, quantum uelit, dicere. Itaq; nec is, [k] qui duntaxat contumaciam per diminutionem fortitudinem appellaret, talis eſſe uideretur; uerùm toto omnino contra * quòd rebus ſuis metueret. Nam quemadmodum in gymnicis certaminibus, qui iuſta & legitima pugnandi ratione omiſſa, externam aliquam adhibent uafriciem, non admodum ſibi confidunt, nec plenam ſe conſequi poſſe ſperant uictoriam: ita in rebus gerendis intempeſtiua contentio atq; inhoneſta eorum eſſe, qui tota cauſa cadunt, uidetur. Ex quo fit, ut non inuidiæ potius, q̃ metus, iniuriæ, ſtultitiæ, ac deniq; omnis uitij cauſa ſit ſeditio, atque appellationi, qua uos utimini, de primatu, maximè contraria. Præterea qui cum cæteris ſimultates & contentiones exercent, ijs fortaſſe poſſit ignoſci: qui autem erga ſeipſos tam infideliter & ſeditioſè ſunt affecti, eos nec ſententia nec fortuna uti bona quiſquam dixerit. Id uerò, ſi exemplis iam præteritis utamini, poteritis agnoſcere. Quamuis enim nec res ſunt ſimiles, nec eadem tempora; prudentia tamen ſemper eſt eadem. Redite igitur ad antiquam Græciam, quandoquidem & illorum Græcorum plerіq; omnes eſtis coloni (nihil autem dicam noui, uerũ ea, quæ noſtis omnes) Lacedæmonios inquam, & Athenienſes. Illi etenim donec inter ſe concordes erant, atq; uno utebantur in rebus gerendis conſilio, & ipſi apud Græcos omnes in admiratione erant; & multorum ac magnorum bonorum tum ſuis tum alijs, quibus opus erat, autores exiſtebant. cumq; in Græcos cuncti propemodum homines coniuraſſent, ſic ut & mare triremibus, & terra militibus impleretur, & malorum expectatio, quod ea nondum adeſſent, in lucro poneretur, non fuerunt inopes conſilij; neque cum audiſſent mare ac terram inter ſe commutari; Solem ſagittis obtegi, fluuios bibentibus deeſſe, gentes urbesq; totas in prandium Regis abſumi, Deum quoq; ipſum conſultores, qui Delphos uenerant, tum grauibus atq; horrendis minis eijcere, quicquã turbati ſunt, aut negociorũ ingruentium moli ſuccubuerunt; ſed & cũ non exigua Græciæ pars infideliter ſe gereret, atq; alij quidem honeſtè (ſi quidem id honeſtè dicendum ſit) recederẽt, alij uerò palã ad Medos accederent; oſtenderũt planè, quanti momenti res eſſet, urbiũ primarũ concordia mutua? Nam cum alij nauibus, alij terreſtribus ualerent copijs, primũ utriuſq; rei uſum & ſibi & reliquis Græcis exhibuere commu-

i ἐπήρειαν pro ἐμπήρειαν.

k ὅστις pro ὅτις.

communem. deinde, quod eſt multo magis mirandum, non dimiſerunt imperium, uerùm, quaſi utrunq; ab una fuiſſet ciuitate profectum, ut alacritatem communem, ſic imperium cenſuerunt unum debere conſtitui. Nec uerò minorem conſecuti ſunt gloriam, qui id alteris conceſſerunt, quàm quibus id tributum fuit; idq; tum eodem tempore à Græcis, tum pòſt ab omnibus hominibus. Quinimo duobus tunc imperijs Græcorum fungi uiſi ſunt Athenienſes, quorum alterum in bellico apparatu cõſiſteret, alterum in facilitate, qua ſunt erga alios uſi; qui cum triremium cunctarum duas partes explerent ſoli, Lacedæmonijs, qui uix ipſorum decimam conſtituebant partem, imperium conceſſerint, cum exiſtimaſſent, niſi prius inter ſe conſentirent, ne duplo quidem plures naues quicquã eſſe profuturas. Hac ergo ratione cum egiſſent, omniaq; feciſſent communia, & eoſdem ſtatuiſſent utilitatis fines; tum & Athenas, quæ habebantur à Perſis & habitabantur, liberarunt, & Græciam peſſum euntem, ac totam propemodum perituram aſſeruerunt, & mare terramq; naualibus ac terreſtribus prœlijs è ſententia editis exornarunt. qui autem Iouis imperio ſuum æquarat, eum ita meticuloſum atq; humilem reddiderunt, ut è ſolio exiliens de una regione in aliam fugeret, aliter nauibus in Aſiam fugientibus. Ac tum trophæa de alijs alia ſuſpendebantur, ac Iouis Seruatoris aræ, & communes Græcorum tripodes Delphis, donaria, decimæ, ornamenta urbium, omne incrementum, ſimileſq; res conſpiciebantur. Deinde hi quidem principatum Græcorum, quem ad tempus omiſerant, receperunt, perinde ultro à Græcis delatum, ut ipſi ultro ceſſerant; illi uerò pares retulerunt, Lacedæmonij, nec uel prohibuerunt uel contenderunt quicquam; uerũ cum hos in naualibus atq; exteris expeditionib. ſibi præſtare iudicaſſent, depoſitis ſuis ducibus, in hos imperiũ contulerunt. Tum porro Seſtus, Ionia, Cyprus, Eurymedon, utrinq; exornatus æqualium uictoriarum tam naualium quã terreſtrium numerus, & omnia deniq; pulcerrima connectebantur; recedebant uerò barbari, Græcoſq; dominos loco Regis agnoſcebant. Atq; hæc quidẽ fuerunt eorum concordiæ & utriſq; & omnibus, quibus imperabant, cõmunia bona. poſtquã autem de principatu cœperunt inter ſe contendere, & lenitatem ducentes ignauiam, contumaciam in uirtute po ſuerunt; oratores uerò atq; præfecti, cum deberent præuiſas clades auertere, populumq; admonere, ciuitates utrinq; irritarunt, & inter ſe cõmiſerunt, quotidianæ uoluptati tempore omni poſtero poſtpoſito: tũ edixit præco Spartanus, quaſi diuinitus miſſus fuiſſet, eum diẽ magnorum Græcis malorũ initium fore; idq; non dudum pòſt effectum fuit. Etenim qui uidebantur inuicti, uiui unà cũ armis abducebãtur, & fœdera petebãt ab ijs, quos initio ad pacẽ[k] potuiſſent adigere. q uerò tantopere illos in hoc bello ſuperarãt, ac libertatis Græcorũ

Qui) *Xerxes.*

Præco) Meleſippus. Thucyd. initio 2.

Qui) Lacedæmonij. Thuc. 4.

k [illegible] pro [illegible] ὤφ.

Thucyd. 7. principes fuerant, altero rurſum exorto bello, Decelico, poſtquam nihil non erant conati, quæ ſine lacrymis dici nequeant, ea ſunt perpeſſi, donec & mœnia ſuis ipſi manib. diruerũt, & omni ceſſerũt principatu. Iam exilia, cõmunesq́ Græcorũ cædes, atq́ extremã rerũ omnium perniciem nemo poſſit uerbis conſequi. Cum deinde utrunq́ iam tenerent imperium Lacedæmonij, breui pòſt & è mari ſunt eiecti, & in terra conculcati, ſuperante utroſq́ ciuitate tertia, Thebana. Atq́ ea quidem ad tempus aliquod egregiè inter Græcos floruit. uerùm quia nec ipſa nimis concorditer adminiſtrabatur, factum eſt, ut ſimul & aſcenderet & rurſum diſpendium faceret. Poſtquam autem tres extitere ciuitates, & Græcorum alij Athenienſibus, alij Lacedæmonijs, reliqui Thebanis adhærebant, nec quicquam erat commune, aut quod cum ratione & prudẽtia regeretur; mox quidem bella Phocenſia, tumultus circum Pylæam, aliaq́ undiq́ pudenda ſunt exorta, poſtremam autem Græcorum ſortem Philip pi imperium & Antipatri dominatus occuparunt. Alexandrum enim prætereo. Ita uerò factum eſt, ut illa omnia inſtar aquæ à terra fuerint abſorpta, & paruæ quædam Græciæ reliquiæ, noſtrorum principum uirtute recuperatæ, uix ad uos peruenerint. An igitur exigua quædam uidetur & [1] leuis eſſe ſeditionis à concordia diſtantia? Quodſi Athenienſes per ſe conſiderare mauultis; hi barbaris ipſos inuadentibus, cum æquali uterentur Rep. tantum ceteris præſtiterunt; in bello autem Peloponneſiaco, cum reliqua toleraſſent omnia, clades Siculas, ſociorum defectiones, Cyrum regem, omnes homines aduerſarios, ab una refutati ſunt diſſenſione, nec prius hoſtibus ceſſerunt, quàm ſibimetipſis cedére noluerunt. At cum eo miſeriæ perueniſſent, ut populo exulandum eſſet; poſtquam iniuriarum obliuionem poſt reditum edicto confirmarunt, mox & optimè audierunt, & priſtinum propemodum ſtatum recuperarunt. uſq́ eo tum genti toti, tum urbibus & principibus & ſingulis per ſe magno ſolet eſſe emolumento amicitia mutua & concordia; contrà ſeditio extrema quæq́ mala conficere. Nec enim poſſunt ij, qui difficili ſunt animo, facilè res ſuas gerere. Quodſi quis hæc, quoniam nullum nunc inſtat bellum, pro nugis habenda putat, ipſe nugatur inſciens. Ita enim ſe res habet: in bello res bellicas corrumpit ſeditio; in pace deſtruit pacis commoda. Cum eñ perpetuò ſit ad nocendum parata, ad occaſionem temporũ damnum infert. Eſt autem omnium abſurdiſſimum, cum Prætoribus, qui nos à bellicis cladibus illæſos conſeruant, maximas agamus gratias, ſi ipſi nobis id, quod eſt bello longè grauius malum, ultro aſciſcamus. Atque hoc eſt bello grauior ſeditio, quòd bellum concordia corrigitur, pax ſeditione corrumpitur: quodq̀ue bellum ſæpe nullam adfert moleſtiam, pax autem, cum ſeditione coniuncta ſi ſit, nihil habet boni. Præterea cũ ſeditio pacẽ diſſoluat, bellũ

[1] φλαῦρον pro λῆρον.

aliquando ſeditionem tollit. adeò præſtat ſeditioni bellum. Omnino autem ubicunque eſt ſeditio, ibidem & bellū uiget, idq́ue contra eoſdem: ubi legitimum eſt bellum, ſimplex pariter & leuius eſt periculum. Iam de bello quidem in utranque partem diſputare licet, & ſuſcipiendum eſſe, & non eſſe; ſeditionem autem nemo præſtare dixit unquam oriri, aut ortam manere. uerùm cum bellum aliquando quidā dixerint deponendum non eſſe, ſeditionem quidem nemo unquam negauit quamprimum eſſe ſedandam: ac meritò quidem. Etenim bella quondam temperantiæ atque fortitudinis opinionem conciliarunt ijs, qui illa geſſerunt, eosq́ue maiores reddiderunt, & ſecuros in poſterum tempus effecerunt. cum enim ij, qui armīs hoſtes uincunt, minimè contemnendi fiant, ea res non parum confert, ut quis tutò ſuam incolat regionem. Verū ſeditio omnium eſt rerum turpiū & malarum quaſi colophon, nec tantum alijs potiores, ſed nec ipſis nobis ſimiles nos reddit. Et quanquam nihil nunc grauius contingit (nec uerò contingat unquam, Iupiter atque dij) at de malis fructibus ne ſemen quidem aiunt relinquendum. Quin etiam Homerus credendus eſt rectè dicere, Cōtentionem ex minima re ortum ſumere, & longiſſimè progredi. Nam præterquam quòd Ilias tota ad hoc ipſum refertur, & ad ſeditionem accuſandam totum ſpectat poema, ipſe hæc de Contentione diſertè dicit:

Parua quidem primo ſurgit Contentio: at inde Iliad. δ.
Ingrediturq́; ſolo, & caput inter nubila condit.

Sed utrùm cælum attingat Cōtentio, equidem dicere non poſſum. exiſtimo enim Iouis portas facilè omnem arcere poſſe moleſtiam. uerùm illud affirmare auſim, nihil eſſe in rebus humanis, quod minus præſcriptos habeat fines. Atque ut omnino nullum arbitror tanti fieri debere præmium, ſiue id ſub terra, ſiue palam ſit poſitum, ut tāta dignum eſſe poſſit inſania; ita uos, ſi hoc quoque dicendum eſt, cogitare uelim, & Lacedæmonios tunc, & Athenienſes, atque inſuper Thebanos habuiſſe aliquem rerum earum, quas inter ſe gerebant, prætextum. Etenim Græcorum principatus, & imperandi ac dominandi opinio, atque aditus ad ipſos eorum, qui re aliqua indigebant, & pecuniæ collectæ, aliaq́ue ſimilia contentionis occaſionem præbuerunt. & quanquam res illæ non prorſus erant expetendæ (nam quis id ſapiens dixerit?) habebat tamen, ut ita dicam, rationem aliquā ſeditio. At uos, Iones, & uos ſiue indigenæ, ſiue Arcades mauultis uocari, ſi quis ex uobis cōtentionis, ſeditionis, ac tumultus cauſam quęrat, quid ſitis, obſecro, reſponſuri? cuius imperij cauſa uos id facere diceretis, uel quorū ſociorū, qualiumúe portuū, triremium, tributorū, locorumúe gratia, uel ſi quid aliud rationē ueſtrā[m] mouere poſſit. Non'ne maiores ueſtri (concedatur enim nobis iam libertatis aliquid, qn̄ nec medici ægrotos oēs cū lætitia ſanāt, uerū illi, ſi plerunque Et uos) Ephesij. m ὑμῶν pro ὑμῖν.

dolore carent, præclarè ſecum putant agi. quocirca de his etiam pauca uerba faciamus, ſi forte eius rei auditio uel tantillum de ueſtra detrahat fidentia) illi igitur rectè ſibi conſultum putabant, ſi quem haberent præſidem, atque in eo ſtatu permanebant, nunc Athenienſes pro patronis habentes, poſtquam erant illorum ope à barbaris liberati, nunc Lacedæmonios, qui ipſos Athenienſibus eripuerant; rurſus autem Philippo atq; Alexandro ſe ultro dedentes. adeò primatū omnem negligebant. Ceterum quod ad noſtras res attinet, & conſtitutos bonis auibus ritus, quis tam puer, uel tam ſenex delirus eſt, qui neſciat, unam urbem primam & maximam toti imperare terrarum orbi, unamq; familiam cuncta adminiſtrare; Prætores uerò quotannis ad nos ex lege commeare, quibus omnia tum magna tum parua ſecundum ipſorum arbitrium permiſſum ſit gerere? Cur igitur, quæſo, nobiſipſis negocium faceſſimus, ac ſomniamus, & de umbra contendimus; cumq; quiete per iſtos rectè parta frui nobis liceat, tum illis præter ipſorum uoluntatem moleſti ſumus, tum ipſi mala quærimus aduentitia, quaſi bonis uti neſciremus. Quis enim non dubitet, qua ratione cum Prætoribus nunc agamus? Beneuolè quidem, ut ex iſtimo, atq; fideliter. quid ni? qui uerò magis, quàm nos? Veruntamen ita cum illis uerſamur, ut neſcio quo modo contumaciam adulationi miſceamus. Nam cum illos pleriq; magis, quàm ipſi cupiant, colunt, & certum tempus apud ſe manere iubent, ita ut, ſi ſecus fecerint, non ſint impunè laturi; cumq; ſe in omnibus, uelint nolint, ipſis obtemperaturos promittunt, ac legibus potiſſimum uti iubent, nec eam ipſis facultatem[n] tribuendam cenſent, ut per ſe quiduis agant: quid hoc eſſe dicet quiſquam aliud, quàm duarum rerum diſſimiliū permiſtionem, quam non ſit magis admirandū incepiſſe, quàm nolle omittere. Cum enim ſoleant rerum talium uiliſſimi quiq; autores eſſe, compeſcuntur ab optimis. Quocirca ſi illos perpetuò uelletis attendere, nobis autem ne tantillum quidem tribuere, id uerò omnem excederet calamitatem. Miror autem uos, cum de templis ac certaminibus, quæ communia ducitis, non leuiter ſoleatis gloriari, nunc de ijſdem inter uos diſſidere. Atqui cum de ijs rebus, quibus tanquam communibus gaudetis, inter uos contenditis, de qua re tandem conſentietis? Nam ego quidem hoc eſſe communis & priuati diſcrimen arbitror, & huc referri ſapientum dictum, quo tradunt, communia eſſe eorum oportere omnia, qui beatè uelint uiuere. Vbi enim ſeorſum quiſq; ſua poſſidet, utilitas etiā cuiuſq; ſeorſum eſt poſita. inde uerò ſeditiones oriuntur, ac pugnæ, & contentiones. Nam illud, Nō tuum hoc, ſed meum; omnis eſt contentionis initium. Verū ubi omnes omnia ducunt cōmunia, cōmunem etiam illorum curam gerūt. Iam uos has appellationes uelut argumenta contra ſeditionē, rebus imponentes, cōmunes curias, communia templa, cōmunes ludos, & maxima

[n] deeſt τὸ poſt δοῦν.

maxima ferè quęcꝫ nominaſtis communia. Quapropter alterutrum neceſſariò peccatis. Siue enim rectè de iſtis, quæ communia ſunt, gloriamini, cur uos de ipſis non putet contendere? ſiue iſta nullius ſunt precij, cur ea iactatis? Etenim exiſtimo, ſi id uos adhuc latuiſſet, & ab aliquo repertum uobis eſſet patefactum, quandam horũ partem etiã ad alios pertinere, nec eorum duntaxat eſſe, qui ea poſſident, uerùm omnibus inſtar opum cõmunia; nec poſſe alios, quo minus de ijſdẽ glorientur, prohiberi; omnes tum diſſenſionis finem iure facturos eſſe. At cum ipſi ſcientes, nominantes, appellatione gaudentes, cõcordiæ occaſiones in ſeditionem uertitis, & nominibus fauſtis ad rerum perturbationem abutimini, atcꝫ inde ęgrotatis, unde ſanari uos oportebat; quis nõ id eſſe perinde dixerit, ac ſi quis è pharmacis ad ſalutem comparatis non modò non ſanitatem, ſed etiam interitum ſibi acquireret? nequaquam, probi uiri. Nam ſi quis patriam ſuã uelit augere, ſuaſcꝫ res exornare, id omni caret reprehenſione. quod autem huc accedit moleſtiæ, id equidem tollendum cenſuerim. Id porro fiet (uultis dicam, quomodo? ſed ut beneuolè audiatis, uidete) ſi paulo minus lapides admiremini, ac uos ipſos pluris, quã ædificia, faciatis, & antiquum illud uerè dictum eſſe credatis, Nec mœnia, nec odea, nec porticus, nec mutum ornatum ciuitates conficere, ſed uiros, qui ſibi poſſint ipſis confidere. Atcꝫ eſt hoc non alios temerè cõtemnere, nec omnia putare ſua; minimè uerò: ſed paruũ illud & ſimplex; benè ſapere. Quibus enim hoc eſt in animis inſitum, ij nec ad mœnia, portuſcꝫ cõfugiunt, nec opes, aut porticus, aut ullam requirunt aduentitiam gloriam; nec ignorant, ſeſe, etiamſi ſub dio degant, non eſſe uiliores Babylonijs, qui ſe intra portas inebriant. Illud pręterea ad eorum animi tranquillitatem facit maximè, quòd nõ ſe rerum ſuarum appendicẽ, ſed omnem ſuam poſſeſſionem ſe poſteriorem ducunt. Quid quod illa ornamẽta ſumtũ, tempus, & mechanicorum requirunt auxilium; hoc bonum cunctis palam, qui id uidere poſſint, eſt propoſitum, nec ullo eſt opus negocio, quin ad id comparandum ſola ſufficiat uoluntas. Oportet autem eos, qui recto ſunt iudicio, hoſtes quidem omnino ſuperare uelle, à ſuis autem quando uinci debeãt, cognoſcere. Nec enim omnis eſt honeſta uictoria, uel à dijs prouenit. Nam tragœdia quocꝫ talibus abundat admonitionibus. Quidam enim alicubi ait:

Alludit ad uerſum Alcæi ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήϊοι.

Minus ac lubet ſuperans amicos, imperas:

alius uerò *—cedens amicis, imperas.*

Alius) Sophocles Aiace.

Demoſthenes autem cum ad Athenienſes de concordia ſcribit, talẽ inquit cladem pro honeſta decentícꝫ uictoria inter ſapienteſ haberi, qua filij ſuperantur à parentibus, quacꝫ ciues ſibi mutuò concedunt. Quod ſi & uos his uti rationibus uelitis, ac primùm quidem eo ſitis animo, ut inter uos pro amatorib. habeamini, cũ exiſtimaueritis nè pulcerrimũ quidem quenquã ſui unq̃ amore, ſed alterius captũ fuiſ-

In fine tertiæ epiſtolæ.

ſe; deinde etiam à præfectis atq; ijs, qui apud ſingulos ueſtrum Reip. præſunt, hæc impunè uobis occini permittatis, & quẽadmodũ nũc ea, quæ ad contentionẽ faciunt, omnia tũ dicenda tum agenda reperiunt, ita deinceps de amicitia ueſtra concordiaq; mutua diſpici: hoc quoq; fortaſſe, ſicut aliud quiduis, quod iuſta diligentia tractatum fuerit, à uobis perficiatur, ac uobiſcum, ut optando dicam, permaneat. At nunc ita ſumus abſurdè affecti, ut pro ijs, à quibus nihil expectamus boni, contendamus, ac decertemus; quibus autem æquitate utentes frui poteramus, eos nihili faciamus; præcipuè cum Rex quoque maximus, & omnium doctiſſimus, ipſe his de rebus mox initio, quantum memini, disertè ſcripſerit, atq; eos pro optimis ac fortiſſimis habiturum ſe promiſerit, qui cõcordiam ultro fuiſſent auſpicati. Nunc uerò ſi quidem terræmotus, aut aliquod ingruat periculum, agnoſcimus inter nos, & uotis fauſtis proſequimur, alijq; per alios ſeruari ſe dicunt; ita ut magna ſit habenda periculis gratia: poſtq; autem iuri noſtro ac libertati, quicquid uolumus, agendi redditi fuimus, ipſi nobis loco terræ motuum ſumus, nec uel quieſcere, uel in commune quicquã conſulere poſſumus, ſed quaſi in trutina, cum ablata ſunt onera, ſurſum ac deorſum fruſtra mouemur. adeo delectationis etiã quiddam admiſtum rei uidetur. Non deſinetis tandem, optimi uiri, atq; intelligetis, ea quidem, quæ perſequimur, quanquã ſunt magni precij, mortalia tamen, ac ſecundarum eſſe partium; animi autem bonam compoſitionẽ, cuius non minima pars eſt ad amicitiam propenſio, proximè ad uiros probos pertinere. Nolite enim exiſtimare, ſi in obſidionib. id nocet maximè, cum diſperſa ſunt præſidia, in Rebuſp. ac mutua conſuetudine multas prodeſſe partes; uerùm concentum ſi quo in alio loco, heic quidem ualere plurimum. Hic eſt urbium uerus ornatus, hoc maximum munimentum, hæc ſpecies pulcerrima. Hæc eorum ſunt, qui ſurſum reſpiciũt, non in foſſas & lapides; quiq; ueram naturam, nõ lapidum nec lignorum cõſpexerũt, & eius à qua cuncta hæc reguntur, diuinæ Reip. partem eam, quæ nobis conuenit, acceperunt. Nam & cælum totum, atq; mundum, qui pulcerrimam omnium tum figuram tum appellationem ſortitus eſt, una ſententia & amicitiæ uis adminiſtrat, cuius ductu & Sol procedit, ſuum perpetuò locum ſeruans, & Lunæ facies, ac ſtellarum motus, temporumq; circuitus, ac ſingulorum inter ſe ordines perficiũtur, & receſſus opportuni, ac rurſum coniunctiones obſeruantur; dum uincit concordia, diſcordia uerò nec eſt ulla, nec naſcitur, uerùm ordinationi omnia cõcedunt, & uno animo res omnes peragunt. Quocirca ſi rectè ſapere iudicantur ij, qui præſtantiores imitantur; illi ſanè prudenter agent, qui ſe uniuerſos unum quiddam eſſe, quantum fieri poterit, putabũt. Quin etiam humanũ uobis præſto ante oculos eſt exemplũ maximũ, Reges maximi, in quibus præter alia multa magnaq;, mutua concor-

dia

dia & ſtudium res pulcerrimæ uidentur. Illi etenim cum omnibus imperent urbibus, tam paruis quã magnis, omnib. ſunt communes. non igitur abſurdum eſt, cum uos talibus principibus felices prædicetis, eos nolle, quantum licet, imitari? Ac reges quidem optime res humanas adminiſtrant, cum ſe Vniuerſi dominis, dijs reddunt ſimiles, ciuitates aũt, ſi ad principum ſententiam accedant proxime, regũtur optime; nos uero, quanto maiorem præ ceteris honorem & à Regibus, & ab ijs, qui quotannis ad nos commeant, præfectis conſequimur (unde enim incepi, ibidem quoq; deſinam) tanto magis curare decet, ne quid, quod illis probari non poſſit; commiſiſſe uideamur. Quinimo tum deorum ipſorum cauſa, tum diuinorum Regum, atque omnium eorũ, quæ honeſta ſunt & cenſentur, uelimus conſiſtere, atq; hac una, ſi dicere licet, contentione inter nos decertare, quinã primi concordiam auſpicetur, quiſq; plura & manifeſtiora in alios officia contulerint. Atq; ego quidem hæc & uolo & expecto, atq; hæc feciſſe uerba, q̃ plurima maximaq; ędificia (ſacris exceptis) uobis extruxiſſe malim. uos autem ſi quidem mihi creditis, oſtendetis re ipſa, nihil à uobis, uerũ ab ijs, qui hactenus hiſce de rebus uobiſcum agere cunctati ſunt, peccatũ eſſe; ſin aliter, quod abſit, uos geretis, pulcram illis defenſionem parabitis. ſiquidem recte uidebuntur tacuiſſe, cum ſcirent ſe nec ueſtrum quenquã meliorẽ reddituros, & uos oẽs offenſuros eſſe. Quãobrẽ nũc utriq; cõtendamus, ut & ego ad uos optima quæq; ſumma cũ beneuolẽtia & fortitudine me dixiſſe, & uos iſta nõ fruſtra uobis proponi, ſed optimis uos uti noſſe conſilijs oſtendatis.

ORATIO RHODIACA.

Deplorata Rhodo, per terræ motum deleta, Rhodios ad eam reparandam hortatur.

QVAECVNQVE acciderunt, Rhodij ſuperſtites, nec facile quis poſſit obliuiſci, nec memor moderate ferre. Etenim quæ non uobis modò, qui aliquando Rhodum incoluiſtis, ſed omnibus omnino Grecis maior hac euenire clades potiuſſet, qua commune totius generis ornamentum perijt? Ac maxime quis ingemiſcat, ſi ſecum cogitet, hoc antè de hac urbe potuiſſe dici maximum, quòd, cum apud alios audiantur ſermones, ac trophæi quædam extẽt reliquiæ, ac monumentum, & fons, atq; is, qui homines circunducit, obſcuris quibuſdam ueſtigijs Semeles, Harmoniæ, uel Ledę thalamum, uel aliquid indicet ſimile; apud uos duntaxat urbem licebat, qualis fuerat, inſpicere, non auditu percipere. Etenim quaſi nuper eſſet extructa, apparebãt oĩa, ſic ut res non eſſet deploranda, ſed omnib. admiranda atq; prædicãda. Ac in ingreſſu quidẽ tot erãt, tantiq; portus, lapideis fabricis in mare proiecti, alij ex Ionia, alij è Caria, nõnulli ex Ægypto, Cypro, Phœnicia hoſpites excipiẽtes, quaſi alius ad aliã ciuitatem recipiendã factus eſſet. At portubus incumbebãt naualia,

quãta qualiaq; fuerant, cum imperium maris tenebatis, neq; minora per tempus reddita, quorum ſiue ſitus coniectura aſſequendus eſſet, uerùm quæ ſui conſpectu quemlibet obſtupefacerent. quin ſi quis uel eorum tecta deſuper inſpexiſſet, penſili cuidam agro comparaſſet. Deinde naues erat uidere biremes ac triremes, nec non ſeptem uel nouem inſtructas ordinibus; quæ partim ad nauigandum erant expoſitæ, partim uelut in apotheca depoſitæ. atq; earum licebat quamuis ad nauigationem deducere. Aliarum uerò ferrata reſtabãt roſtra, quædam circa portus, nonnulla in ſuperiores urbis partes diſtributa, cum permultis ac ſplendidis ſpolijs; quæ partim è Tyrrheno latrocinio, partim ex rebus cum Alexandro geſtis, partim aliunde erant in urbem introducta. Iam deorum delubra, templa, ſigna tot erãt numero, ac tãta magnitudine tamq; pulcra, ut aliorum poſſent operum eſſe honoraria, nec facilè, quid eſſet magis admirandum, diſcerneretur; atq; eorum unum quoduis magnam ſatis præbuiſſet alij ciuitati gloriandi materiam. Huc accedebant æneæ ſtatuæ plures, q̃ in tota reliqua Græcia; picturæ omnium artium, aliæ alibi repoſitæ; ornamẽta, quæ heic partim ſola, partim pulcerrima uiſebantur. Arx porro campis erat & ſaltubus plena; in reliqua uerò urbe nihil alteri præſtabat, uerùm perpetuò conſtabat & æquali apparatu, qualis non tam urbis, quàm domus unius exiſteret. at plateæ ab initio ad finẽ pertinebant, ac minimè poterant angiportus uocari. Vrbs autem ubique ſplendidè patebat expoſita. Iam q̃d præ ceteris erat mirandũ, nec ſatietatem ſpectantibus adferebat, mœnium erat ambitus, & interiectarum turrium altitudo atq; pulcritudo quæ nauigantibus facis uicem gereret, ſic ut ſoli poſſent ij, qui Rhodum nauigarent ac tenderent, maiores mox animos cõcipere. Tum quod erat pulcerrimũ, nõ diuidebatur hic orbis ab urbe reliqua, neq; quicquã relinquebat in medio uacuum, uerùm cum urbe connectebatur, & uelut corona caput ambibat. ac ſolã licebat Rhodum dicere tum domeſticatim tum communiter eſſe munitam. Septi enim formam habebãt mœnia, tantumque interiori præſtabant urbi, ut eam definirent; quoniam dignitas ubiq; par erat. Vnum autem, ut ſemel dicam, rerũ antiquarũ aberat, pugna naualis; cum reliquus ciuitatis decor perfectè remaneret: atq; eam principatu duntaxat prudenter ceſſiſſe dixiſſes; in ceteris autem eandem, non aliam, quàm fuerat olim, extare. Nunc autem perierunt portuum decora, cecidit corona pulcerrima, templa ſignis, aræ uictimis deſtituuntur, curricula ac theatra uiris: ubi terrarum uel maris naualia fuerint, nemo, qui prius non cognouerit, coniecturis aſſequatur: ſtatuarum utrarumq; numerus infinitus cum lapidibus & corporum perditorum reliquijs permiſtus iacet: ebur & aurũ, quod arti cedebat, euanuit: qui ſpolia paſſim ſuſtinebant parietes, ſimul cũ ornamentis interierunt: enſes & haſtæ manubiales, qui huc fuerãt ex

hoſtibus

hoſtibus allati, his in malis ciues, qui in illos inciderant, peremerunt, ne qua deeſſet miſeria: urbs deniq; pro [a] ſcopulo relicta, hactenus ſolo non exæquata, quatenus qui cladis refricent memoriam, eminent lapides. Adeo autem hæc clades cunctas, quotquot in Græcia accepimus eueniſſe, ſuperauit, ut in ijs, de quibus mox dicebã, ipſa palatia principũ, thalami aliquot ac nonnullæ urbium reliquæ ſint partes, ipſasq; ex maiorib. minores eſſe factas dixeris; heic ne tantũ quidẽ ſpacij, quantũ incolat hoſpitum deductor, reſtet; atq; ut ibi monumẽtũ aut trophæum aliquod uidere poſſis, ita heic ne ſepulcrum quidem ullum [b] clade fuerit immune, quin & intus & extra ſimilem habuerit urbs euentũ, ac ciuibus ipſa pro monumento ſit effecta. cumq; ſoleãt nauigantes urbem aſpicere, nunc quid quicq; fuerit, quærunt, & tumulum illepidum pro urbe cernunt. uſq; eo tum ſuam felicitatem, tum aliorum uicit infelicitatem. Quocirca meritò uobis nihil non tã facientibus quàm dicentibus uenia daretur. Veruntamen & hæc, quamuis ita ſe habeant, ferre uos decet, & rectè hoc olim dictũ [c] eſſe credere, quæ quidem facta ſint, aliter ſe habere non poſſe, quamuis & nullum non conuicium fortunæ faciatis, & omni uoſmet mærore cõficiatis; uerùm ea pro facultate ſi quis rectè ferat, eam rem non parum habere in talibus remedij. Neq; uerò infortunijs indigetis, ut hæc addenda ſint; uerùm ſi quid euentis auferatis, & occurrentis capteris facilitatis occaſiones, rectius & conſultius feceritis. Tum Rhodios etiã uos eſſe ſcire debetis, quotcunq; eſtis reliqui; atq; hoc illuſtre per Græcos & Barbaros nomen fortunam uobis una [d] non abſtuliſſe; pro cuius quidem dignitate uobis ineunda ſunt conſilia. Nunc uos Rhodij, ſi unquam alias, tempus monet, ut uoſipſos è circumiectis malis eripiatis, atque inſulari genti opem feratis, ac ſtrenuè fortunæ reſiſtatis, gubernatoris cuiuſdam, ciuis ueſtri, dicto in memoriã reuocato, qui fluctuante naue, & iamiam ſubmergenda, quod eſt omnibus in ore, dicebat: At, Neptune, rectam, ut ſcias, nauem demergam: quaſi nihil præter decorum, & quàm res poſtulabat, faceret, uerùm omni ſuo prius ſatis faceret officio, quã periret; quaſi nauis interitus à fortuna ſemper penderet, officium autem ſuum non ab alio requirere, ſed ipſe quiſq; antè præſtare deberet, & quod ſolũ poteſt efficere, nunquam, dum uiuat, omittere. Vos igitur urbem collapſam nolite magis per animi ſubiectionem proſternere; ſed quoniam ante uos eſt illa ſubmerſa, qui ſuperſtites eſtis, apud uos manete. Etenim turpe foret, nec domeſtica criminatione alienum, ſi uos, qui ciuitatem conſtituitis, unus uir animi fiducia ſuperaſſet, nec uos etiam in aduerſis uoſmetipſos oſtenderetis cognoſcere. atq; ita præter meritum hæc uobis accidiſſe uidebuntur. Nam & armis uincere, pulcrum, ac de prœlijs naualibus erigere trophæa, glorioſum eſt, neq; debent ab hoc ſtudio uiri fortes abhorrere; id quod ueſtris quoq; maioribus magnã

a σκοπῆς pro σκύλου.

b ἐμπρίας pro ἐμπωνίας.

c ὀρθῶς ἔχειν νομίζονται pro ἔχει πολιτεύονται.

d deeſt μὴ poſt ὄνομα.

quondam & admirandam gloriam iure peperit. At quoniam & certaminum talium ceſſerunt argumenta, & hoc tempus aliud à uobis certamen poſtulat, id obeundum uobis relinquitur. Necꝫ minus erit uobis, q̃ illa certamina, glorioſum, fortunæ reſiſtere, deqꝫ ea trophęum, quãuis admodum primò uobis inſultarit, erigere. Nam ut illius uictoriæ nemo, licet maximus ſit, omne ius habet, quin ad fortunam pars referatur ampliſſima; ita in hac conſilium uim omnem habet. hoc igitur non indigere uos oſtendite, necꝫ prorſus fortunæ cedite, uerũ cum ea nunc, quoniam hactenus non licuit, congredimini. Etenim ſi pro dignitate urbem deplorare poſſemus, hoc deinceps noctes dieſqꝫ totius uitæ cunctas faceremus. Decet enim Græciam non ter modò, uerùm etiam millies ſic afflictam Rhodũ inclamare. At nunc quis uel ſermo tam ualidus eſt, uel ſophiſta tam ſtrenuus, qui caſum præſentem rite poſſit ordine, ne multa, quæ dici putet, omittat, deplorare? Eſt enim id uel omnium abſurdiſſimum, quòd res geſtas dum lugemus, & ut intolerabiles exponimus, magnam eorum partem omittimus, & quæ dici putamus, non dicimus. Quis enim uel recentes has clades, & omni[c] calamitatis genere maiores, uel ipſum ueſtri negocij florẽ decorè explicet? Quis uerò ſui ſit compos, qui miſerabilem illum recordetur meridiem, quo hoc malum primùm incepit, cum ad euentum futurũ conſiſtebat mare, quaſi aliam quãdam & immenſam expectaret tempeſtatem; cum totus conticeſcebat aer, quaſi quid futurum eſſet, metueret; cum aues & omnia reliqua prę expectatione quieſcebãt; cum talis urbem caſus manebat, & in eam omnis conferebatur motus; cum Sol poſtremò ſuam urbem colluſtrabat, ac mox omnia ſimul aderant grauiſſima: recedebat mare, portuſqꝫ omnes euacuabantur; eijciebantur ædes, effringebantur monumẽta, turres decidebant in turres, in triremes naualia, in aras templa, in ſtatuas donaria, in uiros uiri, in portus turres, & in ſe mutuo omnia. Quinimo dũ quis ancoram ad ſoluendum tolleret, conuerſus, urbem non amplius uidebat, uerùm ſimul erant omnia permiſta, portus in arena, urbs in cinere: tum curſus per ædes, de uicis in uicos, ex ædibus, cadauera in ædibus, in templis, in foribus, in portis. Ac monumenta quidem ſitos eijciebant, qui autem recens obierant, in ijs condebantur: aliorum uerò manus, pedes, aut alia membra tanquam uotiua donaria ſummis in parietibus conſpiciebantur; necꝫ tamen ſingula dignoſci, quorum eſſent, poterant. Iam alij ſuis ædibus relictis, in alienis peribant, alij in ſuis præ ſtupore manebant, nonnulli inter excurrendum deprehendebantur, quidam ſemimortui relicti non poterant erepere, necꝫ ſeipſos ſeruare, & malorum appendicem famẽ patiebantur, hoc lucrati, quòd, poſtquam deletam patriam cognouiſſent, diſceſſerunt. Aliorum fortuna diuiſit corpora, ſicut partim inter fores relinquerentur, partim foris iacerent, etiam alijs accumulatis corporibus,

[c] κακῶν φορᾶς pro φθορᾶς.

uaſis

uaſis, lapidib. & quicquid cuiq; motus apportabat. Iam uerò alij ſperabant, alij ſuos quærebant, nonnulli dubitabant, ſeſe an ſuos deplorarent, quidam urbem deflebant, alij comburebantur, focis ac tectis permiſtis. Quid quod alij, dum pueros eriperent, ipſi intercipiebantur, alij ſeipſos inſuper occidebant: eratq; triſtis illius prandij comeſſatio. Atq; alij quidem, qui non ita pridem erãt ſponſi dicti, mortui iacebant, poſtquam intempeſtiuum cecinerant hymenæũ, ac dubiũ reliquerant, utrũ infeliciores ipſi, an illæ quas duxerant, fuiſſent: alij cũ è mari aſcendiſſent, ædes paternas mari periculoſiores reperibãt: alij cum ſoluere pararent, tum poſtremum domo ſoluebant, quãdo ante eorum oculos patria ſubmergebatur. Omnia porro ſimul incũbebant, maris motus, nebula, ſonitus, eiulatus, caſuum ſtrepitus, terrę flatus. Etenim nec catarractas Niliacos, nec exterioris maris ęquor, nec ignita fulmina, nec quicquid inter homines maximum edit ſonum, cum hoc malo, ſonituq; compararim, qui ex omnib. unus commiſcebatur, inexpectatum & iniucundum replens concentũ, ad quẽ Rhodus expirarat; atq; eodem erant cõgeſta cadauera, aræ, cænacula, cinis, ſanguis, ſupellex, tecta, fundamẽta, ſerui, domini, membra, ſtatuæ, lanienæ, ſepulturæ, prandia. Quid quod alij ſe in amiciſſimorum corporibus collocare ſe non animaduertebant; alij reliqua ſua quærebant, uel pedes, uel manus, uel quod quiſq; de corpore amiſerat; nonnulli etiam hæc inter familiares ſepeliebant. Iam alij ab utriuſq; partis cladibus comprehenſi ſuſtinebantur, alij prius, quàm morerentur, ſunt defoſſi; atq; omne malorum genus, & quod nemo adhuc fuerat cogitatione complexus, tum primùm aſpexit. Neq; ſciebant ſuperſtites, ſalutem deberent, an mortem optare. Qui præcones, qui poetæ digna hęc uoce defleant? quis abundè narrare poterit? Etenim quæ grauior clades, aut, ſi mauis, longior ullum uel Græciæ uel Barbariæ oppidum ex omni tempore inuaſit? cum urbs quidem citius iacebat euerſa, quàm nauis eſt unquam depreſſa; ſequentes autem dies ac noctes alios hactenus, ut ſpiritum reciperent, uiuentes ſuperſtitibus oſtendebant ſauciatos, alios mortuos putrefactos, nec ullo membrorum certo ueſtigio inſignes, niſi quantum ſingulis uel ademerat, uel addiderat caſus; inſoliti uerò rogi noctes dieſq; ardebant, prioribus ferijs menſtruis contrarij; & pro aureis atq; argẽteis metallis effodiendis, mortuos urbis area per menſes aliquot efferendos præbebat, cumq; primũ cædis iudicia ſolertis extra portas peragere, quaſi neminẽ piè poſſetis intra mœnia capitis dãnare; nunc uno die Deus tot ſupplicia ſimul & intra urbem & cum ipſa ſumſit, ac tot in ipſa coegit uos ſuperſtites comburere cadauera, & oppidum, cuius non erãt homicidæ participes, ſepulcrũ interemtorũ cuiuſq; reddidit. Ac priora quidẽ in fabulis hæc erãt, inſulã hãc ſub mari latentẽ Soli deos cõſecraſſe; at nunc cõtra licet narrare, urbẽ hãc ſubmerſam

euanuiſſe, cum ſupra terram Sol eſſet, atq; in eà Solem non ſpectanda ſibi uidiſſe ſpectacula. Et Homerus quidem diuitias ait Iouem in ſulæ ac Tlepolemo, autori ueſtro, circumfudiſſe; & eum ſecutus Pindarus, aurũ pluiſſe, cum flauã ſuperpoſuiſſet nubẽ: nunc uerò qualia Deus circũfudit dona? qualẽ ſupra oppidũ addùxit nubẽ? q; indigna priorib. illis, indigna uobis, atq; urbis decore? cumq; iam Carpathũ, [f] Caſum, & alias inſulas, de quibus nihil poteſt prædicari, ac de quib. antea collectum tributũ uos parui ducebatis, aliaq; obſcura & ſub arena latentia oppidula habitari uideamus; Rhodus, ô Iupiter, & qui præter Rhodum uides omnia, nunc nuſquam eſt, uerùm eorum inſtar, qui fabulas referunt, oportebit poſteris à nobis acceptum prodere, Rhodum quondam è regione Cariæ extitiſſe, urbem pulcritudine ac magnitudine inſignem, ac locum, ut nunc Ialyſi & Camiri, oſtendere. Iam uerò Halios quidem ludos perficietis, & eius rei reſtat locus; at hæc Apollinis nymphæ cognominis figuram litoris accepit. Atq; olim quidem machinas è muliebribus capillis contextas aduenis cum admiratione demõſtrabatis; nunc autem urbem ipſam in tale ſpectaculum [g] reſtat producere, ac peregrinis theatrum, curiam, tabulas confractas, & ſcopulos pro turribus indicare, miſeranda celebris quondam Rhodi ueſtigia. cumq; aliorum oppidorum prodetur magnitudo, nec uobis contendere licebit, nec tacendo non rumpi. Denique ut, quali careatis urbe, ſcietis, ita declarare non poteritis: & hoc quidem tempore Græcos, qui id antè non ignorarunt, citare teſtes licebit; uerùm ubi hos quoq; ſuum abſtulerit fatum, quid ſupererit aliud, quàm uadimonium, quod aiunt, deſerere; qui non tam è prœlijs marinis, pro dij, nec portubus aut naualibus, nec ornatu urbano cognoſcamini, quàm quòd maximam inter omnes Græcos cladem acceperitis; & ad Rhodi mentionem non exultandum erit, ſed lugendum. Quin etiam ſolis uobiſcum ij quoq;, qui ante ſexcentos annos uixerunt, uiri celebres ſunt læſi, quiq; nulla cum urbe coniunctione tenebantur. Nam qui ſuis factis urbem ornauerant, memoria uiciſſim ornabantur. Hæc igitur tam grauia, nec, ut putarent aliqui, conſolationem recipientia, ferendã ſunt; & primùm ac maximè ſecundum ipſum neceſſitatis conſilium, quodq; lachrymarum facultatem ſuperarunt. ſiquidem quæ nemo poſſit pro dignitate deplorare, quis neget eſſe dedolendo relinquenda, &, quod dicitur, cõniuendo ferenda? Deinde quemadmodũ puſillæ calamitates magnum apparatũ non requirunt, ita maiores & egregiæ ſunt egregiè ferendæ, nec ſimpliciter egregiè, ſed egregio animo. Sicut enim ad maiora bella maiore eſt opus apparatu, quandoquidem minora facilius geri poſſunt, ita clades eximiæ magnum afflictorum robur poſtulant. Quocirca fortiter eſt illis reſiſtendum, & cum omnibus copijs certamen aggrediendum, niſi quis deprehẽſus auferri uelit, atq;

ita

In Bœotia.

Olymp. 7.

f κάσον pro κάσυρον.

Nymphæ Rhodi.

g λείπεται pro λείπετε.

ita fiet, ut, qui prius, cum imagines & ſtatuas uiderent, artificum admirabantur artem, ij nunc ueſtrum conſilium omnes mirentur, ſi etiã ſine his uobiſmetipſis confidere uideamini. Deniq; ſicut Index aurũ probat, ſic uiros fortes examinãt calamitates; ac iam uos hæc omnia, quales ſitis, oſtendent, terræmotus, incendium, & quæcunq; primũ ſubſecuta ſunt malum. Sed ego præter opinionem facio, qui, cum à uobis conſolationẽ requirã, ipſe uos cohibere ſtudeo. quanq̃ & hoc ipſum nobis ad perſuadendum conferre poſſit. Etenim qui ſunt ijſdẽ rebus obnoxij, eos etiam fide dignos arbitror conſultores meritò à prudentibus haberi. Nam quos eadem attingũt, illos ea cũ beneuolentia curare atq; diſputare ſit uериſimile, reiq; facultatem hoc primo confirmare argumento, quòd, cum eodem ſint affecti modo, tamen ferre, quod euenit, conantur. Quin etiam hoc exiſtimo, euenta talia non minimis hominibus, neq; qui unde cadant, non habent, eſſe repoſita, uerũ qui tantæ ſint calamitatis capaces. An uerò Seriphi, uel Symes huius, uel aliarum circumiectarum inſularum hunc putatis eſſe caſum? Immo Rhodus tot ac talibus rebus poterat priuari. Ac uobis utrunq; Deus apicem tribuit. Nam & fortitudine, potentia, atque apparatu reliquas urbes celebres ſuperaſtis, & poſtquam contraria quoq; fuerunt guſtanda (atq; utinam non fuiſſent) hæc quoq; fortuna ſuperioribus exæquauit commodis; & cum res maximas haberetis, maximis eſtis ſpoliati. Quemadmodum autem dixit Heſiodus, cælo terraq; collabentibus, maximum fore ſtrepitum, quaſi caſus iſte ſit ab alto maximus; ita Rhodus in terris collapſa, maximum dedit ſonitum, eiusq; ſenſus ad plurimos peruenit tum Græcos tum Barbaros, atq; ipſos adeò Græcorum ac Barbarorum Imperatores. Iam enim ornatum amiſit totum mare, ac deinceps, quibus oportebat minimè, rebus caret. Quapropter iure multos habetis doloris participes. Etenim nec eſt propter magnitudinem res obſcura, nec uobis inſultabit quiſquam. Nam & communes omnium hoſpites atque amici, & multorum eratis ſeruatores, ac tum probi duces atq; ductores eorum, qui ab utraq; parte præter inſulam nauigarent, idq; iucundiores & ſplendidiores Homericis Phæacibus, tum etiã apud eos, qui terræ fines incolunt, celebres. Ex quo fit, ut ijs quoq;, qui urbem ut non uiderunt, ita ab alijs de ea audiuerunt, quamuis reliquã ſe uitam iucundè tranſegiſſe dicant, hoc tamẽ non minimũ uideatur deeſſe, quòd Rhodum nunquã uiderunt. Quid quod dubitare quis poſſit, utrum nunc ij potius, qui urbẽ non uiderũt, an qui ſpectarũt, plorare debeant. Illi eñ pulcerrimo ſpectaculo, hi omniũ, quæ uiderũt, maximo ſunt orbati, & quantũ lucri, tantundẽ iacturæ fecerunt, quandoquidem, qualis res perierit, non ignorant. Qua de cauſa uel maximè faciendum eſt, ut facilè ac generosè rem præſentẽ feratis, poſteaq; multos ueſtræ patiẽtiæ ſpectatores habetis ac teſtes, quibus ſi

In Theogon.

nobilitatis ueſtræ oſtendetis excellentiam, rectè ac Rhodio more facietis; quaſi nunquam dignitas urbis, etiamſi uel decies corruant mœnia, caſura ſit, uerùm ſalua & incolumis, donec unus reſtet Rhodius, manſura: ne uobiſcum doleant potius, quàm uos admirentur, neque tam cum luctu, quàm cum ſuperſtitum admiratione urbis meminerint, nec ad uos illi, qui conſolentur, uerùm uos ad illos mittatis, auita Dorum cōſeruata magnanimitate, quæ nunc in uobis duntaxat, uel maximè ſaltem cernebatur. Atq; equidem, niſi nimis abſurda dicere uiderer, iuberem uos per omnem Græciam legatos mittere, qui ſingulos conſolarentur, ac uos deplorare uetarent, quaſi non ſoleat Rhodus, nec uos Rhodij, lugeri potius, quàm prædicari. & hæc legatio, meo iudicio, non minus urbem, quàm obambulantes iſti legati, & ab alijs alia petentes, deceret. Quanquam enim hoc quoque neceſſarium eſt & utile (quis uerò neget?) alios aliò mittere, & Græcis omnibus tanquam ciuibus communes imponere collationes; nec ego aliter faciendum cenſuerim; ueruntamen huc quoq; geſtus ille pertineret. Quis enim non miraretur? quis non ſubueniret? quis non ſibi ſe potius, quàm uobis hoc modo gratificari cenſeret? Sed ſi legationem hanc dimittere non licet nec expedit, ad uos ipſos hac legatione uobis fungendum arbitror, ut duobus, quæ mox dixi, tertium adiungatis, nec, in quo minimè oportet, ſolum deficiatis. Maximi Græcorum maximè afflicti eſtis: maximis animis hæc ferenda ſunt; ut ubiq; maxima quæq; uideatur urbs eſſe conſecuta, & ab initio uſque ad finem ſibi conſtet, atq; inter extrema duo, uobis propria, medium unum comprehendatur, quæq; nunc grauia uidentur & intolerabilia, in ueſtrum cedant commodum. Nam quanto facilius ea ſuperaueritis, tanto uos maior laus manebit. Narrant porro de heroibus quoq; poetæ, quorumcunq; uitam bonis & malis fortuna permiſcuerit, eos euadere felices, quibus autem duntaxat mala tribuerit, funditus perire; quaſi perpetua bonorum poſſeſſio non ſit inter homines, uerùm duplex eorum uita ſit, alia penitus mala, alia miſta. Iam uos felicitate primùm ac diutiſſimè Deus impertiuit. Etenim hoc uel maximè uos conſolari debet, quòd, cum principatus longo tempore durarit, florente ſingulis diebus urbe; infelicitas unius diei non integræ, atq; horæ, modò uos uobis temperetis, fuit. Ne igitur eam in omne tempus prorogate, nec longius terræ motum extendite, quàm ubi tum deſiit. Eſt enim abſurdum, accuſare fortunam, & euenta uelut maxima grauatim ferre; quæ autem terræmotus omiſit, ipſos adijcere. Quid igitur poterat terræmotus? quid nūc uos poteſtis? ille ædes atq; mœnia & corpora deijcere ac perdere; uos rationem euentis opponere. Ne igitur hoc uobis eripi ſinatis, neque ſimul cum alijs conſilium collabi; ut quemadmodum prius, qui huc nauibus tendebant, urbem atque mœnium ambitum

longiſſimè

longiſſimè proſpiciebant, ita nunc, qui poſſunt, ciuitatis extare fiduciam uideant, atque eam nec terræmotum, nec incendium, nec opum aut ædium priuationem, nec aliud quicquam uel euertiſſe atque abſtuliſſe, uel euerſurum unquã atque ablaturum eſſe ſentiant. Hæc ſi ſalua conſtiterit, Rhodus apud eos, qui rectè uident, extabit. Nam & hæc mœnia, naualia, aliaque ornamenta uiri fiducia ac ratione rerum habenda præditi [h] extruxerunt, atque hæc fuerunt illorum conſilij donaria, qui laudis atque honoris ob rectè facta ſtudio labores omnes, omniaque diſcrimina putarunt ſubeunda, ideoque tum omne mare, quod eſſet nauigabile, perluſtrarunt, tum partim ſoli, partim cum alijs multa magnaque & præclara obierunt certamina; quibus uos debetis dignos præbere, & hoc cogitare, quanquam eſt prima fronte dictu abſurdum, facilius etiam uobis, quàm tunc illis, quæcunque ſunt abſoluenda, ſuppetere. Etenim nec claſſes nunc dimittere, nec expeditiones opus eſt, neque cum fortioribus bellum periculoſum ſuſcipere, neque relicta patria, alias aliud mare nauigare, tum tempeſtatibus tum hoſtibus, illis præſentibus, his futuris obnoxios; uerùm domi rebus ueſtris fruendo, uobis conſulere. Neque enim inſula quoque ſubmerſa eſt, ut non habeant Rhodij ſuperſtites, ubi pedem ponant. Iam qui, niſi tantam ac talem, qualem olim, patriam [i] incolant, uitam ducunt acerbam, ijs hoc aio (nec id quiſquam acerbè ferat) fuiſſe, cum Rhodus urbs nondum eſſet, atque adeò nec inſula, quod aiunt poetæ, uerùm hæc omnia merum erant mare. at hoc equidem non dico, uerùm illud ferè ſcitis omnes, ante Lyſandri, qui fuit Lacedęmoniorum dux naualis, tempora nondum fuiſſe urbem ueſtram excultam, ſed inſulæ duntaxat hoc nomen, nec etiam urbem Rhodum fuiſſe, nec à quoquam eſſe habitatam, quoniam antiquas tres urbes, quas etiam Homerus enumerat, eius temporis incolebãt Rhodij. At pòſt ex omnib. urbibus collecti, hanc unã non omnibus bonis auibus fundarunt, cuius magnum fuit & admirabile nomen, dignitas, pulcritudo, ac quicquid aliud ipſi iure tribui poſſit. Hinc igitur duo quædam efficio; alterum, Rhodij, ut exiſtant cogitatione ueſtra illa tempora, quibus urbem nondum habebatis, & rem leuius feratis; alterum atque uniuerſum, ne uel nunc deſperetis, atque animum deſpondeatis, maiorum uſi exemplo, quandoquidem & illi, quos oportebat, ſumtis animis urbem ex nulla, magnamque è parua, & primùm uiliad mirandã reddiderunt; quodque putant nõnulli tali ſpoliatis urbe uitã fore iniucundã, eo non tã ad angorem merũ abutamini, quàm ad corrigenda, quæ euenerũt, quoad eius fieri poterit. Nec paulo faciliusuobis eſt, ſi rem rectè conſideretis, urbem inſtaurare, quàm illis fuit initio fundare. Etenim illi nullum habentes loci adiumẽtum, non portus, non ſtatuas, non ornamenta, non lapides, cum diu antè conſultaſſent ac dubitaſſent, ni fallor, quo loco ſedem figerẽt, ita demũ hãc

h ἱσάμενοι pro ἱστάμενοι O.

i διάξειν pro δόξειν.

Statua) Coloſſus.

extruxerunt nullo (quod eſt omnium maximum) exemplo, quādoquidem hoc ipſi primi uerè inuentum quaſi prodiderūt. At uobis iā nec de re tota quicꝗ eſt diſputandum, & ſi quid ueterum eſt relictū, prodeſt; eaꝗ prorſus ad rem totam ſunt multa, tametſi cunctorum comparatione ualdè pauca uidentur. Etenim nec portus iam uobis exaggerandi ſunt, nec theatrum uel curia reædificanda, neque ſiluæ conſerendę. Quid quod ſuperſunt etiam aliquot in tabulis imagines, & æneorum operum quaſi ueſtigium quoddam, atꝗ ingens illa ſtatua, noſtrumꝗ iſtud ſpacium, in quo ſæpe multumꝗ uobiſcum decertauimus. quæ quanquā uos cōtemnitis, & reliquias cū antiquitate comparatas pro nihilo ducitis, ceteræ quidem ciuitates, ſi uel earum partem haberent aliquam, beatæ ſibi, mihi credite, uiderentur. Huc accedit, quòd nec exemplū uos oportet arceſſere, nec remotū aliquid æmulari, uerū ex Rhodo Rhodum, ex ueteri nouam reficere. Iam illi per tumultus ac bella, cum nec ipſi ſatis poſſent quieſcere, & reliqua Græcia tota ſurſum ac deorſum iactaretur, inter nauigandum & militandum urbem extruebant, quaſi præſidium aliquod in expeditione uel caſtra munirent. uobis autem in multa pace atque alta quiete, quæ res omnes humanas feliciter adauxit, multisꝗ adiuuantibus, non modò non prohibentibus, multos Græcorum licebit aſſumere, qui uelut collationem in ſtirpem conferant, ac partim beneficia, quæ quondam ſunt à uobis conſecuti, referant, partim ſorti incertæ in uobis conſulant, partim etiam hoc ipſum honeſtatis & magnificentiæ præbeant indicium, dum uobis in rem præſentem opitulentur. At maximum eſt ſummi principis ſpes, qui maximè ſtudebit meritò, quantum fieri poterit, urbem inſtaurare, ne pulcerrima ſua poſſeſſio terram indecorè ſternat, ac Rhodus deinceps habeātur ſcopuli atꝗ puluis. Quin etiam ſunt antiqua perpendenda; quanquam eſt abſurdum, ueſtra cum alienis ullis comparare. quod enim ſolum calamitates reddit leuiores exemplum, id in hac re non cernitur. Verum tamen tametſi tātis rebus nulli ſunt priuati, nec in tam multiplex inciderunt malum, multæ tamen urbes partim expulſis principibus in ſolitudinem ſunt redactæ, partim euerſæ, partim combuſtæ; de quibus uos nobiliſſimas quaſꝗ ſeligētes, uobiſipſis hoc proponere debetis, captam eſſe Troiam, potentiſſimā totius Aſiæ ſuo tempore ciuitatem; nunc eam tamē incoli, idꝗ bis, ut aiunt, captam, ſemel ab Hercule, iterum à Græcis, bello celeberrimo; nec deſunt, qui tertio factum idem poſterioribus temporibus aſſeuerent: incoli quoꝗ Thebas, quæ ſunt & ipſæ bis euerſę, etiam uiris omnibus occiſis, id quod heic non tam accuratè terræmotus obſeruauit, ac rectè quidem, quātum ad hoc attinet. At uobis iſtud, ut in tantis malis, uidetur leuiſſimum cōtigiſſe. Etenim nec bello capta periſt urbs ueſtra, nec uiribus ſuperata, neꝗ de ea quiſquā trophæū erexit, aut ueſtris donariſs ſua

decora-

decorabit templa, quemadmodum uos alienis urbem ueſtram ſpolijs exornaſtis; uerùm inſtar uiri, qui ętate plena mortem obeat, ipſa per ſe diuino perijt exitio; nec uel in captiuitatem Rhodius quiſq; eſt abductus, uel eſt euerſa Rhodus, ſed cum, quãtum licebat, floruiſſet, mox euanuit. Tales aũt obitus ne hominib. quidẽ propriè fuerũt in glorij. ſiquidem Amphiaraus unà cum curru ſub terram demerſus pro heroe habetur, & qui recepit eum locus, delubri poteſt illi uicẽ deinceps præſtare. Quid quod hoc quoq; ferè dixerim ciuitati in laudem cedere. Nam Laconicam quidem urbem non poſſumus inuictã dicere, ac de alijs quid futurum ſit, ſuſpicari licet, quandoquidem ſuperſtites multa manent pericula, nec pauci ſæpe præter omnem ſpem atque dignitatem ſunt à quibuslibet proſtrati, quorum antè ſincera nec ulla ſpe minor extiterat gloria: uerũ hæc porſus inuicta perijt, inſtar athletæ, qui à labore in felicitate ceſſauit; ac priorem potentiam atq; ſplendorem fine quaſi ſigillo confirmauit. Neq; enim poſt proſperam fortunã eſt aduerſam experta, nec pedetẽtim eſt extincta; uerùm donec fuit, erat maxima, ac priusq̃ dignitatem amitteret ſuam, ad nihilum redijt. Quæ cum ita ſint, nec nimiũ hoc euentum dolere, nec dedolendo debetis contemnere, uerũ illud animaduertere, quemadmodum hæc è ſupremo loco ad infimũ deuenit, ita reſtitui ab hoc lapſu rurſum poſſe, & alteram iam recipere fortunam tanto facilius, quanto eſt ea ciuitati, q̃ hæc, familiarior. Et amoris quidẽ diuini multa nunc & olim dedit indicia, cõtrarii autem affectus maximè fuit expers: quibus de cauſis omnibus & fortunã clèmentiſſimè uos ferre, & poſteriora fortiter decet aggredi, & hoc dictum confirmare, quo fertur nec ædes benè tectas, nec murorum lapides benè compactos, neq; angiportus & naualia, ſed uiros, qui ſtatum præſentem ferre poſſint, ciuitatem conſtituere; neq; uel cladem ullam tam aſperam, cuius non liceat inuenire remedium, uel tam parua uobis adiumenta ſuppetere putare, ut nõ facilè uel maximas res aſſequamini, cum auditu acceperitis, poſtq; Athenienſes imperium amiſerant, & ſuis ipſi manibus mœnia ſubruerant, tantumq; à priſtina felicitate receſſerant, ut in triginta tyrannorum ac Laconicorum præſidiorum eſſent poteſtate, tum uiros ſeptuaginta, qui primùm conuenerant, ac Phylen occuparant, tantam feciſſe rerum omnium mutationem, ut Piræum inuaderent, portus in ſuam poteſtatem redigerent, ſeſe ac ſuos ſeruarent, urbem ac Remp. auitam recuperarent, Laconica præſidia excuterent; poſt quæ rurſum ciuitas tum de ſe atq; alijs Græcis ſtatuere, tum urbi mœnia circundare, & imperium recuperare marinum potuit per exulem unum, Cononẽ, qui, cum triremes ad Ægopotamos perijſſent, fuga ſolus euaſerat. Iam ſi nec Thraſybulus deſperauit, neq; quid uiri ſeptuaginta contra Laconicum imperium & communẽ Græciæ fortunam poſſent (nam omnes ipſis pariter ſe ſubiecerant) cogitauit; nec

fruſtra ſe Cono quicq; moliri putauit, cum ſolo præditus corpore, mœnia uoluit Vrbi reſtituere, & imperium recuperare: ſit'ne manifeſtum, non tam rerũ copia, q̃ conſilio, fiducia, & patientia, res plerasq; geri? Quid porro referam, quòd urbẽ olim reliquerunt, cum eã ſponte barbaris unà cum templis ac ſepulcris incendendam obiecerunt; quodq; Salaminæ pro Græcis inierunt conſiliũ, quidq; ſint ex eo conſecuti. Etenim nemo hæc nec Græcus nec Barbarus ignorat, ac multo minus uos, qui reliquos eruditione longè ſuperatis. His igitur exemplis nunc utimini. Quod ſi uos quoq; fortes uos præbueritis, eius alij ſimilibus temporibus memores erunt, ac uos ueſtraq; facta ſuis in exemplum proponẽt. Quocirca tam quæ ab his, quã quæ à poſteris uos manet, gloriæ, nec non, quod eſt maximum, ueſtræ ipſorum ſalutis cauſa uos æquum eſt laborẽ capeſſere, & in eorũ uos numero, qui de paruis reliquijs antiquam inſtaurarunt magnitudinem collocare. Atq; hæc à uobis etiam mortuos parentes, fratres, atq; alios neceſſarios poſtulare, cenſete, ac per ſui memoriam, reliquamq; urbis aream uos obſecrare, ut, ſi quid ipſorum cauſa uelitis, Rhodi nomen omnino ne permittatis euaneſcere, ſed id iuuetis, ac pro uiribus reſuſcitetis; quod ut felicioribus ac melioribus faciatis auibus, Iouem atq; omnes deos comprecor.

ORATIO DE CONCORDIA

ad Rhodios.

SI quidem ea eſſem corporis ualetudine, Rhodij, qua & ego uellem, & uos optaretis; ad uos equidem traieciſſem, ut ſermones uobiſcum conferrem. Cum aũt ad uos etiam fortaſſe noſtri ſtatus fama peruenerit, eum quidem dijs committo, qui me ad hoc uſq; tempus conſeruarunt; uobis autem libellus erat mittendus, atq; hoc primùm modo uobiſcum colloquendum. Nec uerò nimis curioſus uideri debeam, ſi ueſtram ciuitatẽ patriæ habuero loco. Nam & is, qui Græcorum non poſtremus cenſetur, totius ad ſe Græciæ curam pertinere debet exiſtimare, & quæ mihi propriè iura uobiſcum intercedunt, ne uos quidem eſtis obliti; propter quæ merito nihil non pro uobis tum dicere uidear tum facere debere. Ac quomodo quidem adeam, quam terræ motus attulit, calamitatem affectus fuerim, & qualem legatis ueſtris in Ægyptum profectis me tum præbuerim; ex ipſis optimè cognoueritis. cum autem res huius tẽporis multo, ſi dicere licet, grauiores mihi nunciatæ eſſent, uos uobiſmetipſis diffidere, & inter uos diſſidere, nec honeſtis infeſtari tumultibus; ea nec credere facilè, nec non credere poteram. Etenim & nuncij erant ueſtri ciues, ac fide digni uiri, nec de uobis temerè poteram

ram tale crimen ſuſpicari. Si quidem igitur Terpander Lesbius ſupereſſet, eius uobis optarē aduentum. quoniam autem oratione mera res componendæ ſunt, mihi hūc laborem depoſco. Illud ergo primùm cogitate, de alia re quauis in utrãq; partē diſputari poſſe, uerũ de concordia neminē unquam contēdiſſe, quin hoc eſſet maximum in ciuitatibus bonum. cumq; de ipſis Rebuſp. & earum inſtitutis ſinguli ſuam ſequantur ſententiam, illud omnes uno ore confitentur, nihil eſſe cuiuis Reip. generi magis contrarium, quàm ſeditionem, nec quod rerum ſtatum potius corrumpat. Cur ergo non ſit abſurdum, cōcordia, cuius omnes dignitatem & ſalutem cognoſcãt, neglecta, mutuo ſemper rixari; quæq; nemo Græcorum aliorum uel Barbarorum honeſtè poſſit ignorare, ea Rhodios fugere? Neq; uerò, ſi quis hoc ſcire ſe dicat, uerùm ſponte ſalutem contemnere, hominem duxerim. Atq; equidem libenter hoc obijci mihi patiar, antiqua me proferre, nec inuenire noui quicquam. Cur enim non ſit ineptum, cum dicentē reprehendatis, quòd res nimis notas, antiquas, & omnibus probabiles ſuadeat, ipſos rebus tam apertis uti non audere, nec inter uos modò diſſidere, ſed & cum omni, quod hactenus effluxit, tempore pugnare? Ego uerò nec conſiliarium nec conſultores id arbitror ſpectare debere, ut ille, quæ alius nemo, dicat, hi, quæ nunquã prius, audiãt; ſed ea, quę communiter ſint profutura, tum dicere, tum ſequi. Nam nec in corporis periculo ſtudet id quiſq;, ut aliquid audiat noui; uerũ hic eſt optimus medicus, qui ſanos poteſt homines reddere; neq; ſi ijſdem rebus, quibus ante, ſanetur ueſtrũ quiſpiam, hoc ægrè ferat. Veruntamen quemadmodum ego heic quoq; me uobis gratificari poſſe arbitror, ſi plus aliquid, quã qui rem eandem ante nos tractarunt, dixero; ita uos quoq; cupiam uobis ipſis gratificari uelle, nec hoc tãtum tempore, quo nũc hanc orationem cognoſcitis, de rebus idem ſentire (credetis enim dicenti, ſi ueſtram prudētiam & audiendi ſtudium rectè noui) ſed & poſtea de rebus ad uos pertinētibus eadem deinceps uti ſententia, req; ipſa, quantopere ſitis oratione delectati, fidem facere. Sicut autem orationum earum, quæ in iudicijs habentur, ueriſſimæ cenſentur eæ, quæ plurimis, ac celeberrimis nituntur teſtibus, ita credetis arbitror, de rebus in deliberationē cadentibus eas potiſſimum ſequēdas eſſe, quibus plurimi adhibētur & probiſſimi teſtes. Ad Homerum igitur, communem Græcorum cõſiliarium & præfectum, ueſtram referte memoriam, qui Græcorũ eius temporis ſapiētiſſimum Nauſicaæ etiã tũ puellę precantē facit, ut

Aedes, atq; uirum, & concordia pectora— Odyſſ. ζ

dij ipſis præberent. *—nil etenim hoc præſtantius uſquam,*
Quum cum concordes animis uir carus & uxor
Tecta colunt eadem: quod gaudia donat amicis,
Hoſtibus inuidiam, uerùm ipſis commoda magna.

Neceſt, quòd putetis, aliter domum unã, aliter urbem integram rectè habitari; uerùm ſi ſingularum ędium una ſalus eſt concordia, hoc in urbibus multo magis euenire. Etenim ſi una ſit diſcors domus, facilis eſt ſanatio; ſin urbs, difficilis. & unis quidem ædibus melius uel peius ſe habentibus, parum intereſt omniũ: qui autem publicè non ſunt affecti, ijs etiam ædes propriæ melius iure ſe habent. Quare ſi etiam domum inhabitaturis concordiã cenſebat iam eſſe conſiliarius optandam, eos profectò, qui iampridẽ urbem incolunt, eamq́ tam celebrem, res omnes huic oportet poſtponere. Age uerò, rem trifariam diſtinguamus, atq; una primùm domo per urbem conſiderata, ad hominem deinceps unũ aſcẽdamus, qualiſcq; ſit, cui non erubeſcat quis ſimilis fieri, inſpiciamus. atq; heic ſanè uel maximè concordiæ bonum deſiderabimus. Nam quis eſt ita prudentię uel omnis expers naturæ, qui malit eo, qui facilè mutetur, nec in eadẽ ſententia diu maneat, nec in propoſito perſeueret, quàm qui ſemper bonus & conſtans ſit, uti? Quis enim, uerbi gratia, cum tali homine uel affinitatem, uel contubernium, uel aliud quicq;, quàm cum alio, contrahere, uel rem ullam communicare malit, qui ne ipſe quidem, quid uelit, ſciat, uerum inſtar Euripi, ſurſum ac deorſum feratur, ſecumq́; ipſe pugnet. Ergo qui huic eſt diſſimilis, omne fert punctum, uir ſimplex, ingenuus, uerax, idem de ijſdem rebus ſentiens, ſecum ipſe maximè conſentiens. Cur ergo, cum duobus uiris propoſitis, quorum alter diſcordi, alter concordi ciuitati reſpondeat, illum pro ſtulto ducamus, hunc ut optimum ſequamur; quod æquum eſt, non facimus, uerùm cuius quis conſuetudinem deprecetur, eum publicè uidemur imitari? Atqui nõ eſt turpitudo, quam priuatus æquè, atq; ciuitas, fugere debeat. Etenim quo huius maior eſt dignitas, & plures cõſcij, hoc magis ab omni debet eſſe nequitia remota. Quid quod neq; in eodem uerſantur periculo. Priuatus enim, animo ſi ſit inconſtans, non tamen perdit ſeipſum, ſed malitiæ duntaxat opinione punitur: ciuitas autem diſcors duplici primùm laborat dementia; deinde, quæcunq; facit, eadem patitur, ac re ipſa dat pœnas. Quod cum præuideret Heſiodus, omnes uidetur contentiones, quæ non ad opus excitarent, longè remouiſſe: nec iniuria. Etenim nec ferrũ, nec foſſam, nec telum ullũ ciuitates quæ cõcordiæ ſtudent, timere debẽt, cũ & hæc pleriq; per ſtultitiam contra ſeſe acuant. Atq; aliæ quidem res omiſſæ temporariam pariunt multam, nec omnibus condemnantur calculis; cum autem in ſe mutuo conuertuntur aliqui, & ijs, quæ ad communem ſalutem ſunt inſtitutę, uicinijs diſſolutis ac diuulſis, ſibi quiſq; ſe probè credit cõſulere, id ita graue eſt, ut omnem ſuperet humanam dementiã. Nec Solonis quidem intẽpeſtiuè mentionẽ fecero; præſertim cũ de legibus agitur, ac de Rep. Is igitur cum in ſuis elegijs res à ſe in adminiſtratione Reip. geſtas commemorat, in hoc gloriatur maximè, quòd populum

Initio primi libri.

populum cum optimatibus commiſcuerit, ut urbem unanimes incoleret, ac neutri plus, q̃ publicè conduceret, ualerent. At hoc nõ modò ad concordiã eſt adhortari, ſed & eius comparandæ rationem oſtendere. Quid autem ſingulos recẽſemus, cum nec poeta, nec legislator, nec orator quiſq̃ ſit, qui aliunde ferè incipiat, aut aliud quicq̃, preter amicitiam fidemq́ mutuam, prædicet: ac meritò quidem & neceſſariò. Si enim ſocij cenſentur fideliſſimi & utiliſſimi, qui hoſtem eundem atq; amicum habẽt; nõ poſſunt ij, qui ſeipſos pro hoſtib. ducunt, ſalutis compotes fieri. Quomodo enim externa ope utantur, qui ſua nequeunt? Id autem ex nomine quoq; licet conijcere, quandoquidem hic unicus ciuitatum morbus uocatur. Quodſi corporis ægritudinum, quæ partem infeſtant aliquam, tantam gerimus curã, ut aboleantur cõfeſtim; abſurdè faciemus, niſi eorum, quæ publicè ciuitates perdunt, non incrementum maximum, ſed remedium celerrimum quæramus: cumq; ea quæ nobis inuitis accidũt, ut famem, peſtem, ſimilia, à dijs auerruncari petamus; quæ peiora ſunt, & bono cõſilio ſanari poſſunt, quã primũ curemus. Vtrũ uerò [a] cõcordiã neprecari quidem uos dicetis? quid ergo boni uobis orctis aliud? an id facere diligenter? cur ergo dijs eſtis moleſti, cum nolitis ea, quæ illi in uobis eſſe credunt, facere? Iam ſi corporis morbi grauiſſimi iudicãtur, & maxima cura indigent, qui ad interiora pertinent; urbis nimirum hoc erit extremum infortunium, quo intus corrumpitur. niſi forte hoſtes intra mœnia progreſſos formidabimus, ciues inter ſe in urbe media pugnantes, ſecuritati publicæ conſulere arbitrabimur. Quid quod nec eam probo rationem, qua ſeditionem ciuilem hoc eſſe bello grauiorem dicunt, quo bellum eſt pace. Vt enim bellum ſæpe magis, q̃ pacem, expetendum uideo, ita ſeditionem præ concordia nunquã. Nam qui bella geſſerunt, opum nonnunq̃, glòriæ, potẽtiæ, atq; aliarum rerum incrementum ſibi attulerunt: qui ſeditionibus & odijs inter ſe ſunt conflictati, nunquã rerum ſuarum fructum perceperunt, nedum alienas acquirerent. Deniq; in pace tanto peius eſt ſeditione, quã bello uexari, quanto deterius eſt ſibi q̃ aliis malefacere. in bello autem hoc ipſum tanto peius eſt, quanto bellum pace. Neq; uerò idem & nunc & non olim eſt pro ſummo malo habitum. Hoc enim leuior eſt tyrrannis, quàm ſeditio, quo primùm tolerabilior eſt unus uir oppidum, quã omnes, affligens; deinde quòd cum ad excitandam ſeditionem nemo unquam ſapiens liberare ciuitatem uoluerit, ad eam reprimendam tyrannos olim data opera quidam induxerunt. Præterea cum tyranno quidem leges etiam ferri putarunt latores aliquot conducere; ut autem per ſeditionem uel conſtitueretur omnino, uel conſtaret Reſp. nemo credidit unquam fieri poſſe. Iam urbes nonnullæ, quibus potiti ſunt tyranni, magnitudinem & compoſitionem acceperunt maiorem; quas autem ſeditio non confecerit,

[a] ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας pro [illegible]

nullas facilè dixerimus. Num uerò ſit æquum, iis, qui tyrannos occiderint, præmia proponere; qui ſeditiones abolent, ne parere quidem uelle? Cum porro de libertate gloriemini, & populare imperium ita laudetis, ut abſq; eo ne immortalitatem quidem puteris accipiendam; cur eam uos oppugnare, non uultis [b] intelligere? cumq; regni inſtitutionem ſitis ægrè laturi, id quod eo tot modis, quot dixi, grauius eſt, ſponte augetis? nec uel hoc poteſtis cogitare, fieri non poſſe, quin, ſi hæc ita procedant, libertate, quam habere uidemini, ſitis periclitaturi, ac niſi ultro reſipiſcatis, alius uos per uim cōſeruet. hæc enim principes nec ignorare poſſunt, nec contemnere. Quocirca uel hac de cauſa, quo liberi pro arbitrio quidlibet agatis, nec tantum metuatis, quantum nunc confiditis, neq; priſtinum amittatis decus; præſentem corrigite ſtatum. Atq; hic præteriti percipitur temporis fructus, cum celeberrimis exemplis ad rem præſentem utimur: quæ ut apud alios cōmemorare, puerile fortaſſis foret, ita apud uos, qui ſinceri eſtis Græci, & inter eos à pueris fuiſtis educati, non erit inutile. Primùm igitur ad Laconicam ciuitatem, gentilem ueſtram, reſpicite; quæ donec ſeditione laborabat, nulli præſtabat urbi finitimæ, & in bellis, ut aiunt, plerunq; uincebatur: poſtquā autem per Lycurgi leges atq; ſermones compoſita fuit, Græcis tam oppidatim quàm communiter imperauit. Deinde Athenienſes contemplamini, qui in ſeditione nec ſibi nec aliīs potuerunt prodeſſe: poſtquam autem à tyrannis liberati, concordiam mutuam ſunt auſpicati; non Vrbem tantum, ſed & Græciam difficillimis temporibus liberarunt. Imperium autem adepti, donec unanimes erant, omnibus ferè terra mariq; reſiſtebant: poſtquam diſſidium eſt ortum; & mœnia ſubruerunt, & naues tradiderunt. Atq; hanc tantam cladem cum populus accepiſſet, & poſt reditum aduerſarios punire poſſet, pacem facere maluit, & communem urbis ſalutem priuatis iniurīs prꝗpoſuit. Rurſum itaq; rerū adminiſtrationem aggreſſus, cūctis ferè Græcis uiciſſim imperauit. Tantū nocet ciuitatib. ſeditio, tantūq; prodeſt, eam cōfeſtim abolere uelle. Qđ ſi ueſtros quoq; maiores, Argiuos, memorari uultis, iī quoq; tradunt, cum inter ſe diſſiderent, poſtquam Athenienſium legati ad eos uenerant, ipſoſq;, quo modo res illi ſuas compoſuiſſent, docuerant, paruiſſe, & ſublata ſeditione, in gratiam rediīſſe mutuam. Nunc igitur ab omnibus his ciuitatibus communem ad uos uenire legationem exiſtimate, Rhodīj, quæ ad compoſitionem uos adhortetur, & ea, quæ uobis utiliſſima ſint futura, nos cum precibus monere. Neq; uerò uos idem, quod Athenienſes, oportet facere, nec unà cum iīs, qui contra uos mutuati fuerant, aliquot talenta ſoluere, ad fidem comfirmandam: ſed gratuita uobis proponitur modeſtia, ſi cum ea, quæ dixi, cogitaueritis, tum non ad urbem amplius unam aut alteram, uerùm ad commu-

nem

[b] συνίστε pro συνεῖτε.

nem Græcorum ſtatum, & omnes Græciæ ciuitates reſpexeritis, quibus non peditum phalãges, nec equitum turmę, nec aliud quicquam eorũ, quę uidentur horrẽda, niſi ſeditio, atq; infidelitas mutua, quod quę nec publice idem ſentirent, nec ſingillatim ſaperent, mutationẽ tantam attulit. Nec eſt, quòd temporum diuerſitatem quiſquam ad ſecuritatem facere arbitretur, ſed illud omni conuenire ſeditioni exiſtimet, ut ſemper nos præſentibus priuet bonis. Quid quod maior eſt calamitas, ſi temporib. ijs, quibus nec periculum, nec metus eſt ullus, & felicitate ſinguli, quanta uolunt, frui poſſunt, ueſtram quaſi theatralis pecuniæ portionem de induſtria proiiciatis. Etenim donec erant diuerſæ Græcorum partes, meritò poteratis inſolenter[c] uos gerere, & alii has, alii illas ſequi. at nunc quæ uel ſeditionis occaſio, uel quietis non eſt facultas? Non & communis eſt uniuerſa terra, & unus rex imperat, & leges ſunt communes, ac liberè poteſt quis uel Rẽp. adminiſtrare, uel quieſcere; uel diſcedere, uel manere? Quid ergo malis eſt opus aduentitijs, aut furore prorſus ſuperuacuo? Verùm ut facilè eſt extremum ſeditionis uitium demonſtrare, ita quomodo poſſitis ea liberari, difficulter fortaſſis inuenietur. Nec enim tam utilitatis ignoratione peccare mihi uidemini, quàm, ſi dicere liceat, deſperatione quadam; & controuerſijs ultro uos ſubmittere. Primùm igitur, ut ſummatim dicam, omnis ira, tanquam obſidio, ſuas ſibi res habere iuſſa, remouenda eſt, quandoquidem res nullæ per iram commodè componuntur. Deinde inuidia & uiolentia utrinq; eſt deponenda. inuidiam dico, aliorũ in potentiores; uiolentiam, horum in alios. Deniq; familiæ figuram & exemplum debetis exprimere. Hoc autem quid eſt? Sunt in familia præfecti, liberorũ patres, heri ſeruorum. Quomodo hi rectè degunt? Cum præfecti nõ omnia ſibi licere credunt, & ultro quid poteſtati ſuæ detrahunt; alij id, quod potentioribus uiſum fuerit, pro licito ſumunt. Nec enim ſine hac utrorumq; æquitate facilè poſſit ulla domus conſiſtere. Illud ergo nunc ad ciuitatem quoq; placet accommodare, ut, qui potentiores haberi uolunt, exiſtiment ſe, cum alios ultro perdunt, ſuam corrumpere gloriam; quandoquidem hoc ipſis commodum eſt, ut aliqui ſint imbecilliores, ſi quidem eos, quibus potentiores duci uelint, cupiant oſtendere: qui autem uel opibus uel alia re ſunt inferiores, ſi ſint alijs infeſti, ſuam ſe diruere ſalutem multo magis credant, q̃ ſi data opera ſubruerẽt mœnia. Eſt etenim hæc naturæ lex, ab aliquo deo re uera lata, qua iubentur imbecilliores potentiori parere. cuius quidem abrogationem ſi quis pro libertatis habet ſigno, ſeipſum fallit, & perinde facit, ac ſi omnes communiter homines dijs inuidentes, eos putarent non eſſe. Quod ſi quis, quoniam permulta ſit & grauia paſſus, non putat ante ſumtum ſupplicium in gratiam eſſe cũ quoq; redeundum; is primũ ſecũ ipſe pugnat. Etenim ſi taliũ eſt ac tantorũ

c ξενίζω pro συνοίσειν.

cauſa malorum ſeditio,ut is,qui non aliquo modo pœnas ſumat,acerbam ſibi uitam exiſtimat; cur eam non fugiamus? Solent enim prudentes uiri ab ijs rebus,quibus ſunt delectati,nolle diſcedere; quæ autem tam dura, tamq; tumultuoſa, & undiq; moleſtiæ plena ſunt experti,quamprimum tollere, nec malum malo ſanandum putare, ſed uocabula duo contraria,memoriam & obliuionem, duarum eſſe rerum contrariarum exiſtimare, ac bona memoria conſignari, mala obliuione induci debere. Iam ut maximè uos animus urgeat,hoſtem eius antiquum, rationem, decet uos in auxilium uocantes,ita uobiſcum ipſos agere: Nos Rhodij ſumus;ac ſi quis nobiſcum uel Græcus uel Barbarus de nobilitate contēderet, eum ſuperare uellemus. Hoc igitur animo cum ſimus, patria nobis eſt communiter ſeruanda, ut habeamus, de qua gloriemur. At ea ſeditionibus perit, concordia maior fit ac pulcrior. Quid ergo noſmet ipſi cōſumimus? Hæc ſi quiſque uellet ſibi ſuggerere,nullum daret irritationi locum. Quomodo enim re uera non ſit abſurdum,cum de patriæ laudibus omnes idem, ſi ſit opus,ſentiatis, ad eam conſeruandam, & laudis copiam comparandam non audere eodem eſſe animo, uerū m quam uerbis decoratis, eam factis perdere,& Cleomenis expectare Lacedæmonij uictoriam,qui ſeipſum,à pedibus exorſus,minutatim diſſecuit. Quid autem putatis, obſecro, ſi hoſtium interitu modeſtiam quiſq; ueſtram definiatis,aliud reliquum fore, niſi ut ex tot uiris atq; mulieribus unus tantum atq; una relinquatur, quemadmodum poſt diluuium aiunt accidiſſe? aut qua re à mulieribus,quæ Pentheum dilacerarūt, differetis, ſi commune ciuitatis corpus ueſtris ipſi manibus diripueritis? Atqui debent ij, qui quid paſſi ſunt, cùm ea, quæ acciderunt, tempori fortunæq; tribuere, tum hoc nullum habere maius lucrum; qui autem perpetrarunt, eorum pudore duci, non gloria efferri; ac ſponte concordiam auſpicando, priora luere, mercedemq; plenam ducere, ſi pœnas,quas non dant,ſumere ſe exiſtiment. Arbitror porro tot in ſeditione contineri mala, ut, cum alterius rei, à qua quis aliquem dehortari uelit, conueniat incommoda dicere, de hac contrà tacere præſtet,quàm eorum, quæ ſinguli ſunt perpeſſi,memoriam refricare,niſi quis aliter omnino,quàm ſtudeat, facere uelit. At quæ de altera, concordia, dici poſſint, tametſi ſunt infinita, nihilominus incantantes imitari decet, qui, cum ſæpius eaſdem miſerunt uoces, aliquid uidentur efficere. Sola enim confirmat anni tempora;ſola cuncta conſignat; ac tum agros culturis ornat, & partim poſſeſſionum fructus donat, partim aliorum poſſeſſionem, tum in urbibus omnia pro uoto ſuccedant facit: per quam nuptiæ contingunt tempeſtiuæ, & cum quibus quis uelit, contractæ,liberorum educationes,& in patrijs moribus inſtitutiōes, uxorum ſecuritas,contractuum fides,hoſpitum ſuſceptiones,deorum cultus,ſupplicationes,chori,animi de-

lectationes,

lectationes, conciones, & concilia, [d] quæ deorum antiquiſſima cogit Themis: per quam pauperes uitæ commoditatem, diuites bonorum fructum, ſenes curam ſenectutis, iuuenes diſciplinam uitę conſequũtur, ac deniq;, quod dicitur, omnia fiunt communia, ſicut hoc, à quo conſeruamur, Solis lumen. Eſt uerò rationi ualdè diſſentaneum, cũ eos maximè laudemus magiſtratus, qui plurimum nos recreent, uel ſpectaculis excogitãdis, uel pecunia diſtribuenda, uel urbe exornanda; ſi tanta bona ſpõte fugiamus, quaſi nõ noſmetipſi, ſed alios lædere mus. Debetis itaq; non ſecus, ac ſi pictor aliquis utriuſq; uobis imaginem propoſuiſſet, aut etiam poeta quis deſcripſiſſet, alterã eſſe decoram, concinnam, boni coloris, gratioſam, ſecum per omnia cõſentientẽ, è cælo re uera ad homines delatã; alteram uiſu maximè formidabilem, capite ſupino, labris liuidis, oculis diſtortis, inflatã, recẽtib. perfuſam ſemper lacrymis, manibus rapacibus, gladio in pectus inclinato, exilibus & obliquis pedib. undiq; circũpoſita, uelut reti, caligine tenebroſa, per quã pleraq; in ſepulcris, nõ in tẽplis uiſantur: debetis igitur harũ alterutrã uiciſſim aſpicientes, & ocioſè, utrius præſtet cõmercium, explorãtes, ita demum optionẽ inſtituere. Quid quod cum oẽs diligentiſſimè debent concordiæ ſtudere, tum uos omniũ maximè, qui à Doribus ex Peloponneſo oriundi, ſoliq; hactenus ſinceri fuiſtis Græci, & Heraclidas atq; Aſclepiadas originũ autores ac reges habuiſtis. Accedit, ꝙ urbs ueſtra cunctarũ eſt Græcarũ toto apparatu pulcerrima. Cum aũt pulcrorum corporum etiã alieni curam gerant, indignum ſit, ſi uos ornamentis ueſtris non parcatis. Quin etiam hoc animaduertite, quanto uobis honori ſint ea, quæ de uobis poetæ cecinerunt; quorum alijs relictis, ſolius proferam Homeri teſtimonium. Quale autem hoc eſt?

Qui Rhodon incoluere, tria in loca ritè tributi, Iliad. β.
Lindum, Ielyſſum, & tandentis tecta Camiri.

Ac me iam mordet hoc uerbum, qui uos eo uideam indignè uos gerere, cum nullo nunc utamini ritu. ceterũ quid ſequitur in teſtimonio? Verbũ) Ritè.

Tres habitant urbes, atq; illos Iuppiter ipſe,
Qui diuorum hominumq; in terris regnat, amauit.

Videte, quomodo Poeta, cum omnes ferè laudes Græcis tribuiſſet, uobis maximas reſeruauerit. An igitur per ſeditionem, tumultus, odiumq; mutuum magis uos dijs caros fore putetis, ac Poetæ dicta confirmaturos, quàm ſi æquitate Rempub. & concordia adminiſtraueritis? An etiam, cum dijs cari ſitis, ſeditionibus ac tumultibus utendum, & in hoſtium execratione uiuendũ potius credatis, quàm ut ea, quæ ſapientes optant, agatis, & cũ deos colatis, tum inter uos in gratiã redeatis, nec nõ omni felicitate fruamini? Quocirca cũ utroque modo fiat, ut ſeditio ſit à uobis aliena, & dijs inimica, ſola uerò cõcordia ſit urbi ſalutaris; debetis nimirũ, uelut in pecunia ſupputãda,

d deeſt à poſt βουλευτήρια.

quos etiam nos, cum uobiſcum eramus, in concionibus non una tantum lingua, ſed & uoce plerunque, ſi dicere licet, eadem uti uidebamus (nam Rectè, Coronæ, ac ſimilia, uel etiam nomen cōcionantis elatū uobis ſufficiebat) & loco manus extendendæ capitis uſurpare nutū. itaque ſolos aliquis uos perpetuis uti inducijs dixiſſet. à quibus aliena ſunt ea, quæ nunc audio, nec paruo uel obſcuro harmoniam interuallo exceſſerunt. Hoc etiam moleſtum mihi accidit, quòd, cum uocabulis auitis tam ſtudioſè utamini, ut nulla ferè queat inter uos, niſi Dorica, uox inueniri, ſumto ab hoſtibus ueſtris initio; in Rep. patriam & uere Doricam omittentes harmoniam, externa uobis, ac nullis minus, quàm uobis, cōuenientia mala aſciſcitis. Nequaquam, uiri optimi; uerùm antiquum hoc dictum uobiſcum reputantes, cū delicta utrinque tolli non poſſe, quin eum, quem ſortita ſunt, exitum habeant, tum ſanabilem eſſe bonorum mentem, quemadmodū Rhodiorum canit laudator; & cùm peccati prorſus immunem eſſe, dijs, non homini cuique, conuenire, tum bonis conſilijs obtemperationē uos decere, ac deo marino, [f] cui dictum illud Poeta conſecrauit, ita uos gratiſſimum facturos credentes, & ut ſeruire præſtet, quàm libertate abuti, tamen hoc quoque priuari uos poſſe; maximè uerò ſacra, ſepulcraque, & beatum hactenus Rhodi nomē reueriti, finem huic imponite motui, qui uos ubique circundat, neque ſecunda miſeriora requirite, ſed apud uos eſte, ut & nos de uobis, tanquam bonis ſodalibus, gloriemur, & uos de nobis, quaſi qui, quod opus ſit, ſuadere poſſimus, uos iactetis.

Inducijs) quæ à manibus continendis Græcè dicuntur, ut ſuffragationes ab extendendis.

Iliad. ν

f ἐπὶ pro ſ.

ORATIO LEGATI.

Lectori.

Hanc orationem uir doctiſſimus, Ioachimus Camerarius, à Uincentio Obſopœo ſecum cōmunicatam, & à ſe uerſam, olim ſeparatim edidit, quoniam inter ceteras non extabat. Eam nos cum Ariſtidis eſſe noſtri, multis indicijs deprehendiſſemus, inſtar ἑρμαίου *cuiuſdam arripuimus, & cum reliquis unà uertimus.*

QVAE ACHILLES ILIAD. I.

Ulyſſi legato reſponderat, hac ſecunda oratione refutantur.

VIRVM quidem nō eſt, Achilles fortiſſime, ſi propter eā, quam perpeſſus es, contumeliam iraſceris atque indignaris. ueruntamen hactenus quidem. Etenim ſi uel eiuſdem adhuc eſſet Agamemnon animi, uel peccatum negaret; nequaquam deprecarer, ſed arbitrio tuo rē permitterē. cū uero propter hoc ipſum & precetur, & dona partim det, partim promittat; cur quis cōfitentē

conuincat? Quinimo quemadmodum ille tibi iure cedit, ita tu deprecanti obtempera. Alioqui ſit abſurdum, primùm eandem, quam antè, retinere ſententiam contra eum, qui iam ſuam mutarit. deinde uidendum eſt, ne pœnas eius delicti, quod illi tribuis, de nobis ſumas. Siquidem enim omnibus iraſceris, qua de cauſa facis, obſecro? ſin à crimine reliquos abſoluis, cur periculum, quod eſt omnium commune, negligis? An ut ille propterea magis omnibus inuiſus reddatur? at metuo certè, ne deſint tandem, qui oderint, cum tam frequentes cadant. deinde, per deos, quo putas nunc illos alio eſſe animo? metuo ſanè, ne, ſi tu pergas, iſti contrà, quàm tu ſperes, illo dimiſſo, crimen in te conuertant. Non eſt enim, quòd exiſtimes, ſi is, qui prior iratus fuit, culpam ſuſtinet, eum, qui pòſt reconciliari noluerit, rectè facturum uideri. Præterea tuum eſt, Achilles cariſſime, non tam iuſtam alicui odij cauſam, quàm ſalutem procurare communem. Etenim ſi perpetuò iraſci oportet, barbaris quidem oportet, & ijs, qui natura ſunt hoſtes. hi enim multo maiora ſuſtinent, ac maioribus de cauſis apud nos crimina. Quapropter iniquũ erit, ſi eum, qui ad tempus contriſtarit, habeas odio; qui, ex quo nati ſunt, hoſtes fuerunt, non illæſos modò, ſed etiã tanto ſocijs tuis, ijſq; cum quibus ab ipſis primũ uiſus es, ſuperiores relinquas. Quod ſi exercitum omnino ſtatuiſti delere, cur non apertè cum barbaris te coniungis, &, cum illi ex urbe irruerint, ipſe nos à Sigæo inuadens, medios inter te atq; illos ponis? An quoniam id nec tolerandum, nec iuſtum foret? at ijſdem nititur illud, quod iam præbes, auxilium rationibus. Cum enim nihilo minus te quieſcente pereant, accedit huc ignauia, quandoquidem eorum, quæ fiunt, eſſe ſpectator uideris; atq; ita duplicem fers ignominiam. ſiquidem & ſocios uideris odiſſe, & prœlium fugere. Minimè uerò; ſed alterutrum de duobus elige. Si enim uincit ira, tota utere. ſin rationem ſequi potes, ne ſis duplex animo, nec abſtinendo nobis, ut amicis, prodas, ut hoſtes. tanto enim peius nos nunc afficis, quàm ſi unà cum barbaris impugnares, quanto grauior eſt apertis inimicitijs proditio. Iam ſi à Priamo de ſocietate mitterentur ad te legati, nequaquam eos in tentorium reciperes: quæ autem cupiunt illi, tu facis; & perditis ira rebus, deſides; ac ſi non ferro id, nec igni facias, mitem te putas. cumq; non æquè colloquendi copiam ſis nobis atq; illis facturus, æquè tamen utriſq; abſiſtis: aut potius ut neutros iuuas, ita ſententia magis ad illos inclinas, ac tantũ nobis præſtant. Et in ira quidem ipſa tam modeſtè te geſſiſti, ut nec ipſum occideris Agamemnonem, quaſi eum mori nõ oporteret (id autem eſt argumento, quòd, cum liceret, eum non interemeris) nũc uerò uix alium quenquam relinquẽdum putas. At illum quoq; cum alijs, quamuis non meritum, ſeruare præſtabat, quàm propter illũ cunctos pati funditus interire, atq; ita pœnas de illo, quas debebat, ſumere.

ſumere. Quid enim, obſecro, nunc optares maximè? non ut ille infamis eſſet, ac male audiret, & odio ab exercitu haberetur? at illud utrinque ei continget, tum ex ijs, qui hactenus perierunt, tum ex illis, qui deinceps ſeruabuntur. Nam ut ille uidebitur illorum fuiſſe cauſa, qui te per iniuriam ſuam à prœlio remouerit; ita tu ſolus hos auxilio tuo nunc ſeruaſſe. atq; ita fiet, ut per ipſum nullus Græcorum ſaluus remanſerit, per te nullus perierit. Conſidera præterea ſimultatis huius cauſam, & ut non aliam ob rem, quã ſalutem Gręcorum, extiterit. Nã & concionem ideo conuocaſti, cum uideres, quàm multi morbo perirent, & Calchantem hortatus es, ut audacter, ſi quid ſciebat, proferret. cumq; ille adeſſet, ac diceret metuere ſe, ne, principe quodã irritato, in damnum incurreret: tu iuramento præſtito, non neglecturum te promiſiſti. Tum ille quidem cauſam patefecit; alter autem utriq; iratus fuit; tu uerò, donec, quod opus erat, fieret, nunquã deſtitiſti. Quapropter abſurdum foret, ſi eos, pro quorum ſalute tunc inimicitiam ſuſcepiſti, nunc per inimicitiam perderes: & cum fortunæ caſibus mederi ſtuduiſſes, ipſe noſtrum procurares interitum: ac pro quibus tum deos precabaris, de ijs iam nolles mentionem apud te fieri: cumq; propter ſacerdotem barbarum Deum cenſuiſſes eſſe reuerendum, nunc pro tot ſocijs nec deorum cõmunium, nec pietatis, nec fœderum te puderet: quamq; tunc Græcorum ſaluti obtuliſti, amicam tuam, eius cauſa nunc omnem Græcorum exercitũ, tanquam hoſtilem, perderes. Atqui ſi alterutrum eſſet eligendum (liberè ut loquar, præſertim apud eum, qui ueritatem colit) præſtaret puellam hanc eſſe ſaluã, an pro cunctis relinqui? Quid ergo? ſi & hanc recipere, & Græcos poteris ſeruare, an & hac carere, & Græcos males perdere? Quid autem abſurdius, quàm cladem quidem cum clade noſſe commutare, cum autem utrunq; licet impunè conſequi, neutrũ admittere? Nec enim ſoli diligunt uxores Atridæ. Quis autem hoc dicat? Veruntamen etiam belli ratio hac de cauſa admirationem in ſe habet. Si enim id unicuiq; initio mox in mentem ueniſſet, Menelaũ uxoris ſuæ cauſa exercitum colligere; cur ego relicta uxore, & unà cũ uxore, liberis & parentib. decrepitis, opibusq; & famulis, extra Græciam nauigaſſem, & in prœlio uitæ diſcrimen inſuper ſubirem, quæ ſit omnibus res omnium precioſiſſima, primaq;, ut cenſet Græcorũ præſtantiſſimus. quæ ſi quiſq; ſecum cogitaſſet, nunquam certè collectus fuiſſet exercitus. At nunc duo nos, opinor, quędam mouerũt, quòd & iureiurando iampridem non ſine deorum prouidentia, ut arbitror, obſtricti eramus, & communem uidebamur ab exteris eſſe paſſi iniuriam, quæ ferenda non eſſet. Quinetiam tertium poſſet hoc adijci, quoniam principibus erat obtemperandum. Quocirca non id nunc conſiderandum eſt, qua de cauſa primùm expeditionem ſuſceperimus, ſed hoc potius, non debere nos, qui tunc omnia rei gerẽ-

dæ poſtpoſuerimus, nunc inter nos, antequam propoſito ſatisfecerimus, diſſidere. ſiquidem id non cum expeditionis cauſa coniunctum eſſe, uerũ pugnare cum ipſa uidetur. Deinde ſimilis res non eſt. ac tu fac, ut hæc benignè audias, quandoquidem non redarguendi tui, ſed conſolandi cauſa dicentur. Si enim mulierem non recepiſſes, meritò ad hæc te conuerteres. at nunc nõ ipſam tantũ reddit, ſed & alias addit ſeptem. Verũ hæc, quæ tot ſunt, omittam. atqui ſi Helenam Troiani unà cum ijs, quæ ſimul abſtulerunt, uellent reddere, nihil ab illis poſtularemus. Quodſi porro de ſuis etiam quædam adderent, nemo foret, qui ea negaret accipienda. id autẽ huic rei eſt teſtimonio, quòd eos ipſi ad hæc ab initio prouocauimus. Verũ nec illorum quiſquam hæc facere uoluit, & ad te, quæ fuit ablata, redit cum fenore. Sin etiã pœnas iniuriæ requiris, multas ille quidem dedit. Nam pręterquam, quòd milites amiſit tam multos, quantum putas eum ſupplicium dare, cum metuit, ac demiſsè ſe gerit? Etenim omnem iam faſtum depoſuit, ex rege ſupplex, & è libero ſeruus factus, ac, ſi uerũ eſt dicendum, ſoli miſericordiæ, licet proſperrima utatur fortuna, confidens. Iam, ſi hoc etiam dicendum eſt, uide quã abſurdè facias, qui tum quidem, dũ conſcribebatur exercitus, ita propenſus fueris ad res unà gerẽdas, ut ad armorum conſpectum mox proſilieris, nec te continere potueris, quanquam puer eſſes, & inter puellas deliteſceres; nunc uerò tam grandis factus, & filium habens militiæ maturum, maximamq́ adeptus inter omnes gloriam, armis tuis nolis uti, ſed occaſiones ruinæ totius quæras: & qui tum filium meritò cariſſimum, & uxorem reliqueris æqualem non difficulter, nunc alterius puellæ cauſa cõtra morem tuum de re tota ſtatuas. Quid quod ne in Deidamia quidem laudari poſſent iſta, nedum in eo uiro, cuius ſit celebris memoria. Quod autem ais te duo fata de matre rerum earum peritiſſima cognouiſſe, dubito equidem, utrum id ſeriò dicas, an cauillans, & contẽdens nobiſcum. nec enim tua ſunt iſta uerba, quemadmodum ex factis patet plurimis. Veruntamen ut maximè ſerium ſit, potes etiam, licet ita ſe res habeant, honeſtum inire conſilium. Matrem enim tuam ſermones hos primùm ſimulatè approbare dixerim, cum præſertim te & pater & præceptor ſic inſtituerint. Illud etiam indignum eſſet, cum inter audiendum iſta tam forti animo fuiſſes, ut gloriam & honeſtũ, quã ignobilitatem & ſenectutem, malles; ſi rurſum, poſtquam de potiore parte inter uos conueniſſet, aliam ſequerere ſententiam: & qui tunc etiam uitæ prætuliſſes expeditionem, nunc eam ne cum puella quidem, aut potiùs quodam puellæ caſu comparandam cenſeres. Atque ita quidem utriſq; uidereris puellam præferre, & tibi, & Græcis. cur enim non etiam tibi, ſi uitæ quidem præſtat gloria, gloriæ autem puella? nec ſecus tum matrem falsò prætexuiſſe, tum teipſum imprudentiæ conuincere uidereris. Etenim ſi mox initio domum nauiga-

re, &

re,& quietè ſtatuiſſes uiuere;animi iudicio fuiſſes uſus.cum ſuſceptis militiæ periculis,mutas ſententiam,nõ ſeruas conſtantiam ; id quod minimè omnium tibi conuenit, qui uirtutem & ueritatem colis maximè. Nec enim ſi eos,qui aliter quã ſentiunt loquuntur, reprehẽdis, laudabis eos,qui de rebus ijſdem uariè ſtatuunt, neq; conſtant ſibi. Iam in exercitu quiſq;,donec neminem deſcribunt duces,ſuus eſt, ut ita dicam, imperator : poſtquã uerò locum cepit,eum debet ſeruare, niſi uelit in crimen incurrere. Tu porro non ea,quorum optionẽ habeas,uideberis diſceptare, ſed ab ijs, quæ prætuleris ipſe, recedere, nec locum duntaxat relinquere: id quod ſi uel per ſomnium tibi accidiſſet, meritò, ni fallor, pudorem incuteret. Rectè tu quidem & honeſtè iudicabas,non eſſe uitam longam optandam,niſi cum honeſta te coniuncta ſit.ceterum poſteaquam puellam præcones abſtulerũt, num eſt ideo mutata rerum natura? Non deſines tandem de duobus grauiſſimis probris contendere,ignauia & infidelitate, quod nunq; tibi ex hoſtibus quiſquam obiecit. Quomodo uerò te gereres, obſecro,ſi hæc tibi Agamemnon imponeret? At ego rerum quidem omnium euentum Deo relinquendum cenſeo, quemadmodum etiam nos omnes de nobiſmetipſis ſtatuiſſe cernis. nec eñ illud ſolerti eget prudentia;ſed omnibus eſt manifeſtum, pacem bello præſtare, neq; poſſe quenquam in prœlijs & periculis uitam ſine ſanguine tranſigere. ueruntamen non ideo fidem frãgimus. Sed quæcunq; diuini ſunt arbitrij , Deo relinquimus: quæ autem in rationem & conſilium cadunt,eorum optima quæq; ſibi quenq; deligere, uirile iudicamus. At enim non digna te ſunt dona, nec te promiſſis ſuis obſtupefaciet, quamuis arenam & puluerem numero ſuperent. optimè uerò : atq; hæc iam uerba agnoſco. Verũ ego non opum cauſa iubeo te Græcos iuuare, nec unquam tam abiectum te uideam ; ſed quòd ita iuſtũ ſit & honeſtum facere. Quinimo dona quidem pro amicitiæ ſigno capias (aut ſi malis ea reijcere , non pugnabo) ac de affinitate iſta per ocium deliberes (nam nec hoc ſumendum eſſe ſi ſuaderem , puer eſſem) exiſtimes autem illius quidem dona & promiſſa ex liberalitate proficiſci,tibi uerò alias eſſe exeundi cauſas ; nempe quæ paulo antè memorabas ipſe,multis opibus potiora. Quid quod indignum erit ac ſuperbum,ſi olim quidem Græcorum dux urbes mari duodecim, terra undecim ceperis,nec laborem,nec pericula,nec moleſtiam,nec etiam uitam,quam tibi ais eſſe cariſſimam,profundere recuſans, tantasq; ipſis opes & commoda compararis ; nunc uerò ne ſaluti quidẽ ipſi auxilium ferre dignaberis. Vnde autem puellã, quæſo , adeptus es? ut omittamus alia. quoniam noſtris[a] ſtudebas commodis. Sicenim inter alia Lyrneſſum quoq; cepiſti . Quocirca non expeditionẽ puellæ oportet additamentum cenſeri, ſed puellam expeditionis,aliarumq; rerum. Atq; omnium erit abſurdiſſimum,ſi Chryſes quidẽ

a εὐεργέτεις pro εὐεργετεῖς.

recuperata filia, non amplius nos, ut hoſtes, execratus ſit, uerùm ab ira ceſſauerit, homo barbarus, & hoſtis natura, quiq; uita quoq; periclitatus erat; tu & puellam recipiens, & cum ea tot accipiens alias, cumq́; his opes, urbes, regiones, affinitatem (quæ ut admiranda non eſſe[b] dicam, certè contemnẽda non ſunt) iram tamen nunquam depones: cumq́; ille Deum ſit precatus, ut morbum à nobis auferret, tu noles belli tollere diſcrimina: & quam ille in utraq; re declarauit potentiam, cum & execratus multos perdidit, & precatus omnes ſeruauit; eius tu alteram tantum partem imitaberis, atq; eam quidem, quæ eſt cum pernicie coniuncta. Atqui præſtabat in omnibus ſeruandis te robur tuum oſtẽdere, quàm altero peracto, reliquũ fugere. cumq́; nolis exercitum prodere, tuam ut recuperes; ea recepta nunc eundẽ ſeruare non uoles? At Hector quidem igni ferroq; uaſtat omnia, nec magni facit, ſi Troiam ſolum tueatur: tu uerò manebis in tentorio, & ad lyram canes. Vtrum igitur aliorum canes facta? at potius alijs tua præberes canenda. an iram certè, qua commotus es, tanquam deam celebrabis? at metuo, ne Græcorum canas epitaphia, qui tam intempeſtiuè hoc teneare ſtudio. Et uitæ cupidum te dicis, ac de teipſo mẽtiris. Quis etenim, per deos, ita puer eſt, ut Achillem credat uitã expetere, atq; ideo extra tela cõſiſtere, quòd nequeat mortuus reſurgere? Quod ſi Epeum Phocenſem audiremus, quid aliud, quã hoc, diceret? Sed quid aio? ille uerò inter luctandum mori malit, quàm cuiq; cedere. Hæc igitur Therſitæ tribuantur, & ſi quis eſt ei ſimilis. tu uerò noli ludere, nec ignauiam, quæ minimè conuenit, tibi uindica. nã nec nobis, nec tibi, ut arbitror, ipſe perſuadebis. At nauib. deductis ſolues, ac diſcedes. An uerò te Nereidum cognatarum non pudebit, longè aliter nũc, atq; olim, nauigantẽ? Etenim tum copias ad gloriã collegeras, nunc omnia perdideris. Vtris autem hæc digna celebuntur tibi cognatis? marinis, an terreſtribus, qui cum quondam huc appuliſſent, non diſceſſerunt antè, quã Troiam cũ duce cepiſſent. Quale porro uocabis illud, quod cras facturum te dicis, ſacrum? gratiarũ actionem, an aliud quippiam? An deos ipſos te tantæ facere teſtes ignauiæ non pudet, qui in Græcorum clade ſacrifices, libes, & pæanes canas, omniaq; te ab ipſis conſecutum eſſe dicas, poſtquã cadauerum plenum ante oculos campum neſcio quot iam diebus conſpexeris? Quæ autem erit nauigationis ratio, aut quis eorum ſermo, qui te uel uidebunt, uel adueniſſe audient? Achilles cum claſſe redit. quæ'nam adfert ſpolia, aut quas adducit primitias? quidue uel domi priuatim, uel publicè coronabit? Nunc ſanè in Scyrum erit proficiſcendum. & quid ad filium dices tuum, aut qua re uxori te commẽdabis? Quid autem Scyrum, uel uxorem dico? Troiani quid dicent? non hoc, pre metu te fugere, quoniam nullam ſalutis uiam, ſi manſeris, diſpicias? Digna profectò Priami ſimul & Neſtoris ſenectus iſta turpitudine.

quid

b ipſi pro iã.

Duce) Hercule, cũ quo Telamõ, frater Pelei, Troiam expugnauit.

quid ni? At enim non ita facies; ſed expectabis, donec in tua tentoria nauesq; ueniens Hector, omnes occidat ordine: tum uerò teipſum, qualis ſis, oſtendes. Verùm ſi quidem tantum tibi ſuppetit uirium, turpe eſt, te illud expectare tempus, nec ad omnium ſalutem, niſi cū nullus ſupererit, hac uti præſtantia. ſin eſt opus arduum; auxilium, dum licet, eſt ferendum. Quanquam autem nō dubito, quin & ſolus tu & omnibus barbaris ſufficere poſſis, atq; etiam præſtare; exiſtimo tamen permultum eſſe in tempore diſcriminis; non ſolum, quia præſtat coram ſpectatoribus ac teſtibus tale robur exerere, ſed etiā, quia tum quidem tibi opem ferre, ac teipſum neceſſariò defendere, nunc eorum, qui te innocarunt, gratia exire, atq; illis auxilium ferre uideberis. quapropter non paruum erit gratiæ lucrum. Præterea non potes omnino bellum tuo partiri arbitrio, quin cum ijs, quæ cupias, multa ſimul, quæ nolis, accidant, atq; etiam ex ijs aliquis, qui ſunt tibi cariſſimi, pereat. Atq; ut alios omittam, quid uetat, quo minus nos ipſi, quos tu cariſſimos appellaſti, & ad quorum conſpectum ſurrexiſti, quibusq; poculum appoſuiſti meracius, cras inter alios mortui iaceamus, & cum quibus nunc libas, eorum terra fluat ſanguine; ac triumphales in Hectoris caſtris ponantur crateres, & canantur pæanes te uiuo, pro Iupiter. Quid ſi porro captis caſtris & incenſis nauib. pariter iſtam cariſſimā iugulent, aut captam ad ſe reducant? quę nunc eſt omnium malorum cauſa. Hoc autem libenter ex te quæſierim; ſi eam Agamemnon tunc ablatam, uel etiam in caſtris tuis occidiſſet, quid eum nunc oporteret facere, aut quanto precio cædem redimere, tuam ut conſequeretur beneuolentiam; quando nunc, eo uiuam tradente, & inſuper id, quod optes maximè, iurante, non tamen deſines, uerum tanta ſuccenderis ira, ut niſi de omnibus per ſingulas gentes, urbes, & corpora ſupplicium ſumas, acerbam tibi uitam fore exiſtimes. Metuendum certè erit, ne ipſam olim inuiſam habeas puellam, propter quam totus perierit exercitus. Quin etiam Chironis tibi, præceptoris tui, ſermonem, quem in Pelio quondam ad Ætolum quendam habuit, narrare uolo. Aiebat autem, ira moderata nihil eſſe in homine pulcrius, immodica uerò nihil turpius, quæ ut inimicos uiciſſim lædat, ita eum, cuius eſt, continenter perdat. Tu uerò nihil ulterius nec fac, nec patere; ſed cogita, ſingulis eſſe rebus à natura ſuos præſtituros quaſi terminos, nec eſſe quicquam in rebus humanis immortale, nec bellum, nec pacem, nec gratiam, nec iram. niſi forte amicitiæ quidem, quæ tibi cum Rege intercedebat, repertus fuerit, irę uerò non extabit terminus. Atqui præſtat immortales efficere amicitias, quàm, cum illæ fortunam ſentiant, inimicitiam nolle diſſoluere. Etenim duæ totū orbem peragrant deæ, Nemeſis & Iuſtitia, quæ neminem ſinunt ultra, quàm ferat natura, de ſe ſentire, nec difficulter ex magno paruum reddunt, ſi quis ipſas cōtemnat. cuius quidem

rei præſtò tibi eſt exemplum. Qui enim tunc te contemnebat, à quo iam non contemnitur? Hoc deniq; cogitandum tibi eſt, hæc à nobis quidem ore dici, re autē uera geſta, ꝑ ab Hectore legato proferri, qui præter alias contumelias & iniurias infinitas, te dormientem à ſe captum iri minatur, nec Dardanum ſuum Aeaco tuo cedere, teq; iram ſimulare, cum re uera ſis meticuloſus. quæ quis audire ſuſtineat, aut de his pro te ſupplicium ſumat? Non ſurges, obſecro? non iamdudū indignaberis? non, quantum perit temporis, in damno pones? non, ſi puellæ quoq; cauſa iraſcēdum eſt, in Troianos effundes furorem, in quibus omnis hæret culpa? Si etenim nihil illi primùm commouiſſent, quod'nam ex omnibus uel magnum heic uel paruum contigiſſet incommodum? Conſidera porro, Peleum inter te & Aeacum intercedere medium; Aeacum inquam, à quo pendebant olim fortunæ Græciæ. id quod etiam pulcerrimè tibi euenit, ut aui ſententiam imitatus, ſpecie uinceres. Nam ut ille precibus Græcos iuuit, ita tu factorum auxilio cunctorum uotis ſatisfacies. Iam quibus, per Iouem, pedibus ex hoc exibimus tentorio, niſi nobis hæc aſſenſus fueris? quid'nam abeuntes dicemus, aut quid reſpondebimus? cumq; nos expectent omnes, ſi alius aliunde circumfuſi, quid actum ſit, quærēt; quid, obſecro, reſpondendum erit? Quapropter Ioui Seruatori nobiſcum ne poſtremum liba, ſed & utilitatem communem, & nos legatos, atq; hoc legationis nocturnum tempus, ipſaq; hæc ſidera, & communes Græcorum deos atq; heroas reueritus, ira ueluti morbo depoſita, barbaris unà cum Sole fac appareas.

FINIS TOMI SECVNDI.

AELII ARISTI-
dis Orationum

TOMVS TERTIVS.

Interprete

GVLIELMO CANTERO
VLTRAIECTINO.

ORATIONES
TOMI TERTII.

Oratio Platonica prima, pro Rhetorica.
Oratio Platonica ſecunda, pro Quatuoruiris.
Oratio Platonica tertia, ad Capitonem.
Oratio Aegyptiaca.
Oratio de Paraphthegmate.
Oratio contra proditores myſteriorum.
Oratio contra criminãtes, quòd nõ declamaret.

ORATIO PLAtonica Prima pro Rhetorica.

EXISTIMO equidem eum, qui uel rectè dicturus, uel æquum ſit ſuffragium laturus, non id ſpectare debere, nec inuidere, ſi quem priorum ac celebrium uirorum aliter eadem de re dixiſſe contingat, ſed cuius ubiq; maximam oportet haberi rationem, heic quoq;, ab utra parte conſiſtat ueritas, inquirere, atq; eò uictoriam deferre. Etenim foret abſurdum, ſi in concionibus & iudicijs non ei, qui primùm dixiſſet, fides haberetur, uerùm probè ſcirent omnes fore, ut, ſi hac ratione diſceptarētur iſta, reorum nullus euaderet, quandoquidem omnes poſt actorē dicunt; in ipſis autem litteris, & quod de ijs exercetur, iudicio non ij, qui ſententiam ſuam comprobarent, ſed eſſent tempore priores, uincerent: cumq; tragœdi, citharœdi, & alij muſici non eodem precio, quo ordine, cenſeātur (alioqui enim ſortitio ſufficeret) ſed is, qui optimè certauerit, coronetur, ac primus pronuncietur, etiamſi poſtremò ſit ingreſſus; eos tamen, qui elegantiora uolunt certamina ſuſcipere, uel de his iudicare, antiquitatem tanti facere, ut non omnino tantum inferiores putent poſteriores habendos, ſed ne melius quidem ijs, quæ dicta ſint, quicquam reperire poſſe. Quin etiam in gymnicis uidemus certaminibus non eos, quicunq; primi nomen dederint, uictoriam reportare, uerum qui id, ad quod nomen dederint, optimè factis cōprobarint. idq; ita ubiq; obtinet, ut in ipſis quoq; præmiis, adeoq; curſus ipſius, non iis, qui initio retulerint, ſed qui præterierint, ſignum detur. Eſt autem admodum iniquum, eos qui corpus exercent & colunt, adeò magnam & priorem habere honeſtatis ac iuſtitiæ ſpeciem; qui in litteris excellunt, & abſq; earum ſtudio ne uitam quidem expetendam putent, eos tā ignauos aut potius iniquos eſſe, ut uno ad omnia utantur argumento, ſi quis[a] extiterit prior, ac pro ueritate nomina admirentur, quaſi non oportere quicquam reperiri melius exiſtimēt: ac leges quidem ipſas, ſi ſit utile, mutare; qui autem de ijs, quorum eſt natura perpetua, tractant ſermones, eos poſt poſt primos non recipere, uerùm priores quaſi terminos aut colum

[a] φθάσαν γενόμενος pro φάσιν O.

nas uenerari, nec ea, quemadmodũ in legibus priores per contrarias abrogantur, ſoluere, uerũ eodem loco etiam alios habere: & iuramẽtis quidem publicis hoc aſſcribere, licere demere, & addere, quicquid poſterius conſultantibus uiſum fuerit; quas autem eadem ſemper & ubiq; libertate decebat examinari litteras, eas ſuperioribus duntaxat temporibus tribui, uelut ſi quis primos tantum homines etiam ſanos eſſe dicat oportere: nec hanc ratiocinationem ipſis primùm, quos honorant, inutilem eſſe [b] animaduertere. Nam ſi tempori ſunt omnia tribuenda, eoq; metienda dignitas, non amplius is, qui nunc illis habetur ab omnibus honor, locum habebit. Hac enim ratione Iaſus, & Criaſus, atq; Crotopus & Phoroneus, ac ſi quis eſt in fabulis Argus & Deucalio; alijq; alibi, ut Lycaon in Arcadia, & Cecrops Athenis palmam in litteris eorum loco, qui nunc celebrantur, obtinebunt; & in gentibus alijs Phryges, opinor, propter uocis bec teſtimonium. Quinimo Callæthyiam omiſi, quæ mulierum ſimul & uirorum omnium præſtantiſſima extitit. Atq; ita ſi iudicemus, ne Codrus quidem, cur glorietur, habebit, qui cum iſtis, quos dixi, comparatus, puer ſit, nec antiquus: atq; ita paulatim, ſi quis ante Lunam extiterit, inquiremus. Iam Homeri & Heſiodi, atq; eorum, qui hactenus, excelluerũt, Platonis & Demoſthenis, & qui paulò antè uixerunt, ne ad longiſſimum quidem tempus ſimilis eſt ſperanda gloria, cum ſemper æquale præcedat ipſos ſpacium. Sed ſi id omnibus eſt manifeſtum, hos, cum natura & induſtria præſtitiſſent, maiores ſuos ſuperaſſe; neq; poſteriores erunt omnes omnibus modis arcendi, neq; reijciendi, ſi quis hoc etiam tempore de repropoſita ſententiam queat ferre; uerùm ex ipſis, quos colimus, aliud eſſe [c] præcedere, aliud præſtare, cognoſcendum eſt. Et antiquos quidem omnes uenerari oportet, non horrere, niſi forte litteris inſignes maiorem, quàm ipſas litteris, honore cenſeamus afficiendos: quòd autem ſi erga quenpiam alium, erga Platonem certè ſic eſſe debemus affecti, non alium requiro teſtem, cum ſufficiat ipſe, non tantum quoniam ubiq; clamat & edicit nihil eſſe ueritati præferendum, ſed & exemplo non magno. Etenim ſi ille cum Homerum, qui tanto ante ipſum tempore floruit, multis de cauſis incuſaret, ratione non caruit, qua contra indignantes uteretur: licebit nimirum ſecundum Platonem ipſum, & eos qui illum laudant, atq; omni abſoluunt crimine, ſi quis aliquid contra illum dicere cœperit, auditionem ſuſtinere, nec prius id crimini uertere, quàm ille rationibus ad propoſitum pertinentibus deficiatur. Quæ igitur de Rhetorica contentioſius, quàm oportebat, diſputauit, Gorgiam faciens & Socratem Athenis colloquentes, inſpiciamus, & qualia ſint, oſtendamus. Indignum enim foret, cum ille, quam palam conſtituerat accuſare, defenſione ſua quodammodo non priuarit, uerũ duobus aut tribus defenſionẽ pro forma

b ὁρᾶν pro ὁρᾷ.

Iaſus & Argiui reges antiquiſſimi.

Teſtimonium de quo Herodotus initio Secundi.

c προήκειν καὶ προέχειν pro προσήκειν καὶ προέχειν.

forma dialogorum tribuerit; ſi nos, qui rem totam ſuſtinere poſſumus & uolumus, id non auderemus, quaſi non eſſet amplius Platoni reſpondendum, ꝙ ipſe ſibi uoluerit. Abſurdum deinde mihi uidebitur, ſi Plato Rhetoricam, cuius & ipſe partem fortaſſis aliquam conſecutus erat, uituperare non eſt ueritus; nos pro Rhetorica, ne quis illius cauſa indignetᷣ, dicere pudebit. Præterea ſi quidẽ nihil oporteret contradicere, ſed eam deſerti uadimonij, uelut in curia, damnari, idq́ue dicendi magiſtram; alia quædam hæc eſſet ratio. ſin quenquam oporteat, nobis hoc propemodum conueniet, ut ex hac quoque re primùm inſtituti noſtri ius declaremus. Nec enim æquum eſt, ut à qua id accepimus, quo ceteris patrocinari poſſemus, ea ſuis deſtituatur bonis, nec potius uel talis, qualem Plato uoluit, uideatur, uel ut uideri poſſit, efficiatur. Nam quod uulgò dicitur, ſilentium confirmare crimina, id unum ac ſimplex non eſt; uerum ſimul & iure ſuo priuabitur, & dignitatem totam amittet. uidebitur enim ius ſuum tueri non poſſe. Ego uerò primùm quidem & maximè ipſius eloquentiæ reuerentia, & quòd exiſtimabam oportere ununquencꝫ, prout in [d] ea profeciſſet, ita ceu parenti opem ferre; deinde aliorum quocꝫ cauſa, ne in rebus maximis turpiter fallantur, nec ignorent, quanto uir maior eſt & illuſtrior, tanto ſe facilius ei credidiſſe, necꝫ dum eam, quam nihil decet audire uile, lædere ſe putant, ſeipſos interim rebus pręclariſſimis ultro, atcꝫ adeo etiam inuiti priuent; orationem hanc ſuſcepi, habita ſimul & iuſtitiæ & utilitatis ratione. Ac præſentis quidem certaminis hæc eſt magnitudo: inuoco autem ad hoc facinus & Mercurium Eloquentem, & Apollinem Muſarum præſidem, & Muſas omnes duces; idq́ꝫ cùm propter ſingularem huius inuocationis proprietatem; quòd ea, pro qua & per quam decertamus, ex illorum dono ſit profecta, tũ quòd ſimul duo cõcurrunt. Nam nec ad uiliſſimum Græcorũ, nec de uiliſſimis rebus habebitur oratio. Quin etiam ex illius ſermonib. qui quidem in noſtram uenerint notitiam, ſunt qui hos admirantur maximè, quos his de rebus heic habuit. Ita fit, ut prorſus diuino reuera ſit opus auxilio quapropter eorum more, qui legum perperam latarum actiones intendunt, ab ipſius uerbis auſpicabimur. ſunt autem hæc.

illius) Platonis.

d ἑαυτῆς pro αὐτῆς.

Videtur itaq; mihi, Gorgia, ſtudium eſſe, quod arte quidem careat, ſit autem ingenij uirilis, quodq́; coniectura ualeat, & natura poſſit aptè cum hominibus uerſari. eius autem caput Adulationem uoco. Huius autem ſtudij cum & aliæ ſunt multæ partes, tum etiam ars coquendi, quæ cum ars eſſe uideatur, mihi tamen non tam pro arte, quã pro experientia & uſu habetur. Eiuſdem porro Rhetoricam quoq; ſtatuo partem, & artem comendi, & Sophiſticam; quatuor has partes in rebus quatuor. Si quid igitur uolet Polus quærere, quærat, necdum enim intellexit, qualem ego adulationis partem dicam eſſe Rhetoricam; nec me nondum reſpondiſſe ſenſit. Quin inſuper quærit, num eam pulcram putem. Ve-

Verba Socratis ad Gorgiam, in Gorgia Platonis.

Eſſe) ſ. Rhetorica.

rùm ego non ei reſpondebo, utrum turpem an pulcram putem eſſe Rhetoricam, priuſquam, quid ſit, reſpondero. Nec enim eſt æquum, Pole. Itaq; ſi uis quærere; qualem adulationis partem dicam eſſe Rhetoricam, quære. Quæro igitur: ac reſponde, qualem partem. Scies igitur, cum reſpondero. Eſt enim Rhetorica, meo iudicio, ſimulacrum partis cuiuſdam ſcientiæ ciuilis. Quid ergo? pulcram'ne eã, an turpem dicis? Turpem equidem, quoniam mala uoco turpia. Reſpondendum enim tibi eſt, ut qui iam, quæ dico, intelligas. No, per Iouem, Socrates. immo nec [e] *ipſe, quid dicas, intelligo. Ac meritò quidem, Gorgia, nihil enim adhuc clarè dixi. Polus autem hic iuuenis & acer eſt. Itaq; tu hunc omitte, ac mihi explica, quomodo Rhetoricam ſimulacrum partis cuiuſdam ſcientiæ ciuilis appelles. Conabor igitur dicere, quid de Rhetorica ſentiam. quodſi errauero, Polus hic me redarguet. Corpus utiq; aliquid & animum uocas. Quid ni? Itaq; & horum utriuſq; quandam eſſe cenſes bonam conſtitutionem. Equidem. Quid autem? quæ bona uideatur, nec ſit? Tale autẽ quid dico: Multi uidentur eſſe benè conſtituto corpore, quos nemo facilè malè habere ſenſerit, præterquam medicus, aut gymnaſtes aliquis. Rectè dicis. Tale quid & in corpore dico & in animo cerni, quod utriuſq; bonam conſtitutionem uideri quidem, ſed non eſſe faciat. Ita eſt. Age uerò, facilius etiam, ſi potero, quod dico, demonſtrabo. Duarum quidem rerum duas artes ſtatuo. Atq; eã quidem, quæ in animo uerſatur, ciuilem uoco; quæ autem corpori tribuitur, ut uno non poſſum appellare nomine, ita duas unius facio partes, Gymnaſticen & Medicinam. Ciuilis autem ſcientiæ partium, Gymnaſticæ quidem ars legum ferendarum, Medicinæ uerò ars iuris dicendi altera ex parte reſpondet. Communicant autem ſecum inuicem, tum Medicina cum Gymnaſtice, tum ars iuris dicendi cum arte legum ferendarum; quippe quæ in eodem utræq; ſubiecto uerſentur; quãquam nonnihil tamen inter ſe differunt. Iam cum quatuor hæ eſſent artes, quæ ſemper optima ratione partim corpus, partim animum curarent; id animaduertens ars adulandi, non intelligens, inquã, ſed cõijciens, poſtquam ſeipſam quadrifariam diuiſit, ſingulas ſubijt partes, & id quod ſubierat, eſſe ſe finxit, ac boni quidem nullam habuit rationem, uoluptate autem* [f] *mentem captauit & decepit, ſic ut plurimi fieret. Medicinam itaq; ſubijt ars coquendi, & qui eſſent optimi cibi, ſcire ſe finxit. Quocirca ſi inter coquum & medicum oriretur apud pueros, uel uiros inſtar puerorum ſtultos contentio, uter melius bonos & malos cibos poſſet diſcernere, fame periret medicus. Quamobrẽ eam adulationem uoco, turpemq; iudico, Pole (tibi enim hoc dico) quoniam bono relicto ad uoluptatem collimat. Ars autem non eſt, ſed experientia. caret enim ratione, qua ea, quæ præbet, qualia ſint, poſſit explicare; ita ut cauſas ſingulorũ nequeat reddere. Quæ uerò res ratione careat, artem nunquam dixero. Quodſi quid in hiſce dubitas, rationem ſum paratus adijcere. Ac Medicinæ quidem, ut dixi, coquendi arte prædita adulatio ſubiecta eſt; Gymnaſticæ uerò ars comendi, eadem ratione; ut quæ nequam, fallax, ignobilis, atq; illiberalis ſit, figuriſq; ac coloribus & læuitate atq;* [g] *ueſtitu homines decipiat, ita ut eius dolo ad alienã* [h] *aſpirantes pulcritudinem, propriam, quæ eſt ex Gymnaſtica, negligant. Atq; ne longior*

[e] αὑτὸς pro αὐτὸ ex Platone.

[f] διάνοιαν pro ἄνοιαν.

[g] ἐσθῆτι pro αἰσθῆτι.

[h] ἐφελκομένους pro ἐφελκομένου ex Plat.

gior ſim, dicam ut geometræ iam enim fortaſſis aſſequi poteris) quemadmodum ſe ars commendi habet ad Gymnaſticam, ita Sophiſticam ad artem legum ferendarum; & quemadmodum ars coquendi ad Medicinam, ita Rhetoricam ſe ad artem iuris dicendi habere. In his nulla prorſus ineſt demonſtratio, nec argumentum neceſſarium; ſed pro conceſſis ſumuntur, de quibus erat prius diſputandū; quaſi ab auditorib. ea ſibi dari petiſſet. At qui ſi ea, de quibus quęritur, ridiculum eſt pro conceſſis ponere: quo modo uel æquum ſit es, quæ ridiculum ſit quærere, initio ponere, uel non ridiculum, utrum ars dicendi & ars coquendi eiuſdem ſint naturæ, quærere. at ipſe hoc tanquam conceſſum ſumſit. Licebit autem id cognoſcere, ſi quis ſublato Rhetoricæ nomine, Philoſophiam in eius locum ſubſtituat, atq; ita iiſdē utatur omnibus. Nec uerò uel ruſticum quiſquam, uel frigidum hunc fore ſermonem exiſtimet. Primùm enim cum duarum artium uel facultatum eos qui alteram ſectātur, ſi de alteris quippiā ſecus dixerint, [i] nihil inelegāter agere dicturi ſimus, alteris meritò eandem concedemus defendendi rationem. deinde non offenſę gratia, ſed demonſtrationis, quæ in his nuſquam apparet, proferetur. Sic igitur ſe habebit. Videtur itaq; mihi, Gorgia, ſtudium eſſe, quod arte quidem careat, ſit autem ingenij uirilis, quodq; coniectura uáleat, & natura poſſit aptè cum hominibus uerſari. eius autem caput Adulationem uoco. Huius autem ſtudij cum & aliæ ſunt multæ partes, tum etiam ars coquendi; quæ cum ars eſſe uideatur, mihi tamen non tam pro arte, quàm pro experientia atq; uſu habetur. eiuſdem porro [k] Philoſophiam quoq; ſtatuo partem, & artem comendi, & Sophiſticam; quatuor has partes in rebus quatuor. Atq; ita in reliquis omnibus, ſi quis alia loco ſuo ſingula relinquens, Rhetoricam in Philoſophiam mutet, nihil id ſermoni quidē oberit. uerum hoc nec ſani, opinor, eſſet hominis, nec eam rē demonſtrare conātis. Nam nec Philoſophiæ quicquā dedecoris ex arte coquendi accedet, donec in alio fuerit genere conſtituta; nec iis quiſq;, quibus artem coquēdi uituperet, Rhetoricam poſſit redarguere, donec earum ſimilitudinem neceſſariam non oſtēderit, niſi forte id ſatis exiſtimauit ad ferre neceſſitatis, quòd artis coquendi à Rhetorica differentiam oſtenderit. Atqui id, quāquam dicere me pudet, omnino tamen contumelioſum eſt. nihilominus equidem abſurditatem iſtā feram. Etenim grauius prorſus & abſurdius foret, ſi eum, qui Rhetoricen non eſſe turpem conetur oſtendere, magis puderet, quàm qui eam primùm eſt auſus turpem uacere. Ac primùm quidem ut maximè artem eam nō eſſe demus, [l] id quod ille quaſi pręclarum quoddam inuentum per totam inculcat orationem, cur ideo turpiorem eſſe cōceſſerimus? Nam ſi neceſſariò fieret, ut quicquid careret arte, malum uel uile eſſet, iam aliquid effectum crederem. At nunc nemo eſt qui dubitare poſſit, quin maxima quæq; & præclariſſima, quæ ſunt à

[i] ἰσὸν pro ἰσ.

[k] φλαυρὸν pro φαῦλον.

[l] ὅτι pro ὅσπερ.

dijs in homines collata, ſimul & ſine arte ſiūt, & arte maiora. id quod adeo apud omnes tum elegantes tum uulgares homines inualuit, ut ſi quid uel ſeptem ſapientum, quos è multis paucos ita uocarunt, uel aliorum aliquis, quos propter eruditionē inter primos admiramur, dixerit uel ſuaſerit, id nemo dijs tribuat, ſed uiri nomen ſingulis adijciat; quod autem Pythiæ uates, poſtquam extra ſe fuerint raptæ, dixerint, id à Pythio profectum eſſe, & Plato & omnes fateantur. Quam uerò tunc artem norunt, quæ nihil nec ſeruare nec memoria tenere poſſint? Atqui parum & Medicina, quæ omnes nouit humanas rationes, & arti coquendi præſtat, præ Delphicis ualet remedijs, quotquot tum priuatim tum publicè ad omnes morbos atque languores hominibus explicata ſunt; & quæ iuxta illam conſtituta eſt, ars iuris dicendi, in iudicijs & conſilijs ualet. Iam gymnaſtæ omnes non 'ne duobus uel tribus oraculis totam ſuam ſcientiam ſuperari concedent, ſi uel tantillum ſapiant? Quid autem pręclara tua legum ferendarum facultas, quæ magna quædam ad hominum uſum reperit? concedet, opinor, aut potius iamdudum conceſſit in tripode ſedentibus mulierib. Delphos certè ſe cōferunt, ac de Rebuſp. ſciſcitantur, & ſecundum Pythiæ conſilium leges demum ferunt à Lycurgo uſq; primo, ſi quidem eum, quem multi præceſſerunt, primum diſputationis cauſa poſuerimus. Illum ſanè narrant nullam Lacedæmonijs abſq; diuino conſulto legem tuliſſe. Veruntamen non quia Lycurgus eas, Græcorum præſtantiſſimus, tulit, ideo Deus exiſtimatus eſt tuliſſe; ſed cum Lycurgus, qui erat Græcorum præſtantiſſimus, Pythiæ uerba, quæ nihil ſciebat ipſa, uerùm pro Dei arbitrio reſpondebat, præcellere teſtatus eſſet, ipſe legum autor Pythiæ ratione eſt habitus. *Ipſe) Deus.* At nec ſcientiam habēt ullam plus, quàm ceteri, mulieres iſtæ, nec ſi quid ſciunt, id ex doctrina & præſcientia efferunt, uerùm prout ferè fuerint à Deo correptæ, in omnes terrę fines ſua tranſmittunt, in Ioniam, in Pontum, Cyrenam, in extremum orbem: nec ſi quis ad ipſas ſciſcitatum ueniat, ante ueſperam ſciunt, atq; ipſam tripodis, ut ita dicam, occupationem. Quin cum nuper etiam uicinorū res ignorarent, mox omnium hominum cognoſcunt negocia, & coram Deo concionātur, & publicas orbis res adminiſtrant, omnibuſque ſcientijs & artibus, quid uel dicendum uel faciendum ſit, præſcribunt: nec eas etiam Plato præterit. Nam & ipſe Pythiā cenſet conſulendā, cum Remp. conſtituit, ac leges fert, nec prius rem tentandam, quā annuerit Pythia. Atq; hoc quidem Delphicum eſt & Apollinis Pythij teſtimonium. quid autem de Dodonæis dices ſacerdotibus, quæ tantum ac tandiu ſciunt, quantum ac quādiu Deo uiſum fuerit. Atqui nec ante talem nouerant aliquam ſcientiam, quàm cum Deo congrederentur, nec poſtea quicq; eorum, quæ dixerint, ſciunt; ſed omnes id melius, quàm ipſæ norunt, Itaq; cum, qui quid ignorabant, id ab

ipſis

ipſis interrogantes didicerint, illæ, quæ aliȷs, quid eſſet faciendũ, præſcripſerant, ne hoc quidem, quod dixerint, meminerunt. Quocirca rectè iſtud à Ioue datum eſſe teſtimonium dixeris. Idem uerò de Claȷs, atq; Ammonȷs, & quicunq; oracula enunciant, ſiue uiri ſint ſiue mulieres, dico. An uerò ex his omnibus, qua ratione iſta reſpondeant, quęremus? at inſanire uidebimur. an potius adulationem eſſe, & rem uilem dicemus, quoniam de ratione nõ poſſumus inquirere? at ita multo magis uidebimur. Quo fit, ut omnes propemodũ dȷ ſuffragio ſuo teſtentur contemnendam eſſe orationem eam, quæ uel artem quærit, uel id, quod cum ea non ſit coniunctum, uituperat. Iam qui prorſus numine repleti, nec artis habentes quicq;, non ſuis tantum, ſed & poſteris multa mirandaq; prædixerunt, ut Bacis, Sibylla, ceteri (nec enim, ſi pauci, id contra nos facit, quando quidem maxima quæq; in pauciſſimos cadunt) quis ita ſit maledicendi peritus, ut hos quoq; ſugillet? Cum autẽ ad poetas me refero, communes Græcorum nutricios & magiſtros, qui ſe nihil [m] ex ſe ſcire, ne nauium quidem numerum, apertè profitentur, & Muſas perpetuò, ut ipſos doceant, orantes fatigant, quaſi ipſi interpretum loco ſint, illæ autem re uera de omnibus uaticinentur rebus; hoc potius exiſtimo laudandũ eſſe nonnunquam, quod arte careat, quam uel ſcientiam poetis ſufficere dicendum, quod nec ipſi faterentur, uel Muſarum donum contemnendum. Ergo ſi quis carmen ſine arte fecerit, hoc non difficile, ſed diuinum ſæpe iudicabitur: ſin optimè ſine arte dixerit, magnum erit? equidem cur id fiat, non uideo. Abſurdum enim foret, cum poeta ſine arte oratorem poſſit imitari, & optime dicere, ſi orator ipſe ſine arte optimè dicere non poſſet. Quinimo Mercurium poetæ liberalem, ſi quem deorum alium, atq; haud ſcio an etiam propriè dixerunt. Quapropter ſi ab Apolline uaticinãdi ſcientia, & à Muſis Poetica eſt profecta, nec ſine ȷs multum ars ualet; quid uetabit, quo minus & Rhetoricam Mercurio feramus acceptam, quæ re uera diuina, & omni arte maior ſit dicenda. Et hactenus quidem ipſis rationibus conuictum quis Platonem dixerit: uerùm etiam ſuis ipſum uerbis redarguí uolo, quanquã id etiam quodam modo præſtitum eſt. Nam cum eum ad Pythiam per ſingulas leges recurrere oſtendebam, nõ erat ab hac reprehenſione liber. Veruntamen eum de omnibus, quæcunq; deinceps diximus, mecum prorſus ſentire conuincam. Nã quę nos dicimus nunc, ea prius ipſum apparebit dixiſſe, ſi non uerbis ȷſdem, nec eadem demonſtrationis neceſſitate, at ſermone quidẽ toto. Ac pulcri Phædri mentionem apud eum faciam. Etenim que madmodum ipſe eo in loco Lyſiæ uerba ſuis interponit, ſic & ego nunc faciam, atq; ipſius uerba tanquam legem recitabo. *Vbinam puer eſt,* inquit. ubi uerò eſt habita ad puerum oratio? *propè hic adeſt.* Age ergo, quid ait?

[m] περὶ αὐτῶν pro ἀεὶ.

Verba Socratis in Phædro Platonis.

Si enim ſimplex quædam res eſſet furor, recte in malis rebus poneretur. At nunc maxima quæq; bona per furorem, qui quidem diuinitus donetur, nobis obtingunt. Nam & Delphica uates & ſacerdotes Dodonææ furentes quidem multum & publicè & priuatim Græciæ profuerunt, ſapientes uel parum, uel nihil. Quodſi etiam Sibyllam adiecerimus, atq; alios, qui uaticinandi arte præditi multa multorum negocia prædictionibus ſuis in bonum ſtatum reduxerunt; rebus ubiq; cognitis orationem produxerimus. Illud interim teſtandū eſt, ne antiquos quidem, qui rebus dederunt nomina, furorem pro turpitudine uel probro habuiſſe. nec enim alioqui arti pulcerrimæ, qua futura explicantur, hoc indito nomine, μανικὴν *eam, ſeu furoris ſcientiam appellaſſent. ſed cum rem eam, quando diuinitus accidat, pulcram ducerent, hoc ſunt uſi nomine. At noſtri*[n] *littera τ ineptè interiecta,* μαντικὴν *uocarunt. Nam & artem eam, qua ſani homines de rebus futuris per aues atq; alia ſigna inquirunt, quandoquidem mentis opera humanæ opinioni*[o] *ſuppeditatur,* οἰονοϊστικὴν*, ſeu diuinationem, quæ mentis opinione fiat, appellarunt; quam nunc iuniores* οἰωνιστικὴν*, litteram ω magni facientes, dixerunt. Quanto igitur perfectior eſt & præſtantior augurio diuinatio, nomenq; nomine, & opus opere, tanto pulcriorem antiqui furorem diuinum humana ſapientia iudicant. Quin etiam morbos ac dolores maximos, ut qui memorem ob iram alicunde aliquibus*[p] *acciderant, accedens furor, & ea, quibus erat opus, uaticinans curauit, cum ad preces, & cultus deorum confugiſſet. inde enim purgationibus & initiis acceptis, ſanum in præſens ac poſterū tempus eum præſtitit, qui ipſius eſſet particeps, ac malorum remedium rite furenti atq; correpto ſuppeditauit. Tertius uerò Muſarum furor & afflatus, poſtquam tenerum & intactum accepit ingenium, illud excitans atq; afflans, & odis atq; aliis poeſeos generibus infinita antiquorum operibus exornans, poſteros inſtituit. Quiſquis autem ſine Muſarum furore ad poeticas acceſſerit fores, exiſtimans arte ſe probum poetam euaſurum eſſe, imperfectus ipſe cum poeſi ſua ſana à furente abſumitur. Atq; hæc equidem tibi atq; etiam plura poſſum diuini furoris præclara dicere opera.*

n τὸ ταῦ ἐμβαλόντες pro τὸ ταῦτ' ἐπ' ἐμβαλόντες ex Plat.

o ποριζομένην pro ποριζομένων.

p γενομένοις pro τῶν γενῶν.

Quodſi ergo, Iupiter ac dij omnes, furor eſt aliquis ſana mente melior, quicq; diuinitus homini donetur, cur id omne, quod arte careat, uituperemus, aut cur Rhetoricam temere turpem duxerimus? Si præterea alteram pulcerrimam eſſe dixit artem, quod furoris eſſet particeps, alteram uerò, poeticam, prorſus artem non eſſe, ſed Muſarum afflatum; cū[q] ait, *Quiſquis autem ſine Muſarum furore ad poeticas acceſſerit fores, exiſtimans arte ſe probum poetam euaſurum eſſe, imperfectus ipſe cum poeſi ſua ſana à furente abſumitur:* utrinq; manifeſtum fit, nō artem præſtare, ſed alicubi præclarius eſſe ac dijs gratius, arti non ſeruire. Apertè enim iam Plato profitetur, non eſſe in rebus maximis artem quærendā. Itaq; uel Euripidis illud ac ſuorū, ó ſapiētiſſime, in te quadrat,

q deeſt εἰ τῶν poſt μουσῶν O.

In Hippol.

—à te iſta, non à me accipis: uel ſi mauis, iuxta Æſchylum,

In Myrmidonibus.

Hæc non ab aliis, ſed tuis pennis miſer,

quæ in iſtis ſermonibus fabularis, caperis. Iam ſi diuinationē Apolli-

ni

ni uel Ioui, initia uerò alij cuipiam deorum, & Poeticam Muſis tribuis; ne Mercurius quidem alterius frater, alterius filius, de ſuo dono tacere cogetur, uerùm ſibi & patri ſi tribuat eloquentiam, rectè ac uerè dicet. Exiſtimo autem eos quoque, qui hos deos facundos appellarunt tum ueteres tum recentiores, nulla uel unius litteræ poſita differentia, multò apertius, quàm de furore, teſtari, ſi quid in nobis ſit eloquentiæ, etiamſi ad nullam confugiamus artem, id ad locupletes eſſe autores referendum. Age uerò, quæ nam deinceps ſequebantur? *Itaque non debemus illud ipſum metuere, neque ſermone aliquo perturbari, quaſi furenti ſanus ſit amicus præferendus.* Iam & hæc uide. Itaque non debemus illud ipſum metuere, neque ſermone aliquo perturbari, quaſi non is, qui natura diuinoque afflatu rectè quid ageret, potius quàm qui artis haberet aliquantum, præferendus eſſet. *Sed hoc,* inquit, *praterea ſi oſtenderit, palmarium reperiat; amorem non ex uſu amanti, & amato diuinitus immitti.* Hoc quoque igitur ſi præterea oſtenderit, palmarium reperiat; eloquentiam non ex uſu maximo diuinitus eſſe hominibus conceſſam. *Nobis uerò contrà,* inquit, *demonſtrandum eſt, maxima cum felicitate talem furorem à dijs immitti.* Telephum uerò non exiſtimas hæc eadem? ſin ille nihil curat, nobis tamen demonſtrandum eſt, maxima cum felicitate dicendi facultatem à dijs primùm ad homines deueniſſe, atque inter ſumma bona nunc & in poſterum dari ac dandam eſſe. Atqui ſi fide dignus eſt Plato, hic eſt ipſe, qui uictoriam arti non tribuat: ſin nec hoc quiſquam concedet, cur propter eius uerba turpis habeatur Rhetorica? Ego uerò ut illum ubique fide dignum, ſi quenquam Græcorum alium, exiſtimo, ita libenter ex eius ſectatoribus quæſierim, num hæc illi minus, quàm illa, ſint credenda. Quin ut maximè ſit uir grauis, nobis dat teſtimonium, adeoque noſtro cōmodo grauis eſt. Nam cum nos quidem & nobiſcum & cū illo conſentimus, ille uerò nec ſecū nec nobiſcū: non tam contradicit hoc pacto nobis, quàm non uera ſe dicere fatetur. Age uerò, aliud inſuper ex eodem gymnaſio, ut inquit Plato, teſtimonium pro imagine proferamus. Nec enim ægrè feret Plato, ſi Aeſchines ipſius ſententiam ſuffragio confirmet ſuo. *Ego uerò ſi quidem arte aliqua cuiquam prodeſſe me poſſe conſiderem, magnam admodum de meipſo ſtultitiæ opinionem concitarem. at nunc diuino fauore id apud Alcibiadem mihi conceſſum exiſtimo.* Nec uerò quicquam horum admirationem meretur. Audis enim uirum amicum, & qui eundem, quem tu, ſapientiſſimum iudicet, atque adeò etiam eundem loquentem, quem & tu in iſtis, introduxerit. *Non eſt,* inquit, ô Plato, *mirum, ſi quis arte carens, hominibus tamen prodeſſe poteſt. Nam & ægroti multi ſanantur, partim humano, partim diuino auxilio. Ac qui quidem humana ſeruantur arte, à medicis curantur: qui autem diuino auxilio, eos cupiditas ad id, quod utile ſit futurum, ducit, ac tum uel uomitum uel uenationem appetunt, cum uel uomitus uel la-*

Alludit ad uerſum Ariſtophanis in Archanenſibus, τὴν δὲ τόλμαν ἐκ δέρμαθε, ab Euripidis Telepho mutuatum.

In Gorgia.

Verba Socratis in dialogo quodam Aeſchinis Philoſophi.

bor ſit ipſis profuturus. Dīj boni, quàm apertè ac ſplendidè Æſchines, Platonis condiſcipulus, de Platone teſtatur, ea quæ paulo antè ex ipſo adduximus, multo & humaniora & pulcriora eſſe ījs, quæ nouitatis gratia concinnauerat. Ex quo fit, ut ipſe nobis quaſi corā præcone teſtimonium det, & illius teſtimonium quaſi conſignet.

Illius) Platonis.

Etenim quæ illius uerba pro nobis faciebant, ipſe confirmat. Iam ſi multi ex ægrotis àbſq; medicis & arte curantur, cum tamen aliud nihil medicorum ſpectet ars, quàm ut homines ſanet: non erit abſurdum, nec præter humanam ſortem, ſeu potius diuinam, ſi quis optimè ſine arte dicat, etiamſi eius rei doctrinam ars profiteatur maximè. De hac certè parte, quòd multi diuino ſint auxilio ſanati, non amplius ex uerbis cum Platone diſceptabo, nec inuidebit mihi uel Aeſchines Lyſaniæ F. uel alius quiſquam, ſi meipſum potius illorum dicta confirmare [r] poſſe, quā illius indigere teſtimonio dixero. Etenim re uera quemadmodum uates rerum cognominib. initiati, ab ipſis dījs hoc didici, quorum opera ex ījs, quæ medicorum nullus nec quomodo appellaret, ſciebat, nedum quomodo ſanaret, nec in humana natura extitiſſe cognouerat, uarījs Dei conſolationibus, & conſilījs elapſus, præter omnē fidem uiuo. cuius rei cum alios habeo ſocios ac teſtes multos, non Græcos tantū, ſed & barbaros, tū integros Æſculapīj cultorū cœtus, & quicunq; [s] Ægyptiū deum frequentarūt. Cum aūt nihil in his artis habeat quiſquā, ac potius artis cōtemtus ad deos cōfugere eos cogat; tamē nec dīj, q̃d ipſorū pace dixerim, hanc ſententiā noſtrā reījciunt, nec multos ex ījs, qui diuinū auxiliū arti prætulerunt, pœnituit. ſed & ſomniamus, ignorantes pridie quid uiſuri ſimus, & qua ratione ſanādi ſimus, diſcimus, uſq; ad illā horæ partē, qua dīj auxiliū mittunt, neſcientes, atq;, ut iterū tanq; in cātico hoc accinā, nihil prorſus artis habentes non ſolū res nobis profuturas, ſed & alījs nonnunq;, ſi Deo uiſum fuerit, dicere poſſumus: nec uetat quicquā, quo minus horreant etiam medici, poſtq; intellexerint pleraq;. Vtrū ergo ſomnia res humanas dījs cōmendāt, an, quia dīj homines curant, eos etiā ſeruant per ſomnia? mihi quidē hoc placet. Quid erit ergo, quod prohibeat, o *Græcanicarum lingua longè maxima*, ut inquit Cratinus, quo minus etiam uigilantes optima quæq; ſine arte cognoſcere & alījs ſuadere poſſimus, ſi ex ſomnījs alījs quoq; cōſilium damus. An uerò ſeruari ſine arte, atq; alios per ea, quę ignoramus, ſeruare poterimus: ſuadere ſine arte nec noſtra fortuna, nec diuina, nec, ut Demoſthenes auditorum quicquam poterimus? Atq; hæc quidē ab ipſo ſermone, ac dījs quodam modo conſecrato, cōmotus, longius fortaſsè produxi; ueniamq; & ab ipſo Platone & ab alio quouis peto, ut cui idem, quod in uerbis increat, acciderit. nec enim poteram me continere, poſtquā diuinū auxilium, & ſalus inciderat. itaq; tametſi utebar teſtimonio, tū ipſis uerbis teſtimoniū perhibere

ſum

r ἔχειν pro ἔχει.

s τῶν μετ' αἰγυπτίων pro τῶν O.

Cratini dictū in Periclē, torquet in Platonem.

ſum coactus. nunc autem ad reliquam redeo teſtimonij partem. *Mihi uerò propter amorem, quo Alcibiadem proſequebar, idem, atq; Bacchis acciderat. Nam & illæ poſtquam ſunt correptæ, ex quibus puteis alij uix aquam poſſunt haurire, mel ipſæ & lac extrahunt; & ego quamuis nullam habebã ſciẽtiã, quã docendo cuiquã prodeſſe poſſem, exiſtimabã tamen, ſi cum ipſo uerſarer, quoniam eum amabam, meliorem eſſe redditurũ.* Atq; heic dialogum cõcludit, non ænigmaticè, nec allegoricè, nec quodam modo idẽ, quod nos dicens, uerùm ita, quaſi de induſtria hunc in uſum ea conſcripſiſſet. Si ergo ſomnia ab Aeſculapio profecta, nos à medicorum arte liberant, & Bacchi miniſtræ etiã Nympharum dona, poſtquam correptæ fuerint, mutãt; cur uel turpe, uel præter naturã ſit, ſi oratores quoq; numine adflatos recipiamus, & ad præfectos deos referre ſeſe poſſe credamus. Nec uerò teſtis hic uilis, uel longè remotus cenſeri debet, [t] ſi ad hoc ipſum cõfugiamus nomen. uerũ ſi ut liberi, ita ſocij quoq; genuini quidam ſunt cenſendi, Aeſchinem Socratis fuiſſe ſociũ accepimus. Quorundam etiam falſa teſtatur id opinio, qui ſcripta hæc ipſius eſſe Socratis exiſtimarunt: quibus ut non prorſus credendum ſit, id quod ego primus nunquam dixerim, non tamen abſq; omni ratione hic error eſt exortus. Etenim hæc Socratis ingenio tã propria & accõmoda ſunt habita, ut huic etiam opinioni repertus ſit locus.

t αἱ pro ἃ.

Opinor aũt Socratem quoq; ipſum, quamuis nulla eius extet ſcriptio, non minus q̃ uel grauis Plato, uel feſtiuus Aeſchines, uerũ etiã pulcrius, ac uerè palã nobis teſtimonium perhibere. Illud certè conſtat eũ dixiſſe, nihil ſe ſcire; idq; omnes, qui cum eo ſunt uerſati, profitentur. Conſtat autem & hoc, ſapientiſſimum à Pythia fuiſſe Socratem iudicatum. Quomodo igitur hæc ſe habent, cum eum, qui ignoret omnia, ſapientiſſimũ eſſe iudicatũ, non ſit fas de Deo credere. Iam arti, ut apparet, negabat ſe ſtudere, nec falsò. nam Anaxagorã quidẽ, cum quo uerſatus eſt, nõ magni uidetur feciſſe. Vnũ igitur hoc teſtatur primũ Socrates, nõ turpe eſſe arte carere, ſiquidem id de ſe confiteri non erubuit. Alterum uerò huius eſt conſequens. Nemo enim neſcit Socratem dixiſſe, dæmoniũ [u] ſibi ſignificare omnia. Cũ itaq; nihil eorũ, quæ erãt cognitu neceſſaria, ignorare poſſet is, cui præſtò erat dæmoniũ; nihil tamen ſe ſcire dicebat ipſe, nec id falsò, quandoquidẽ nec Deus eum ſapientiſſimum eſſe falsò dixerat. Quomodo ergo dicit ſe nihil ſcire? arte, ni fallor. Iã ſi neutro modo ſapiẽtiſſimus fuiſſet, nec cum de ſe mentiretur, quoniam turpe eſt mentiri, nec cũ uera diceret, niſi artis uſus re uera turpis eſſet: ſimul & Socrates utroq; pacto, tum ijs quæ negabat, tum quæ fatebatũ, & per Socratẽ Deus, qui illũ ſapientiſſimũ pronunciauit, de utroq; teſtatus eſt, ac duplex Socratis teſtimonium ſuo tertio cõfirmauit. Quinimo uitæ quoq; & dictis Socratis oraculũ cõuenire facilè quis animaduertat. Nam qui ſecundũ Dei præcepta uiueret, & humanas res negligeret, is meritò ſapien

u αὐτῷ pro αὐτῇ.

tiſſimus Dei iudicio poterat cenſeri. Ac Platonis quidẽ tale eſt teſtimoniũ, quod per ipſum, & ſocium utrunq;, in Delphico definit deo, qui Platoni, ut paulo antè Aeſchines, ſuffragatur. quodſi poetarum quoq; ſunt arceſſenda teſtimonia, quanq; uel omnium uel præcipuorũ colligere dicta ſit difficile, tamẽ quæ de nobiliſſimis ſelecta proferri poſſint, ignaui foret omittere. Et cõmuniter quidem poetæ oẽs re ipſa teſtimonium præbent, ſi quidem ea ratione, quę artem ſuperat, poetæ ſunt effecti. uerũ hoc teſtimonio iam non indigeo, quoniam ſuprà relatum eſt, ſed eo, quod in uerbis conſiſtit. Primũ igitur antiquiſſimus horum atq; omnibus familiariſſimus, Pandarum quidem Zelitem ab arte iaculandi prædicans,

Iliad. β. extremo *—dedit ipſe arcum cui flauus Apollo,* inquit: regem aũt Phæacum, cum humaniſſimum & maximè piũ feciſſet, his decorauit uerbis:

Odyſſ. ζ initio. *At tunc Alcinous, cui dij conſulta dederunt, Regnabat.*

Ne quæras, inquit, quam didicerit artem, aut quis eius præceptor fuerit: à dijs enim conſilia perceperat. Demodocum uerò citharœdum ut inſignem muſicum laudans, ita canit:

Odyſſ. θ initio.
Dilexit quem Muſa, deditq; bonumq; malumq;:
Lumine priuauit, donauit cantica blanda. atq; iterum:
Muſa uirũm laudes iuſſit cantare poetam.

Alcinous quoq; ipſe eum cõmendans & euocans inquit mox initio:

—namq; hunc effecit Diua canorum,
Iucundumq;, utcunq; iuuet cantare paratum.

Hæc ab ipſo dicuntur Alcinoo, cui quidem glorioſum fuiſſet, ſi quid eius cauſa in magiſtros inſumſiſſet, cum præſertim ſplẽdidus, & magnificus, ac glorię cupidus eſſet. ueruntamen ego, inquit, ipſe dico ac profiteor, hunc me docendum non curaſſe. Nec uerò cũ Alcinous,

Sapientiſſimus) Vlyſſes. Phæacum rex, ita dixiſſet, aliter Græcorum ſapientiſſimus ijſdem de rebus ſenſit; ſed hic magis etiam Demodoci ſpecimen admiratus, & quaſi de induſtria maximum dictũ aliquid quærens,

Odyſſ. θ extremo.
Demodoce, inquit, eximiè præ cunctis te modo miror:
Vel te Muſa Iouis docuit proles, uel Apollo: quaſi maior res eſſet, quã ut arte tradi poſſet. *Nam nimis ornatè Græcorum fata canebas.* nec hoc fruſtrà, uel quaſi appendicẽ ſuperiorũ adiungens, ſed hoc demonſtrans & indicans, ornatũ iſtum & ſplendorẽ non tam ex arte q̃ diuino afflatu proficiſci. quanq; enim feſtiua ſit ars, multo tamen eſt uilior. Ac poſtea quaſi teſtimonium ſuum confirmans, cum illi equi hiſtoriam propoſuiſſet canendam, ita pollicetur:

Quodſi rite mihi, inquit, *digeſſeris iſta canendo,*
Mox equidem cunctis mortalibus ordine dicam,
Diuinum donaſſe Deam tibi, Muſice, cantum. quaſi nihil ei maius poſſet promittere. Sic itaq; de his perſuaſus canit Poeta, ut quaſi metueret, ne quis hæc de Demodoco tantum putaret dici, à toto can

torum genere exordientem faciat Vlyſſem, atq; ita dicentem:

Cantores etenim cuncti reuerentur, amantq;:
Namq; illos odas docuit dea grata poetis:

quaſi ſibi metueret Poeta, ne quis ipſum ab alio, q̃ à Muſis ipſis, quicquam didiciſſe crederet. Quomodo uerò docent Muſæ? num ut litteratores, aperto ludo? minimè. ſed in mentē inijciunt, & inuentionem commouent, ut & in his ipſis appatet uerſibus. ait enim tandem:

Sic ait: ille Dea motus cantare parabat.

nugas artem agere præ diuino inſtinctu, per hæc indicās. Phemium præterea fecit in procorum cæde pro ſe deprecantē, ac dicentem:

Ex me cuncta ſcio: noſtræ quamplurima menti Odyſſ. χ extremo.
Cantica Diua tulit. te coram, ceu deus eſſes,
Rite canam. parcas ergo ceruicibus iſtis:

partim idē ualere hæc duo, per ſe doctum eſſe, & deorum eſſe diſcipulū, ex propinquo demonſtrans, partim nihil ad ſalutem conſequendā dixiſſe maius Phemium, q̃ quòd hominē nullū habuiſſet magiſtrū: nec iniuria. cū eñ ab ijs, qui uidebant̃ eſſe iniurijs affecti, ſeruandus foret, meritò ad honorē diuinū confugiebat. Itaq; per hæc uerba ſeruat̃. Iam, ut pauſo altius repetā, Telemachū fecit initio peregrinātē, ut de patre inqreret, & ut Pylū appulit, Neſtorē allocuturus, trepidantē ac dubitantē, qd ei diceret, cū ſe non tantū nō artem aliquā noſſe dicēdi, ſed nec, quod ait Plato, experientiā habere etiā tum ullā ſciret. Iſtud enim ipſum in uerſum integrū conclusit, *Necdū equidē ſum ſermones expertus acutos.* Odyſſ. γ initio.

At ille conſolatur eum, dicens: Nemo te ſophiſtarum decipiat, nec tibi ipſe diffidas. Vt enim & arte careas & experientia,

—ipſe quidem per te nonnulla uidebis,
Subijciet nonnulla Deus: nec enim ſine dijs te
Crediderim natumq; enutritumq; fuiſſe:

heic etiā quodam modo coniungens & ordine cōponens ipſum intelligentem & Deum ſuggerentem, ac rurſum naturam & educationem diuino tribuens fauori. Atq; hæc non Mentor ei nec [x] Alitherſes dicit, uerū dea ſapientiſſima, cuiq; prudentia & artes oēs feruntur acceptæ. Telemachus uerò tum primū dicens, copioſus redditur, & pro re uerborum habet ſatis (nam quę inter procos concionatus eſt, omitto) Minerua [y] * atq; ita ſcopum attingit, ut, quod eſt quidā ſuauiſſimum, Neſtor eo audito, ſic ipſum laudet:

x οὐδ' Ἀλιθέρσης pro ἢ Ἀλιθέρσης: de quo Odyſſ. β.

y deeſt Suggerente, uel tale quid.

Congrua nimirum ſunt dicta, nec arbitrer unquam
Imberbem iuuenem tam congrua poſſe referre:

cum tamen inter eos, qui inuentione ac iudicio uerborū ualerent plurimū, Neſtor ab eo tum in Iliade tum in Odyſſea recenſeatur. nihilo minus hunc laudat, idq; ſplendidè. Poſtquam autem ab eo ad alterū oratorem ac regem, Menelaum, uenit, Telemachus quidem illius uoce ſe tanquam dei delectari dicit, ille uerò idem de eo, quod Neſtor,

Telemachus) pro Piſiſtrato: μνημονευτὸν ἄμ. Odyſſ. δ.

ſentit,ac,quoniam & ipſe iam ſenex erat, ait:

Stirpe bona,fili,es prognatus,qualia faris.

quaſi diceret:quoniam ad dicendum natus es,ideo dicis optimè, atq; alijs ſimilibus places. quocirca quamuis nullam habeas dicēdi artē, mihi quidem,inquit,hoc ſufficit. Atq; ita Homerus quaſi de induſtria per totum poema,atq; omnes fide dignas perſonas teſtatur, nō artem in dicendo,ſed ingenij uim,ac diuinum fauorem ualere plurimū. Ipſe certè Telemachi pater,quem ſummū introduxit oratorē,cū Phæaci nōnihil ſuccenſeret,eumq; corrigeret, quàm liberè dicit,

Namq; alius forma non præſtat corporis æquè,

Sed ſpeciem dictis Deus [z] *ornat:* ſimul & dignitatem ac uim Rhetorices, quāta eſſet, demonſtrans, & eandem Deo,à quo profecta eſſent,tribuens,quaſi Platoni,non Euryalo reſponderet. Quin etiam Heſiodus eiuſdem uidetur,cuius Homerus, fuiſſe ſententiæ, ac ſolis uerbis differre, cum ait:

z στέφει pro στέφειν ex Hom. Odyß. θ initio.

Optimus ille quidem,ſibi qui cuncta inuenit ipſe:
Dignum laude uirum,qui paret recta loquenti,
Credimus:at uerò,ſibi qui nil inuenit ipſe, &
Alterius præcepta fugit,uir inutilis ille eſt.

Ac primū quidem poſuit eum,qui per ſe optima quæq; inueniret,poſtremū aūt inſcitia,qui nec intelligeret, nec pareret; mediū deniq;, uelut in numerorū terminis,qui pareret intelligēti; tāto inueniēte peiorē,quanto nec loquēti nec parēti præſtabat. Itaq; is quidē,*ſibi qui cuncta inuenit ipſe,* eſt is qui recta loquitur:uel ſic potius:qui recta loquitur, eſt is qui per ſe omnia intelligit. Nam cum hoc [a] præpoſuiſſet,

a σοφὸν pro σοφοῖς.

—ſibi qui cuncta inuenit ipſe,

id in altero uerſu in recta loquentem tranſtulit,cum eundem diceret, ac pro inueniēte recta loquentē poſuit, quaſi is eſſet orator optimus. Quæ cum ita ſint,is qui inuenit,eſt,ut facilè cuiuis apparet, is qui natura ualet,quem optimum poſuit,& recta loquentem etiam appellauit:qui autem paret,diſcipuli locū obtinet. nam quæ ab eo, qui optimè dicit,audiuit,ijs ab eo ſumptis utitur. Inuentionem igitur,ò Plato, diſciplina meliorem cenſet Heſiodus,& [b] artem poſteriorem natura; ac meritò quidē ita ſentiens atq; dicens,nec immemor lauri,q; ut acceperat,mox è paſtore poeta fuerat redditus. Nam & artes ipſas atq; opificia natura pręſtantes utiq; primū inuenerunt homines. nec enim artes naturas condiderunt, uerum naturæ præſtantiſſimæ optimas inuenerunt artes. Quo fit,ut & ordinis & facultatis ratione priores naturæ debeantur. Quodſi nec hominibus prorſus artium concedimus inuentionem,ſed his eas deos demonſtraſſe dicimus, ad præſtantem nimirum erant aliquem referendæ. Iam ſi hoc apud omnes erit manifeſtum,non deos ab hominibus,ſed homines à dijs artes accepiſſe, atq; illos præceptores, nos eſſe diſcipulos, tanto uidebitur

b τέχνην pro τέχνη. Lauri) de qua uide principiū Theogoniæ.

diſciplinæ præſtare inuentio, quanto melior eſt homine Deus. Vt enim illi inuenerunt omnia, ita nos inuentis utimur. Rectè igitur ac meritò, & ut eum, qui deorum afflatu hæc ipſe loquebatur, decebat, Heliconis accola eum quidem, *ſibi qui cuncta inuenit ipſe*, primum ac præſtantiſſimum, ceu deum ac dijs propinquum poſuit, auditorem uerò ac diſcentem, ſecundum. Nec enim, etiamſi uelit, hunc quiſquã poteſt optimum facere, cum à natura prohibeatur, quam ubiq; dicimus uincere. Etenim ſi diſciplina eſſet optima, non eſſet prima. nam ab alio diſcendum foret. itaq; non eſſet prior doctor, ſi diſciplina melior ac prima poneretur. Vnde enim is, [c] qui tuo quoq; teſtimonio Variam exornauit, quod ſequeretur, audiuiſſet, ſi diſcipulus inuentori præſtaret, nec eſſet neceſſariò ſecundus, ſi quid unquam diſcendum foret. Omnis enim diſcipulus eo utiq; ipſo, quod indiget diſciplina, deteriorem ſe profitetur. itaq; niſi ſibi primùm ipſe ſe indigere perſuadeat, quomodo uel diſcat, uel alteri docenti obtẽperet? Quocirca eſt abſurdum eum, qui ſemet ipſe deteriorem fateatur, atq; ob id ipſum laudetur, pręſtantiorem dicere. An uerò in donationib. nõ is qui accipit aliquid, [d] eo quod accipit, habebitur potior, ſed priores donanti deferent; in diſciplinis diſcipulus inuentore erit ac doctore melior? Atqui quibus in rebus is, qui eas accepit, optimus cenſetur, primus nimirum is, qui eas habuit initio, tam temporis quàm cauſæ ratione cẽſebitur. Vnum igitur etiam Bœoti & Heliconij poetæ teſtimoniũ adferã, quo Plato quoq; ipſe rebus in maximis utitur. Hic uerò non obſcurè, nec præter naturã ſuã & muſam, Stẽtorea uoce clamat, quaſi ſilentium indixiſſet: *Sapiens eſt, qui multa nouit natura. Diſcipuli uerò garrulitate uehementes inſtar coruorum fruſtra aduerſus diuinã Iouis auem clamant.* Coruorũ ait uoces eſſe, quas diſcipuli, qui q; ab alijs acceperę, proferunt, ſi cum aquila conferãtur, eo qui natura uincit, ac diuinitus eloquentiam eſt & ſapientiam conſecutus. Alibi uerò breuius quidem, non tamen minus apertè teſtatur: *Quicquid eſt à natura, optimum eſt: at multi homines diſciplinã cõparatis uirtutib. laudem conati ſunt aſſequi:* ordine utrunq; exprimens. Nam cum optima ferè in paucis, peiora in multis cernantur, optimo id quod peius erat, ſub nomine multorum oppoſuit, quaſi illud omnino paucorum eſſet, hoc in multos caderet. Et paulo ante; *Fortes aũt natura & ſapientes diuino exiſtunt fauore:* ſimile atq; idem propemodum dicens, quod in priorib. Nam ubi dixerat, *diſciplinã cõparatis uirtutibus*, adiecit, *homines:* ubi uerò naturam extollit, diuino ait fauore uiros fortes & ſapientes exiſtere: nec iniuria. Etenim ſi in ipſis orationibus eos, qui aliorũ dicta furati pro ſuis recitant, nemo tam inſanus eſt ut ijs præſtare putet, qui apud ſe abundant, & in dicendo ſunt facũdi; quin potius eum cenſet optimũ, qui plerunq;, quibus eſt opus, queat ſuppeditare: ridiculum certè & abſurdũ foret eum, qui ab alijs, quid eſſet dicendũ, audiuiſſet ac didi-

c ὃ καὶ σὺ pro ὃ καὶ σύ.

Variam) porticũ Athenis hoc nomine.

d αὐτῷ τῷ λαβεῖν pro τῷ.

Olymp. 2.

Olymp. 9. poſtrema.

ciſſet, natura ſuperiori unquam præferre. Quin nec hoc omni caret teſtimonio: *In currib. aūt fortuna, non robur, uincit:* ſi robur pro humana fortuna, fortunā pro diuino fauore ſumſeris. Iam ſi poetæ arte nō adhibita, ut uult Plato, uerū diuinitus afflati, poſteros inſtituunt, nō ſuos duntaxat; eaq; inſtitutione profitentur, artem cum naturæ ui & deorum fauore collatam, nullius eſſe mom̄eti: tam re quā uerbis teſtatur per poetas Plato, atq; adeo per utroſq;, tum Platonē tum poetas, etiam dij, pulcrum quiddam & diuinum eſſe Rhetoricā, ſiquidem non arte ab hominib. acquiritur, ſed naturæ uirilis & uincere conantis eſt donum. Quinimo etiamſi nec poetarum quiſquam tale quid dixiſſet, nec ipſe Plato uel per ſe uel per poetas teſtimoniū nobis daret, ut manifeſtè eum facere apparet; ſi quis tamen rem ipſam penitus introſpiciat, is facilè calumniam, non demōſtrationem nec fidem in eius maledictis contineri cognouerit. Etenim quis neſcit, etiā in corporibus nec pulcritudinem, nec magnitudinem, nec gratiam artis opus eſſe, neq; labore aliquo uel ſermone comparari poſſe. quin unctio quidem & cura horum ad artem uidetur pertinere, integram uerò conſtitutionem nulla poſſit ars conſequi. Quocirca miniſtræ locum ars, dominæ natura obtinebit; niſi ſi calones etiam ante milites collocabimus. at hoc indignum. Abſurdum enim eſt, cum parentes honoremus, & ſenioribus aſſurgamus, naturam, quæ tāto prior eſt, parui momenti præ arte ducere, quaſi quis calceos pedib. ueſtem corpori præferret. Et opes quidē, ut uidetur, ijs qui eas acquirunt & poſſident, minoris ducimus; artem uerò natura, quæ illam inuenit, [c] cuiuſq; illa eſt opus, meliorem dicemus. Alienum etenim à ratione foret ipſo exemplo, ſi in opibus quidem ac diuitijs meliorē cenſeremus negociatorem, qui eas ipſe comparaſſet & collegiſſet, herede quouis; in litteris autem & rebus non eum, qui natura præſtaret, ſed qui ab alio quid accepiſſet, præferremus, ne hoc quidem animaduertentes, non modò naturas initio artes conſtituiſſe, ſed & in ipſis artibus eos, qui natura ualerent, excelluiſſe. Nam artis quidem cauſa ſimiles oportebat omnes eſſe, qui eadem didiciſſent, atq; etiam poſteriores prioribus ſemper deteriores, donec ad artis diſſolutionem eſſet uentū (nec enim poterat quis ab alio accuratè percipere omnia, quin aliquid ſemper effugeret) naturæ autem ui & excellentia gloriam ſibi uiri præclariſſimi pepererunt: nec quiſquā uel Dædalum uel ſuperiores præ Phidia miratur, uerùm contrà artes ex paruis & uilibus initijs maiores ac perfectiores ſunt redditæ. Quocirca nec ipſis prodeſſe uidetur artibus, ut naturæ ars præferatur. nec enim progredi, neq; eam, quā nunc habēt, dignitatem potuiſſent conſequi. Atq; ut exiſtimo, non artes uiros extulerunt, ſed qui uiribus pollebant, claras reddiderunt artes, cū in ijs, quę acceperant, non permanſiſſent. quod ſi eſt omnib. manifeſtum, licet nunc primū dictum ſit; maximi artifices non quatenus

In Phædro.

c καὶ ἧς pro ἧς O.

nus artes cognouerant, maximi extitere, ſed quatenus eas ſuperarunt. Vnde fit, ut & condiſcipulorū nonnulli deteriores, quidam etiā meliores euaſerint, ut Phidias, Zeuxis, Hippocrates, Demoſthenes, ac ſi quem quis admiratur alium. Nec enim quaſi certos obſeruarunt terminos, neq; ſuā ipſorū facultatem contēferunt, nec artē ſibi imperare ſunt profeſſi, uerū inſpecta uerborū alij, alij rerum natura, pueros præ ſe maiores ſuos fecerunt uideri, idq; neceſſariò & natura, quandoquidē & in rebus & in uerbis, dijsq; & hominib, natura cernitur, nō ars, atq; ita ſe res habent, ut earū eſt natura, nō ut ars. Quin etiam ars naturæ, non natura artis eſt opus; atq; adeò inuentū & poſſeſſionem eſſe naturæ artē dixerim. quod qui nō admittet, is primos artium inuētores pro nihilo ducet, & laudatis artibus, earum patres contumelia afficiet. quid ita? quia nec ars æraria ærariam inuenit, nec Medicinā Medicina, nec, ut ſemel dicā, ars ulla artem inuenit, ſed artes omnes, ut dixi, naturæ ſunt inuentum. Etenim ſi artes eſſent artes productura, nullum extaret principium. cum em̄ nondum eſſent artes, reperiri non potuerant, quandoquidem quæ non erat, inuenire nihil poterat. Quod ſi naturę [f]opus arte uilius eſt, oēs profectò primi artium inuentores fuerunt uiliſſimi, quoniam naturæ opera primū artes protulerunt. Quāobrem tum inuentorū tum ſequentiū ratione uictoriā reportat natura. Iam ſi quis differentiā ducis a milite, atq; omnino principis ab homine priuato conſideret, id manifeſtò cōperiet, principis eſſe imperare, alterius quę audierit, facere. Ita fit, ut inuētor imperet, auditor uerò diſcat. Nam qui quid faciendū ſit, non inuenerit, quomodo alteri, quod faciat, imperabit? ſi em̄ ab alio prius auditā fieri imperet, parebit citius, q̄ imperabit. id autē, donec princeps fuerit, facere nequaq̄ poteſt. erat enim principis imperare, nō parere, nō magis q̄ præceptoris eſt diſcipulis parere. Hac igit' quoq; ratione apparet, naturam quidem principis, artem uerò diſciplina conſtantem miniſtri ac meliori parentis obtinere locum. Sed illud quoq; ſuprà dictum fuerat, deos inueniſſe ac demonſtraſſe omnia, homines autē à dijs acceptis uti, alios habentes aliarum rerum interpretes. Quę nam igitur oratio magis propoſito conueniat, aut cui credatur iuſtius, q̄ qua deos omnia tum inueniſſe, tum etiamnū imperare ponimus; rurſus autem principatui cōuenire inuentionem & imperiū dicimus, ut auditionem ac diſciplinam deteriori. Nam nec, poſtq; dij inuenerūt oīa, turpe ſit inuentionē principib. tribuere, [g] ſiquidem omniū rerū principes ſunt dij; neq; cum ad principatū pertineat imperiū, turpe inuentionē ad deos referre, ſiquidē & inuētoris eſt imperare, & inueniunt ſemper ij, qui ſunt meliores. Iam dn̄s à ſeruo qua re differt, obſecro? non ne domini imperare, ſerui eſſe obedire, quiuis dixerit? itaq; alter per ſe, quid faciendum ſit, nouit, alter audiendo diſcit. Iam quid ait uirginum laudator & conſiliarius, Laconicus poeta?

f [illegible] pro [illegible]

g [illegible] pro [illegible]

Poeta) Alcman.

h [illegible] pro [illegible].

Multa uir utiliter dicet, mulierq; h probabit.

Vir, inquit, multa dicat, mulier autem ea, quæ audiuerit, approbet. Non fit ergo manifeſtum, eum qui ipſe inuenerit & præſciuerit, multa eſſe dicturum; quam autem decet parere, dicta eſſe comprobaturā? Nec enim à muliere dum audiat expectās, tum demum ei, quod faciendum ſit, imperabit, nec, quod iuſſit Heſiodus,

Lib. ſecundo.

Ut mores docens rectos,——

eius uerba ſubſequetur: quin ſi quidem docebit, imperabit: ſi imperabit, ad ſuam naturam proximè mulierem conformabit, ut peiorem melior. Itaq; quanto Deus homine, princeps priuato, ſeruo dominus, uir muliere præſtantior eſt & perfectior, tanto melior eſt & plenior arte natura, niſi cuncta ſurſum deorſum inuerti placet. Idem præterea ex contrarijs quoq; ſermonibus perſpici poteſt. Etenim ſi omnes artifices probos eſſe diceret; aut omnem omnino artem bonam; id inſtar argumēti eſſe uideretur. Nunc uerò multis etiam probro ars eſt, ut nemo ignorat. Quis enim coriarios, i fullones, uel ſutores ab arte prædicauerit? Atqui *non ſermo meus eſt*, inquit Plato, ad Euripidis uerſum alludens. Imò uerò ueſter eſt, Plato, tuæq; officinæ, & artes has ſordidas, & earum artifices eſſe ſeruiles. Abſurda igitur & aperta eſt calūnia, cum eos, qui artes illas, quas dixi, aliasq; plures norint, ad nullam rem honeſtam cenſeas artis gratia adhibendos; ſi quis arte carens aliquid moliatur, eum hac de cauſa uituperare tanq; re admodum præclara priuatum: eoſdemq; uos pariter & nullam habere artis rationem, atq; etiam pleriſq; eam exprobrare, & eandem ut prorſus bonam prędicare, ac quicquid ſine ea fiat, ſugillare. Atqui iuſte Rhetorica dixerit; alterutrum elige; & uel manuarios quoq; artifices inter bonos uiros refer, uel oratores, ſi carent arte dicendi, ne uitupera. Vtrum & Rhetorica, qui pro ipſa dicat, habet, an hæc ſunt paria paribus relata? Non, opinor, dixerit Idomeneus Homericus.

i γναφεῖς pro κναφεῖς.

Initio Sympoſij.

Verſum) ex Menalippa. In Amatoribus.

Atq; ea quidem, quæ pro Rhetorica, etiamſi artem non eſſe eam poſuerimus, dici poſſent, multis omiſſis, hæc ferè ſunt ac talia. His autem ita demonſtratis, exiſtimabit forſitan aliquis peiorem nos deinceps partem ſectari, ſi etiam artem eſſe uoluerimus docere. Ego uerò nec de ſupra dictis quicq; muto, nec Platoni concedo, nihil habere artis Rhetoricam; ſed quantum in ea artis eſt, ut ipſius utar Platonis uerbis, tantundem perſequar. Quod autem in ſuperioribus, idem & heic faciam, ut ipſius Platonis uerba ſubſequens, arte eam conſtare oſtendam. Sed quid aliud quis excipiet? an enim alicubi in calūnijs ſuis, eā coniecturis uti, & prout coniecerit, ſermones producere. An uerò contraria non ſunt, ſi & conijcere eam dixeris, & eadem de cauſa ratione carere? omnes enim qui coniecturis utuntur, ratione utiq; utentes, conijciunt: nec enim ſine ratione quiſq; poteſt conijcere, cū ratio potius cōiecturā efficiat. Itaq; q ad ea, quæ lōgè certiunt, collimāt, exēpli gratia,

In Phædro.

[illegible]

Collimant) στοχάζονται Græcis & Conijcere ualet, & Collimare. itaq; duo hæc eidē Græco uocabulo huic reſpondent.

gratia, eademq; attingunt, ŋ natura duce, ni fallor collimant, & hac utuntur ratione, ac uelut ſcopo. Quamobrem qui aberrant, ŋ prorſus non collimant, uerùm omnino contrà faciunt. nam collimare eſt rē attingere. Itaq;[k] non qui collimat, aberrat, ſed qui aberrauit, non collimauit: & merito; ſiquidem nemo, dum ratiōe utitur, errat, uerùm ſimulatq; rationem omiſit, errat. hanc enim habet uim ratio, ut non erret. idq; ita uerum eſt, ut prudentiſſimi & maximè rationis compotes optimè coniĳciant. Quocirca ſi cōiecturis utitur Rhetorica, maximā habet cum ratione ſocietatem. Et hoc quidem ex ipſius uerbis ita cōcluditur. miror autem eum non cognouiſſe nec conieciſſe, ſe, etiamſi contraria non componeret, nec ad demonſtrandum artem non eſſe eo uteretur argumento, quod eam magis artem eſſe demonſtret, hoc etiam uno nobis anſam eſſe porrecturum, ſi coniecturam Rhetoricæ tribueret. Age enim, obſecro, ſi quis ex ipſo ſic ipſius more quæreret; Artem uerò iaculandi, Plato, noſti aliquam, aut uocas? nam ciuilem quidem ſcientiam totam excuſſiſti, eiusq; partes accuratè reperiſti: Noui uerò, diceret, & uoco. Quænam igitur eſt ea, quid ue docet? Sagittis emittendis ſcopum attingere. Rectè. itaq; quando collimat, tū attingit. Quid ni? Num igitur, quia collimat, ars non eſt, an etiā collimandi eſt ars aliqua? Equidem exiſtimo. Sit ita. quid autem ars gubernandi? nam & hæc mihi idem, quod ars iaculandi, facere uidetur, prout ratione utitur. Etenim collimat, quanquam non ut ſagittis attingat, uerùm ut ex mari ſeruet. Quæcunq; enim in pueritia ſunt gubernatori diſcenda, ea nouit & audiuit. non tamen ŋs in uniuerſum nauem ſeruat, ſed quibus negocium præſens diligenter curat. id autē, niſi collimet, facere nequit. Nam ſiue eos conſideres, qui in Æginā nauigant, ŋ Æginā ſpectant, itaq; ad id, quod ſpectāt, collimant, ſiue qui in Pontum, Ægyptum, & ne tibi quidem ignotam Siciliam; eos paſſim collimare comperies. Primùm enim id oportet, ubi nam ſit ſcopus, conĳcere, & quod ab oculis tunc eſt[l] remotum, ratiocinatione complecti: deinde, poſtq̄ is apparuerit, iterū ad id, quod in cōſpectu eſt, collimare. ponamus em̄ Vlyſſem collimare, poſtq; à Calypſone audiuit, nauigandū ſibi eſſe Vrſam ſiniſtroſum remouēti.[m] Nō igitur ſingula loca, per quæ nauis trāſit, eū iam oportet complecti; nā & maria multa tranſire, & ad portus multos poſſis appellere, ut Vrſam ad ſiniſtram habeas, quemadmodū & ad dextram, ut Pharum aſſequaris;[n] ſed per partes collimare. Cur em̄ eodē die nūc adducūt, nūc emittunt gubernacula? num ad id, quod uident, collimantes, an quod uiſuri ſunt? Cur autē ab ŋs, qui occurrunt, qua in maris parte, aut ad quam ſint terram, ſæpius quærūt? nō ŋ quid ē, qui perfecti ſunt, inquies. At quis hominum perfectus eſt? nullus certè artifex hac ratione perfectus erit. Qđ ſi ita eſt, qđ mirū, ſi nec orator quiſq; reperit perfectus. Quinimo ſi artificioſa gubernatio etiā in eo, q gubernator

[k] deeſt ἐκ poſt ἐκεῖνο.

[l] ἀφίξω τῶν ὀφθαλμῶν pro πόρρω. Odyſſ. ε.

[m] ἔχων pro ἔχειν.

[n] ἵνα περαιωθῇ διὰ βιβλίου additur.

uocetur, locum non habeat, cur non ſit ars etiam Rhetorica, quamuis in oratoribus, qui uocantur, locum non habeat? Sin de ijs quoq; loqueris gubernatoribus, qui ex ſe inuicem aliquid quærunt, nō de Neptuno quidem, °Nereidibus, aut Dioſcuris; atq; ijs tamē gubernatoribus eſſe concedis, ut hominib. homo, & artem habere gubernandi: ij collimant omnes. Nam & antequam ſoluant, mox de uentis cōiecturas faciunt ſedentes, quandoquidē nihil à Ioue in Ida uel Gargaro audiuerūt; uerū ab initio ad finē uſq; de portubus cōijciunt, nū ſint eos [p] uiſuri. Ita fit, ut partis ſimulacrum tibi umbræ ſomnium eſſe, quod ad reprehenſionem attinet, iuxta Pindarum deprehēdatur. Iam quæ iuſtitiæ altera ex parte reſpondet Medicina, atq; alterum eſt corporis bonū, & Gymnaſtice, ſi uoles, non'ne de natura corporum conijciunt? ſanè uelis nolis. An uerò mox initio præſciſcit gymnaſtes, quali ſit quiſq; noſtrum corpore, nec id experientia diſcit. Quid? cū exercitium inſtituit, num inſtar Apollinis Delphici, quid futurum ſit, nouit, & uirum aliquem à rebus ullis liberum uel omnino uel ad tempus præſtiturum ſe pollicetur? Quocirca ſi non conijciet, inſaniet; aut ſi ſapiet, ipſe ſe ad optimum quodq; collimare profitebitur, nec tale quicquam promittet. Medicus uerò, qui experientia quidem ualet, pharmaciſq; ac diætis iam utitur, naturam autem & temperamentum ſingulorum ignorat, nou'ne coniectura utens ægroto ſingula propinabit, ſequens id, quod eſt ueriſimile? equidem exiſtimo. An uerò poſſit illorum quiſquam præciſè dicere, ſi quis rebus utatur quibuſdam, eum ab omni periculo ac moleſtia liberum fore? non quidem tam longè ab Epidaurio deo ſuperarētur, dixeris, ac me quidem lubente. Quinimo ex multis & cōmunibus de ſingulis, ni fallor, conijciunt. ſin etiam priuatim aliquid ſunt aſſecuti, per experientiam conijciunt, id quod cuiq; profuturum eſt, deligentes. Atq; hæc quidem, Plato, adamantinis tuis demonſtrantur neceſſitatibus. Nec enim eadem omnibus corporib. tam in morbo q̃ in bona ualetudine cōueniunt: nec magis etiam in quouis morbo bonaq; ualetudine eadem ab ijſdem accipies medicis. Difficulter autem ſingulorum dignoſcuntur naturæ. Nam quemadmodū ſinguli inter ſe homines forma differūt, ita & natura corporis in ſingulis eſt p totū genus diuerſa. At iubeta rs, quicunq; occurrat, eum curare, quãuis ab extrema terra recēs ueniat. Quid ergo præter coniecturam reſtat? Etenim ſi nec omnes cognoſcet, atq; omnes curabit, & id ſciet ſaltem, nō omnia omnibus conuenire; id quod dico, relinquitur. aut ſi tu contrarium oſtenderis, non tantum æneus Olympiæ ſtato, ſed & cum ornatu ſolenni magnis Panathenæis circumito. Sed picturam quoq; conſideremus; quam utrum dicas artem eſſe, non quæram, quandoquidem eam in iſtis Gorgianis ſermonibus ita uocas. Num igitur hæc aliud quid in uniuerſum complectitur, q̃ ut ad ea, quæ adſunt, quęq; debeat

° νηρηΐδων pro ἡρωΐδων.

p εἰδωληθήσονται pro ὀφθήσονται. Simulacrũ) Rhetorica.

Pythia δ poſtrema.

debeat imitari, collimet: aut ſi non hoc, quid aliud? Hæc ſanè etiam rei nomen dedit, poſtq̃ per pictorum imagines factum eſt, ut de alijs quoqꝫ rebus diceretur imaginatio. Sin prius arte fuit nomen, rectius etiam comprobatur, ſolius eſſe artem imaginationis, ſiquidem eius eſt opus imago. Nec tamẽ, ut exiſtimo, ſine ratione imaginatur (alioqui nõ imaginaret omnino, niſi faceret per aliud) ſed ad naturã ſe refert. Quodſi de hoc quoq; libet contendere, concedetur quidem, ſed hactenus, ut colorum miſtionem collimantis eſſe artis, nec eius modò, ſed & naturæ peritæ, permaneat. Hæc duntaxat ſi oſtenderis, derideas Rhetoricam, licet. Atqui hoc eſt in tota arte pulcerrimum & perfectiſſimum, quodqꝫ picturam à plaſtice ſeparat, coloris miſtura. hæc enim imaginem proximè ad ueritatem perducit. Itaqꝫ quod habet ars maximum, id ei; niſi relinquas imaginationem, auferes. Quid autem opus eſt de alijs inquirere artibus, quæcunqꝫ coniectura utuntur. Ipſa etenim diuinatio nihil aliud eſt propemodum, quàm imaginatio. & quanquam pleriqꝫ uatem ab homine priuato ſic ferè diſtinguerent, ut imaginationem omnibus, ſcientiam uatibus tribuerent; ego tamen uati ſcientiam ipſius imaginationis tribuo, nec præterea quicquam. huius autẽ rei teſtem laudabo Platonem, qui niſi teſtetur, nemo mihi deinceps credat. Atqꝫ eſt hoc ſuauiſſimum, quod non in alijs dialogis, ſed in ijſdem, quibus modò ad alia demõſtranda ſumus uſi, palam hæc continentur: *Nam & artem eam, qua ſani homines de rebus futuris per aues atq; alia ſigna inquirunt, quãdoquidem mentis opera humanæ opinioni ſuppeditatur,* μανικὴν, *ſeu diuinationem, quæ mentis opinione fiat, appellarunt: quam nũc iuniores* μαντικὴν, *litteram* τ *magni facientes, dixerũt.* Itaqꝫ cum augurium imaginantibus tribuis, ne diuinatio quidem, cum augurium ſit huius pars, imaginatione carebit. Iam cum illud, *& per alia ſigna,* ipſe addis, omnem imaginationi diuinationem tribuis; ac rectè, mea quidem ſententia. Nec enim eodem modo deos arbitror, atqꝫ homines, futura ſcire. Illi enim quid facturi ſint, norunt, & res omnes quaſi ante oculos habent. quapropter

Vates deorum eſt Iuppiter ueriſſimus.

id quod eadem de cauſa fieri, teſtatur idem poeta. conſequentia enim & fines in eius ſunt poteſtate. hi uerò tanquam in tenebris ex ſono uel uiſo aliquo de rebus iudicant, nec quicquam poſſunt perpetuum prędicere. Etenim niſi quæſtionem propoſueris, nihil de ſignis, quæ uidit, poterit iudicare. Quin cum de futuris debeat dicere, ne hoc quidem, cuius rei gratia ad ipſum uenias, niſi audiuerit, nouit. nec enim res in conſpectu habet, ſed argumenta cum ſignis coniungens, ſecundum rationem imaginatur. Quid quod non hac ſolum ratione cõiectura de futuris deprehendit eſſe diuinatio, q̃d & poeta olim dixit quidam; ſed & quòd etiamſi ad quæſtionem reſpõderit, ea quæ cum re coniũcta ſunt, imaginatur. Victoria in bello; ſed quo euentu,

Poeta) Euripides, cuius hic eſt uerſus: μάντις δ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς: *id eſt, interprete Cic. Qui bene conijciet, uatem hunc perhibebo optimum.*

aut quali prœlio, ignorat, niſi imaginetur. Iterum ciuium uel aliorũ inſidias; ſed modum non poteſt explicare, niſi tanquam ſomnia conijciat. Ægyptiorum uerò ſcientiam quis neſcit, qui eam norit, quæcunq; uel promittat uel minetur, ea modis, locis, ac menſuris definire non poſſe. itaq; uel diuitias, uel paupertatem, uel dolorem, uel gaudium, uel mortem, uel facta, uel ſimilia prædicit, ſingula uerò per ſe non complectitur, ſed alia ex magnitudine rerum apparentium, alia ex moribus ſingulorum, ex ſimilibus quædam imaginatur, nonnulla quoq; ex diſſimillimis. mentem autem ubiq; adhibet, quòd hæc ſola uideatur imaginari, quanquam non in uniuerſum. Quamobrem ſi nihil hæc aliud in omnibus, quã imaginatur, cur Rhetoricam conijcere miraris? Eodem enim modo, atq; diuinatio uidetur ſe habere, niſi quòd cum diuinatio poſt coniecturam deſinat, Rhetorica non tantum conijcit, ſed & ea, quæ optima cenſuerit, per miniſtros perficit. Itaq; diuinationis occupat locum, & artis militaris, quã quidem ad ciuilem ſcientiam pertinere non negabit Plato. Quo igitur modo ciuilis ſcientiæ partis erat ſimulacrum Rhetorica, ſi non iſto? at ita ſimulacrum non erit. Duces uerò ipſi quid nam agunt, uir bone. nihil aliud, arbitror, qui quidem optimi ſint ac prudẽtiſſimi, niſi quòd hoſtium conſilia, ſuorum ingenia, locaq;, & occaſiones conijciunt. nũ ergo nullius ſunt uſus? non exiſtimo. Quòd ſi per tot artes, quas recenſui (nam plures omitto) coniectura principatũ obtinet, atq; omnia perficit, cur eam Rhetoricæ obijcimus, aut cur ex eo, quod unum eſt omnibus artibus commune, artem non eſſe Rhetoricam probare nitimur? Nam qui talia proferunt, ij ſignis ijs, quibus eam agnoſcere debebamus & excipere, eam corrũpunt. Quapropter non quia cõijcit, arte caret; uerùm ſi propter aliam rem nullam, propter coniecturam ſaltem, ſi eam uerè dixit Plato coniecturis uti, arte conſtat. Atq; ut alia taceam, non'ne precioſam illam ſiue ſcientiam ſiue ſapientiam de maximis rebus imaginari ipſe confiteris, cum nihil affirmare te poſſe ais, & exactam cognitionem Deo tribuis, ac rectè quidem diſputans. Verum dic mihi, num ego Iouem Solenſi ſophiſtæ nihil præſtare debeam credere. Conſidera uerò, num res omnes humanæ in imaginatione uerſentur, ſcientia in Iouis unius limine ſecundum Homerum conſiſtat. Iam quod ait, oratores ea quæ populo placeant, ſuadere, atq; id ſolum ſpectare; id omnino ſophiſticum eſſe, ſi nõ puer, uir certè prudẽs oſtenderit. Nam mihi quidem cõtrà uidetur nec Rhetorica quicquam habere magis proprium, quàm ut ea, quæ populo uideantur, non ſtatim fieri permittat, nec oratores quicquam potius quã optima quæq; ſpectare; nec uel ipſe populus diffiteri, quin in rebus conſiderandis, ac toto uitæ habitu & conditione præſtent ipſi oratores; idq; ex honoribus, quos eis tribuit, manifeſtum fieri. Si enim uerum eſſet, quod obijcit Plato, nec populum ducerent oratores,

In Timæo.

Iliad. ω, δοιοὶ γάρ τε πίθοι, &c.

res, ſed ab eo regerent, quem nam primùm honorem ab eo conſequerentur, aut ubi prærogatiuam haberent aliquam? nemo etenim miniſtros tanquam ſe meliores admiratur, nec eius, ante quem de rebus deliberauit, ſententiam ſequitur. Deinde quis uel præco uel legatus oratorem unquam deſideraret, ſi id oratorum eſſe proprium, ut populo placita ſuaderent, conſtaret. Nam quæ ciuitas mittens eum, qui nullius eſſet precij, uellet colere; uel quis legatus ueniens ad eum, populo ut perſuaderet, accederet, cuius eam ſciret eſſe profeſſionem, ut populi uoluntatem ſequeretur, atque eius uocem, ut pueri magiſtrorum, expectaret. Contrà profectò, atque in choris, accideret, ſi orator populi iudicium, non populus expectaret oratorem. Quis præterea uel publici uel priuati criminis reus oratorem defenſionis cauſa quæreret, ſi nihil ille aliud, quàm quod iudicibus uideretur, eſſet dicturus. Ita certè ij, qui in maximo uerſarentur diſcrimine (quales ſunt, quibus infeſti ſunt auditores, quique calumnijs ſunt prȩuenti) quique de maximis rebus diſceptarent, minimè omnium oratores curarent. Et ſi ea, quæ placerent auditoribus, oratores dicere ſtuderent & augere, domo ſecum perniciem mehercle afferret, ſi quis oratorem in tali cauſa adhiberet, tanquam ſi quis carnificem ſecum adduceret. Num igitur hæc ita ſe habet, & qui maximè mortem & iniquitatem metuunt, ij ſummopere oratores contemnunt? minimè uerò: nec unquam tam abſurdè loquetur Plato. Quin ad fores accedunt, obſecrant, aduoluuntur, omnium remedium eſſe malorum exiſtimantes Rhetoricam, mortis, exilij, metus ipſius, iræ iudicum, populi contentionis, ceterorum. cur, obſecro? niſi quia non ad iudicum uoluntatem ſciunt eos orationem ſuam inſtituere (alioqui nec hoc ipſis liceret, ſi eo ſpectarent) uerùm procul rem conſiderare, & pro eius ratione orationem inſtituere, atque ad eius naturam, non auditorum ſpectare, aut ſi etiam auditorum, non tamen ut eorum cupiditati obſequantur, aut quantum audire uelint, dicant, ſed ut poſtquam quæ dicenda fuerunt, dixerint, perſuadere poſſint: quemadmodum & medicos uidemus corporum ſpectare naturas, non quidem ut hominum cupiditatib. ſubſeruiant, ſed ut optima quæque non temere, uerùm ut ea facillimè poſſit ægrotus accipere, propinent. Hactenus equidem & oratorem ad auditores ſpectare facilè concesserim, nec ut populo ſeruiat, aut gratiam ineat, naturas hominum obſeruare, ſed ut, quod inquit Demoſthenes, optima quæque rectè dicat. *Ego uerò*, inquit, *non de eo, quod in hac re dicendum ſit, dubito, ſed quomodo id uobis dicam.* Olynth. 3. ſub initium. ¶ Deinde liberius loquitur, idque ualde, ut mihi uidetur, magnificè: *Intellexi enim ex ijs, quæ partim præſens, partim de alijs audiui, multa uos effugiſſe non tam quòd, quid eſſet faciendum, neſciretis, quàm quòd id facere nolletis.* q. ἅτα pro ἅπα. Si hoc eſt coniecturis uti, & naturas obſeruare, non fugimus crimen, Plato, dicent omnes oratores, ſin eos populo dicis cedere, & parere, non imperare, famu-

Iam pro domina ſumis, & cum plebicolas uituperes, putas tibi rem eſſe cum oratoribus. Verùm nec plebicolæ magni ſe faciunt, quòd ciuitati ſeruiant, & oratores hac ipſa de cauſa ſibi placent, quòd non quæ populo, ſed quæ ſibi uideantur optima, dicant. Quodſi multitudinis obtemperarent libidini, & pro iudicum arbitrio concionarentur, ne liberè quidem loqui poſſent unquam, nedum alijs ſe præferre. At norunt ſe non uoluptatib. ſeruire, ſed cupiditates moderari, nec uulgus ſpectare uel ei parere, ſed ab ipſo ſpectari, eiq; imperare: atq; inde nomen acceperunt, in libertatis ſignum, ut demagogi uocarentur, non quòd à populo ducuntur, ô qui ſurſum omnia ac deorſum inuertis, ſed quòd eum ducunt: quemadmodum & pædagogos, opinor, appellamus, nō qui pueris ſeruiāt, ſed qui eos ducant. Quicquid enim horum dixeris, Princeps, Præfectus, Præceptor; id oratori cōueniet, atq; eius erit nomen. Nam quòd pueris præceptores, id populo præſtant oratores. Monſtrāt, quid faciendum ſit: ſententijs ac decretis inſtituunt. Atq; hæc ita ſunt à natura conſtituta. non accommodat ſe coryphæus ad ſaltatorum uoluntatē, ſed ſi quid alicubi gratificatur, illud etiam, ne quid abſonum canat, obſeruat. uerùm non ſuppeditant ei ſaltatores prooemia, nec pro illorum imperio cantum & numeros inſtituit, neq; quid eos docere debeat, ab ipſis diſcit, non magis ꝗ̃ à nautis gubernator, quid faciat, docetur. Immo audiūt præcepta nautæ, loquitur autem gubernator, nō ſi quid nautis uideatur, ſed ut ipſe dominus uniuerſorū exiſtens. Ita fit, ut ubiq; penes duces ſint omnia, & eorum uoluntati pareant omnes, partim lubentes, partim inuiti, ut pleriq;. Choro coryphæus imperat, nautis gubernator, dux militibus, orator populo. Et omnes quidem principes natura ſubiectis ſuis præſtant; ſi quis autem in poteſtate etiam gratificatur, & perſuadet, non cogit, atq; ultra officium ſuum etiam ſuorum cupiditatem ſpectat, hic eſt uerè politicus ille, quenq; Homerus patris inſtar mitem eſſe dixit. is autem cui hoc tribuitur, orator etiam, ni fallor, optimus fuit. Ne igitur oratores per conuicium gratificari dicas, ſed benè dicendo gratiam quoq; captare; atq; ita meritam laudem Rhetoricæ tribues, eamq; ſimilib. remunerabis officijs. Sin eos gratificari duntaxat, & aliorum libidini ſeruire dicis, quis credet? nam ego quidem ex re ipſa aliud comperio. Si enim nec populo, nec priuatis hominibus, nec uulgo, nec peregrinis tantę eſſent admirationi futuri, neq; ipſi tantopere, ut nunc, gloriaturi; &, ut ſummatim dicā, ſi nec gloria, nec rerum adminiſtratione, neq; potentia, neq; eloquētia pollere poſſent: cur illud crimen, ex quo iſta conſequerentur, contra eos recipiamus? Quinimo talia quoq;, quæ omnino fieri nō poſſunt, nobis obijcit. Etenim ſi ne Hippocentauris quidem, nō omnibus ſimul, ſed ſingulis, cum duplices eſſent natura, gratificari facilè quis dicendo poſſet; quomodo populi uolūtates cognoſcere ac ſemper

Odyſſ. β initio. Is) Vlyſſes.

Poſſent) ſi populo ſeruirēt, ſub.

per

per obſeruare queat? Nec enim unus eſt populus, neq; uoluntatis unius, nec erit, ut arbitror; ſed inſtar fluctuum, alius aliò fertur, in omnibus diſpares, ætatib. ſtudijs, naturis, fortunis, cupiditatibus; diuerſæ ſinguli ſententiæ, ſi quidem eſt ea dicenda ſententia, quæ lõgiſſimè eſt à ueritate remota. Alij præterea nunc, alij pòſt adſunt, quemadmodum folia uidentur eadem eſſe & arborum earundem, cum ſint à prioribus diuerſa. Qualibus ergo cupiditatibus ſeruiet orator, aut quorum placita ſequetur in dicendo, uel gratiam captabit, qui ſic affecti ſint, ut uix ipſi, quid uelint, ſcire poſſint. Quin tantum abeſt, ut idem omnes ſentiant, ut eorum nemo de ijſdem rebus idem ſemper apud ſe, ut ita dicam, ſentiat, quin oratore tanquam duce ſemper indigeant. Quos ergo ſpectabit, inquam (iterum enim idem dicam) aut quo modo cupiditatibus aliorum obſequetur? Poſt quam enim multis ſeruiendum eſt, ij autem non conſentiunt inter ſe, nec omnibus eadem ratione gratificari quiſquam poſſit; quomodo poterit eorum libidini orator ſeruire? ſimul enim & his gratificabitur, & illos offendet. itaq; non tam iucunda q̃ moleſta erit ipſius oratio. Cur ergo miniſtros eos uocas, qui non ſint huius nominis capaces. Iam Platonem ipſum confiteri, oratores populi uoluntatem non ſequi dicendo; id uerò uel puer, ſi animum attenderit, deprehendere fortaſſe poſſit, ne dicam conuincere. Illud enim concedit, perſuaſionis effectricem eſſe Rhetoricam. utrum autem fidem ea pariat, an ſcientiam, nunc non diſputo. perſuaſionem tamen ei tribuit. Itaq; ſi Rhetoricæ eſt perſuadere, nunquam ea, quæ populo uidentur, dicũt oratores. nam ſi ea dixerint, non perſuadent: ſiquidem nemo, quod per ſe nouit, id ab alio perſuadetur. quin hoc eſt inter ſuum conſiliũ & perſuaſionem diſcrimen. Quid quod, ſi id quoq; dicendum eſt, à ſeſe ipſi, non ab oratoribus perſuadentur ij, qui ea, quę ſibi uidentur, faciunt. Perſuadet autem nemo, niſi qui ſuam obtinuerit dicendo ſententiam. Quare ſi populi uoluntatem ſequuntur oratores, contrà fit, atq; dixit Plato. nam quæ dicunt[r] inuiti, ea ut dicant, perſuadentur. Quocirca[s] ſi Rhetorica perſuaſionis eſt effectrix, & perſuadere debẽt oratores; non adulantur, quandoquidem multitudini non ſeruiunt, ſed ei perſuadent. ſin oratores populi ſequuntur libidinem, non eſt effectrix perſuaſionis Rhetorica, quandoquidem eos à multitudine perſuaderi, non ipſos perſuadere docet. Proinde ubi ſit mendacium, conſidera. Etenim Plato nobis Platonem refutat, &, quod eſt maximum, non procul, uerùm in his ipſis ſermonibus. Quod autem nec ratione careat Rhetorica, nec talis ſit, quæ cõiecturis utatur, ut ita dicam, quæq; ſi arte conſtet, in lucro ſit ponendum, & inter alias artes, quas modò memorabam, ſit recẽſenda; ſed & plurimum rationis habeat, aut potius tota ratione conſtet, & maximum, primũ, ac perfectiſſimum ſit in rebus humanis, omniſq; uoti finis propemodum;

In Gorgiã.
Ea) perſuaſio.

r ὁ βουλόμενοι pro οἱ.
s εἰ μὲν pro ἢ.

nunc eſt demonſtrandum. Fiet autem facilè, ſi quis eius naturam, & quibus quantiſq; de cauſis primùm ſit inuenta, quidq; agat & efficiat ſemper, conſiderabit. Exiſtimo igitur omnes id, quicunq; poſſunt, aſſenſuros eſſe, non eadem natura homines eſſe natos, ſed è duabus partibus alteram uim inferre & aliena inuadere ſolere, quam prçſtantiorem quis dixerit, non quidem uirtute ſed uirib. alteram uerò uinci, & cum prohibere nequeat, inuitam concedere, quæ eſt imbecilliorum. Hac ergo de cauſa homines, uel dij hominum gratia tale quid inuenerunt, quod & uim cohiberet, & æquitatis omnibus ac iuſtitię quaſi pignus eſſet, idemq; tam uulgo prodeſſet, quàm ijs qui uim exercebant. Nam nec hi ſuarum erant iniuriarum mercedem euaſuri, quin imbecillioribus à ſe inuicem primùm paulatim interfectis, atque ita reliquis ſemper ſublatis, ſe mutuo deniq; inuaderent, quemadmodũ de Spartis legitur, niſi fortè hoc etiam indicat fabula. nam mihi quidem, ut id obiter dicam, hoc omnino uidetur indicare uelle. ac initium quidem ortus draconis dentibus tribuit, ipſos autem cum armis emerſiſſe tradit, Martem uerò Mercurij loco meſſuiſſe. Quare ne ipſis quidem fortioribus, ut aiebam, profutura tãdem erat ea, quæ primùm uidebatur felicitas; ſed qua re potiores erãt, aut potius eſſe ſibi uidebantur, hæc erat illis exitio futura. Quocirca ne res humanæ funditùs peſſum irent, cõmune quoddam toti generi fuit inueniendum remedium, quod omnibus eſſet utile, fortibus, imbecillibus, iuſtis; ita ut illi uel iniuſtè agere uetarentur, uel cum iniuria punirentur, hi uerò ſecurè uiuerent, poſtremi autem, quotquot ultro iuſtitiam colebant, mercedem decentem conſequerentur. Inuenta eſt igitur Rhetorica, prodiitq; iuſtitiæ cuſtodia, & humanæ uitæ copula; ne uel manibus, uel armis, uel occupatione, uel multitudine ac magnitudine, uel alia re aliqua inæquali res diſcernerentur potius, quàm ratio ſuum cuiq; tranquillè tribueret. Hæc igitur eſt origo Rhetoricæ & natura; hoc eius propoſitum, ut omnes homines conſeruet, & uim perſuaſione repellat. Talibus autem tantiſq; de cauſis inuenta cum eſſet, ſola uitalem nobis uitam effecit, cum & ædes priuatas & reſp. in concordiam redigeret, cum ut docere ac diſcere omnibus honeſtum eſſet, præſtaret, cum temeritatem ac tumultus fugere ubiq; & odiſſe prima docuiſſet. Iam legum quoque originem conquiramus, & ſi non eadem eſſe, quæ Rhetorices, comperiatur, quiuis hæc pro nugis habens, uincat. Atq; id quidem fatebuntur omnes, nullam ad rem aliam legibus opus fuiſſe, niſi ut nihil à nobis inuicem damni pateremur, nec mali & audaces probis potiores eſſent, uerùm ijs iure cederent. Hæc ſunt legum duo, ut ita dicam, capita, pœna iniquorum, & honor iuſtorum. Nec enim poteſt melius æquitas obſeruari, nec tutius hominum ſocietas contineri, quàm ſi ſuum cuiq; tribuatur.

hæc

hæc autem in Rhetoricæ natura conprehendi conſtat. Quibus etenim ſatis erat ſilentio rem alienam occupare, ijs non erat oratione opus, nec ut ipſi uincerent, qui aliunde poterant opem petere, nec ut alios audirent, cum id ipſum in decretis haberent, audire neminem. Qui autem aliter ius ſuum tueri non poterant, ijs opus erat oratione, quæ perſuaderet; quod quidem mox erat cum iuſtitia coniunctum. Nam qui ſibi uiribusq; ſuis confidit, is quod ſibi uidetur, qualecunq; tandem ſit, uult exequi: qui ea conſiderat & meditatur, quibus etiam alijs perſuadeat, is non dubitat ea, quæ captat, qualia ſint examinare. Quapropter eandem Rhetorica, quam ars legum ferendarum, eſt naturam ſortita, ſi quidem utranq; diligenter uelimus inſpicere; atq; adeo pars eſt Rhetoricæ ars legum, atq; in omnibus inferior. Primùm enim ipſis etiam legibus oratione erat opus ad perſuadendum. Etenim ſi leges ea de cauſa, ut ſuum cuiq; concederetur, erant ferendæ, id autem fortiſſimis quibuſq; placiturum non erat, omnino fuit orationem adhibere neceſſarium. Nam uim quidem non licebat ijs inferre, quibus erat ea naturalis, nec hæc erat legum origo, quæ contra uim ferri debebant. Itaq; per uim ferri non poterant, cum id primùm contra leges futurum fuerit. Quare perſuadendum fuit, ac maximè quidem ijs, qui reſiſtebant, ut mox meliores redderentur; aut ſaltem pleriſq;, & pro quibus leges ferebantur. Nam illi quidem naturæ ſuæ inſtinctum ſecuti, alios erant iniurijs affecturi; hi uerò Rhetoricæ ſuamq; ſecuti naturam, illis benefacturi, ſi quidem modeſtè ſe gerere uoluiſſent. Sin hoc illi non recipiebant, tum pleriſq;, & pro quibus leges ferebantur, perſuadendum fuit, eas ipſorum cauſa ferri. Oratione igitur & perſuaſione fuit opus. Et hanc quidem unam ob cauſam prior eſt legibus & potior neceſſariò Rhetorica. deinde quid aliud leges ipſas eſſe dicemus, obſecro, niſi orationes, hoc ab alijs ſeparatas diſcrimine, quod ſcriptæ ſunt. Quod ſi rectè memini, hoc etiam Socrati uideri prodidit Æſchines. ueruntamen abſq; Socratis teſtimonio, ſi quis rem ipſam conſideret, id animaduertet. Nam cum quid faciendum ſit uel non faciendum, uel in pace uel in bello, uel publicè uel priuatim, dicant quodammodo, & in ciuitatibus Remp. ſemper adminiſtrent; eadem utiq;, quæ in concionibus oratores, dicunt leges, niſi quòd à dicendo nunquam ceſſant, uerùm perpetuò concionantur, utpote ſcriptæ. Quocirca cum ad Rhetoricam, quæ habentur his de rebus orationes, pertineant, Rhetoricæ partem leges obtinebunt. Nam & ſcriptura quædam eſt orationum pars, cum earum aliæ pronuncientur ore, aliæ ſcribantur. Edicta uerò conſcribunt nimirum oratores. hæc autem cum ſint eiuſdem, atq; leges, naturæ, ſit, ut utraq; ad oratores pertineant, atq; ita leges in Rhetoricæ parte ponantur. Age ue-

rò, iudicialem quoque artem ſpectemus; quamobrem uidelicet ea opus fuerit, & quid nobis efficiat. An non hoc animaduertitur facillimè, eam legibus opem ferre. nam qui harum præcepta uiolant, eos conquirit atq; punit: quanquam nec hoc temerè facit, quin etiam heic leges ſequatur. ſiquidem pro illarum præcepto alios punit. Quânam ergo re ad hæc opus eſt arti iudiciali, aut unde ius diſcet, niſi à Rhetorica? Vt enim hæc aliquid probat, ita de probatis ipſa iudicat. Quapropter & heic Rhetorica ſpectat idem, quod iudicialis: hoc uerò ſuperat, quod utranq; ſola complectitur. Etenim cum uellet iudicialis arti legum ferendarum quaſi in prœlio opem ferre, idem ipſi, quod illi, contigit. Nam & illi Rhetorica primùm, ut per eam aditus legibus pateret, opus fuit, & iudicialis cum auxiliantis habitum ſumſiſſet, ipſa prius Rhetoricæ deſiderauit auxilium. Quoniam enim facultatem iuuandi requirebat, eam ſine Rhetorica conſequi non poterat. Quocirca tanto grauior eſt & honoratior iudiciali Rhetorica, quanto, ferè dixerim, iudex carnifice. Orator etenim [s] iniurias probat, & iudici tradit. hic ijs auditis, porro dat miniſtris: ac medius fit iudex inter oratorem & miniſtrum. Iam poſtquam finem habuit controuerſia, nihil iudiciali agendum reſtat, ſed quemadmodum ars legum ferendarum, poſtquam eas tulit, ceſſat, ita poſt iudicium datum iudex. at Rhetorica excipiens eos, qui per ignorātiam uel ingratum animum de iudicatis indignantur, ac tumultus uel ſeditiones excitant, continet & admonet, ac perſuadet, ut leges & iudicia non ægrè ferant; non quidem Pindari legem ſequens, ô qui contra Rhetoricæ naturam loqueris, nec hæc accinens: *Lex omnium regina, deorum & hominum,* [t] *agit æquum reddens id quod eſt uiolentiſſimum, potentiſſima manu. Ex Herculis factis coniecturam facio, quoandoquidem inemtas.* ais enim te reliquorum non meminiſſe, ac nec horum te fortaſſis oportebat, aut Rhetoricam ſaltem. uerùm hactenus quidem inquit Rhetorica: lex omnium regina, deorū & hominum: reliqua uerò non item (minimè uerò: nunquā idem nox & dies dicent) at contra: iuſtū agit honorans, & iniurioſos corrigens. Etenim ſi legem cenſebit uiolentiſſimum quodq; æquum reddere, & manum potentiſſimam ſuperare, Herculis uidelicet, cui ius in manu erat poſitum; ipſa ſuo peribit gladio. Quis enim deinceps Rhetoricæ uel eloquentiæ uſus erit, ſi manu de iure diſceptabitur, nec ei, qui rem docere poterit, amplius quicquam tribuetur. Vbi uerò perſuaſio, ſi uis imperabit; atq; ea quidem ipſa, cuius eſt opus perſuaſio, uim concedente. Exiſtimo autem Pindarum quoq;, ſi quid eſt de canti co dicendum, non imperantem, nec ſerio ſuadentem iſta dicere, ſed quaſi indignantem. Ex Herculis factis coniecturam facio his ipſis, quoniam & alibi in dithyrambo quodam eorum mentionem faciens

[s] τἀδικήματα pro τὰ δικήματα,

[t] ἄγει pro λέγει ex Plat.

Inemtas) boues per uim rapuit, ſub.

ens, *Te uerò apud nos quidem*, inquit, *laudo*, *Geryone: quod autem Ioui gratum non eſt, omne tacuero*. Nec enim decet, inquit, cum bona diripiuntur, ad focum ſedere, & ignauum eſſe. Quinimo ſi quis contra legem, idque deorum ſimul & hominum reginam, pugnaret, non erat Pindari laudare, nec contra ſtimulos calcitrandum ſuadere. Ipſe certè eam uocauit lubricam uiam, & caueri iuſſit. Sed quid hæc mihi nunc profert? Nam ſiue hæc Pindaro uidebantur, ſiue non, Rhetoricæ tamen ea non oſtendet uideri. Neque enim decet ſingulos quantum poſſunt rapere, atque id legem uocare; uerùm ſuum quenque conſequi, atque ea diſtribuentem legem colere, idque ſolum ius dicere, & eius contrarium, iniuriam. Hoc eſt Rhetoricæ dogma: hac lege utitur, hanc ſuadet, hanc ne quis uiolet, cauet, iniuſtos caſtigans. Ac teſtimonium eſt hoc, quod dicam, maximum. Vbicunque leges uigent & iudicia, ibidem & Rhetorica atque eloquentia florent. ubi manus potentior ius abripit, nihil ibi per Rhetoricam uidebis adminiſtrari. Quid quod unius quaſi ſortis ſunt ac naturæ, leges, iudicia, & orationes. Atque harum trium facultatum, quod uolebam dicere, loca omnia ſola occupat Rhetorica. Etenim cum & arte legum & iudiciali pro uſu utriuſque prior ſit, artem legum primùm, deinde iudicialem quoque mediam comprehendens, prima ſit, & media, & ultima, poſtquam & ſe utriuſque mediam, & utranque ſui mediam collocauit, quo poſſent maximè omnes unà manere, Rhetoricam pro uinculo habentes. Vtrum ergo Ciuilis partis ſimulacrum eſt Rhetorica, an partes ſcientiæ ciuilis, quas dicis, ſub Rhetorica continentur? Nam mihi quidem non Rhetoricam in iſtis uidetur ſugillare, nec Ciuilis partis eam ſimulacrum eſſe oſtendere; uerùm quaſi Rhetoricæ ſimulacrum aliquod ſumſiſſet, in eo ſtudium omne ponere, nec ipſam attingere, uelut Steſichori Troiani

—Helenæ ſimulacra tenentes,

quaſi ipſam haberent. Tantum tamen erit diſcriminis, quòd eſt diſſimile Rhetoricæ ſimulacrum. Iam uirtutis quidem quatuor tradunt eſſe partes, prudentiam, temperantiam, iuſtitiam, fortitudinem. Rhetorica igitur eſt inuenta per prudentiam pro iuſtitia: temperantia uerò & fortitudo oratorum urbes conſeruat; ac temperantia quidem, quoniam illi modeſtam uitam [u] petulãtiæ præferunt; fortitudo autem, quia non cedunt aduerſarijs. nam ſi cederent, Rhetoricæ non parerent: cui donec parent, non cedunt. Quocirca non, poſtquam quatuor ſunt adulationis partes, ita ſe habet ad iuſtitiam Rhetorica, quemadmodum ars coquendi ad Medicinam: ſed cum quatuor ſint uirtutis partes, omnes in ſuã redegit poteſtatem. Nam quod in corpore Gymnaſtica ſimul & Medicina præſtant, id in animo & nego-

Pyth. 2. extrema

u περὶ τῆς ἀταξίας pro πρὸς.

ciis ciuitatum ualet Rhetorica. Incerta enim num futura ſint, præuidet concionando; alia ne fiant, legibus ferendis prouidet. quædam etiam, quantum poteſt, conſeruat: quæ autem geſta ſunt, corrigit, iniuſtos iudicibus tradendo. Si ergo Archelaus hero ſuo ac patruo occiſo, imperium occupauit, uel eius filio, ſeptem annorum puero, in puteum coniecto, dixit ad Cleopatram, eum anſerem perſequendo illuc incidiſſe; aut per inſaniam quãdam in mola delirauit: quid hæc ad Rhetoricam pertinent, ô qui omnem ſermonem, non modò lapides ipſos mouiſti. quid ſibi uolunt ineptæ digreſſiones iſtæ? Nec enim ego iſta iuſſi, dixerit Rhetorica; nec ſi quis mihi pareret, is lacerando uel ſtrangulando aut hoc aut aliud quicquam efficeret, ſed cum ſuum ſe ius perſequi manifeſtè probaſſet. In minoribus certè, inquit, hac utor ratione, & hæreditates non iis, qui eas rapuerint, uerùm qui ſuas eſſe oſtenderint, tribuo. Archelaum quoque ipſum, inquit, non tantum hoc honore non affeciſſem, ſed eo mox, ubi egregias dediſſet pœnas, deduxiſſem, idque antequam puerum ſtrangulaſſet, dum etiam priori cæde maculatæ erant manus; ſi quid in Macedonia loci fuiſſet Rhetoricæ. At nunc, cum ego non adeſſem, ille quidem iniuſtè agebat, alii uerò miſerè, tam qui perierant, quàm qui talem ſuſceperant principem. Quapropter ſi nulla ex re alia, ſaltem ex Archelai iniuriis cognoſce, quàm pulcra res ſit Rhetorica, quamque neceſſaria tam ciuitatibus quam gentibus, ſiquidem ſaluæ eſſe, nec nefariis hominibus malè ſeruire uelint. Hæc, ut arbitror, ſi diceret Rhetorica, magis propria ſe & æqua atque ſua loqui oſtenderet. Veruntamen ſi his exemplis eam ſtudet Plato condemnare, Gygis etiã facta tempus eſt ei, ni fallor, obiicere (quanquam hæc etiam abſurdiora ſunt) quoniam ille domino occiſo, regnum obtinuit, conſcia atque adiuuante illa, quæ ut illius uxor, ita huius erat hera. Quin ergo & iſta dicimus; Cyrum Araxe traiecto, cum Maſſagetis confligiſſe: Darium iuncto Boſporo, ad Scythas tranſiiſſe; Xerxem iuncto Helleſponto, in Græciam: Ninum à Mediſeſſe captum: Sardanapalum uiuum arſiſſe, conſcenſo ſponte rogo. Sed quid hæc ad rem pertinent, aut quando deſinemus accuſare Rhetoricã, ſi omnes, quot quot unquam uel publicè uel priuatim contigerunt clades, Rhetoricæ imputentur. Verũ de Archelao poſſet etiam hoc dici, Socratem cum ad ſe euocaſſe, non oratorum quenque. ſed hoc omitto. Itaque ridicula hæc ſunt. Etenim donec nemo harum rerum cauſam aut naturã in Rhetorica hærere demonſtrarit, nullius conuincet Rhetoricam peccati; quod quidem ad explicationem quæſtionis pertinet. Eſt & illud ineptum, cum ſibi omnia concedi, & quæ Rhetoricæ non ſunt, ipſi tribuere licere exiſtimet, ſi oppoſitum non animaduertit ſermonem, nec eum quoque cogitat, qui pro ipſa dicat, omnia quæcunque inter

Eius) immò fratris eius, Perdiccæ. lapſus eſt memoriæ.

ter homines unquam feliciter geſta ſunt, ad Rhetoricam poſſe referre. Nos igitur, qua de cauſa ſit inuenta Rhetorica, oſtendimus; ut ſi id honeſtum fuerit, Rhetorica quoq; bona cenſeatur; ſin turpe ac fugiendum, eodem nomine & illam compellemus. Primùm igitur iuſtitiæ cauſa compoſita uidetur & inſtituta, tanquam unde nomen hoc leges, ut dixi, obtinuerint. Qui enim uiribus erant inferiores, ijs orationis erat & legis opus præſidio. Quamobrem quaſcunq; quis protulerit iniurias, præterquā quòd nihil efficiet, non tam contra ipſam, quàm pro ipſa eas proferet. ad hæc enim & ſimilia odio proſequenda & prohibenda ipſa eſt inuenta. At calumniantur quidam Rhetoricæ periti. Atqui & hoc ipſum ad Rhetoricæ dignitatem facit. cur? quoniam & Medicinæ periti quidam pharmacis olim quoſdam occiderunt, atq; etiam alio quodam modo. ſed non ideo mala eſt Medicina, quæ tantum à cæde facienda abeſt, ut per ſe quidem mortis, ut ita dicam, ſit remediū. Quocirca qui eos, qui occidunt, maximo proſequunt̃ odio, ij ſeruatores maximè colunt & amplectuntur. Quare & Rhetorica, ſi quidem iniurioſos & adulatores nos efficit, turpis profectò, ignobilis, illiberalis, & bono uiro eſt indigna cenſenda: ſin ad homines & ius oratione conſeruandum eſt inuenta, quod corpori Medicina, ut Gymnaſticam nunc omittam, id animo præſtat Rhetorica, quemadmodum in ſermōis progreſſu patuit. *Quocirca qui calumniatores & adulatores maximè auerſatur, is eam, quæ optima de cauſa eſt inſtituta, & iſtarum rerum adfert remedium, maximi debet facere. Vt enim ſi quis occidat, medicinam pollicitus, non ſimul & medicus eſt, & occidit; uerū donec quidem medicus eſt, id nequaquam faciet, ſed potius ab altero inflictum uulnus curabit, ſimul autem cum occiſione artem quoq; perdidit: ita & in hac cauſa non ſimul & oratores ſunt, & calumniantur atq; adulantur; uerùm donec ſunt oratores, neutrum iſtorum, nec aliud omnino quicquam turpe in ipſis cernitur, ſed & iniuſtos conuincunt, & ignaros rerum ſtatum docent, ſimul autem & hæc amittunt, & Rhetoricam. Quo fit, ut Rhetoricæ nihil incommodent, cum peccant. tantum enim ab ipſa, quantum ab æquitate abſunt. Nam & gubernandi ars, quamuis uectorum ſalutem ſe procurare fateatur, poſſit tamen eorum aliquis, qui in puppe ſedēt, nauem in altum ſublatam demergere, atq; aliqđ aliud efficere ſimile. Veruntamen nec ideo ſugillare debemus artem, nec aiunt gubernatoris comitatum ſaluti uectorum maximè eſſe cōtrarium, neq; piratas eodem loco, quo gubernatores, habet quiſquā. Oportet enim gubernatorem tam quæ noxia, quàm quæ ſunt naui utilia, cognoſcere, ſicut & medicum tam quæ periculum, quàm quæ ſalutem corpori adferunt: ſed utrobiq; ars utilia in uſum uult adhiberé, ac meritò quidem, & pro nominis ratione. Ac tantum abeſt ut is, qui circa hæc malitioſè ſe gerit, artis nomen conſeruet, ut ſi

* deeſt [illegible]

Primo de Rep. quis uel inuitus peccet, quod ait Plato, non rectè dicamus medicum uel gubernatorem erraſſe. Donec enim ars locum obtinet, non eſt erroris locus, quandoquidem ex ipſa non licet errare, cũ error ars nõ ſit. Multo minus ergo, ſi quis de induſtria contra artem agat, artificem dicemus malè agere, aut arti eſſe dedecori, uerũ potius artem huic duplici eſſe dedecori. Quid autem alijs opus eſt exemplis, quàm cuius & nos paulo antè meminimus, & Platonem nos habere ſuffragatorẽ oſtendimus? Leges enim ſalutis publicæ cauſa, & ad ius cuiuſq; uindicandum ſunt poſitæ; earumq; ars ſecundum ipſum, nos, & omnes homines bona & honeſta iuſtitiæq; coniuncta [y] cenſetur, à iuſto nimirum non ſeparata, quo etiam priorem ponit Plato. Si quis igitur his uerbis nos interroget: Quot uerò leges olim latæ ſunt, quæ nihil æqui, & omnia continerent grauiſſima? quot autem legum perperam latarum ſunt in iudicijs conuicti? quot etiam leges ratæ, quaſi eſſent pernicioſæ, ſunt abolitæ? utrum ergo legum artem non omnino honeſtam propter tales eſſe leges dicetis, an omnes, quæ uel latæ ſint uel unquam [z] ferentur leges, bonas & iuſtas eſſe, quoniam omnino honeſtam eſſe artem ipſam oporteat: num ea, quæ non liceat euadere, dicemus ipſum quærere, ac nos abſcondemus, an aliquod ſuppetet mediocre reſpõſum, quodq; legum artem & leges ueras in uirtute & iuſtitia ponet? nempe huius cauſa primùm eſſe inſtitutas; iſtas uerò non tam leges ac ius eſſe, quã quod ἀδικίαν Demoſthenes, ſeu iniuriam uocet, idq; quod prohibent leges, & cuius impediendi cauſa ſunt inuentę. Quin & illud addiderim, [a] non me moueri, ſi legiſlatores olim quidam legum perperam latarum ſunt conuicti. nam hoc quoq; pro me facit. poſtquam enim ſunt conuictæ, non eſſe leges amplius dicendas, quandoquidem non ſimul & leges & contra leges eſſe poſſunt. itaq; iniuſtæ, non legitimæ, ſunt ipſæ litteræ dicẽdæ. Hęc autem etiam pro Rhetorica nobis apud Platonem ualeant, quodq; cum communiter uterq; reſpondiſſemus, id hac in re nunc à me fiat. Non poſſent adulatores pariter & oratores eſſe, nec ſycophantæ pariter & oratores, ſi quidem iuſtitiæ & ſalutis cauſa Rhetorica, ſicut & leges, hominibus eſt tributa. Quin donec Medicina ſanabit ægrotos, & ars gubernandi nauigantes ſeruabit, ac leges eos, qui ipſis utuntur: Rhetoricæ quoq; ſermones, quos oportet, ſeruabunt, & iuſtitiam defendent. Nam & eam, quam uos Philoſophiam uocatis, ſi quis uelit accuſare, multa poſſit peruertere; ut ſi Diagoram reprehendat & Anaxagoram, atq; alios quoſdam, qui uel prioribus uel poſterioribus ſæculis improbi extiterunt, & alij quoſdam corruperunt, nonnulli malè ſunt de dijs locuti, quidam aliter, quàm oportebat, diſputarunt, reliqui plus cõtumaciæ quàm prudentiæ attulerũt. Verùm uide num ita præſtet dicere, non, ſi quidam ſub Philoſophiæ prætextu improbi, nec ceteris meliores, aut etiam peiores extiterunt,

[y] κατειθισμένοι pro κατειθισμένα.

[z] μέλλοντες χαρίσασθαι pro χαρίσονται.

[a] ἀδίκως ῥητόρων additur.

extiterunt, ideo culpandam eſſe Philoſophiā, donec harum rerum cauſam non contineat, ſed his ipſis argumentis eos Philoſophiæ fuiſſe expertes, eſſe demonſtrandum. Neq; ſi aliqui calumniantur aut adulantur [b] id Rhetoricam deteriorem reddit, ſed eos Rhetorica, ut illos Philoſophia, excidiſſe oſtendit, ac pulcerrimo prætextu impunitatem ſibi peccandi comparaſſe. Foret autem abſurdum, ſi de coriariorum quidem & fabrorum operibus non ex ijs, in quibus errarūt, uerùm quæ feliciter effecerunt, iudicaremus; Rhetoricam uerò non modò non ex ijs, qui eam optimè exercuiſſent, ſed etiam qui contra ipſius præcepta feciſſent, cenſeremus. At præſtat iniuriam pati, quā facere. Sit ita. Num ergo quemadmodum præſtat, ita eſt omnino expetendum? nequaquam. Dicit ſanè neutrum ſe malle, quaſi etiam acceptam iniuriam in malo poneret; ac rectè quidem & ſentiens & dicens. Quocirca ſi nobis ipſe Plato reſpondeat, multū res habebit momenti. At hoc quoq; ſuppetit. quomodo? quemadmodum ab ipſo Socrates inducitur reſpondens. Nam & hoc ita conſtitutū eſt. interrogat Socratem Polus, *Ergo tu iniuriam pati malles, quā facere?* & ille reſpondet: *equidem neutrum malim; uerū ſi neceſſariò uel facienda eſſet iniuria uel accipienda, mallem accipere.* Itaq; cum neutrum ſe malle dicit, acceptam quoq; iniuriam in malo ſe ponere oſtendit; ſic ut præſtet quidem iniuriam pati quàm facere, non tamen q̄ nec pati nec facere; ac rectè quidem, ut arbitror, & ſentiens & dicens. Quapropter ſi Rhetorica pati quidem iniuriā prohiberet, uerum inferre cogeret, ne ſic quidē prorſus eſſet mala, cū id quod eſt malū, iniuriā pati, phiberet; peior tamen meliore; [c] quandoquidē accipere iniuriam quàm inferre præſtat. Sin & hoc prohibet, nec ad illud cogit; huius quidem ratione nec bona cenſebitur nec mala, ut id nunc concedamus, illius uerò prorſus bona, tantoq; melior quàm peior, quanto meliorem partem, non peiorem, eſt conſecuta, quandoquidem iniuriam nec facere nec pati, præſtat horum alterutri. Præterea qui ſtatuit iniuriam non inferre, non ſimul & ipſe à malefaciendo abſtinebit, & iniuriam à nemine patietur. illud enim ipſum eſt iniuriam facere, cum quis ei, [d] cui non oportebat, malefacit. itaq; donec erit inter homines malitia, iniuriam expectabit. Qui autem ne lædatur, cauet, is etiam ne quis lædat, prohibet. Etenim quemadmodum ſimul & læditur ipſe, & læſit alius; ita qui ne lædatur, cauere poteſt, is etiam ne quis lædat, poteſt prohibere. Quamobrem ſi non affici iniuria, Rhetoricæ tribuit, non afficere, Philoſophiæ; tanto deterior eſt Philoſophia quàm Rhetorica, quanto afficere iniuria, quā affici. Cum autē illi hoc, quando quis nec patitur iniuriam nec facit, præfert, rurſum præfertur Philoſophiæ Rhetorica, quandoquidem ſimul cum iniuriæ acceptione etiā factionem tollit. Nam & leges cum uetant quenq̄ lædi, ſimul etiā lædere profectò uetant. nec enim, niſi ſit qui lædatur, lædere poteſt

b ὑπὲρ pro περί.

In Gorgia.

c ὑπὲρ pro ὑπό.

d ὃν pro ᾧ.

quiſquam, cum neminem habeat, in quem agat. Quapropter cum Rhetorica iniuriam prohibet accipere, non ſecus etiam facere uetat. Quodſi etiam Rhetoricam ad iuſtitiam omnino iuuandam probamus eſſe inuentam,& eodem, quo leges, eſſe loco; non tantum iniuriæ acceptionem euadet orator, ut uidetur, & factionem cõfirmabit, uerùm nihil magis, q̃ factionem prohibebit. Nec enim ſuis tantum rebus conſulet, ſed & ne alij damnum [f]faciant, prouidebit, ſi quidem eadem de cauſa Rhetoricam, qua & leges, conſtabit inuentã eſſe. Iam qui alios ad rectè agendum cogit, ipſe multo prius ad id ſe præparauit. nec enim poteſt & iuſtitiæ opem ferre, & eam primus ipſe uiolare. Orator igitur non tantum [e]ipſe neminem lædet, ſed nec alium permittet: nec tantum ipſe non lædetur, ſed [f] nec alius, quantum quidem in ipſo erit. Si uerò nec lædet, nec alium permittet, omnibus modis erit optimus, tum [g] quatenus turpe eſt lædere, tum quatenus præſtat lædi quàm lædere, tum quatenus omnium eſt optimum nec lædere nec lædi: apparetq; uerùm oratorem hoc præſtare uiro bono, quòd ille ſua tantum præſtat integra, hic alios quoq; tales reddit. Nã bonus quidem uir non ſemper eſt orator, orator uerò uir eſt bonus, ut qui alios etiam eò perducat. Veruntamen ſi hoc nititur Plato, nõ magnum eſſe Rhetoricæ uſum, probare, quod non tam uitioſum ſit iniuriam pati, q̃ facere; cur non etiam leges omnes hac ratione abrogat? nec enim aliud illæ habent propoſitum, q̃ ut maximè quidem nemo lædatur à quoq;, aut ſaltem, qui deliquerint, pœnas dent ijs, quos læſerunt. Itaq; non ſola ex urbibus exigetur à Platone, ſed quaſi collegium eſſet cõdemnatum, unà cum legibus, quæ idem ſentiũt, expelletur; ac tum Rhetoricam emittemus ac traducemus, cũ leges ſimul honeſtè poterunt emitti. Quando igitur id fiet? quod erit tempus? Reſpondeat aliquis ex Platonis ſodalibus, quandoquidẽ ipſum producere nõ poſſumus. Quinimo ne hinc quidem ſine teſtimonio prorſus diſcedet. ſed magis etiam, quã in prioribus, teſtabitur. Nec enim de alijs legibus aut rebuſp. diſputabo, uerùm ex ipſo ſic quęrã: O uir præclare, & omniũ inuentor mirabilium rerum, ſi nullius eſt momenti iniuriæ acceptio, quæq; eam prohibet facultas, nullius eſt põderis, nec quicquã boni efficit, ſed adeò ignobilis eſt & illiberalis, ut adulationis atq; umbræ ſit particula; cur, obſecro, tu librariam iſtam cõſtituens urbem, talem ei tribuis Rempub. quæ nihil illi noceat, ac militarem tribum ſeorſum collocari iubes primo loco, ne quid patiatur, nec ab hoſtibus iniuriam accipiat. Nam ſi hoc ſufficiebat, iniuriam non facere, quid erat timendum, poſtquam ad id eam præpararas. [h] Quodſi etiam nocet iniuriam inferentibus, ſi pœnas non dederint, ac debet quiſq; ſecundum tuam ſententiam, etiam ſeipſum, cum iniuriam fecit, accuſare, & liberos, & parẽtes ipſos, omiſſis inimicis; quin optas, ut hoſtes urbem aggreſſi capiant, ac uiros

quidem

e αὐτὸς pro αὐτόν.
f οὐδ' ἕτερος pro οὐδέτερος.
g καθ' ὧν pro οἷ ὄν.
h εἰ δὲ δεῖ pro δεῖ.

quidem omnes ad aras trucident, mulieres autem cum liberis captiuas ultra Gades, ſi uidetur, diuendant, templis uerò ſpoliatis omnia diruant, nec uel ſepulcra ſuæ petulantiæ relinquant expertia: ut poſt quam maximas fecerint iniurias, in maximis ſint malis, dum pœnas non luunt. Veruntamen tantum abeſt, ut iſta ſtudeas, ut prohibeas & impedias, uitamq́ militarem, ne quid fieret tale, inſtitueris: ac ſi quis extiterit proditor, eum non iubes coronari nec prædicari, ſed [i] idem de ipſo, quod alij, ſtatuis. Atqui nullos magis ſecundum [i ταὐτὰ pro ταῦτα] iſta uerba, quàm proditores, oportebat honorare, quòd ſuos, & patriam, & ſacra, bonaq́ omnia in hoſtium poteſtatem redigant; ut poſt maximas illatas iniurias in maximis uerſarentur malis. Dic, per Iouem prodigioſum, quid nobis de hiſce eſt exiſtimandum. Iam leges qua de cauſa tanto numero ſeorſum nobis fers, quæ & ijs, qui benè uixerint, honores decernunt, & quiduis mali perpetrantibus pœnas irrogant; & ad ſingulas ſtudioſè declamas, & laudas procœmia, exemplaq́ bina more fictorum apponis, cum eloquentiam contemnas. Etenim niſi magnum quiddam eſt pœnas ſumere, & iniurias prohibere, cur iſta tractas, &, ut nemo lędatur, caues? Itaq; uel hæc omnia, quæ tot ſunt, malè ſunt conſtituta, & illud unum rectè ſe habet, uel ab his illa redarguuntur. Atqui quæ nos dicimus, ea ſimul & alijs & Platoni uidentur: quæ hic ait, non rebus tantum, ſed & ipſius Platonis uerbis & conſilijs repugnant. ac ſi illa quidem rectè ſe habere concedantur, aliorum quoq; ſententia & ſuffragium accedet; ſin his aſſentiamur, deeſt aliorum omnium calculus. Eſt autem fortius, quod & omnibus & Platoni uidetur, quàm quod nec cuiquam nec Platoni. Quapropter non tam huius teſtimonium propter aliorum ſuffragium fugiemus, quàm aliorum teſtimonio huius adijciemus ſuffragium. Atq; hæc quidem etiam facti teſtimonium continere crediderim. Nam qui uerbis cum altero diſceptās, uerbis alijs aduerſarium ſibi ſerio teſtimonium dare confirmat, is facti producit teſtimonium. Veruntamen etiam ulterius uolo progredi, ut quoniam unius & eiuſdem, cum quo diſputatur, ſuffragium probat, & uerbis eum & factis mecum ſentire oſtēdam. Si quis igitur & heic ex eo quęſiuiſſet, cum in Siciliam ſecundo uel tertio nauigaret, aut conuector aut gubernator ipſe; Cur tu, Plato, in Siciliam nauigabas? aut ſi poſt reditum ſaltem cauſas peregrinationis & erroris ex eo quæſiuiſſet, quaq́ de cauſa tertio deniq; circa Charybdim periclitatus eſſet, circa quam Vlyſſes bis tantum modo; quid ei reſpondiſſet? Etenim ſi optimum eſſe uerum dederimus, ut ait Demoſthenes, & eſt Platoni quidem neceſſe; non alia relinquitur ipſi reſponſio. cur ita? quoniam dixit, aut potius dixiſſet, ſe Dionis amici & hoſpitis ſui cauſa nauigare, cuius res cum Dionyſio componere, neq; negligere uellet. Ergo tu quidem, ô præclare nauigans & iuſtè peregrinans, hoſpi-

Dd

tis Syracuſani, communis patriæ hoſtis (nec enim ullam habebant Syracuſis principatum Athenienſes, ſed quæ ſine lacrymis ne dici quidem poſſunt, à Dionis ciuibus & ſocijs paulò antè paſſi fuerant) tamen poſtquam eum ſemel in amicitiam receperas, illius cauſa tantum mare ſenex nauigabas, idq́ ad eum uirum, apud quem iterum erat periclitandum, cuiusq́ ſocietatem, ſi eam obtuliſſet, ſciebas patriam tuam non eſſe accepturam; nec tyranni conſuetudinem fugiebas, quaſi moræ prætextus te conſolaretur, quo uidelicet Dio domi

k εἰ pro εἰς. maneret, ac rebus ſuis frueretur:[k] ſi quis autem in ſua patria, ne ciues ſui, parentes, ac fratres patiantur iniuriam, caueat, & ſeſe atq́ illos ſeruet, atq́ adeo tyrannum futurum, & Dionyſio ſimilem poſſit reprimere, uerbisq́ facta coercere, & legibus partam ſecuritatem apud omnes cõfirmare, nihil eum facere magni dicemus, nec laudabimus talẽ, ſiue ſit, ſiue nõ ſit ars dicenda? An quia ſola iniuriæ factio magnũ erat malum, nullum autem acceptio? aut etiam magis inimicum quis ulciſcitur, ſi eum lædere permittat, & ne quis uel alius de ipſo ſumat ſupplicium, caueat. Atq́ hactenus quidem ænigmata quis eſſe prolata dixerit; his autem ſubiectis, ab ipſo Platone ſoluta fuiſſe, non tamen ut ceterorum more per ſe inuicem innoteſcerent, ſed ut re uera, quo in loco ruinoſa fuerant, perſpicua fierent. age igitur & iſta conſideremus. erunt enim tanquam abſentis teſtimonium. ſunt autem

Epiſt. ſeptima. ex longa epiſtola. *Hoc equidem animo & fiducia dono ſolui, non ut quidam putabant, ſed partim meipſum ueritus, ne uiderer prorſus uerba tantum habere, nec factum ullum libens aggredi, partim ne hoſpitium Dionis & amicitiam proderem, qui cum magnus admodum conflictabatur periculis, ſiue quid illi accidiſſet, ſiue à Dionyſio, & alijs inimicis eiectus ad nos ueniſſet, atq́ ita nos interrogaſſet: Venio ad te exul; Plato, non militibus nec equitibus ad inimicos ulciſcendos egens, ſed uerbis & perſuaſione, qua te ſcie-*

l προτρέποντα pro πρέποντα ex Plat. *bam optimè iuuenes ad uirtutem & iuſtitiam[l] incitando, in amicitiam & ſodalitatem poſſe redigere. quibus ego rebus deſtitutus, quantum quidem in*

m deeſt ἐμοὶ poſt μὲ ex Plat. *te fuit, relictis Syracuſis heic iam adſum.* [m] *Ac meum quidem negocium non magno tibi erit dedecori: quam tu autem ſemper laudas Philoſophiam, & à reliquis ais contemni, nonne per te nunc eſt mecum prodita? & ſi quidem Megaris habitarem, ueniſſes utique, ſi te uocaſſem, in auxilium, niſi turpiſſimus uideri noluiſſes; nunc autem ſi itineris longitudinem, ac nauigationis laborisq́ magnitudinem prætexas, improbitatis te opinionem ſperas euaſurum? minimè uerò. Hæc autem cum dixiſſet, quid nam ad ea honeſte potuiſſem reſpondere, non uideo.* Hæc non alius quiſpiam de ipſo ſcripſit, nec qui mentem eius imaginaretur, ſed qui eam norat optimè, de ſe ait ipſe, hac de cauſa ſe ueniſſe, cum hæc uerba, quæ fuerat ad ipſum habiturus Dio, ueritus eſſet; atque equidem credo. deſiperem enim, ſi aliter facerem. Iam in his iſta ſunt: uenio ad te, Plato, non militibus nec equitibus indigens, ſed uerbis & perſuaſione, quæ

quidem

quidem apud te potiſſimum reperiri ſciebam. Rectè uerò & ais, Plato, & hæc ad te Dionem credis dicturum fuiſſe. Ergo ſi graue fuerat, expelli Dionem uel aliquid pati; id autem ne fieret, curare, honeſtū & iuſtum; atq; ita uerbis opus erat & perſuaſione, quæ cum penes te eſſent, nauigationem inſtituiſti; omnia confiteris, tum ſtudendum eſſe, ne quis, quantum fieri queat, iniuriam patiatur, tum eloquentiæ uim ad perſuadendum nō eſſe inutilem; tum qui hæc ſuadeant, eos non ab hominibus tantum laudari debere, ſed & apud deos culpa uacare, cum, qui aliter faciant, pij non ſint. Quinimo plus etiam præſtitiſti, ſiquidem non populum modò, nec iudices, ſed neq; tyrannos, id quę tam longè remotos, ad hæc perſuadenda [n] decet fugere. ipſam certè epiſtolam non alia de cauſa, quàm ut perſuaderet, ſcripſit, quemadmodum & res ipſa declarat, & ipſe in multis epiſtolæ locis. Nam & cum, quam ob cauſam uenerit, narrat, & cum ideo ſe narrare confitetur, ut ueram de ſe opinionem efficiat, perſuadet. Itaq; & ut perſuaderet, ſcripſit, & inter ſcribendum perſuadendi cauſa profectū eſſe dicit, ne quid Dioni uerbis deſtituto accideret. Vbi ergo turpiter ſe gerunt oratores, aut utra de cauſa turpis eſt Rhetorica? utrum quòd iniuriam paſſos adiuuat, etiamſi periculum ſubſequatur & infamia? an quia contemnenda ſit ea, quæ uerbis fiat, perſuaſio? at ipſe te ais, ut uerbis perſuaderes, re ipſa periclitatum eſſe. *Et ſi quidem Megaris habitarem*, inquit ad te Dio, *ueniſſes utiq;, ſi te uocaſſem, in auxilium, niſi turpiſſimus uideri uoluiſſes: nūc autem ſi itineris lōgitudinem, ac nauigationis laborisq; magnitudinem prætexas, improbitatis te opinionem ſperas euaſurum?* *minime uerò*. Quid ergo? ſi quis hæc inuertens, ad teipſum ita dicat: Et in Siciliam quidem nauigandum, ac quiduis patiendum cenſes, ut id cuidam perſuadeas, quendam ex neceſſarijs domi manere oportere: ſi quis autem, quem nō modò Athenis Megara, ſed nec uſquam omnino proficiſci oporteat, niſi ut domi manens conſeruet ſuos, hanc facultatem tractet, nō exiſtimas eum omnem improbitatis ſuſpicionem euaſiſſe? iampridem uerò, atq; etiam tuo iudicio, ſi quid eſt in ſupra dictis momenti. Quo igitur pacto ſimul & qui uerbis non iuuabit, opinionem improbitatis conſequet, & qui iuuabit, non euadet? hoc enim dicis, cum Rhetoricam, cuius hæc ſunt, adulationem uocas. *Quidnam, inquit, ad ea potuiſſem honeſte reſpondere?* Quid autem, obſecro, ad ea, quæ nos iam quærimus? Sed iam uolo paulū reſpirare, ne quis omnino putet me hac diſputatiōe Platonē accuſare, aut de ipſo ſumta occaſione malè loqui. Ego etenim nec ipſe hoc Platoni crimini uerto, ſi quò de cauſa quauis ꝓficiſci uoluit, nec ſi quis id alius obiecerit, ſanum crediderō, nec omnino quicquam præter ea, quæ ad rem pertinent, curioſe ſector, quandoquidem nullum tanti ſit uictoriæ præmium; ſed ea quæ fecit ipſe, & qua de cauſa fecerit, clarè dixit, pro Rhetorica facere affirmo; tantumq; abeſt, ut in his eum

[n] δεῖ pro δεῖν.

reprehendam, ut, ſi hoc etiam dicendum eſt, in his ipſis quoque extollere me putem, ſi, poſtquam hæc aliquantum cum illis pugnant, nec facta illius nec opera calumnior, ſed ex uita & factis, quæ pro nobis noſtriſq́ue facere [o] confirmo, iſta ſe aliter habere, quàm quis exiſtimet, oſtendo. Cum igitur Dionem paratum uidebat, & uindictam eorum, quæ paſſus erat, ſumere conantem, utrum id omittere uidetur in litteris ad eum datis & contemnere iubere, & ſi Dionyſium odio habeat, negligendum & concedendum ſuadere, ut poſtquam maximas fecerit iniurias, in maximis ſit malis; an contrà potius incitare, & officioſum eſſe uelle, ut quamplurimos habeat contra illum adiutores; ac Dionyſium quidem pro inimico habere, [p] huic autem, ut de uindicta cogitet, ſuadere, quantumq́ue in ſe ſit, adiuuare, ſola nauigandi & militandi ſocietate recuſata, quaſi poſtquam Dionyſius, cum in eius manus ueniſſet, eum reueritus non occiderit, non poſſit honeſtè ſe ipſi opponere. Atqui ſi inimici, & quos quis maximè exoſus eſt, iniuriæ ſuæ relinquendi erant, & inutilis ac uilis eſt Rhetorica, quæ pœnas de ijs ſumere permittit, & iniuriarum progreſſum inhibet; oportebat eum profectò maximè quidem Dionem cohibere, qui quidem ſodalis eius ac diſcipulus eſſet, & quæ quondam audiuerat, in memoriam reuocare, ſi quidem audiuerat, uel ſaltem tunc eum docere, patienter iſta ferenda eſſe, atque id curandum, ut nō ipſe tantum patria rebuſq̀ue ſuis à Dionyſio priuaretur, ſed & alij multi has atque alias ſimiles iniurias perpetuò acciperēt, nec deſineret cunctos homines lædere Dionyſius; utq́ue non Siciliæ modò tyrannus eſſet, ſed & Carthaginis, ac totius, ſi fieri poſſet, Africæ, atque etiam Europæ, & Aſiæ denique, ſi qua pateretur ratio: nec ipſi tantum de tyranni cæde cogitandum non eſſe, ſed etiam ne quis alius eum, uel ut occidat uel ut eijciat, inuaderet, prouidendum, corporiſq́ue eius cuſtodiam aſſumendam, ut immortalis eſſet nequam, & omnes omnibus omni tempore iniurijs afficiens, in omnibus eſſet malis: hæc, inquam, maximè oportebat Dionem docere & admonere, ſi quidem his credebat ſermonibus, aut ſaltem de uindicta cogitantem non adiuuare; quod cum ille nequaquam fecerit, re ipſa nobis eorum, quæ non credimus, teſtimonium perhibuit, nos non nugari. Iam uerò ipſum cum tota quoque familia quodam modo teſtem uolo producere. Qui enim ad Potidæam in acie ſtat Socrates, ac rurſum apud [q] Delium, & in fuga recedit, omnibus etiam procul manifeſtum faciens, fore ut, ſi quis eum uirum attingeret, ualidè ſe uindicaret, nonne teſtatur manifeſtè, non eſſe permittendum, ſi quis iniuriam uelit facere? nemo [r] negabit. Nec enim quę poſtea cum ſenex [s] iam eſſet, ac tum mortem maturam duceret, tum multarum calumniarum à multis iampridem collectarum refutationem difficilem, dixit, firma fun eius, quod ſentiret,

[o] τίθημι pro τίθεμαι.

[p] τῷ pro τὸ.

[q] ἐπὶ δηλίῳ pro δήλῳ.

Omnibus) Verba Platonis in Sympoſ. ſub finē.

[r] αἰτιῷμαι pro αἰτιῶμαι.

[s] ἤδη pro ἢ ἤ.

tiret, indicia, ſed quæ, cum alterutrum poſſet facere, geſſit. *Quare etiam tutò, inquit, diſceſſit & hic & eius ſocius. Solent enim ferè eos, qui ita ſunt affecti, ne attingere quidem in prœlio, quoniam ſtudioſe fugientes magis perſequuntur.* hoc enim hinc acceſſit commodi, ut rurſum cum Socrate Platonis ipſe Plato teſtis fieret. *Solent eos, inquit, qui ita ſunt affecti, non admodum attingere, quoniam ſtudioſe fugientes magis perſequuntur.* Nempe & in Rebuſp. eos qui ita ſunt affecti, ut ſe uelint defendere, non admodum attingunt ij, qui talia obſeruant, uerùm eos, qui cedunt, perſequuntur. Itaque ſi eos, qui in prœlio fortes ſunt, meritò laudamus, cur non & heic idem faciamus? Quocirca ſi propter nihil aliud, ſaltem propter calumniatores utilis eſt Rhetorica. Iam ſi tales non audent lædere, utrumque rectè euenit, & ſuperioribus uerbis cogruenter, ut nec ipſe lædatur, nec alium lædere permittat. Xenophon uerò, qui in Babyloniam uſque cum Cyro contra fratrem, qui prius læſerat, exercitum ducente aſcendit, nonne & ipſe domeſticus Platonis teſtis in hanc adducitur diſputationem? Nec enim ſi armata manu & pro alienis licet eos, qui iniuriam facere conantur, ulciſci, cum quis id ipſum uerbis & in ſuo negocio fecerit, crimen erit: nec etiam magis, ſi armorum defenſio uiros in litteris educatos decebit, ipſarum litterarum erunt arma reijcienda. nemo hoc unquam dixerit. Quinimo quantum fortitudini prudentia, tantum Rhetorica bellicæ præſtat alacritati. Vt enim ſummatim dicamus, nihil eſt aliud Rhetorica, quàm prudentia cum facultate dicendi coniuncta; ut non ipſe tantum quis optima quæque facere, ſed etiam alijs perſuadere poſſit. Atque hæc quidem etiam ſatis arbitror eſſe confirmata, uel etiam nimis fortaſſe, nunc autem ad ipſum colophonem, quod aliquis diceret, [t] uerborum Platonis contendo. nec enim ſolum ex ijs, per quæ refutatur, idem eum teſtari oſtendam, ſed & quaſi coram uoce ſua teſtimonium daret. *Iis autem, qui beatè uiuunt, illud primum ſuppetere debet, ut nec alios afficiant iniuria, nec ab alijs ipſi afficiantur. Horum autem illud quidem non eſt admodum difficile, alterum autem conſequi, difficillimum; nec id aliter quis perfectè poteſt habere, niſi perfectè fuerit bonus.* Id io teſtimonium. hoc uolebam. hæc dicit Plato, in quem etiam epigramma conſcriptum eſt, & per quem diuinum eſt redditum Ariſtonis genus. Tandem ergo, bone uir, præclara res eſt Rhetorica, nec eam quiuis uel conſequi poteſt, uel habere. Nam tu quoque uideris concedere, eam ad repellendas iniurias eſſe inſtitutam. Quapropter cum nec lædere cogat, nec lædi permittat, &, ut ex præcedentibus eſt effectum, nec lædere nec lædi quenquam permittat: ſi quidem eadem eſt etiam Philoſophiæ definitio, Philoſophiæ quoddam genus erit Rhetorica; ſin Philoſophiæ ſufficit, ut neminem lædat, perfectior eſt Rhetorica, quæ id quod eſt com-

[t] ῥημάτων pro ῥήματι.

Octauo de Legibus ſub initiū.

Epigramma) cuius hoc initium citatur à Plat. 2. de Rep. παῖδες Ἀρίστωνος κλεινοῦ θεῖον γένος ἀνδρός.

paratu difficilius ac maius, addit, ne ab alĳs ipſe lædatur. Qua igitur ratione idem & perfectè bonum ac maximum erit bonum, & maximum malum, atque adulatio? aut quomodo minimum ualent oratores, ſi id quod eſt conſequi difficillimum, ipſis ſuppetit? equidem non uideo. Felices igitur ſecundum Platonem ſunt oratores, non miſeri, ſi quidem is, qui perfectè bonus eſt, felix erit cenſendus, [u] illud autem conſequitur nemo, niſi perfectè fuerit bonus. Iam cum Rhetoricam uult reprehendere, tyrannos & ſatrapas accuſat, ac diſsimilia coniungit, quaſi Hercules, quod eius pace dictum ſit, cum ei imperatum eſſet, ut Nemæum leonem interimeret, cum aſino congreſſus, eumque ſtrangulans, leonem ſe ſuffocare crediſſet, & ita mandatum exequi. Veruntamen hoc in exemplo deeſt, quod hic non aliud pro alio ſumit, cum hoc modo diſputat, ſed etiam in contraria incidit. Quis enim neſcit Rhetoricam à tyrannide tantum diſtare, quantum à ui perſuaſionem: at hæc nemo contraria dicere uerebitur. Itaque ſi eſt graue, ui uti, & alienum rapere; perſuadere nimirum ac iuſtitiã tueri, bonum erit & honeſtũ. Quamobrẽ non ita ſit mala Rhetorica, ſi tyrannis; uerũ ſi tyrãnis mala, Rhetorica propter idem eſt bona. Vt enim illa ubiq; uim adhibet, ita hæc perſuaſionem ſectatur. Itaque cum hoc per illa uult refutare, perinde facit, ac ſi quis noctis tenebras & alias incommoditates accuſando, diem ſe putaret reprehendere. Ac nunc quidem adulationem dicit eſſe Rhetoricam; rurſum uerò ſatrapas & oratores eodem loco habet, cum non tantum neutrum ad eam facultatem pertineat; atque adeò prorſus ab ea ſit alienum, ſed etiam duo inter ſe contraria maximè crimina coniungat. Etenim qui fieri poteſt, ut oratores pariter & adulentur, & inter ſatrapas ſint? Nam adulatores, qui quidem maximi ſunt & præſtantiſſimi, in uulgo tamen cenſentur, adeò ut quemadmodum ſeruus ad herum, ita ſe ad tyrannum habeat adulator: tyranni uerò tantum ab adulatione abſunt, ut omnes ui cogant, nec ab ĳs uel æqui quicquam poſsit quiſquam conſequi, nedum præter officium cuiquam inſeruiant; adeò ut tyrannus heri quoq; menſuram propemodum tranſeat. Nam adulatore quidem nihil eſt humilius, nec quod ad ſeruitutem ſit propenſius; tyranno autem nihil eſt ferocius, nec quod imperium amet magis. Quare ſi adulatio fuerit Rhetorica, nihil ad eam tyrannorum pertinent crimina: ſin unà cum tyrannide magnis adulationem terminis ſuperauit, manifeſtum eſt in alteris mendacium. Ac mihi quidem, etiamſi nihil ipſi poſſem boni tribuere, hoc tamen, ſi eum mendacĳ conuincam, ſufficit: ille uerò, licet alterutrum rectè obiecerit, alterum tamen non poteſt probare. Iam uerò non rectè ſimul utrunque obiecisse, ex ſuis ipſe uerbis inter ſe commiſſis conuincitur; neutrum autem rectè, nos iam oſtendimus, cum ſeorſum nec adulationem eam eſſe, nec

[u] τὸν δὶ προ τιν,

nec cum tyrãnide coniungi probauimus. Ex quo fit, ut uincatur ter, tam per utrunq; ſimul, q̃ per alterutrum ſeparatim. At nos idem in omnibus ſeruamus, nam & de utroq; ſimul ſuis ipſe uerbis conuincitur, & alterutrum teſtatur ipſe rurſum, cum & perſuaſionem eſſe utilem concedit, & uiolentos per totũ ſermonem accuſat. Tantũ enim à tyrannide diſtat Rhetorica, quantum à Dionyſio Plato, ſi & hoc dicendum eſt. Quin etiam ex ipſa re, atq; ijs quæ accidunt, licet cognoſcere, quanta ſit inter utrunq;, & q̃ neceſſaria differentia. Etenim neque ubi ualebit Rhetorica, tyrannus orietur, donec ea ualebit; neq; ubi regnabit tyrannis, ualebit Rhetorica: ſed & orator nihil nõ agit, ne quis oriatur tyrannus, tam ſibi quã Reip. prouidendo, ne quis ipſi uerborũ perſuaſione intercepta, res ipſe adminiſtret; & tyranni nihil curant nec metuunt magis, q̃ ne quis dicendi perſuadendiq; peritus oriatur, qui collecta multitudine, eoq;, quod fieri debeat, perſuaſo ac patefacto, imperio ſimul ipſos & poteſtate priuet. Itaq; neceſſaria inter utroſq; conſtat inimicitia, cum alterorum ſalus ac poteſtas in eo conſiſtat, ut alteri omnino non ſint. Quapropter quanti, putas, redemerint oratores, ſi liceat ita dicere, ut exiſtat ipſis aliquis uelut in pugna uel Plato uel alius adiutor, qui tyrannorũ ſcelera proferat in medium ac demonſtret, nec uel nocte ceſſet ipſis maledicere. nam ea demonſtratio propemodum ad Rhetoricam confirmandam pertinebit, ac domeſticum quodam modo habebunt oratores auxilium. Similiter, qui ad tyrannidem aſpirãt, quanti redemerint, ut oratores in urbibus fide careant, ac pro adulatoribus & cocis habeantur ij, qui dicendo conantur perſuadere, ne fruſtra deſertas uindemiare dicat prouerbium. Iam quæ ſunt iniuriæ cupidis utilia, quomodo iuſtitiæ ſtudioſis concedi poſſint? Cur ergo ſibi inuicem contradicunt oratores? quanquam enim hoc à Platone dictum non eſt, tamen ut undiq; decidatur controuerſia, nec hoc non diſcuſſum relinquemus, cũ præſertim ſit omnium, quæ ille protulit, ut in mendacijs, firmiſſimum. Nempe, quia nobis ipſi quoq; in ſermone contradicimus, ut ego iam nunc feci, neq; tamen ideo priora non manent. Nam & qui philoſophari dicuntur, non iiſdem omnes profectò utuntur rationib. uerũ maximè contrariis. Nihil tamen uetat, quo minus Philoſophia ſecundũ eos, qui ueritatẽ aſſequunt, præclara ſit res, nec duplex, neq; ſibiipſi cõtraria. Quid ergo dicemus? aut utroſq; Philoſophari, cũ dicunt cõtraria, aut Philoſophiã ita, ut dixi, eſſe præclarã. Quin etiã gubernatores uideas cõtra ſe inuicẽ ex nauibus decertare, cũ tamen ars gubernandi nauem ſeruet. Similiter & oratores cum ſibi inuicem contradicunt, ut aliquis dixerit, non tollitur ultimum Rhetoricæ fundamentum: ſed quid rationi ſit cõſentaneum, ſpectare debemus, cuiusq; rei cauſa ſit inuẽta, meminiſſe. Atq; hæc quidẽ p Rhetorica dicta ſint. quoniã uerò Miltiadem quoq; ac Themiſtoclẽ & Cimonẽ atq; Peri

clem attigit; nec eos omnium optime Rempubl. adminiſtraſſe, nihil fortaſſe nunc de ijs opus eſt contendere. nam hi quidem, ſiue recte eos accuſauit Plato, merito mali cenſeantur, nec tamen Rhetorica, etiamſi peſſimi fuerint, in quoquam refutatur: itaque quamuis hoc concedamus, nihil tamen iniuriæ fiet Rhetoricæ. uerum tamen ſi de his quoque non ſatis candide locutus fuiſſe conuincatur, omnino contentioſus eſſe deprehendetur. quamobrem de his quoque dicere ſit operæprecium: Age uero, ſi quo pacto reſurgentes, aut ſenſibus reſumtis, quemadmodum Dio fingitur apud Platonem ad Syracuſanos loqui, ſic ad ipſum dicant: Nos, Plato, nihil admodum boni in ciuitatem Athenienſem contulimus; nec enim eramus tuæ uirtutis ac ſapientiæ periti, nec omnibus dij dant omnia. ceterum quæ noſtræ erant facultatis, beneuolentia, diligentia, fides, fortitudo, in ijs ita excelluimus, ut nemo alius magis, idq; iis temporibus, cum uictoria gloriam ſimul ac ſalutem & omne bonum, clades uero uniuerſum adferebat interitum? Cum autem eo eſſemus animo, ac dij nobis fauerent, libera quidem tua fuit & noſtra patria, & barbarorum iniuria atque iniquitate immunis, libera uero tota quoq; Græcia: tibi autem tuisq; facultas eſt conceſſa, ut philoſophari poſſetis, & libere, quo uelletis, nauigare, ac noſtri etiam poſtea meminiſſe, quod quidem in meliorem partem facere, candoris fuiſſet. Etenim ſi nos tam rebus deſperatis noſmet ſine pugna barbaris dedidiſſemus, quæ fuiſſet ueſtra inter homines fama? Verũ hoc nec ipſi fecimus, nec alijs permiſimus, nec alterutris adulati ſumus, neq; Regi uel metu uel ſpe lucri, neque populo Athenienſi. Nam nec illos ſeruare per adulationem poteramus, nec ut blande quicquã diceremus, tempus patiebatur: ſed tantum ab adulatione populi aberamus, ut eam ne uolentes quidem poſſemus obire. At nec id ſectati ſumus, nec fieri potuit; neque gratificando ac delectando, quemadmodum citharœdi tui, Græciam ſeruauimus, uerum excitando, docendo, exemplum alijs patientiæ in periculis & neceſſitatibus exhibendæ noſmet præbendo, noſtramque, ſi dicere permittis, uirtutem demonſtrando. Cur ergo nobis adulationem & miniſterium obijcis? cur cum eos, qui priuatim nutricatus præmia non ſoluerent, improbos ſis iudicaturus, ipſe non magnam nobis communis Græcorum ſalutis ac nutrimenti, quod opera noſtra partim tu, partim alij in libertate ſunt conſecuti, gratiam rependis? hæc ſi dicerent illi, quos nam euoluens ſapientiæ labyrinthos, aut quid omnino dicens, reſpondere poſſet? Quinimo citius ad hæc quiuis, quàm Plato, reſponderet. quid ita? quoniam in ijs ipſis, quæ ad Dionis amicos ſcripſit, & in quibus mortuus ab ipſo Dio loquens tanquam uiuus introducitur, hæc continentur:

Talibus

Talibus autem acceptis legibus, quandoquidē in diſcrimine verſatur Sicilia, nec uel imperatis admodum, uel nimium paretis, æquum fortaßis atque utile uobis omnibus foret [x] *medium ferire, tam qui imperij recuſatis acerbitatem, quàm qui id iterum cupiunt aſſequi, quorum maiores à barbaris Græcos maximam partem ſeruarunt, ita ut iam de Repub. diſſerere liceat. ſin tum perijſſent, nec diſputatio nec ſpes ulla fuiſſet uſquam relicta.* At non maiores noſtri, dicerent illi, uerùm noſmetipſi factis, conſilijs, & ſermonibus noſtris Græcos à barbaris ſeruauimus, nec eorum partem quandam, quæ Siciliam incolebat, ſed uniuerſos, & qui omnis terræ, quæ incolitur, alteram putarentur occupare partem, ex qua tunc barbaros congreſſi repulerunt, ita ut iam de repub. tibi, deq; nobis ipſis diſſerere liceat. ſin tum perijſſemus, nec diſputatio nec ſpes ulla fuiſſet uſquam relicta. *Nunc igitur*, inquit Dio, *his quidem libertas cum imperio regio contingat, illis autem imperium regio obnoxium, legibus cum alijs ciuibus, tum etiam regibus ipſis, ſi quid deliquerint, imperantibus. Præterea ſincero animo, dijsq; fauentibus regem create primum filium meum, duabus de cauſis, tum mea, tum patris mei. ut enim ille tunc à barbaris ciuitatem liberauit, ita nunc ego* [y] *bis à tyrannis, ut ipſi poteſtis teſtari. alterum uerò Dionyſii filium, qui idem, quod pater meus, nomen habet; propter id, quod nunc præſtat nobis, auxilium, & mores probos, cum tyranno natus patre, urbem ultro in libertatem aſſerat, æternum ſibi ac generi honorem pro diurna & iniuſta comparans tyrannide. Tertius denique in regnum aſciſcendus eſt urbis Syracuſanæ uolentis uolēs is, qui nūc hoſtilis eſt imperator exercitus, Dionyſius Dionyſii F. ſi uoluerit in regium ſtatū ultro tranſire, cum fortunam ueritus, tum patriæ & ſacrorum negligentiæ ac ſepulcrorum miſertus, ne omnia per contentionē penitus perdat, ludibrio barbaris expoſitus.* Itaq; ſi poſteros eorum, qui urbi libertatem compararunt, talia decet accipere præmia, ut ipſi loco priorum reges ac principes conſtituantur; eos profectò, qui totum Græcorum genus ipſi liberarunt, indignum ſit præterquam, quòd nullius habeantur precij, ne liberos quidem, quod eſt omnium commune, uideri. & ſi hoſtilis quoq; principem exercitus decet regem creari, modo uoluerit patriæ & ſacrorum negligentiæ ac ſepulcrorum miſereri, neúe omnia per cōtentionē penitus perdat, ludibrio barbaris expoſitus; quónā loco ponemus eos, qui nō modò in hoſtili acie nō ſteterunt, ſed etiā contra hoſtes ex orbe toto collectos arma ſumſerunt, quiq; cum ſua regione alias quoq; multas ſeruarunt, templaq; & ſepulcra tutati ſunt, ac nec ipſorum quiſquam ludibrio barbaris fuit, nec per ipſos Græcia. Num hæc exigua ſunt uirorum merita? Ergo quos, ſi Platoni credimus, magnis ac ſolito maioribus debebamus honoribus proſequi, eos, Platoni credentes, adulatores ac miniſtros & nullius precij homines uocabimus? non rectè quidē fecerimus. Eſt aūt omniū abſurdiſſimū, quòd cū his utat̄, quando Rhetoricam docet eſſe adulationē, quaſi hi fuerint oratores, rurſum eos ipſe

Epiſtola 8.

x μέσον τεμεῖν pro μέσον τι μένειν ex Plat.

y δὶς ὑπὸ pro ὑπὸ ἴσον ex Plat.

adulatione liberat, quandoquidem hac eos uſos non ait, cum de calamitatibus ipſorum loquitur. Quapropter & heic in alterutro cernitur mendacium. Nam ſi adulatio eſt Rhetorica, adulatores omnino hi fuerunt, quoniam oratores, ut ait. ſin hi nihil habent adulationis, quomodo propter hos adulatio dicetur Rhetorica, aut quid his opus erat exemplis? Iam nec hoc æquum uidetur, omiſſis illorum conſilijs, calamitates, in quas inciderunt, prætexere. Nec enim, ſi res ipſis è ſententia non ſucceſſit, improbi extiterunt, uerùm ſi non optimis ſunt uſi conſilijs. Vt enim ″ illud eſt fortunam accuſare, ita hoc ſententiam refutare. Age uerò, libenter dixerit illorum aliquis, num tu, Plato, populo Athenienſi aut alicui alij uel in Græcia uel in Barbaria optimè præfuiſti? non potes dicere. nec enim omnino cuiquam præfuiſti. Quid autem magiſter tuus & ſodalis, Socrates? nec hic. Quid autem Speuſippus uel Chærephon? nunquam dixeris. Vtrum ergo populus integer poſſit, probus, ac iuſtus reddi, an hoc ne in uno quidem uiro liceat præſtare? Atqui ſi fieri poteſt, cur id ipſe non oſtendiſti, nec melior, quàm nos, ciuis in ipſis temporibus extitiſti? ſin eſt difficile factu, dixerint illi rurſum, quid nobis, ſicubi offendimus, obijcis, & eorum, quæ nequeunt fieri, pœnas à nobis expetis? Etenim nos hoc utiliores populo, quàm tu, fuimus, quòd cum tu nec rectè nec malè quicquam nec feceris nec dixeris, ſed prorſus negocijs te abdicaueris, nos, quantum in nobis fuit, nihil omiſimus, uerùm conſiliorum & ſermonum, tanquam pecuniæ plenam collationem patriæ exhibuimus, nec uel contradicentium multitudinem ſumus auerſati, uel diuitum potentiam, qui non poterant non à nobis, qui publico bono ſtuderemus, offendi, reformidauimus, uel iudices, uel pericula tam domeſtica quàm externa, quæ ab hoſtibus imminebant, uel denique fortunæ rerumq; futurarum incertos euentus. quæ quidem omnia quamuis facilius ſit effugere, quàm ſuſtinere, tamen ſi ad id omnes in periculis reſpicerent, ciuitatum ſalus periret. Hæc illi uidentur dicturi fuiſſe, ac moderatè quidem, ut arbitror. Iam quid ſi non optimos quidem reddiderunt Athenienſes, meliores tamen quodam modo? Quid autem, ſi magis & in hos & in alios peccaſſent, niſi fuiſſent horum ſermonibus detenti? Ergo medicum quidem ais, ſi cum coco contendat apud pueros, uel eos, qui ueritatem ignorent, fame periturum eſſe; ſi autem Miltiades, & Cimon, ac Pericles, cum optimè Rempub. gubernarent, alicubi offenderint, miraris? Quomodo uerò ferri hoc queat, cum Alcibiadem quidē & Critiam, Socratis ſodales, qui tot ac tantis criminibus & apud populum & apud optimates obnoxij fuerūt, ut Critia quidē nihil potuerit uel fingi ſceleratius, qui inter triginta Græcorū peſſimos primus fuerit; cum hos, inquā, negant argumento eſſe, quòd iuuentutē Socra-

tes

ε [illegible] pro i- [illegible]

tes corrumperet, aut eorum peccata quicquam ad Socratem pertinere, qui nec ipſe ſecum iuuenibus colloqui negaret: uerùm ſi populus Athenienſis inter multas ac magnas res, quas tum pro ſe tum pro Græcis geſſit, quædam rectè ac decenter decreuit; nonnulla quoque in præfectos peccauit, ea cenſent præfectis ipſis eſſe imputanda. At Leſbios quidem nec Terpander, nec Arion, nec ſi quis alius Muſicam exercuit, Muſicos potuit omnes reddere: at ſi Themiſtocles ac Pericles politicam uirtutem non prorſus Athenienſes docuerunt, id eos, ut uidetur, nullius fuiſſe precij conuincet. Atqui deos quoque eadem ratione liceret accuſare, quorum tanta debeat eſſe prouidentia, ut omnem iniuſtitiam & ingratum animum ex humanis tollerent, ne quid amplius homines uſquam delinquerent. Nunc autem quomodo uel prouidere nobis putentur, donec ij, quibus imperant, peccare non deſinunt, [a] uel non meritò à quibuſdam comtemni. Verum nec equi eos quidem, quorum cõtactum nunquam ſenſerint, ex aſpectu cognoſcunt, ſuos autem equiſones fugiunt & auerſantur; ſed & aſinis hoc in prouerbio tribuitur, ut ſcalpentem rurſum ſcalpant: homines autem cum à dijs regantur, deos eſſe non putant, aut de ijs turpe aliquid uel dicunt uel exhibent. Et auriga quidem ſi calcitroſos habet equos, cicures ac manſuetos reddit, ac deniquè tutò & commodè, quocunque uult, uehitur; dij uerò nondum ex hominib. iniuſtitiam ſuſtulerunt, cum tamen ab omni æuo rerum adminiſtrationi præfuerint, atque etiam quoſdam eorum in ſeſe peccare cognouerint. Cum autem hæc nemo ſanus ſerio dixerit, niſi ad refutandum, ut nos; liquidò cernitur Platonis calumnia. Etenim ſi quæ nec dij unquam fecerunt, nec ab ipſa urbis præſide Minerua iuſtè poſſet petere, hæc à Themiſtocle & Pericle requiret, quomodo calumniæ crimen effugiat, quæro. Sed, ut arbitror, populi quidem naturam nec mutare potuerunt, nec abolere, quæ quidem eſt ea, nunquam ut omnes probi & inculpati exiſtant; cum autem uel prouidendum erat aliquid non ſine periculo, qua quidem in re ſimul & uulgi & optimatum gratiam merebantur, uel cum poteſtate populus à rebus grauiſſimis auertendus, ac naturæ peccata uel tantillum corrigenda, his profectò nunquam ſibi nec populo defuerunt. quibus rebus ultra noſtram diſputationem & confirmationem Plato ſuffragatur ipſe, atque heic etiam nobis teſtimonium perhibet eadem dexteritate, qua & in ſuperioribus, quotieſcunque fuit opus, & in ſequentibus, ſi quidem ipſe eos laudaſſe comperiatur. Quare quomodo quis eos illuſtrius uel ſplendidius laudare potuiſſet, quàm hic, qui funebrem in ipſos orationem conſcripſit, in qua etiam alijs eos ſe commẽdare dicit, & conciliare, ut in odas & alia poemata referant, pro meritis [b] exornatos; eorum facta [c] recitans. Eſt enim hoc feſtiuiſſimum, quòd alijs omnibus omiſſis ac neglectis, ad

[a] deeſt ἢ ante μή.

Conciliare) Verba ſunt Platonis in Menexeno.

[b] κοσμήσαντες pro κομίσαντες

[c] λέγων pro ᾄδων.

ea quæ ſunt horum adminiſtrationi propria, ſe contulit, quaſi ex ijs uita defunctorum uirtutem maximè declaraturus eſſet. Ac maximum quidem facinus ponit Marathonium, alterum uerò Salaminium: deniq; addit, barbaris eos oſtendiſſe, diuitias omnes & potentiam uirtuti cedere. Quapropter cum eos, qui hæc excogitarunt & effecerunt, laudat, Themiſtoclem laudat & Miltiadē, quandoquidē hi autores harum rerum fuerunt. Abſurdum eſt autem, quorum facta prædicat, eorum gubernationem ſugillare; quæq; eorum, qui pa ruerunt, uirtutis ponit indicia, non ijs, qui perſuaſerunt, primùm tribuere. Nam qui quidem à ſenatu delecti funebres habent apud uulgus orationes, refugium fortaſſis nanciſcuntur, neceſſitatem laudandi, nec eorum ſermones magni fiunt. qui autem de induſtria ſuaq́ue ſponte de ijs conſcripſit, id utique facturus non fuerat, niſi & ipſos & eorum facta plurimi feciſſet. Nec enim hæc, ut Athenienſibus adularetur, ait ſe ſcripſiſſe, nec ſi diceret ipſe, nos crederemus. ſi etiam dicendi uim & gratiam uoluit oſtendere, quomodo Rhetoricam, cuius hæc ſunt, queat reprehendere? Ac de his quidem uiris tale teſtimonium dedit, eos non peſſimè ciues rexiſſe, nec eorum cupiditatibus obtemperaſſe, ſed factorum talium duces ipſis extitiſſe, quæ ne Plato quidem prædicare, & cum uirtute coniuncta ponere [d] erubeſcat; neq; Mithæci coqui ac Thearionis piſtoris fuiſſe ſimiles, uerùm de quibus pro dignitate uel dicere ſit difficile. in uniuerſum autem ſic teſtatur in eodem Gorgia, in diſputatione Socratis & Calliclis. Cum enim ad quæſtionis ſolutionem perueniſſet, & manifeſtum eſſet iudicium, eius diuiſionem inſtituit; atq; alter quidem interrogat, alter uerò reſpondet, hoc modo: *Utrum tibi ſemper optimè uidentur oratores dicere, & id ſpectare, ut ex ipſorum ſermonibus quàm optimi ciues euadant; an hi quoq; ciuibus gratificari ſtudent, ac bono publico propter priuatum neglecto, cum populo tanquam cum pueris uerſantur, gratiam duntaxat ſtudentes inire, nec, utrū meliores per hæc an peiores euadant, curātes. Non eſt hoc, quod quæris, unius generis. Etenim quidā cū ciuiū cura dicunt omnia, nōnulli etiā, ut tu ais. Sufficit. nā ſi & hoc duplex eſt, alterū eorū erit adulatio, turpiſq; cōcio, alterū honeſtum.* Itaq; nobis etiā ſufficit. Etenim ſi duplex eſt, ac non ſemper quidem optimè dicunt oratores, nonnunq; tamē etiam optimè; aut potius alij ſic dicunt, alij aliter; quæ Rhetoricam docet eſſe adulationem ratio, mox diſſoluitur. Quin etiam in fine dialogi clarius rem totam eſt elocutus. nec enim à nobis iſta ſunt inſerta. *Ueruntamen, Callicles, inter eoſdem quidam etiam ualdè improbi extiterunt. Nihil tamen uetat ex his etiam probos uiros exiſtere; qui quidem maximè ſunt admirandi. Eſt enim difficile, Callicles, ac magna laude dignum, ſi quis, cum nocere magnopere poſſit, iuſtè uiuat. Uerùm pauci tales euadunt. Nam & heic & alibi fuerunt, atq; etiam erunt, ut arbitror, hac uirtute præſtantes homines, qua res commiſſas rectè adminiſtrent. Unus quidem, iſq; ualdè celebris*

[d] αἰχυνθεῖν pro αἰχυνθῆναι.

bris etiam inter alios Græcos, extitit, Ariſtides Lyſimachi F. Sed plerique principes improbi euadunt. In his tam longè proceſſit, ut non tantum exiſtere poſſe ſit confeſſus, ſed & unum ipſe nominauerit. *Fuerunt enim, inquit, & alij tum heic tum alibi.* Verùm ego illud, *& alij*, &, *alibi*, tollo: quem autem ualdè celebrem ait extitiſſe non inter ciues modò, ſed etiam inter alios Græcos, hunc duntaxat ſumo. Hæc enim intra fabulam ſunt alicubi coniecta non oſcitanter, opinor, nec temerè, ſed ut ſimul & laterent quammaximè, & ſi quis ea pòſt inueniſſet, ne ab ipſo quidem [e] uiderentur eſſe præterita. Ita mediam quandam in- *e δοκῇ pro δοκεῖ.* uenit uiam, atque etiam ad finem totius ſermonis reiecit, quæ ſi poſuiſſet in initio, non potuiſſet, credo, reliqua deducere. ueruntamē haud à nobis quoque propterea omittentur, donec eiuſdem autoris ac diſputationis, atque etiam dialogi erunt. Quapropter ſi alius quidem nec Athenis, nec uſquam alibi præclarus orator, & adulationis crimine carens, unus autem Athenis Ariſtides extitit, quamobrem ars quaſi neceſſariò turpis eſſet, erit reprehendenda? Nec enim id quærebatur, utrum faciliùs eſſet exiſtere uel nō exiſtere uerū oratorē. nam hoc quidem & nos teſtamur, ac, ſi Stentoris haberemus uocem, proclamaremus, & Nilus ſi oſtijs ſeptem loqui poſſet, ut apud Homerū *Iliad. φ.* Scamander. ſed utrum fieri per naturam poſſet, an minus, hoc erat in quæſtione poſitum. Age enim, ſi ante natum Ariſtidem hos contra Rhetoricam ſermones habuiſſet, eamque turpem & fugiendam conatus eſſet omnibus modis demōſtrare, quòd fieri non poſſet, ut qui res eas attigiſſet, bonus aut iuſtus unquam euaderet; nōne mentitus eſſet? Ariſtides enim talis extitit, niſi de eo mentitus eſt Plato. Indignum eſt igitur, cum ante natum Ariſtidem expectandus fuerit aliquis talis, nec res omnino difficilis iudicanda; poſtquam hic illuſtre protulit exemplum, ita loqui, quaſi nec natus hic eſſet, nec res omnino fieri poſſet. Quin nec hoc eſt æquum, cum id certiſſimum fuerit habiturus contra Rhetoricam argumentum, ſi nullus unquam probus extitiſſet; poſtquam ipſe, qui illi maledicit, & fuiſſe quoſdam præclaros confitetur & fore (eſt enim [f] hoc eximium, quod etiam de fu- *f τινὶ pro τῷ τι.* turis prædicit) hoc uerò nihili facere. Præterea, quod eſt in poſtremo hoc teſtimomo, multo maioribus laudibus tales eſſe dignos ipſe cenſuit. *Eſt enim difficile, inquit, ô Callicles* (igitur etiam, ô Plato) *ſi quis, cum nocere magnopere poſsit, iuſtè uiuat.* Quocirca ſi concionari quidem ſecundum teipſum eſt imperare, poſſunt autem etiam concionatores iuſtè uiuere, eſtque maius iuſtitiæ teſtimonium, cum quis nocere ualens, quieſcit, quàm ſecus; longè nimirum ab adulatoribus tales diſtant, qui etiam ijs, qui neceſſariò ſunt iuſti, tanto pręſtāt interuallo. Itaque uidetur Homericum illud contigiſſe;

Atque aliquid, tacitum quod oportuit eſſe, profudit. *Odyſſ. ξ.*

Nam cum Ariſtidem non tantùm non uituperare potuerit, ſed etiā

excellentem neceſſariò poſuerit, Miltiadis quoque ac Themiſtoclis accuſationem rurſum diſſoluit. etenim hoc iam eſſet homines accuſare, non Rhetoricam ſugillare, quaſi malè dicendi aut agendi eſſet cauſa. Quemadmodum igitur ipſe, quæ neceſſaria non ſunt, illis obiecit, ſic & nos pro illis ſimilia, atq; adeo propter ipſum ex parte neceſſaria, nihil uetabit opponere. Nec enim ſimpliciter modò, neq; ut nunc oſtendimus, ipſum ſibi cõtradixiſſe, ſed & dũ illos reprehẽdit, hunc laudare non poſſe, aut ſi hunc rectè laudat, illos eadem de cauſa reprehendere non poſſe declarabimus. Etenim hoc malæ ipſorum adminiſtrationis ſignum ponit, quòd ab Athenienſibus malè ſint tractati; quaſi qui fuerant ab ipſis optimi redditi, non debuiſſent in eos peccare, per quos etiam ab alijs lædendis abſtinere didicerant. Quæ cum ita poſuiſſet, & aurigas ac ſimilia huc adduxiſſet, Ariſtidẽ tamen non modò reprehẽdit, ſed & inter ceteros eximium iudicauit. Atqui ſi ab Athenienſibus malè multari, malæ ipſorum gubernationis erat ſignum, nè Ariſtides quidem rectè eos rexit, quandoquidẽ nec ipſe impunè euaſit, quin excideret, idq; non in curia, ſicut Pericles & Miltiades, nec per eos, quos populi cauſa offenderat, uerùm ab ipſo populo teſtularum ſuffragio condemnatus. Quocirca ſi nullum eſt improbitatis ſignum, cum quis orator ab ijs, quibus præfuit, læditur; nec Miltiades, nec Themiſtocles, nec alius quiſquam, quoniam lapſi ſunt, improbi meritò habeantur: ſin illi hanc ob cauſam redarguuntur, cur Ariſtides eximius, & iſto uacans crimine ponatur? Itaque non ijs tantum argumentis, quæ contra Rhetoricam proferuntur, ſed & in ijs, quæ priuatim contra uiros, Ariſtides ab eo contraria ratione laudatus, eos, quos ille reprehẽdit, iuuat, inſtar digreſſionis præter opinionẽ ſuccedentis. Deinde gubernatorẽ adducit, & cur iſte non tantundẽ ſibi tribuat, quantũ orator, quærit, cum & ipſe homines ipſos & opes à morte ſeruet. Atq; equidem & hoc uideo rurſum quæri poſſe, cur nec ipſe gubernatori concedas. etenim ſi Philoſophiæ cauſa, quam pleriq; contemnant, in Siciliam te nauigaſſe ais, ut Dionem iuuares; non minus eum gubernator ſeruabat, qui te uehebat, idq; per mare maximum: quin hoc etiam ſe tibi præſtare dixerit, quòd ipſum quoq;, qui Dionem ſeruaturus erat, ſeruabat. uerùm hoc omitto. Sed hoc abſurdum eſt, cum gubernator ipſe nõ idem ſibi, quod oratori, tribuat, nec de eo contendat, te hoc [g] uti exemplo, quaſi oratores eò, quòd ipſis cuncti cedant, humiliores aliquãtum redditurus eſſes. Quinimo non per inſcitiam cedere oratori gubernatorem, nec eum ſic admoneri poſſe, tãquam ſi in certamine præter dignitatem cederet, Heus tu, uide quid agas; orator coronam auferet: facilè poſſit oſtendere Rhetorica. Nouit enim, etiamſi non didicerit, ſe nautis quidem imperare, uectoribus autem ſeruire. Iam temporis hactenus particeps eſt, quatenus ijs, qui nauigare decreuerunt,

[g] χρῆν pro χρῇ.

id

id indicat, & in littore commorantes, fauẽte uento excitat. quando autem nauigare, uel domi manere præſtet, & quo, & qua de cauſa, non magis, quàm alius quiuis, uel ſcire poteſt, uel ſtatuere. Orator uerò non ita ſe habet: uerùm ut gubernatores nautis imperãt, ita rurſum gubernatoribus imperãt oratores, cum nauibus eſt opus maximè; atq; adeo plus habent in gubernatores poteſtatis, q̃ illi in nautas, ut illi quidem nauigantibus imperẽt nautis, hi etiam utrum nauigandum ſit an minus, gubernatorib. pręcipiant, aut potius in utroſque poteſtatem habeant, tam gubernatores quàm uectores. Initio enim docent ac perſuadent, quando ſit & quò nauigandum; ac rurſum, cum eſt opus, prohibent. Quamobrem nequaquam eſt idem, naue conducta miniſtrare, & obtenta ſententia dimittere; nec nauem ſeruare * nec eos, qui ſunt in naui, ſpectandos ſibi proponit gubernator, ſed rem ipſam perpendendam, quemadmodum neq; carnifex iudici ſe præfert aut comparat, quòd ipſe, aut ſaltem & ipſe homines occidat; uerùm nouit ſeſe quidem, cum ſit miniſter, id neceſſariò facere, illum uerò pro ſua poteſtate de rebus iudicare. Præterea gubernator dimidiam poteſtatem habet. nam ſeruare tantum nouit, nec unquam ex artis pręcepto quenquam occidit; quin ſi per naufragium pereant aliqui, excuſat ſe, non gloriatur. Verum orator non ſeruare tantum nouit, ſed & occidere, &, quos oportet, eijcere; ita ut perfecta ſit pręditus poteſtate. Iam gubernator quos ſeruat, eos non pro meritis ſeruat, uerùm, ut habet etiam exemplum, non negat eos quoque ſe uehere, quibus mori præſtet, quàm uiuere. orator autem etiam ſalutis partem cum iuſtitia coniungit. Quo fit, ut non admodũ ſimile ſit exemplum, cùm ex duobus alter utrumq; iuſtè adminiſtrat, alter etiam alterum ex dimidia parte procurat. *Propterea gubernator, inquis, obolis duobus exactis, ſi ex Aegina ſoluerit, ſin ex Aegypto uel Ponto, duabus drachmis; dein egreſſus ad mare & nauem modeſte obambulat.* In Gorg. *Exiſtimat enim*, inquit, *incertum eſſe, quos nã iuuerit* (nempe, ex uectoribus) *uel læſerit. atq; ideo lex non eſt, ut glorietur gubernator, quamuis nos ſeruet.* Vides, quid dicas? Lex non eſt, inquis. at oratorem lex eſt; itaq; & ius. Sed gubernator & illa nouit, & ſi hæc præterea conſiderat, neſcio. ueruntamen & gubernator, & quiuis alius perſpicere poteſt, gubernatorem quidem, cum plurimos ſimul uehit [h] non ultra mille ſeruare, oratorem uerò non Ægyptijs nauibus, nec etiam claſſe tota ſalutem definire, ſed & portus ipſos, & urbes non tantum decẽ hominum millium capaces pro nauibus decem millium pondo, uerùm etiam non facilè ſub menſuram cadentes, ſuo regere imperio. Ac gubernator quidem poſtquam appulit, arte non amplius utitur: oratori nullus eſt uacuus locus. At obruet nos, inquit, machinarius uerbis. Quibus, obſecro, Gorgoneum caput? Donec enim machinarius eſt duntaxat, non tantum artem uerbis ornare non poteſt, ſed

h deeſt in ante *ιουτῳ.*

Alludit ad Gorgiæ nomen.

nec artis opera præbere, antequam uicerint oratores. Sin uerbis obruet, quæ eſt horum facultas? Quocirca ſi machinario quoq; utilis eſt Rhetorica, ut aliquid de arte ſua poſſit dicere; ubiq; nimirum eſt utilis. Deinde minus fortaſſis abſurda, ſimilia tamen facit, cum pædotribas medicis præfert. Etenim ſi hanc non uocas Gymnaſticam, ſed quæ corpus quocũq; modo moueat, oẽs erunt Gymnaſticæ periti, quandoquidem omnes mouentur. mirabor aũt, ſi in uſu corporis omnibus cedet medicus. Sin eam, quam pædotribæ docent, Gymnaſticã uocat, quomodo poſſit ea cum Medicina conferri. Eſt enim omnibus perſpectum, ſine pædotribis quidem multa hominum genera facilè degere; ut autem uigeat Medicina, omnium prorſus intereſſe. Verùm ne ſermo ſermoni ſuccedat, cum ſufficiant ea quæ ſunt potiora, omittam in præſentia longiorem hac de re diſputationem. Sed & 'natandi ſcientia, inquit, à morte ſeruat. cur ergo non & hanc extollimus. Quoniam, uir præclare (nihil enim neq; nos pudebit de rebus manifeſtis loqui) is qui optimè natare nouit, ſatis habet, ſi ſeipſum ſeruet. nemo enim unquam ſupernatãtem quẽquam ſeruauit, niſi fortè delphinus Arionẽ. Orator autem nõ ſeſe modò, nec alium unum ſimul, uerùm & amicos & ciuitatem & ſocios ſeruare didicit. Et optimus quidem natator non ultra tria uel quatuor iugera progreditur, niſi Scyllam dicas; neq; poſtquã extra mare, paludem, uel fluuium fuerit, ars ei quicquam prodeſt: orator autem & paludes & maria & fluuios artis opera ſubire poteſt; ac ſiue domi maneat, ſiue nauiget, ſiue ſedeat, ſiue ambulet, idem exiſtit. Vtrum ergo par pari referimus? nec adhuc, quod eſt potiſſimum, dixi; ſed nunc inſuper reſpondebo. Quoniam natare poſſunt & ſues & canes omnium uiliſſimæ, ac multo melius homine, & ceruas aiũt longiſſimè per mare natare ſibi inuicem inhærentes, eadem nunc primum nunc ultimum locum per uices occupãte. ſermonis autem uim & facultatem non leporibus & ſimijs, nec ceruis indidit Deus, nec etiam leonibus aut alijs animalibus, quæcunq; in terra, mari, uel aere degunt; ſed in duobus duntaxat generibus collocauit, altero omnium optimo, altero reliquorum omnium optimo hanc unam ob rem, qua accepta Rhetorica ornat eum, qui eſt illius compos, & quod natura incrementum accipit, auget. Atqui ſi tot argumentis Plato Rhetoricam eſſe adulationem demonſtraſſet, quot nos in contrariam partem protulimus, uix, opinor, melius ſententiam ſuam potuiſſet confirmare. Sin eius dignitatem putat exemplorum uilitate poſſe tolli, equidem nihil dicam amplius, uerùm poſſet aliquis dictũ dicto reddens, ſecũdũ Homeri præceptum, ita reſpondere. Quid autem? nonne nutrices, litteratores, ac pædagogi pueris ita dicunt: Oportet te non impleri, & modeſtè per uias incedere, ac ſenioribus aſſurgere, & parentes amare, non tumultuari, non alea ludere, non, ſi uis, alternare pedes: uerumtamen

In Minoe.

i. τῶ νῶν pro νῶ.

Iliad. v.

runtamen non propterea magni ſe faciunt nutrices, nec Philoſophis ſeſe præferunt. itaque [k] quæcunq; maximi eſt precij, duarum eſt fortaſſe uel trium minarum. Pædagogi uerò etiam cum barbarie quadam pleriq; iſta docent, ac ianitores aliquando pro pædagogis, cum artem deſierunt, æquo animo fiunt, nec profectò, etiã ſi oratoribus poſtponantur, ægrè ferunt, nec illud quærunt, cur ipſi, qui quotidie clamant & aliquando pugnos ingerunt, nec obiter tantum docent, ſupercilia non extollant, nec in priorem propellantur locum, nec maximarum rerum credantur adhuc habere ſcientiam; cum philoſophi glorientur, & ſe iactent, ac primatum ſibi uindicent, magniq; ſeſe faciant, nec uel oratoribus cedẽt, uel pædagogis pares ſe conſtituãt. Verùm nec hæc ratione fulciunt, & iſta ſunt his ſimilia. Quin etiam artẽ conſcripſiſſem, niſi ridiculum foret. Veruntamen in ſuperioribus oſtendere [l] conabar, Rhetoricã per omnes uirtutis partes penetrare, cum per prudentiam eſſet inuenta pro iuſtitia, temperantiaq; & fortitudine cõſeruaretur. Idem & in his licet animaduertere. Etenim cũ ſit hoc concionari, ea quibus opus eſt, inuenire, ac diſponere, ac decorum cum ornatu & poteſtate obſeruare: inuentio quidem prudẽtiæ debetur, cum nequeat is, qui prudentia caret, utile quicquã inuenire; temperantia uerò adminſtrationi præeſt, & imperantium ac parentium concordiæ. Iam pro iuſtitia decorum ponatur, quod in eo conſiſtit, ut quanta & [m] qualia ſingulis rebus cõueniant, obſeruetur. Fortudinẽ autem nihil adeo requirit, ut oratio. humilitatẽ enim & ignobilitatem nihil exterminat longius. Quæ cum ita ſe habeant, quidnã ex ijs, quæ dixi, arripiens quis Rhetoricam poſſit reprehendere? uel quis melius aut ſincerius cum hominib. [n] uerſetur, q̃ qui poteſt qualia quantaq; opus eſt, & ad quos; uerba facere? uel quomodo ſine hac facultate poſſit quis tam cũ multis q̃ cum paucis rectè colloqui, uel cum fratrib. uerſari, tum iuniorib. tum ſeniorib. cum parentib. amicis, peritis, ignorantib. hoſtib. ſocijs, diuitib. pauperib. & quotcunq; licet alijs modis hominũ genera diuidere. Etenim qui decorũ in dicẽdo conſiderat ubiq;, & occaſionem nouit, atq; iſta poteſt, prout ſcit, abſoluere; hic ſolus ijs, quæ dixi, poteſt omnib. uti, & admonendo perficere, & accuſando fidẽ facere; ac potior eſt ubiq; eo, qui his deſtituitur. Iam qui quid dicendũ ſit, nouit; is etiam, quid ſit tacendum, intelligit, ac quando uel dicendum ſit uel [o] tacendum, quemadmodum nec qui nauigãdi tempus nouit, quiescẽdi ignorat. Qui porro dictionis ac ſilẽtij ſcit opoꝛtunitatẽ, in neutro ſecundũ artẽ peccabit. Quod ſi ita eſt, nimirum tam oratoris erit q̃ Philoſophi, quando tacendum ſit, cognoſcere. Pręterea qui quid dicendum ſit, nouit; quid faciendũ ſit, non ignorat. ſi quidẽ nemo qui poteſt agenda præcipere, quid agendũ ſit, ignorat; nec qui ignorat, poſſit præcipere. Iã q qd alij faciẽdũ ſit, intelligit, ſuũ quoq; nouit officiũ; quemadmodũ qui poteſt al-

k λεῖ pro λῶ.

l ἐπεράινειν pro ἐπιρράινειν.

m ὁποῖα pro ὅποια.

n συνοίσεται pro συμφέρεται.

o σιωπῆσαι pro ᾆσαι.

terius ſitim reſtinguere, ſuæ quoq; mederi nouit. Efficiẽ ergo, eundẽ & dicere, quæ ſit opus, & facere poſſe; eundẽq; in utroq; peccare. Ac ꝓpterea ueteres quoq; facultates iſtas cõiungebãt, nõ ſeparabãt. Atque Homerus quidem Phœnicẽ ait à Peleo ad Achillẽ fuiſſe miſſum

Iliad. ι.

Verborumq́; oratorem, factorem operumq́; quaſi idẽ, quid & faciẽdũ eſſet & dicẽdũ, ſciret. Quid q̃d paulo ante ipſe eas cõiũxerat, inquiẽs:

—Martem communem ſcire negantem,

Atq; forum, illuſtres homines ubi conſpiciuntur. Heic agendi quidẽ facultatẽ, per bellũ, dicendi aũt, per forũ indicauit. cũ tamen utriuſq; meminiſſet, illud *—illuſtres homines ubi conſpiciuntur,* foro attribuit, non bello, quaſi præſtaret orator, cũ de rebus agendis diſputat, q̃ cum ipſe quid agit. nec mirũ. Nam quanto melius eſt imperare q̃ miniſtrare, tanto præſtat, quæ oportet, dicere, quã facere. Vt enim ille multis conſilium impertit, ita hic inſtar alterius eſt cuiuſuis. Quare ſicut architecti fabris neceſſariò præſtant, quamuis in eodem uerſentur opere; ſic eos, qui in foro & dicendo præcellũt, horum miniſtris Poeta meliores poſuit, & illuſtres appellauit, idq; admodum rectè. Nam qui inter multos aliquid agit, nõ fit manifeſtus; quandoquidem multos habet participes: qui autẽ publicè dicit, omnes attrahit, eumq́; cuncti aſpiciunt.

Odyſſ. θ.

—tum dicit firmiter ille

Blandiloquente pudore, micans in cœtibus unus. Ad alia enim ſimilia ſponte propemodũ nos deducit oratio: in quibus manifeſtè teſtatur Homerus, oratorẽ, cum dicit, nõ adulari, nec ſubmiſſe ſe gerere, nec admirari quenq;, nec tẽporariam ſectari uoluptatẽ, ſubinde ſe mutantem, ſicut coqui faciunt alienæ libidinis gratia, nec ad principũ uolũtatẽ ſe fingere; uerũ, *dicit firmiter*, inqt. Eſt aũt *firmiter*, ſine offenſa. Nequit autem ſine offenſa dicere, niſi qui rectè dicit. At cauſa eſt, quia *Blandiloquente pudore*; nõ impudẽtiſſimos adulatoris mores aſſumens, ſed pudoris particeps. Huius etenĩ ſermones quoq; neceſſe eſt modeſtos eſſe; & quia decori[p] ſunt, id q̃d uolunt, obtinere. Heſiodus uerò reges quoq; diuino munere dicẽdi facultatẽ ait adipiſci. Nã Calliope, inquit, *—reges etiam ſequitur pudibundos.*

p ἔχονται pro ἔχοντα. In Theogonia ſub initium.

At natæ quemcunq; colunt Iouis altitonantis
Regibus è diuis, naſcentemq́; ore tuentur,
Huius & in linguam prædulcia carmina fundunt,
Et blanda ore fluunt ſuaui[q] uerba. at populi pars
Omnis eum aſpiciunt dicentem iura benignè
Aequis iudicijs: tum[r] firmiter ille perorans,
Mox etiam lites permagnas ritè diremit.

q deeſt ἔπειτα poſt τῷ δ'. r ἀσφαλέως pro ἀτρεκέως ex Heſ.

In quibus nõ [s] eodẽ ferè modo, ſed & eadẽ, quæ Homerus, dixit, atq; adeò multo ſplendidius Rhetoricæ patrocinatus eſt, cum non eundem tantum, quæ deceat, facere, ſicut dicere, ponat, ſed & optimos

s κατ' αὐτὰ pro ταῦτα.

reges

reges opera Rhetoricæ tales affirmet euadere. Addit deinde:

Namq́ ideo reges prudentes ſunt, quia læſo
Per fora lata uices populo plerunq́ rependunt,
Molliculo compellantes ſermone libenter.

Itaq; duo quædam teſtatur; tum Rhetoricam cum arte regis eſſe coniunctam, tum eiuſdem eſſe, & prudentis nomen mereri, & rectè dicere. Etenim qui, cum ſuprà dixiſſet Calliopen pudentiſſimos reges ſubſequi, & dicendi peritos reddere, heic adiecit,

Namq́ ideo reges prudentes ſunt,— ut populi controuerſias cōponāt; oſtendit ſe, qua in parte prius eloquentiā poſuerat, eidem quoq; modeſtiam tribuere, nec temerè oratores etiā prudentes feciſſe, Rhetoricæ quidē principio ad prudentiā & modeſtiam relato, artibus aūt regnandi & iudicādi ſimul cōiunctis. quæ quidē rectè dixit Heſiodus, & gratus erga Muſas fuit, à quibus etiā, q̃d de his poterat dicere, acceperat. Quapropter & qui prudentes ſunt, rectè dicunt, & reges dicēdi periti ſunt prudētes, nō ut ipſi modò ſuo fungant̃ officio, ſed etiā alios ad id cōponant. Eſt igit̃ hoc Rhetoricæ munus, ut & prudentia ualeat, & non ipſum tantū aliquē, q̃ debet, facientē, ſed & alijs, q̃ facere oporteat, pſuadentem, ac deniq; planè regiū exhibeat. Nec abhorret hinc prouerbiū, q̃d ait talem eſſe orationē, quales ſunt mores; & cōtrà. Ex q̃ fit, ut & noſtris argumentis, aut potius quæ ipſa ſubijcit oratio, & rerū teſtimonio, & poetarū præſtantiſſimorū atq; puerbiorū fide ueritatē nobis uindicemus. Quodſi fabula quoq; narrāda eſt, uereor equidem, ne qs aniculas nobiſcū Vnde ui poſſe agere dicat p iocū comicus; pferā tamen fabulā nō temerè in ſeipſa deſinentem, ſed cū rerū fide coniunctā, ut & Amphionis dictū re uera reponā, & Zethū dixiſſe meminerimus, niſi ſecundū Euripidem, p utroq; potius uerba fiāt, q̃ pro ipſorū diuiſione noſmet ſeparemus. Cū igit̃ recens creati eſſent hoīes, & animātes aliæ, magnus erat per terrā tumultus. Nam nec ipſi ſeſe poterāt uti, cū nihil eos cōiungeret, uerū minores à maiorib. regerent̃; nec alijs reſiſtere animantib. quibus in omnibus rebus inferiores erant, ac alijs in alijs, ut celeritate uolucrib. (quod enim inquit Homerus Pygmæos à gruibus pati, id omnib. tū ab omnibus cōtingebat fortib. auibus) robore leonib. apris, atq; alijs multis. Itaq; fiebat, ut nullo defendente morerent̃. Quinimo corporis cōpoſitiōe nō ab auib. modò, ſed à cochleis quoq; ſuperabant̃, ſic ut nemo ſibi poſſet ipſe ſufficere. Hac ratione cū uaſtaret̃ hominū genus, ac paulatim diffluerct, Prometheus id animaduertens, cū ſemp humanus eſſet, ad legationē p hominib. obeūdā aſcendit, nō ab hominib. miſſus, q ignorabāt etiam tū, quid eſſet[t] legatos mittere, ſed ſua ſpōte profectus. Tū Iupiter & Promethei iuſtū ſermonem admiratus, & ſimul apud ſe rem cōſiderās, Mercuriū, filium ſuū, iubet cū Rhetorica ad homines ire. Et quoniam Prometheus ſingillatim omnib. antea

Dictum) de quo uide Gorgiā, & Nouas Lect. lib. 7.

Iliad. γ initio.

t πλέσβεις pro πρέσβεις.

ſenſus & alia corporis membra formarat, Mercurio præcepit, ne ita quaſi theatralē pecuniā diſtribueret, ut oēs ex ordine Rhetoricā quaſi oculos, manus, aut pedes conſequerent; ſed optimos quoſq; & nobiliſſimos ac natura ualidiſſima præditos ſeligeret, quibus hoc donū impertiret, quo ſeſe pariter & alios ſeruare poſſent. Ita cum à dijs eſſet ad homines delata Rhetorica, tum & beluarum terrorē potuerūt effugere, & inimicitias mutuas undiq; depoſuerūt, ac ſocietatis inuenerunt initium. De montibus itaq; deſcendentes, alij ad alia loca ſibi inuicem appropinquarūt, ac primū quidem ſub dio; poſtea uerò, inualeſcente iam ſermone, urbem conſtruxerunt, ac diuiſionē ſui inſtituerunt non fortuitam, ut olim, ſed ad ordines collegiorū redactā. Deinde leges, ciuitatum principes, tulerunt, ac præfectos & Remp. inſtituerunt, dijsq; gratias retulerunt, primitias ſermonū primas offerentes, quibus etiamnum deos maximè delectari uincit ratio, cū ex ijs prima deorū cognitio ſit profecta. Atq; hoc pacto magnus ex imbecilli & uicto redditus eſt homo: quiq; prius ut res nihili contemnebatur, ex hoc omnibus, quę ſunt in terra, pro ſuo poteſt uti arbitrio, unico munitus orationis propugnaculo. Atq; hunc quidem habeat finem fabula, capite quoq;, ni fallor, nō inepto prædita. Veruntamē non eſſe fabulam hanc, nec rem fictā ſed uerā, atq; ipſarū rerū orationem, ex ipſis patet. Itaq; nō ab initio tantum Rhetoricæ facultas iſta diſcreuit & cōpoſuit, ſed & eas, quæ à longiſſimo tempore incoluntur urbes, etiamnum continet & ornat Rhetorica, quæcunq; præſentibus apta ſunt ornamentis, ſemper conquirens. Vt enim modò dicebam, ars legum ferendarum, poſtq; eas tulit, mox diſcedit: ars iudicādi quoq; poſt calculū nihil curat amplius: uerū hæc inſtar inſomnis præſidij nūq; ceſſat excubare, quippe quæ & cū illis initio fuerit cōiuncta, ducendo ac docendo, & per ſe rurſus obeat ſingula, inſtituēs, legatione fungens, ac ſemper præſens quiduis cōponens: nec etiamſi oēs iniuriæ ac delicta ex hominib. tollerentur, minus erit utilis, quēadmodum legibus & iudicibus, hoc ſi contingeret, nihil foret opus; uerū donec & ſeſe mutuo & alijs utent̄ homines, conſtabit Rhetoricæ munus ſuum. Quid quod nō alijs ſolum animalib. per orationis facultatē tantū præſtamus, ſed nec in ipſis animātib. quæ ſunt eiuſdē generis, tanta naſcit̄ ex ulla re differentia, quantā inter homines parit oratio. Quare nec in hominib. alia facultas ulla tantū habet uel differentiæ uel plenitudinis. Etenim qui diuitijs abundat, unum fortaſſis atq; alterum uicerit; uerū ſi tres uel quatuor ſimul opes ſuas contulerint, ijs erit pauperior. Sin etiam quatuor uincet, at non octo: ſin etiā plures, at nō ciues oēs: ſin etiam ciues oēs, at nō finitimos: ſin etiā hos, non tamen utroſq; ſimul, ac multo minus Græcos omnes, & nullo prorſus modo eos, qui ſunt in tota continenti. Qui autem eloquētia præſtat, is & ſingulis & omnibus ſimul eſt ſuperior, & quanto excellit,

cellit, hoc ſemper retinet, nec perdit. Non enim iſta tanquam opes cõferri ſimul poſſunt, ut inopia cuiuſquã alterius acceſſiõe ſuppleatur. Et robore quidem ſi quis excellit, quamuis aliquo ſit fortior, duobus tamẽ eũ poſſe ſuccumbere & Archilochus teſtatur & prouerbiũ. ſin etiã utrũq; uincat, facilè tamen, quot eum ſuperent, reperiantur.

Nam collata hominũ fit uirtus,—inquit Homerus, cũ de ea loqueretur, quæ cernitur in uiribus corporis. (Iliad. ν.) At in dicendo ne omnes quidem ſimul uni præſtent excellenti, nec ea res collata uirtute geritur, ſed unus ac multi tantundem ualent, ſuam ſinguli uictoriæ partẽ, ut in pulcritudine cedentes. Donec enim unus aliquis non præſtet, nullius eſt momenti cõmunio uel multitudo, quamuis etiam Darij adduxeris exercitum. Quæ quidẽ res maximè demõſtrat, quãta ſit eloquentiæ cũ pulcritudine cõiunctio, atq; id eſſe in animo eloquentiã, quod eſt in corpore pulcritudo. Quinimo de hac quoq; re dicere qs poſſit, pulcritudinem quidẽ temporis ſpacio corrumpi, atq; *ὥραν* certè uocari; orationes autem ſimul cum tempore creſcere, nec earũ pulcerrimas quaſq; ulla re potius q̃ tempore patefieri, quemadmodum uirum iuſtũ dixit Sophocles tempus ſolum oſtendere: ut omittam, quod eſt maius, eas non modò temporis progreſſu, ſed & mox homines capere, ſolasq; pulcritudinem obtinere immortalem. Iam qui diuitias habet, ſi cui uult benefacere, non poteſt, niſi de ſuo demat, ita ut minores reſtent reliquiæ; ac ſi perpetuò hanc exercere[u] uelit magnificentiam, breui ſuppeditationem requiret: ſed eloquentiæ facultas uſu non conſumitur, ac potius, ſi dicere liceat, augetur plurimũ. Etenim ut opes ex metallis, lapicidinis, ac duris operibus acquirimus, ſic ab ijs eloquentia, quibus ob ſua erga nos beneficia nihil perit, ad nos deuenit, atq; ita meritò diuinæ eſt naturæ ſola particeps. Præterea ſi non eſſent inter homines morbi, nullus foret Medicinæ uſus, quemadmodum nec ei, qui nauigare nolit, gubernatore eſt opus: Rhetorica uerò non modò peccatis hominum abolitis, ſed nec omnib. bellis ſublatis, erit ocioſa, uel facultatem [x] ſuam quaſi radice ſublata perdet. Conuentus enim ſolennes & pacis feſtiuitates magis etiam eius ornamentum requirunt, atq; etiam deorum & heroũ honores, & quæ præclaris uiris iure debentur laudes. Hæc etenim omnia peruadit & exornat, ubiq; æquè decora. Quod ſi etiam cum alia facultate uel arte aliqua ſeſe coniunxerit, uix dici poſſit, quantum eluceat. Vt ſi medicus, uerbi gratia, Rhetoricam aſſumat, ita demũ ipſius Medicinę gratiã intelliget. Si enim ad alia, quæ per artẽ nouit, perſuaſionis accedat facultas, nihil uetabit, quo minus per Rhetoricam multa ſanet, antequã Medicinæ adhibeat inſtrumenta, ſapientiſſimo, ut uocauit quidam, uſus pharmaco. Iam cum arte imperatoris cõiuncta, multa eius obire ſolet officia: id quod Homerus etiam ubiq; teſtatur;

Sic fatus, cuiusq; animum uiresq; citauit. & (Iliad. ε.)

ὥραν) quæ Græcis formam pariter ac tempus ſignificat.

In Oedipo rege.

[u] deeſt χρὴ ante τῇ.

[x] αὐτῆς pro αὐτῇ.

4 d. extremo. *Sic ait: aſt illi in Græcos magis inde ruebant. &,*
Iliad. β. *Mox illis belli conflictus dulcior ipſo*
In patriam reditu uiſus fuit eſſe per altum. ac talia ſemper orationibus ſubijcit. Apertiſſime aũt & quaſi cum præcone illud cõfirmat, cum facit Agamemnonem, poſtq́ scutis & galeis haſtisq́ acies horrentes præbuiſſet Aiax uterq́, omnibus pares animos optare;

Iliad. δ. *Omnia nunc animus peruadat pectora talis:*

eò autem, qui optima dederat exercitui conſilia, Neſtore, decem ſimul non peiores conſultores.

Iliad. β. *Tales enim ait, tota decem mihi Græcia conſultores*
Reddat: confeſtim Priameia tecta domorum
A noſtris manibus capta & uaſtata peribunt:

tantum præferens arti militari Rhetoricam, quantum decem uiri à decies decem hominũ millib. numero ſuperantur; nec immeritò. Etenim nõ longè ſumſerat fidem: uerũ ſi Græcos, qui tum ad abitum ſpectabãt, & nauiũ fulcra iam ſubruebãt, ac mare magna uoce clamabãt, oratores iſti duo non cohibuiſſent; quid'nã percepiſſent ex aciebus, clypeis, haſtis, nauib. turba, opib. ac ſupellectile tota cõmodi? Quinimo ut ad milites habent ſe lixæ, ita tũ re uera apparatus oĩs ad eã, quæ his omnib. præficit, Rhetoricã habere ſe uiſus eſt. Iam gubernator ſi huius facultatis partẽ ſit aliquã nactus, ut & metũ poſſit & audaciã, cũ tempus requirit, incutere, quantũ in officio ſuo præſtabit. Itaq́ tum priuatim, tũ ubiq́ eſt admirãda Rhetorica, ac momenti tantũ adfert, ad quoſcunq́ acceſſerit. Equidẽ & hoc auſim dicere, ſi pulcritudo cũ Rhetorica cõiungatur, huius fore uictoriam, nec illorum quenq́ uiſum libentius q̃ auditũ iri. q̃d ipſum Homerus quoq́ teſtari uidet.

Iliad. γ. *Non ita tum formã demirabamur Ulyſſis,* inquit, ut ſententiarũ ac uerborum denſitatem, & eloquentiæ ſplendorem; quam quidem portenti loco habet. & in ijs, quæ modò citauimus:

Namq́ alius forma non præſtat corporis æquè,
Sed ſpeciem uernante Deus ſermone coronat:

Supplere) nam hoc etiam ſonat στέφειν. nõ fruſtra dicens *coronat,* uerũ indicans, eam nõ defectus modò ſupplere, ſed inſuper uictoriã parere, quandoquidẽ huius eſt ſignũ corona. Quocirca cũ deformẽ eloquentẽ pulcerrimo præfert nõ eloquenti, eum, qui ſimul & orator ſit & pulcer, meritò dixerit ob eloquentiã maiori fore admirationi. Pindarus aũt eouſq́ pceſſit, ut ipſos quoq́ deos dixerit in Iouis nuptijs, quærente Ioue, ſi quid poſtularẽt, deos quoſdã ſibi fieri petijſſe, qui magna opera iſta, totumq́ eius apparatũ oratiõe ac Muſica exornarẽt. Atq́ hæc nõ poetę tantũ, ſed etiã omne profitet̃ hominũ genus. Alia etenim uel delectationẽ plerunq́, uel uſum habent; iſtud ſolum utrunq́ continet, & cũ uſu gratiam habet admirabilẽ. Quapropter & in bellis legatos ab hoſtib. uenientes excipimus & remittimus, oratorũ genus reuerẽtes, ac ſermonis naturã

excipien-

excipientes, quippe qui ab initio ad ſalutem & communem generis uſum ſit introductus. Et bellica quidem uirtus paci eſt inutilis, dicendi uerò facultas in bellis non contemnitur; uerùm & ciuibus eſt utilis, & hoſtibus ueneranda, & arma ſæpe armorum tempore componit. Mercurium quoq;, huius artis ducem atq; præſidem, uidentur hac de cauſa poetæ ſolum communi deorum appellare nomine. Nã cum cunctos communiter bonorum[y] datores uocẽt, huic tamen propriè id nominis ſoli tribuunt. Innocuũ quoq; & Vtilem egregiè appellant, quòd mali quidem nihil eius donum, bona autem omnia cõciliet hominib. in bello, in pace, in mari, in terra, in moleſtijs, in gaudijs, ubiq;. Quid quod exiſtimo deos quoq;, ſi Platoni credimus,[z] * qui ab hominibus ad deos, & rurſus à dijs ad homines nuncios deferant. Itaq; non ineptè uinculum Vniuerſi dixerit quis eſſe eloquentiam. Hoc quoq; de hac facultate dici poteſt maximum, nihil eodem modo ſimul & cum multis eſſe commune, & multorum naturam uiresq; ſuperare; cumq; ſemper, ut ita dicam, inter homines uerſetur, difficillimè, quod perfectum ſit, inueniri. Sicut enim leones & aliæ precioſiores animantes natura ſunt rariores, ſic inter homines quoq; nihil eſt oratore uero rarius; ac uix unus & alter inſtar auis Indicæ per Ægyptiacas Solis conuerſiones naſcitur. Pleriq; autem particulas artis nõ nullas adepti Homero indigent eos cõpellante, cũ inquit:

Auriga extiterat,— & rurſum;— *famulus Neptuni:*

quorum alterum initium, alterum finis eſt carminis. tantum abeſt, ut cum Mithæco ac Thearione ueri ſint oratores cõparandi. Et ne hoc omittamus, quæcunq; ſunt alia dicendi genera, eodem loco ſunt apud Rhetoricę dictionem, quo bellaria apud ueros cibos & carnem. Itaq; & ij, qui in ſingulis uerſantur, tum placent maximè, cum de Rhetorica plurimum adhibuerint; atq; is potiſſimum, qui proximè ad eam acceſſerit. Homerica hæc & Sophoclea ſunt, inquies. Verum quid ipſe nobis ait Plato? Nec enim nos eum ignoramus, ſed in pulcerrimo chori loco collocare cupimus. Quid igitur ipſa inquit Rhetorica? quid orator? *Equidem eum dixerim eſſe eloquentiſſimum, qui fuerit orator optimus.* Si quis igitur talis exiſtat orator, qui nec ad populum facilè prodeat, nec de rerum adminiſtratione, quas aliter uidet eſſe conſtitutas, contendat, cum tamen non paruo ſit in precio atque honore; ſed pro ſeſe eloquentia utatur, eius naturam ac dignitatem ueneratus, & Deum ducem atq; præſidẽ uitæ ſtudiorumq; aſciſcens: non erit huic difficilè Platoni reſpondere, uerùm pulcerrimis & iuſtiſſimis abundabit rationibus. Ego, inquiet, uir præclare, hanc facultatem à pueris colui, omnibusq; lucris & actionibus præpoſui, non ut adularer populo, aut uulgus ſpectarem, aut opes acquirerẽ; uerùm qui ad ea ſe comparat, ac donis mancipat, eũ uoco mercenarium, non oratorem, & in felicitatis contentione, ſi eam ſibi tribuit, mul

y δωτῆρες pro δοτῆρες.

In Sympoſio.

z deeſt, huius eſſe rei participes, uel tale quid.

Iliad. ζ initio. Odyſſ. δ.

tis alijs aio cedere: ſed cum ipſis capiar orationibus, ac decoram eſſe poſſeſſionem exiſtimem eloquentiam; ita pro uiribus me exerceo. Cur ergo mihi [a] obijcis adulationem, qui ab ea tantum abſum, ut id etiam, ne mihi adulentur alij, caueam. Neq; uerò quicquam curo, ſi populus me non admiratur: ſed ut ebrioſi nihil faciunt, ſi eos nemo ſciat bibere; nec puerorũ aut mulierum amatores ad aliorum arbitrium uoluptati ſuæ ſtudent, uerũ ſi amatis potiãtur, ſufficit; ſic & ego in eloquentię ſtudio uerſatus, & eo reliquorum loco uſus, eam percipio, quæ liberum fortaſſis hominem magis deceat, uoluptatem ac delectationẽ; ut etiamſi nemo ſit uicinorum conſcius, iacturam non faciam. cumq; tu etiam eum, qui ſit artis medicæ peritus, uoces medicum, quamuis artem publicè non exerceat, & politicum, qui ciuilem habeat ſcientiam, quamuis alioqui ſuas res agat: idcirco non tibi potius quàm mihi licet quærere, quo modo is, qui ſit ita affectus, adulationem exercere dici poſſit, aut alicui rei turpi ſtudere, quem ſi ob nihil aliud, ob ea ſaltem ipſa, quæ colit & perſequitur, ab omni cupiditudine oportet eſſe remotiſſimum. Præclarè enim cum aliquo agetur, ſi his omnibus omiſſis ac ſepoſitis, & hac una ſibi propoſita uoluptate, poſſit eam demũ iuuante Deo conſequi. Quod enim de re nautica dixit Thucydides, id eloquentiæ magis etiam conuenire dicet: nõ poſſe uidelicet hæc obiter pro re nata exerceri; ſed nihil potius ad hæc obiter aliud exerceri. Quocirca non adulatione ſolum uacare eum neceſſe eſt, nec quicquam habere in animo adulterinum, ſed etiam ab omnibus adulatoribus, & omnibus inhoneſtis conuentibus atque colloquijs eſſe alienum. Cur ergo palinodiam, uir optime, non canis, inquiet, ſi qua tibi ueritatis eſt cura. Quare tam ſecundum priores ſermones, quàm ſecundum hos poſteriores, & quocunq; ſe quis uertat, pulcra res & generoſa uidetur eſſe Rhetorica, quæq; meritò cum ei, qui ſit illa pręditus, tum qui ea utuntur, ſit glorioſa, nec apud homines tantum, ſed apud deos quoq; maximo & fuerit, & iure ſemper futura ſit in precio. Illud igitur demonſtrandum reſtat unum, Platonem quoq; ipſum eadem, quæ nos, de Rhetorica ſentire. Et in Politico quidem ſic ait. *Eodem modo nunc etiam quæcunque aliena, neq; coniuncta ſunt, à ciuili ſcientia ſunt remota. relinquuntur autem quæ ſunt alicuius precij, & cognata; nempe ars imperatoris, & iudicis, & quæcunq; cum arte regia cõiuncta Rhetorica, & æquitatem perſuadens, ciuitates unà gubernat.* in quibus eadem, quę paulò antè Heſiodus, ac propemodum ſoluto carmine, fatetur Plato, coniunctam cum arte regnandi Rhetoricam pro iuſtitia teſtatus. In Apologia Socratis autem hæc rurſum ait: *Hæc enim iudicis eſt uirtus; oratoris autem, ueritatem fateri.* Dicat ergo mihi uel Plato, uel aliquis pro ipſo alius, num quid ab adulatore ſit alienius, quàm ueritas, aut ueritatis ſtudioſo quicquam ſit ingratius adulatore. Iam cũ hoc ipſum ſit adulatio, falſum dicere; manifeſta ſit utiq; palinodia.

a [illegible] pro [illegible].

Libro primo ſub finem.

palinodia. Etenim quam heic adulationem uocat, illic non adulationem eſſe, ſed ueritatem in uerbis ſectari manifeſtè declarat. Eadē nos igit̄ de Rhetorica, q̄ Plato, dicimus; quāuis pugnare uideamur. Quapropter ſi propius etiam ſermonem deduxero, mirum ni delicias in demonſtrationibus facere uidebimur, nec ullum poterit argumentum fortius à quoquam uel ſperari, nedum inueniri. Neq; enim ipſe tantum Plato, ſed & in his ipſis ſermonibus, mirabili uidelicet opere, palam fatetur, Rhetoricam optima quæq; agere, nec ulli rei turpi eſſe affinem; breue hoc & præteritum ad finem adijciens: *Atq; ita Rhetorica ſemper ad iuſtitiam eſt utendum.* Age uerò, num adulatione licet alicubi ad iuſtitiā ſemper uti? minimè uerò. Atqui ſi quis ad uirtutem Rhetorica utatur, boni aliquid efficiet. Itaq; bona eſt Rhetorica cum iuſtitia coniuncta. At adulatio ſemper eſt turpis. Quocirca hic eſt ille Plato, Ariſtonis F. qui Rhetoricam ait non eſſe adulationem, nec eiuſdem eſſe naturæ.

In Timæo.

Omitto iam laticem omnium laticum pulcerrimum, & ex ore prudenti prodeuntes ſermones, & quibuſcūque alijs alibi nominibus Rhetoricam ornauit.

Quarto de Leg.

Quodſi quis obijciat Platonem non eam, quam nos nunc defendimus, Rhetoricam criminari, ſed è duabus alteram; primùm non ideo minus ea, quæ ſunt à nobis dicta, conſtant, ſed hac ipſa de cauſa rectè omnia decenterq́ue prolata uincitur. Nam quemadmodum ille malam rectè ſugillat, ita nos cum contrariam laudamus, rectè, ni fallor, facimus. Deinde non tollit hæc excuſatio noſtram probationem potius, quàm eū ſic quoque ſibi ipſi cōtradixiſſe declarat, qui, cū duplicem uoluiſſet eſſe Rhetoricam, deinde tanquam unius & ſimplicis accuſationem inſtituit. Etenim ſi uerùm hoc eſt, alteram reprehendere, alteram ſeorſum laudare conueniebat, ſicut in ſermonibus de Amore habitis fecit, & honeſtum quidem maioribus laudibus, quàm alterum cōuicijs eſt proſecutus. Miror autem, quid facturus fuerit, ſi unam tantum, de qua tractat hoc modo, cognouiſſet eſſe Rhetoricam; cum, duab. ut aliquis dixerit, exiſtentibus, ac tantum inter ſe diſtantibus, tanto ſtudio in uniuerſum maledixerit. Cur enim turpis potius erit, quàm honeſta, Rhetorica, ſi duplex? Itaq; non in æquales anſas recidimus, ſed æqualitas contra ipſum facit. Præterea quid uetat, quo minus ego eadem ratione faciam duplicem quoq; Dialecticam, non ſimplicem: ita ut altera fallat, decipiat, tempus terat, ad nullam rem utilem linguam moueat, frigida, ignobilis, malefica, fallax, & illiberalis exiſtēs; altera uerò gratioſos ac dextros nos reddat. Quinimo dixerit etiam quiſpiā, ſiue rectè ſiue ſecus, Dialecticam etiā Rhetoricæ partem eſſe, quemadmodū ſunt quæſtiones ſermōis totius. Sed hæc in aliū reijciantur locum. Idem porro de tota quoq; Philoſophia dici poterit, ac de uirtutis partibus, ſi quis eas diuidens, primum duas ponat prudentias, alteram qua optima quæq; intelligimus, alteram qua doloſè agi

mus; deinde temperantiam duplicem, alteram expetendam & ciuilem, alteram ſtupidorum & ſupinorum; tum iuſtitiam rectam, & humilem alteram; denicq; fortitudinem duplicem, unam cum prudentia coniunctam, alteram inſaniam & furorem. Verùm hoc eſt, opinor, confundere nomina; ac ſeparatæ ſunt à ſe ſapientia & aſtutia, tēperãtia & ſtupiditas, iuſtitia & ſimplicitas, fortitudo & audacia. Neutrum uerò uel honeſtum eſt uel difficile, nec uitijs uirtutis titulo blãdiri, nec uirtutes, additis unicuique uitijs ſuis, calumniari. Quocirca Rhetoricam quocq; hac ratione ſecundum eos, qui eam rite exercuerunt & reuera ſunt aſſecuti, non qui eam auaritiæ ſuæ uel nequitiæ prætenderunt, examinare conuenit per ipſam rei rationem, quamuis eam nemo ſit aſſecutus; & calumniam atcq; adulationem à Rhetorica ſeparare, quemadmodum & impoſturas ac præſtigias à tota Philoſophia. Quapropter adulationem Plato, nõ Rhetoricam, accuſauit, & calumniam, non Rhetoricam. Quare necq;, ſiue ueram ſiue falſam ſugillauit Rhetoricam, ideo Rhetoricæ rectè [b] maledixit. [c] ſiquidem aliud eſt, falſæ Rhetoricæ maledicere. Etenim non eſſe hanc Rhetoricam, non autem, turpem eſſe Rhetoricã dicere debebat; ſicut illud ipſe ait alicubi: *ſi quidem erant deorum filij, non erant auari: ſin erant auari, non erant deorum filij.* utrumcq; autem dicere non decebat. itacq; nec heic utrumcq; conuenit, ſi conſtet ratio. Quid quod hoc ipſum nunc pro ipſo Platone facimus. Si enim prorſus ſic exiſtimabat, ut equidē negare nolim, & ueram excepit Rhetoricam, æquum eſt cauere, ne decipiantur, & hoc ipſum ignorent plericq;, ac citius, quàm conducat, de rebus tantis quaſi puro ſuffragio ſtatuant. Ac de hac quidē re teſtimonium ipſe rurſum perhibet: *An hoc gnoras, in omni ſtudio multos eſſe uiles & nullius precij, præſtãtes & precioſos paucos? Etenim* [d] *Gymnaſtica, ars facieda pecunia, Rhetorica, ars imperatoris non'ne honeſta tibi uidetur? Mihi uerò prorſus. Quid ergo? nõne in harũ rerũ ſingulis pleroſq; uides eſſe ridiculos? Ita per Ioue; ac uere dicu. Num ergo hac de cauſa & ipſe ſtudia fugies omnia, & filium ab ijs auertes?* Itacq; nec de Rhetorica, ô Plato, ſecundum eos, qui eam turpiter exercuerunt, iudicandum eſt, uerùm qui optimè. Alioqui ridiculum erit, aut abſurdum potius, ſi exempla, propter quę Philoſophiam non uis cõtemni, Rhetoricæ non proderunt, idq; in ijſdem uerſanti exemplis, quæ ne iudicare quidem te mala confiteris. Iam uero qui'nam rectè ſint eam aſſecuti, hoc quoque ex Platone oſtendemus. *Fieri quidem poſſe, Phædre, ut quis perfectus artifex fiat, eſt probabile, ac fortaſſis etiam neceſſarium, ut in reliquis. Si quidem natura fueris eloquens, fies orator celebris, cum ſcientiam & uſum adiunxeris. Quodcunq; autem horum omiſeris, hactenus eris imperfectus. Quantum autem eius eſt ars.* ſed omitto reliqua. Ergo ſi, qui ſit orator futurus, is naturam ſimul & artem & uſum debet habere; quiſquis arte & natura carebit optima, hactenus nimirum erit imperfectus. Cur igitur hoc Rhetoricę imputemus

[Margin notes:]
b εἰρῆκε κακῶς pro καλῶς.
c ὥσπερ εἰς ἕτερον.
Tertio de Rep.
In Euthydemo extremo.
d ἐπεὶ pro ἔτι ex Plat.
In Phædro.

mus,ſi quidem qui non omnia ſuppeditauerit, per inopiam redditur imperfectus, artes autem ex ĳs, qui ſunt eas aſſecuti, non qui illis exciderūt, cenſentur. Quod autem non artem tantum, ſed etiam naturã & uſum requirit, cur id artem negemus eſſe? aut eum, qui aliqua parte carebit, hactenus imperfectum iure uocemus, qui cum omnia fuerit aſſecutus, adulationi ſtudere dicatur? Omnino autẽ & ubiq; nobis excidunt calculi, primusq; ſuffragium fert ipſe Plato, & medius, ut aiunt, atq; poſtremus. Ac uideor, dum Platoni contradico, maximè cũ ipſo ſentire, &, ut hoc ioci cauſa addã, eum ſecundum comicos ad oratores quaſi aufugientem [e]retracturus, qui, poſtquam didicerit, ſe iactet. Quodſi & alĳ quidam acclamantes Rhetoricam criminantur, ac potius murmurantes, & è ſtrepitu ſecundum Alcæum iaculantes; quorum nec nomina facile ſit recenſere, nõ quidem quibus appellantur, niſi quis etiam hoc addat, uerùm quibus utentes hæc cauillantur: hoc illis à me reſponſum ſit, ipſos Rhetoricæ pœnas è ueſtigio dare. At Platoni, oratorum parenti & magiſtro, neceſſe fuit uelut propinatione prius accepta, rurſus eam implere. Accipiat autem alacriter, quandoquidem etiam propinauit. nam qui tetigit, effugere non debet. Alĳ uerò meritò nobis ignoſcent, ſi deos eloquentes pluris, quàm elegantem Platonem, fecimus. Optimus quoque nos Æſculapius à culpa liberat, qui & ipſe non leue tulit ſuffragium, partim carmine, partim ſoluta oratione.

e ἕλξειν pro ἕξειν.

ORATIO PLATONICA SECVNDA

Pro Quatuoruiris.

SAEPIVS ĳſdem de rebus ueniam petere non exiſtimo neceſſe, præſertim cum non tam ad uiros ullos dicturi ſimus, quàm pro uiris optimis, nec paucis, neq; Platone iunioribus potius quàm antiquioribus, ſi quis hoc quoq; forte reuerentia dignum cenſeat. Sæpenumero autẽ cùm alia multa ſolco in Gorgia mirari, tum quòd inſtituit Miltiadis, Themiſtoclis, Periclis, & Cimonis accuſationem, idq; tam ſimpliciter & negligẽter, ut id nemo, priuſquam totum perlegerit ſermonem, ſit animaduerſurus. Primũ enim nec res eum cogebat, nec minus procedebat oratio, licet his nõ maledixiſſet. quinimo uel abſq; hac calumnia poterat argumento ſatisfacere. Etenim ſi hoc initio ſibi propoſuiſſet, ut eos, qui Athenienſem Rempub. rexerant, examinaret; nõ abſurdum, credo, fuiſſet, horum quoq; mentionem facere. Nunc autem quid ait, & quo [a]retulit orationem? Duas eſſe corporis & animi curationes, quarum altera ad uoluptatem ſpectet, ad bonum altera. illam ignobilem, atq; adulationem eſſe, hanc probam & honeſtam. Qua mobrem quæ potue-

Quatuoruiros uocat Miltiadẽ, Themiſtoclẽ, Periclem, Cimonẽ, de quib. in Gorgia Plato, quosq; deinceps ferè Viros appellat.

a συνῆγε pro συνῆψε.

rat orationi iniuria fieri, ſi hi non malè audiſſent; ſiquidem nihilo magis erant iucundi ſermones optimis præferendi: præſertim cum Callicles iampridem deſiſteret, ut oſtendit ipſe, ac poſtremò diceret: *Quanquam tu recte mihi uideris neſcio quo modo dicere, Socrates, ego tamen, ut plerique ſolent, non admodum tibi credo.* Neque uerò putauit ſe, ſi illos reprehenderet, huic facilius perſuadere poſſe. quin contrà potius eũ uidetur exacerbaturus, & alterũ effecturus hac maledicentia fuiſſe, atq; ita, quod ipſe ait, feram repulſurus, cum tamen iam obtinuiſſet, quod uolebat probare, ut ex ipſis licet uerbis colligere. Nam in progreſſu ſermonis, *Non'ne* inquit, *ita conabimur ciuitatem atq; ciues curare, quaſi eos optimos redderemus? Omnino,* reſpondet Callicles, *ſi* [b] *uidetur.* Quapropter cum id, quò tota tendebat oratio, conceſſum eſſet; quid potuerat nocere, ſi uiros intactos reliquiſſet? At nunc quaſi parturiret, undiq; cõmunita ad ipſos uia, ſic inſidioſè ſermonẽ aggreditur. Neq; uerò paruum eſt diſcrimen. Nam illud quidem erat pro ueritate ipſa decertare, hoc autem non ego quidem unquam, ſed alius quis per calumniam non procul à malignitate abeſſe dixerit. Eſt autem abſurdum, qui ceteris humanitate & magnanimitate tantum præſtet, eum inuidiæ opinionem, quod ad ſermones attinet, ſibi comparare. Miror etiam, ſi Comœdiam ſcribere licebit, etiãſi nominatim nemo perſtringatur; oratio fidem non merebatur, niſi his nominatim male dixiſſet. Age uerò, ſi ante hos uiros extitiſſet, aut ſi quis alius his antiquior eundẽ ſcripſiſſet dialogũ, nũ Themiſtoclem potuiſſet ac Miltiadẽ, & qui nondũ erant nati, accuſare? nõ puto. Ergo cũ per ſe abſq; horum cõmemoratione ſermo cõſtabat, nõ erat hos neceſſe reprehẽdi. Nunc aũt, præterq; quòd non debuit maledicere, quãuis eos poſſet redarguere, etiã non uerè de illis eum locutũ eſſe, conabor oſtẽdere. Ac primũ quidem Periclem inſpiciamus, quandoquidem & hũc primùm examinare inſtituit; num hæc uel priuatæ uitæ uel publicæ adminiſtrationis cauſa debuerit audire. Is igitur, ut aiunt, tam ſeuerè uixit, ut à uatibus & ſacerdotibus eius uita nihil differret. Adeò autẽ modeſtus fuit, ut & compoſitè incederet, & rectã uiam, ut eſt in prouerbio, ſeruaret. Iam uitæ rationem ſecutus eſt mediam, quæ nec ſuperba nec illiberalis eſſet, quemadmodum Athenienſium antiquiſſimos feciſſe prædicat Plato. Cum autem populare haberet uitæ inſtitutum, & populo contra Thucydidem ſtuderet, à forenſi temeritate & iactantia plurimum abfuit, quippe qui ne ridere quidem ſit unquam uiſus. Quinimo quod ad Reip. curam & æqualitatis amorem pertinebat, nemini cedebat; animi magnitudine, quòd non eadem, quæ uulgus, ſpectaret, paucos habebat ſimiles. Pecuniam uerò ita contemnebat, ut omittam, eum ſuos agros ciuitati donaſſe, ne quis hoc eum calumniæ metu feciſſe dicat; ut hoc quoq; inter notas Periclis haberetur, opes contemnere. Quo factum eſt, ut etiam ipſe aliquando

Alterũ) ut fidẽ non faceret Callicli.

[b] εἰ σοὶ ἥδιον pro εὖ ἴσθι ex Plat.

In Atlantico.

quando pro concione de uirtutibus ſuis liberè loquens, hanc quoq; magnanimitatem primo loco poſuerit. Iam in uita & Reip. adminiſtratione ita ſibi ſimilis erat, tantumq́; aberat, ut ad aliorum libidinē uiueret, ut enarrent eum ſcriptores Athenienſibus inſtar præceptoris fuiſſe, ſic ut ipſo abſente tumultuaretur ſæpe concio, præſente mox mutaretur, & ad uiri conſpectum corrigeretur, quaſi metuerent, ne illorum delicta Pericles reſciſceret. Quod autem Socrati inter ſophiſtas, hoc illi inter oratores à natura præcipuè datum fuit, ut elatum populum ac ſuperbientem facillimè comprimeret, deſperantem rurſus & abiectum dicendo reuocaret, ac ſpe repleret, quemadmodum ille cum adoleſcentibus agere ſolebat. Deniq; Vrbis dignitas erat Pericles, ut qui nec multitudinis cupiditatibus obtemperaret, ſed ipſe populo imperaret, nec quod illis uidebatur, diceret, ſed quod ſibi uideretur, id illos facere cogeret, nec adulatoris fungeretur officio, ſed omnem adulatoribus, quantum in ſe erat, intercluderet aditum; cum, quatenus probus erat & æquus, patris uicem populo præſtaret, quatenus autem omnes coercebat, & in ſua poteſtate habebat omnia, plus quàm tyrannus eſſet. Vnde licet euidenter perſpicere, Periclem, ſi quem alium, ſponte iuſtum fuiſſe. Nec enim uſquam iniquitati potius quàm iuſtitiæ ſtuduit, nec ut maiorem obtineret locum, curauit, cum id quouis Piſiſtrato facilius poſſet; uerum quaſi arcem ad leges ſeruandas & omnes communiter iuuandos occupaſſet, ita ſe gerebat. Atqui ſi Archelaum pro miſero habes & infelici homine, quòd alienam tyrannidem ſibi uindicarit, uiolato iure, & occiſis ijs, quos non oportebat; cur ei non gratuleris, qui cum poſſet æquè, atque ille, tyrannum, ſi libuiſſet, agere, nequaquam uoluerit, ac leges & iuſtitiam commodo ſuo prætulerit. Ac ſi quidem de alia re uel ſententia ageretur aliqua, ne ipſe quidem ad teſtes confugiendum potius, quàm per meipſum ueritatem comprobādam putarem. ſed quoniam de ijs, qui olim uixerunt, inquiritur, quales fuerint, & quomodo Rempub. rexerint; teſtimonio alicuius opus eſt, ô Plato, qui teſtes contemnis, nec ullius unquam facilè deprehenderis uti teſtimonio. Atq; alijs quidem omnibus omiſſis, unum proferam locupletem, Thucydidem Olori F. qui non modò uerborum ui & grauitate, ſed etiam accurata rerum deſcriptione inter omnes excellit hiſtoricos. Quid ergo de Pericle teſtatur? qualibus eum fuiſſe morib. quo modo populum rexiſſe tradit? Illius enim uox nobis idem ualebit, ac ſi Periclem ipſum coram, qualis eſſet, uideremus. *Nam & quamdiu* *Lib. ſecundo.* *Vrbi in pace præfuit, moderatè eam rexit, ac tutam conſeruauit, atq; ſub eo maxima fuit reddita; & poſtquam bellum eſt exortum, etiam in hoc uires eius præcognouit. Vixit autem duos inſuper annos, & menſes ſex: ac poſtquam mortuus fuit, magis etiam ipſius prouidentia bellica fuit patefacta. Nam ille quidem dicebat fore, ut quieſcentes, ac rem naualem curantes, nec imperium affectantes,*

aut Urbem in diſcrimen adducentes, facilè ſuperiores euaderent: at hi & contra hæc omnia fecerunt, & alia, quæ ad bellum non pertinebant, propter priuatas contentiones & utilitates, in ſuam & ſociorum perniciem geſſerunt: quæ ſiue rectè ſuccedebant, priuatorum utilitati & honori potius conſulebant, ſiue, ſecus, bellicum Urbi malum conciliabant. Id autem inde fiebat, quòd ille quidem, cum dignitate ac iudicio polleret, ac minimè omnium pecuniam amaret, liberè populum coercebat, nec tam ab eo regebatur, quàm eum regebat ipſe, cum nihil ad gratiam, quaſi inhoneſtè partam haberet poteſtatem, loqueretur, uerùm pro dignitate ſua etiam iracundè contradiceret. itaq; ſi quando intempeſtiuè erant immodeſti, uerbis eos ad metum perducebat, ac rurſum ſine cauſa metuentes ad fiduciam reducebat; ſic ut uerbo populi eſſet, re autē unius uiri principis imperium. poſteriores uerò cum inter ſe magis eſſent æquales, & ad primatum ſinguli contenderent, populari libidini rerum ſummam commiſerunt, ex quo cùm alia multa delicta, ut in magna & imperante ciuitate, ſunt conſecuta, tum expeditio Sicula. Deinde hæc poſtremo adijcit: *Tanta tum fuit Periclis præſtantia, qua præuidit fore, ut facilè Peloponneſiis in bello ſuperior ciuitas euaderet.* Hæc ferè ſunt, quæ de Periclis inſtituto atq; adminiſtratione ſcriptor ille tradidit, qui primùm quidem æqualis illorum temporum fuit, cum Plato Periclem, ne uiderit quidem; deinde non per contentionem, nec oſtentationem, nec ad unum quiddam, quod ſibi propoſuerit, omnia referendo, ſed ut in hiſtoria ſeu narratione ueritatem ſimpliciter expreſſit, quemadmodum cum Peloponneſiorum irruptionem, uel aliã rem aliquam ſuo tempore geſtã cõmemorat. Quodſi hac de re contentio cum Thucydide intercederet, alia res eſſet. at cum neceſſariò concedunt & credunt, talem fuiſſe Periclem; cur his afficiatur cõuicijs, quaſi miniſter, non princeps fuerit, nec coquis meljor aut utilior ciuitati. Magna certè res foret adulatio, ſi Periclí nomē hoc cõueniret. Quin tu nõ partē duntaxat adulationis, ſed omnē ei adulationem tribue, atq; ipſam, ſi uis, ideã, quo refers oĩa; ſi oſtenderis eum, cui hæc ſuppetebant, cum Thearione & Mithæco fuiſſe cõnumerandũ, atq; his in Rep. parem extitiſſe. Verũ adulatores fortaſſe citius, q̃ nos, uerũ dicere deprehendentur, ſi quid illi tale uolemus tribuere. At unde ſermo hic ei exortus eſt, aut unde in hanc maledicentiam deuenit? Præſtabit aũt, ſi quaſi cum præſente loquamur, atq; ea ſic repetamus: Aiebas bonum ciuem cupiditati nec ſuæ, nec aliorum prorſus debere ſatisfacere, nec ea re felicitatem metiri, ſed optima iucundiſſimis præferre. nec enim uoluptatē prorſus eſſe bonam, neq; bonũ uoluptatis cauſa, ſed uoluptatem boni cauſa expetendã eſſe. Nõne hæc ſurſum ac deorſum uoluis, ac rectè quidem, ut tu loqueris, ô ſodalis, & uerè. nemo hactenus cõtradicet, niſi qui & mihi. At uide, ne quid hinc noui efficiatur. Periclis mihi uitam & gubernationem refers, uir optime, cum iſta tradis; nec eum reprehēdis, ſed ſuffragia colligis, ut more tuo loquar; cumq; eius uti poſſis teſtimonio,

monio,eum neſcio quomodo ad aduerſarios relegas. Etenim quę tu uerbis doces, hæc ille factis prior oſtendit. Itaq; ſi nihil addidiſſes aliud,atq; heic ſubſtitiſſes, quiuis facilè Periclem è uerbis tuis, ut è monumentis apud comicos,agnouiſſet. Cōſidera eñ rurſum quaſi legē ab initio. Non oportet uirū probū ac temperantē cupiditatib. parere,nec eas in infinitū progredi ſinere,ſed uoluptates moderari,nec ad lucri ſtudium ciues aſſuefacere. At Pericles nō modò cupiditatib. nō parebat,aut uoluptatem uel utilitatē uirtuti præferebat, uerū ex ijs, quæ ſunt iſtis maximè contraria,gloriā ſibi comparauit. Nam & ipſe ſuæ utilitati minimū ſtudebat,& ciues iubebat nec imperium affectare,nec aliud quicquam,quod non eſſet neceſſariū, moliri, ſed quieſcentes bellū ducere. Iam ſi bellum iubebat quietè ducere, difficulter eos aliud quicquā fruſtra hortatus eſſet agere. Quid quod & ipſe modeſtiam colens non iucundiſſimè uiuebat, & populum ferocientem cohibebat. Quomodo quis igitur Platonis dictis magis queat parere,ſi eū Platonis dictis parere dicemus, qui tāto tēpore prior fuit; aut quomodo facilius Plato ſibijpſi cōtradicere demonſtreť,ꝙ ſi pariter nec ad uoluptatem nec per adulationem, ſed ſecundū uirtutē iubeat cum populo uerſari,& Periclem reprehendat,qui non ad uoluptatē, ſed optimis uſus cōſilijs ſemper cū eo uerſabať. Perinde eñ uideť facere,ac ſi poſtꝙ iuſſiſſet ita Remp. adminiſtrare, quēadmodū Pericles olim feciſſet,deinde rurſum uetaret eo modo,quo ille,adminiſtrare. Etenim ſi qs diligenter animaduertat, is cōperiet hunc uirū tam uerbis ꝙ factis dialogi p̄cepta impleuiſſe;uerbis, c q̄ ad populū faciebat ſingulis temporib. factis,tū quæ ipſe quotidie tāta poteſtate digna edebat,tū à quibus ipſius tēpore ciues abſtinuerunt. Donec enim cōcionabatur Pericles,& multitudinē reprimebat; nec in Siciliā claſsē Athenienſes mittebant,nec magnos & infinitos bellorū ambitus ſibi circundabant,rati ſe uel extra mœnia ſine temeritate ac periculo,pgredi nō poſſe. At poſtꝙ ille mortuus eſt, iam & Siciliā ſomniabāt, & Italiā affectabāt,& Carthaginē atq; Africam appetebant,atq; omnia circunſpiciebant,nec ipſis quicꝙ ſufficiebat,& longiorem belli fecerunt appendicē. Hæc aūt,ò Plato & Socrates, ſuadebat ueſter nō ſocius,ſed ſodalis,ut tu dixeris,aut potius dixiſti. Quocirca quis ea uel iuſtè Pericli,uel non neceſſariò tribuat Alcibiadi,qui ciuitatē,ꝙ acceperat cōſilijs obtemperare ualētem,in talem furorem egit. Nam Pericles quidem cū eſſet Anaxagoræ uſus cōmercio,eū,ni fallor, ſuperauit: Alcibiades aūt cū Socratē habuiſſet ſodalem,exiguū,uel nullū potius ex ea re fructū percepit. Quapropter ferendū nō uideť,ſi qs hunc laudet,illū uituperet. Et Plato quidem,quaſi ſpōte mētireť,aut præſtigiatores imitareť,nō modò Periclem falſis onerauit criminib. ſed & Alcibiadi ſi quis harū rerū culpā tribuat,indignū dicit fore. ueruntamē res ipſa nullā in illo, nō minimā in hoc hærere culpā demon

c ὡς προ ἑ.

Dixiſti) in Gorgia, ſub finem.

ſtrat. Nam ille quidem dicebat fore, ut quieſcentes ac rem naualẽ curãtes, id eſt, ſuas res cõſeruãtes, nec affectãtes imperiũ, facilè ſuperiores euaderent: hi aũt ex ĳs erat unus, q multas res gerere ſuadebãt. in q. bus cũ alia multa delicta ſunt cõmiſſa, tum expeditio Sicula. ꝑ quas res plures ſibi hoſtes, ꝙ ſocios pepererunt, & eũ [d] deniq; euentũ, quẽ norunt oẽs, cõſecuti ſunt. Non igit Pericles tumentẽ reddidit & ſuputridã ciuitatem, nec eos, ut ais tu, antiqua carne priuauit; ſed is, qui eorũ cupiditates accendit, & Ægeſtæis opibus illexit, ac Siculas eis menſas cõmendauit, quippe qui talis eſſet ipſe, nec ullius ſpei modũ populo poſuit, quin ſemper maiora, ꝙ uolebant aut opus erat, ꝑponeret, atq; ita cõtrà, ꝙ Pericles, poſt eius obitũ Remp. rexit. Quo fit, ut antequ ex hoſtib. aliquẽ capias, amicũ quendã uenatus eſſe deprehendaris, atq; idem, q̃d Pindari Peleus, egeris, qui & à fera aberrauit, & amiciſſimũ inſuper Eurytionem perdidit. quod idem etiã Adraſto, [e] Gordiæ F. poſteriorib. aiunt temporib. contigiſſe. Ac mihi quidem nihil nunc de Alcibiade neceſſe eſt dicere, quãdoquidem & hoc inuitus cogente ſermõe dixi; uerũ ſi pulcra res eſt Geometria, quæq; ex ea naſcit̃ æqualitas, nec eſt negligenda, uideo Periclem tã publicè quã priuatim maximè omniũ æqualitati ſtuduiſſe. Nam & quãdiu in pace præfuit, moderatè eam rexit, inquit is, cui ſunt eius res, ꝓbè cognitæ (hoc aũt contrariũ eſt ei, q̃d fit uiolentèr & iniuſtè, atq; à te reprehẽditur) & poſtquã bellum eſt conflatũ, ſolus uiam ſalutis cõparandæ nouerat. Quocirca cũ nulli eſſet lucro deditus, iuſtitiæ manifeſtũ dabat ſpecimen, ut & temperantiæ, dum uitã modeſtã uoluptati præferebat: fortitudinis etiã, cum non ad gratiam, nec ſubmiſsè, ſed liberrimè cum populo agebat. Deniq; cum ſolus & futura præſcire, & præſentib. uti potuerit, meritò prudentiæ laudem, ſi quis res humanas cõſideret, conſequatur. Ergo quem de cunctis uirtutis partib. licet fortem, iuſtum, prudentem, temperantem uocare, eum inter adulatores Plato poſuit: *Nam loquaces, inquit, ocioſos, ignauos, & auaros, poſtquã ſtipendia iuſſit facere, Athenienſes reddidit.* Ac de loquacibus quidem, ocioſis, & ignauis, Plato, indidem ſupputa;

Ne quis forte deus Troianos excitet uſquam;

& contra nos ipſos occaſionem demus, indecoram quidem, tamen ut heic quoq; Homericum illud locum habeat,

Quale aliquis dicet uerbum, tale audiet ipſe.

Nam ego quidẽ nihil dixerim acerbius, nec ita unquã inſanierim; ſed meipſum potius peſſimè affecerim, quàm ſciẽs Platonẽ maximis laudibus priuauerim: at alĳ fortaſſe quidã ſunt, qui tuam dignitatem parum curant, ac præſertim ſi prætextum nanciſcant̃ ſpecioſum, quaſi ꝑ uiris non uilibus nec maledictione dignis dicturi ſint. Alioqui nec illis eſſe criminibus obnoxium Periclem, difficilius mihi ſit tacere, quàm uolenti demonſtrare, quod dicam, inuenire. Ac primùm quidem,

[d] τελευτῶντες pro τελευτῶν.

[e] γορδίω pro γοργίω. hiſtoriã narrat Herodotus lib. 1.

[h] Thucydides, cuius uerba ſuprà ſunt citata.

Iliad. κ extremo

Iliad. υ.

dem, quòd eos loquaces non reddidit, inde colligitur apertiſſimè, quòd non ipſius tempore Vrbs hanc culpam ſuſtinuit, uerùm pòſt, cum & illum deſiderabant, & ſuos oratores loquaciores quàm prudentiores, nec Periclis uirtutem ullo modo conſeruantes deprehendebant. Itaq; per ea crimina, quę poſterioribus impegerunt, & ab ijs, qui ſunt illum ſecuti, audiuerunt, ille celebratur. Etenim quaſi medicus fidus obijſſet, ac licenter iam uiuerēt, morbus poſtea cœpit ingraueſcere. Quocirca non à crimine tantum debuit abſolui, ſed etiā maiorem[f] inire gratiam, quod hactenus[g] * quemadmodum Diotima, cum per annos decem morbum ciuitati diſtuliſſet, beneficium, ni fallor, in eos collocauit, nec ei quiſquam, quæ poſtea contigerunt, impu tat: uerū ut ea nō prius contigiſſe ſciunt illius beneficio, ita quòd tandem contigerint, ei non imputant. Nec enim illa res eas effecit, ſed, quantum potuit, fieri prohibuit; nec unquam, ſi per eam ſtetiſſet, contigiſſent. At tu Mantinenſem quidē hoſpitam & Mileſiam nouiſti laudare, ac quoſcunq; libet, facilè prædicas; Græcorum autem principes, ubiq; celebres, temerè deprimis non ſecus atq; coquos, aut aliquod aliud uile mancipium. Id autem non ideo facis, quò dignitatē eorum non cognoſcas; ſed, ut honeſtè dicam, nimium ſermoni indulges. Sed, ut eo redeam, primùm nō ad Periclis tempora, uerùm ad poſteriora pertinet hoc loquacitatis crimen, & ad eos homines, qui fuerunt illi prorſus diſſimiles. Deinde hoc etiā ueriſimile eſt, omnes potius, q̄ Periclem, loquaces eos fuiſſe redditurος, atq; eo minus hoc illi crimen conuenire (neq; uerò quiſq; nouitatem dicti miretur) quo fuit eloquentior, ut aiunt. Etenim ſi temerè dixiſſet ille, uel rem uilē reddidiſſet, ut eā poſſent omnes, qui uellēt cōſequi; meritò pleroſq; corrupiſſe, & ut neglecta prudentia loquacitati ſtuderent, effeciſſe diceretur; quemadmodum qui quid aliud, quod facile ſit, docēt, breui multos habēt ſectatores. Cum autē ornatè & cū omni uenuſtate atq; arte dixerit, ac Lachetis illud, uel, ſi mauis, Platonis pariter obſeruarit, ut uita ſermonib. reſpōderet; quomodo potuit Atheniēſes corrūpere, uel loquaces redere, q etiā in uerbis ipſis, ne qd eſſet temerè prolatū, cauerit. Quinimo cōtrà mihi uidet eos aſſueſeciſſe, ne qd temerè dicerēt uel facerent. Quo fit, ut ex trib. unum cōcludi ſit neceſſe, & uel nulla ſit in loquacitate turpitudo, uel Pericles eos loquaces non reddiderit, ſiquidem bonus fuit orator, uel deniq; dicendi peritus præter ceteros Pericles nō fuerit. Illud itaq; demonſtrādum reſtat, eum dicēdi peritū præter ceteros fuiſſe. Qui'nā uerò locupletiores eius uehemētiæ ac facultatis teſtes fuerint ac præcones, q̄ qui ſolēt cūctos uituperare potius, q̄ laudare? Etēm ſi illi ſuffragiū dederint, uix cū aliusquiſq̄ eo priuauerit. Deinde in alia quidē re non eſſet fortaſſe magni momēti comicum teſtimonium; at in eloquentiæ iudicio ut illos quaſi uiles contēnam, nunq̄ tā ſuperbus ero. Hæc aūt ad eos loquor,

f εὐδοκιμῶν pro ἐνδοκιμῶν O.
g deeſt, eos cohibuerat, uel tale quid.

Mantinenſem) Diotimā, de qua in Sympoſio.

Mileſiam) Aſpaſiam.

ad quos licet. Profanos uerò parum curo; nec eſt ijs aures occludere neceſſarium, cum ſint iampridem occluſæ, quanquam & hoc eos lateat. uſque eo ſunt ab omni ſenſu alieni, & à ſacris remoti. De teſtibus itaque, quos citauímus Periclis cauſa, quique non parum in hoc ſtudio ualere uidentur, primus Græcanicarum maximam uocauit eius linguam, cum diceret idem, quod[h] ſentiebat, nonnihil tamen ueritati ex arte acerbitatis aſpergeret. ueruntamen facere non potuit, quin primas ei tribueret, eiusque in dicendo declararet excellentiam. Secundus uerò fulgurare eum, tonare, ac miſcere dixit inter concionandum. nihil enim curo, ſi quid in eo reprehendit, ſed quantum ad hanc rem attinet, eius utor teſtimonio, paulo pòſt & illa, ſi fuerit opus, nobiſcū facere demōſtraturus. Tertius denique, quaſi non iam comicus, ſed ex optimis uiris unus eſſet, integrum dedit ei ac ſincerum teſtimonium. nam oratores, inquit, ſedecim pedib. in dicēdo ſuperabat, ac ſolius

Suadela labris inſidebat dulcibus:

omniaque præ illo nugæ erant. Iam per indignationem ita loquitur:

Nam nunc ſceleſtus regnat unus in foro
Orator optimus, colonus Buzyges.

uſque eo norunt, quos nam ex oratoribus uel admirari uel traducere debeāt. Quapropter qui tanto præteribat oratores interuallo, qui Suadelam in labris habebat, qui tanto ab omnibus honore colebatur, qui talia ab ijs, qui in omnes inquirunt, & ipſam dicendi imperitiam traducunt, audiebat; num is nugabatur in concionibus ac garriebat, & cuiuſuis uiri fungebatur officio, ac non potius plurimum reliquis præſtabat, & ut ipſe longè à nugis aberat, ita reliquos ab ijs maximè abſterrebat? Videamus etenim, quid ſit loquacitatis, quidque prudētum ſermonum proprium. Nam loquacitas quidem, ni fallor, temerè ac præter decorum nugatur, & fruſtrà declamat; ueri autem ſermones ad occaſiones & res ipſas reſpiciunt, & ubique decorum obſeruant. ex quo tum fit, ut uincant, & animos auditorum teneant. Pericles itaque cum tantum præſtaret, ac tales res præſtantia ſua gereret, minimè loquax, uerùm orator optimus ſummo iure cenſebatur. Iā dum alios accuſant, ſimul & hunc abſoluunt, & quos eius loco reprehendere deceat, docēt. Quod ſi etiam grauiorem requiris teſtem, uide quid de eo Thucydides dicat. ubique enim eius ut optimi oratoris meminit, nec dubium relinquit, quin actionē quoque cum dictione coniungat, quandoquidem principem eum uocat. Atque hic teſtis Antiphonis eſt ſodalis, & ſimul, ut eſt uerisimile, ſibi nonnihil ipſe tribuit. ueruntamen illi ſuum habet honorem. Nimirū tibi concedendum erat, ut Antiphoni[i] præferres Aſpaſiam. Quid autem Thucydide deinceps opus eſt, cum ad ſummum uenerimus teſtimoniū. ſiquidem ipſe Plato, qui Aſpaſiam, ut admirabilem dicendi magiſtram prædicat, ad Periclem confugit, ac per eum fidem facit, principem

Primus) Cratinus.

b κωφονῶν pro φωνῶν.

Secūdus) Ariſtoph. Acharnenſibus.

Tertius) Eupolis.

i ὑπὲρ τῶν ἀντιφῶντος pro πρός. in Menexeno, ſub initium.

cipem

cipem eum Græcorum expreſsè appellando. tantum eloquentiæ Pericli tribuit. Neque uerò ſi Aſpaſiæ præſtantiam Periclis confirmabat eloquentia, ipſi Pericli ſit aliunde quærendum facultatis ſuæ teſtimonium: nec ſi in Aſpaſiæ cauſa Græcorum princeps dici meruit, in ſuo negocio cuiuis ex uulgo comparari debuit. Quid quod non heic modò ſic de eo locutus eſt, uerùm & alibi rectè ait, perfectum ora- *In Phædro.* torem euaſiſſe Periclem, q cũ Anaxagora uerſatus eſſet. Sed nondũ hæc omnia. ueruntamen illud confeſſus eſt, perfectum euaſiſſe oratorem. Cur ergo, qui tantum præſtitit, ac ſolus omnium ſuffragia tulit, Athenienſes ad ineptam garrulitatem credatur incitaſſe? Nam ego quidem contrà magis eum ſilentij quàm temeritatis cauſam fuiſſe ex iſtimarim. In alijs certè facultatib. uidemus, ubi multi ſunt inter ſe ſimiles, multa negocia, maioremq́ contentionem exiſtere; poſtquam autem unus aliquis excelluerit, [k] reliquos cedere. Similiter in dicen- *k ἀμείνους pro ἀμείνονες.* do cum quis princeps exiſtit, acquieſcunt pleriq́; nec ſibi negocium faceſſunt, uerùm quàm poſſunt, cautiſſimè dicunt & modeſtiſſimè. Nec enim eo, quo quis excellit, alios deteriores reddat, & in ijs præſertim, in quibus excellit. Nam quemadmodum in alijs rebus qui ſe modeſtum, temperantem, ac benè compoſitum ex hibet, cum nemo dixerit alios hac ratione corrumpere potius, quàm temperantiæ exemplum ſingulis præbere: ita qui in dicendo decori rationem habet, nec uſquam, quod eſt optimum, negligit, nec eam, quæ in hoc cernitur, modeſtiam omittit, is, quod tu iubes, Plato, facit, & conſiderat *In Gorg.* hoc uniuerſum eſſe modeſtiam appellatum, non immodeſtiam, nec *Modeſtiam) nã* peruerſitatem, nec alio ſimili nomine; ac deos in ſuis negocijs, quan- *κόσμος Græcis* tum poteſt, imitatur. Itaq; non erit nugarum, nec temeritatis, nec a- *& Mundum, & modeſtiã notat.* licuius turpitudinis autor, neq; dux, nõ magis quàm gymnaſta poſ- *In Amatorib.* ſit ad contemtum corporis quenquam aſſuefacere dici, cui bonam eſ- *ſub initium.* ſe corporis habitudinem curæ, ſapiens tradit Plato. Iam ſi quis uitã quoq; ſermonibus exæquet, nec præclarè dicat modò, ſed etiam uiuat, quomodo ad nugandum, uel aliud quicquam minus rectè faciendum quenquam inducet? equidem non uideo. Quin alterutrum erat illis, ut arbitror, qui cum ipſo uiuebant, neceſſarium, ut uel eius facultatem imitantes, egregium aliquid ac ſimile in eloquentia præſtarent, & quanto pluris ipſum atq; eius orationes facerent, tanto modeſtius ac temperantius ſe gererent, & ab omni iniquitate abſtinerent; uel cum prorſus deſperaſſent, ac rem ſuis uiribus eſſe maiorem exiſtimaſſent, omnino quieſcerẽt, quaſi oratorem quidem eſſe, idem eſſet, quod eſſe Periclẽ, ipſis autem non eadem aſpiraret fortuna. Quo fit, ut utroq; modo minimè fuerint loquaces euaſuri. Quinimo nec inter tragicos Æſchylus loquacitatem dictus eſt introducere, nec ſuauiſſimus Sophacles hoc unquam crimen ſuſtinuit; quoniam grauitati plurimùm ſtudebant, ac difficilem ſui populo præbebant imita

tionem: uerùm Euripides hac culpa non uacauit, cum de grauitate ac decoro aliquantum uiſus eſſet detrahere; & poſt illum denuo

Initio Ranarũ.

Plus quàm ſtadio loquaciores—

ait adoleſcentes Ariſtophanes extitiſſe; nempe cum tanto ab Euripide interuallo in arte poetica diſtarent. Nam cum paulatim deflueret modeſtia, relinquebatur, ut in hoc inciderẽt erratum, & garrire poti usquàm poetarum obire munus uiderẽtur. Non aliter in ciuilibus ſermonibus non is, qui grauiſſimus erat, cuiusq; uerba mens præcedebat, nec qui, cum ſine fidentia dicendum non putaret, eam ex rerũ geſtarum conſcientia meritò aſſumebat, loquaces eos pro modeſtis reddidit; uerũ hic eos loquaces fieri, quantũ fuit in ſe, prohibuit. Nemo certè Vlyſſem uel Neſtorem, quòd exercitum Græcorum cor rũperent, accuſauit potius quàm Therſitem,

Iliad. β.

Multa ſuo qui dicta animo immoderata tenebat,
Queis temerè ducibus nec ritè reſiſteret unquam.

Quocirca etiam cohibuit eum Pericli ſimilis orator, ne loqueretur, Tu uerò perinde facis, ac ſi quis Vlyſſem tunc in exercitu tumultum, quẽ ſedabat, dixiſſet excitare; uel ſi Herculẽ quoq; diceres ad cõtumaciam homines atq; confidentiam incitaſſe, quoniam cum telis & claua ambulabat, cum ille contrà modeſtos omnes eſſe, legibus parere, & ijs armis rectè, quemadmodum ipſum uidebant, uti iuberet. Eodem ferè modo Periclem quoq; poſſit quis accuſare, quòd loquaces effecerit Athenienſes; qui adeo coercebat omnes, ut uolentes nolentes tacerent, & à populo excitando tantum aberat, ut oratores etiam plerumq; ad quietem redigeret. Quare ſi non Herculis, ſaltem Iolai more multorum capita, ut ait Comicus, inurebat. Et loquaces fecit Athenienſes Pericles? quaſi præceptorem quis diceret loquaces reddere diſcipulos, quòd eos omnia doceat. Atqui hic ne hiſcere quidẽ eos unquam permittebat, uerùm aliquam etiam orationis partem in eo ponebat, ut illis ſilentium imperaret. Etenim nec Socratem dixerim loquaces & contentioſos feciſſe Athenieẽſes, cum ſæpiſſimè inter ciues & peregrinos in menſis ac tabernis loquebatur; nec ad eum ſpectare illud Heſiodi uetantis & increpantis:

l πὰρ δ' ἴθι pro ἴω ex Heſiod. lib. 2.

Ferratam[l] *uita ſedem, apricamq́; tabernam;*

ſed & ad ferrarias & ad alias officinas ut confidenter accederent, cum tale quid uel iuuenes uel ſenes eſſent audituri, iuſſurum fuiſſe. Nec enim id erit nugis aſſueſcere, cum quid audimus utile; quemadmodũ nec, dum Heſiodum ipſum hæc iubentem audimus, tempus nos perdere, uel deteriores fieri credimus. Verum ſi aliqui, cum Socratem uel Periclem audiſſent, & eorum affectaſſent facultatem, malè ſunt imitati; non illi ſunt reprehendendi. Nam illi quidem optimè dicendo, facultatem ſuam declarabant; qui autem à ſcopo aberrarunt, & eloquentia ſunt ad res uiles abuſi, meritò culpam ſuſtineant; nec idem credo,

credo, quod illi, ſed maximè contrarium feciſſe exiſtimentur; quemadmodum qui, cum perperam leges conſcripſerunt, legum tamē nomen ſcriptis ſuis tribuunt. Ac Pericles quidem pulcerrimam tulit de concionibus legem, ne quis uſq; grauitatem diminueret. num ergo huius rei neglectæ eſt autor dicendus? At non eſſe inhoneſtam, nec ignominioſam, nec etiam accuſatione uel uenia, ſed aliquo maiore præmio dignam ipſam dicendi uim, ſi demonſtrare uellem, puderet me deorum eloquentium. tamen hoc ſaltem dicam (quod ſi quis moleſtè fert alius, in me totum auertat, nec ego de fortuna conquerar) uim dicendi cum proba & modeſta uita, qualis in hominem maxima poſſit cadere, cōiunctā me malle, q̄ decies millies Dariū Hyſtaſpis F. fieri; & eius reſpectu iam omnia mihi uideri ſordere. Quin nec Platonem ferè aliud habere quicq; præter uerba, ſcio, eiq; dictionem gratulor, & quamuis per iocum ſe dicat iſtud minimè curare, non temerè credam, ſed id admodum ſtudere intelligam, ac tum maximè, cum uidetur quaſi ludens loqui. Itaq; domeſticum proderemus theſaurū, ſi iſta carperemus. Verū de his ne dicendum quidem eſt; ac tanto minus, quāto maior eſt uis dicēdi: ſed ocioſos quo pacto reddidit Athenienſes Pericles? Nimirum tu nos admodum reddes operoſos, dum ad ſingula cogis reſpondere. Nonne hic eſt, qui eos per omnia duxit loca, nec uſq; paſſus eſt quieſcere? qui ad Samū decimus imperator fuit, ac reliquos omnes uicit imperatores, & nomen obtinere duntaxat oſtēdit? qui Samios obſidione cinxit; nec ſic etiam quieuit, quin cum parte nauium in Cariam nauigaret? qui, cum illi poſt eius diſceſſum ſumta fiducia hoſtes inuaſiſſent, ac uiciſſent, reuerſus eos cōpreſſit, donec ſunt deditionem facere coacti? qui deniq; & cum Eubœa defeciſſet, in eam deduxit Athenienſes, & cum Megaris eſſe dicerentur Peloponneſij, rurſum Megara cum ipſis profectus eſt, & hinc iterum in Eubœam, donec & ipſam ſubegit? Quid autem dicam nauigationes circum Peloponneſum inſtitutas, & hoſtilem terram ubiq; conſcenſam, & eam rerum geſtarum connexionem, quam nullū poſſit oppidum aliud ſibi tribuere. Ergo eum ego, qui tam acer, uigil, ac propemodum alatus fuit, uel ipſum ocioſum fuiſſe, uel alium reddidiſſe credam? nihil equidem ſcire uiderer; cum ille non Athenienſes modò, ſed ne hoſtes quidem ociari permiſerit. Talem enim mouendi ſui neceſſitatem illis attulit, ut ipſi quoq; mores ſuos mutare cogerentur. idq; iuſtè fiebat, inq̄t Demoſthenes. Veruntamen eum Plato ocioſos ac ignauos ait effeciſſe. Quid ais? ignauos Pericles? ignauos? qui etiam concionem ſuam his uerbis eſt exorſus: *Equidem ſemper in eadem ſum ſententia, Athenienſes, ut Peloponneſijs concendum non putem.* quod quis unq; illorum, qui ad eum diem uixerant, auſus eſt proferre? qui tum etiam, cum Græciam cōſeruabant, Lacedæmonijs ceſſerunt. At hic nullo uſus inuolucro, neq; uel in exordio conſolationē

De Corona, ſub finem.

Thucyd. a ſub finem.

Gg

requirens, mox, ut cœpit dicere, breuiter ſententiam ſuã aperuit, quaſi & ipſe auditorib. & illos aduerſarijs pręſtare uellet. Vtrum igitur hanc uocem ad metũ hoſtium & fugam, an ad fiduciã & contemtum aſſueſacientis, atq; indidem fortitudinem demonſtrantis eſſe dixerimus? equidẽ hoc potius crediderim. Etenim ſi bellũ excitaſſe, uel motuũ autorẽ fuiſſe, uel aliquid tale feciſſe diceret; quãuis nõ uera (omnes enim pòſt, nõ eſſe ab eo uiolata fœdera, ſunt confeſſi) quę tamen ab alijs etiam eſſent dicta, uideretur proferre: ignauię autẽ quomodo poſsit eũ acuſare, cui pleriq; iã contrariũ crimẽ impegerunt. Ea certè, q̃ mox ex Ariſtophanis comœdia de morib. eius citabamus, nempe;

Tonar.) pro Tonabat.

Tonare, fulgurare, miſcere Helladem,
Edicta tanquam obliqua ſcribere cantica,
Ut ne Megarenſes &c. ea nõ ſunt ignauię crimina. De quib. igitur illũ accuſat, hęc talia ſunt, ut, ſi quidem uera ſunt, contraria ſint utiq; falſa; ſin ad eũ nihil pertinent, ut qui rectè ac neceſsariò de rebus omnib. ſtatuerit, ſimul & crimine liberari, & omni laude affici mereatᷣ. Nũ igitur erga Lacedæmonios ita ſe geſsit, quaſi priuatas cũ illis contentiones exerceret; erga ceteros autẽ remiſsè? qui ueſtibulũ illis eſſe ſufficiens cenſebat Piręũ? qui nec Regem, nec aliũ quenq; ſinebat eos admirari? qui uires eos dimidias omniũ aliorum hominũ habere dicebat, quandoquidẽ ut alij alibi, ita ipſi toti mari imperabãt. Hæc utrum eius erant, qui ocium, ignauiã, imbecillitatem, humilitatem, ac degeneres animos in ciuitatem & animos ciuiũ introduceret, an metuendum ſit, ne quis aliud quid dicat, quanq; nõ rectè. Itaq; quemadmodum audiſse te ais, qui in Periclem iſta dicerẽt, ita rurſum eos audi, qui de illo uera dicunt, & quibus adhuc contradixit nemo, quandoquidem & ipſe non tua ſponte dicis te accuſare, ſed ex auditu loqui. Cretenſis mare, dicat aliquis. Verũ quoniam illa uis audire, hæc non uis, alia tibi maiora proferã & perfectiora Pericleæ fortitudinis, roboris, ac diligentiæ monumẽta, quibus ſi poteris excellentiora producere, noſtra, licet, derideas oĩa. At magnum nõ eſt, inquiet aliquis, ante bellum ferocire. Verùm ille legationes quoq;, dum loco ſuo manebant Peloponneſij, excipiebat; non etiam, quando cum exercitu prodierũt, ac Meleſippum præmiſerunt. Tã erat ignauus, poſtq̃ hoſtes aduentare cognouit, ut ei re ipſa de rebus omnib. reſpõderet, miſſis quibuſdam, qui eũ extra regionem educerent. Iam poſtremũ & maximum, quod in auditum, nedum in imitationem, cadere poſſit, eſt illud: Cum iam cõflatum eſſet bellum, ac morb. ingraueſceret, & cùm terra uaſtaretur, cum homines quotidie delerentᷣ, ac tot eſſent mortui, quot hominũ uel minima pars hoſtes, ſi ipſis accidiſſet ea calamitas, perturbaſſet; atq; ob hæc oĩa pleroſq; ægro eſſe animo uideret, & cum decretorum pœnitentia duci, tũ legatos Lacedæmonem de compoſitione mittẽdos cenſere, & à cladib. mutatos eſſe; nihil de

Thucyd.l.8. ſub initium.

antiqua

antiqua ſententia magis remiſit, nec animũ per calamitates mutauit; uerũ quãuis in hoc grauius, ꝗ̃ ceteri, premeretur, quòd illi quidem rebus præſentib. dolebant, ipſe autem ciues etiam ita uidebat affectos, ut ad rem gerendã eſſent inutiles, nec hoſtib. modò cederent, ſed & ipſi, tanꝗ fortunę præſentis autori, iraſcerent̃; ac pręter duo fortunæ mala, bellum & morbũ, duo hæc eos uideret ſibi cõſciuiſſe, dolorem & indignationẽ; & in medijs hæreret periculis, undiq, ut ita dicã, deſertus; nihil tamen timuit, nec remiſit, neq ſententiam quaſi colorem mutauit, cum pariter cũ ciuibus & hoſtib. pugnaret; ſed quaſi artem eos aliquam doceret, eodem utebat̃, quo prius, tenore, nec periculorum gratia decreta ſua aboleuit, neq in ſecuritate duntaxat philoſophatus eſt, uerũ quemadmodũ, ſi de numeris uel menſuris fuiſſet interrogatus, idem & olim reſpõdiſſet & poſtea, itaq quoq tũc idẽ de ſumma rei ſtatuebat, nec uel pericula fugere, uel ſeipſum caſtigare, & ipſorum cauſa, qui cum temporib. mutati eſſent, ruborem ſuſcipere dignabat̃. Quo fit, ut exiſtimen etiam Aiacem, qui pro nauib. pugnabat, & clamabat, leuius diſcrimen ſubijſſe. Ille nanq contra Troianos duntaxat pugnabat; ſuos autem habebat beneuolos. at huic interiora nõ minus erant, ꝗ̃ exteriora, ſuſpecta; nec minus à ciuib. ꝗ̃ ab hoſtib. ſibi timebat. Qua in re præclarè oſtendit Pericles, non tã coquis ſe, ꝗ̃ princípib. Græcorum eſſe ſimilem. Quocirca cũ ad has diſficultates, ac turbam negociorum reſpicio, gubernatorem aliquem uidere mihi uideor, qui cum nauis undiq fluctibus infeſtetur, & nubes cõfringantur, gubernaculum non dimittat, & uectores inſuper minantes atq omnia paratos abrumpere, cohibeat & corrigat, ac ſimul pro naui, & contra eos, qui ſunt in naui, decertet. Vnde ſit igitur inſuper ſpectanda fortitudo? nam ſiue ex factis, ſiue ex uerbis eſt colligenda, uidemus uirum. Etenim quomodo quis potius & ab omni metu liberum[n] ſe, & cum ad animi fortitudinem natum eſſe, tum ad eam alios perducere oſtendiſſet, ꝗ̃ qui nec illos hoſtium metu prius omittere propoſitum, nec ipſe illorum metu cum iuſtitia coniunctã, relinquere rationẽ uolebat. Quod ſi eũ dícis nõ eduxiſſe copias, uidenum quis eorum, qui ſunt rei militaris periti, crimẽ hoc ſit agniturus. Nam nec omni tẽpore, nec omni loco dixerint, atq adeo nunꝗ debere imperatorem quidẽ pugnare; ſed maximè quidem minimũ ſubire diſcrimen, ac cõſilio potius, ꝗ̃ manu bellũ gerere, ſicut & Lacedæmonij ſolent; ſin etiam pugnandũ ſit, cum ſocijs potius ꝗ̃ ſolos, cum plurib. ꝗ̃ cum paucíorib. cum pręſtantiorib. quã cum deteriorib. prout cuiuſq res ferunt, debere. Nã in neceſſitate conſtituti non facilè rem accuratè perpendũt; donec aũt iudicij ſunt cõpotes, ineptè facerẽt ac infeliciter, ſi omiſſa ſecuritate id, qđ eſſet hoſtib. ꝓfuturum, ſua ſponte deligerẽt. Iam enim illorũ duceret exercitum, atq illis imperator eſſet. Quocirca nõ hoc erat dicendũ, copias eum nõ eduxiſſe; ſed nũ

Iliad. μ

n ἀψεσὸς pro ἀψεσός.

id, cum eſſet faciendum, & pugnandum, omiſiſſet conſiderandum. Nam & Lacedæmonios aiunt, cũ eos aliquando premeret Thebani, & uel ad pugnã exire, uel deteriores eſſe ſe cõfiteri iuberent, ita reſpõdiſse; utri quidẽ eſsẽt meliores, res ab utriſq; ꝓ Græcia geſtas teſtari, ceterũ non ad hoſtium occaſionẽ uel mandatum ſe pugnaturos eſse, ſed cũ ſibi uiſum foret, nec in ea re Thebanorũ uti uelle cõſilio. Atq; hęc reſponderunt & fecerunt, Ageſilao duce, ꝗ quidẽ belli ſtudioſus eſse, ſi quis alius Græcorum, uidebatᷣ. Sed quid erat Pericli faciendũ? Quin ſi tu eo tempore præfuiſses exercitui, quid faciendum tibi uel dicendum putaſses, cum Athenienſes tot eſsent in uniuerſum, cum ſocij partim per inſulas, partim per continentem eſsent diſperſi, cum hoſtium ſexies decẽ millia regionem occupaſsent, eorumq; Pelopõneſiorum (nã nec hoc leue eſt additamentũ) quiq; contra Gręcos oẽs potuiſsent pugnare, nec difficulter, ut arbitror, ſi duces habuiſsent Athenienſes ac Periclem, uel totum orbẽ terrarum in ſuã redegiſsent ditionem. Omitto iã morbum tantum, ꝗ eos inſuper infeſtabat, & alios prorſus abſumſerat, alios inutiles reddiderat, quiq; etiã ſine belli impetu nõ admodum facilè tolerari poterat. Nec hoc ignorabat Pericles, ſi quidẽ uinceret, iterum cum plurib. eſſe prœliaturum, & alios reperturum permultos, ꝗ de trophæo ambigerent, quemadmodum fecerãt antea Corinthij, & in eaſdem res ſuccederent; itaq; Cadmeam eſſe uictoriã relaturũ: ſin aliter ei res ſuccederet, Vrbẽ eſſe ꝑditurum. Nã ut hoſtium ſinguli parte periclitabanᷣ, ita ipſorũ urbis area ſimul in diſcrimẽ ueniebat, & una de omnib. iaciebatᷣ alea, de corporib. opibus, gloria, imperio, ſolo uerbis, ſpe, & quodcũq; quis dixerit aliud. Quocirca non putauit ſibi tã iniquum certamen eſſe ſubeundum, nec ſummã rerum nulla ſpe lucri ꝓpoſita periculo ꝑdendũ; idq; prudenter, ut arbitror, & imperatorio uſus cõſilio. Nã & pugiles uidemus nõ in ea, quæ habent aduerſarij robuſtiſſima, incumbere, nec ſpõte ſe cõprehendendos p̄bere, uerùm & ab illis logiſsimè recedere, & ijs, quibus excellunt, uti conari, ac uictoriam ſibi parere. Quæ cum Pericles quoq; conſideraſset, no eã dedit hoſtib. contra Vrbem occaſionẽ, uerùm illos in Attica ꝑmittens nugari, centum nauib. in Peloponneſum nauigauit, exercitum ipſe ducens. Ita fiebat, ut illi aliq̃nã Atticæ partem, hi totã ꝓpemodum hoſtilem regionẽ popularenᷣ. Tum uerò cogebanᷣ ex Attica fugere, qui nuper in eã quaſi ad p̄dam ſe contulerant. Quocirca tum quę nõ egit, ꝓuidentia, nõ ignauia omiſit; tum quæ in tali rerum ſtatu eſt auſus tentare, ſummum ꝑhibent fortitudinis teſtimonium. Cur ergo ꝙ exercitum non eduxerit, reprehendimus ꝙ eos extra Atticã duxerit, nõ admiramur? quòd non pugnauerit, ubi non oportebat, accuſamus; quòd autem ſciebat, ubi hoc eſset faciendum, nõ cõſideramus? quòd Atticã bello tumultuq; replebat, criminamur; quòd hoſtilem agrum conſcenderit, & obſidionem in

Ageſilao) hunc pro Cleomene ponit, memoriæ lapſu. Xenoph. 6.

Pelopon-

Peloponneſum tranſtulerit, non animaduertimus? & quę geſta non ſunt, eorum, quæ geſta ſunt, loco quærimus? quòdq́ ſanos non eduxerit, non ignoſcimus; ꝙ ægrotantes eduxerit, non admiramur? qui quidē ægrotātes ita rexit, ut nemo uel maximè ſanis imperaret. uſq; eo tam hoſtib. ꝙ ciuibus, tam morbo quā omni re alia fuit ſuperior. Mirum uerò, ſi Athenienſes ſui compotes permiſiſſet ociari, uel cuiquā ſuccumbere, qui eos ne ° ægrotare quidem ſiuerit, uerùm ad libertatis certamen, & magnanimitatem conſeruandā etiam præter uires ualere iuſſerit. Atq; equidem Meleagrum citius putarim ignauię poſſe conuinci, quā Periclem, quem etiam antequam naſceretur, eo, quod eſt maximè contrarium, nomine Deus appellarit. Cum enī matri dixiſſet fore, ut leonem pareret; ex illo ſomnio Periclem peperit. Quāobrem uide, ne leonē conemur radere, nō cum Thraſymachum calūniari, ſed cum Periclem accuſare ſtudemus, & quidem ignauiæ. Ipſi deinde fortiores eſſe, quā ſit neceſſe, uidebimur ijs, q contrariam uolent inſtituere accuſationem; & erit etiam ignauię, uel, ſi mauis, ſilentio tuta merces; ut Ceus quidam poeta dixit. Enimuero linum lino cōnecti tradit prouerbium. Etenim qui auaros etiā à Pericle redditos eſſe ciues auſus eſt enunciare, de hoc quid erit dicendum? Atqui primus introduxit ſtipendia. Ego uerò ne ipſe quidem ſtipendium laudo, idq́ re ꝓpemodum ipſa teſtatum eſſe me arbitror. Nā nec ipſe ſum rei huius mihi admodum conſcius, uerùm in litteris me ſincerius geſſi, ſi qd licet gloriari, quā in tributis is, q ſimile habuit meo nomen. Vt enim ille moderatum ſingulis imponēs tributum, omnib. placuit, ita nec multum ego nec parum unquā à quoquam popoſci; nec ad largitiones unquam acceſsi, niſi cum quis ultro quid miſit. Sed & Socratis ſiue ſapientiam ſiue ſapientiæ ſtudium cum in alijs, tum in hoc ſector, quòd cauponari nolo, nec emtoribus me addicere, nec ita me eruditum cenſere, ut meipſum ſeruitutis condemnem. Atq; ego quidem ſicut loquor, ſic etiam plurimum delector magnificentia, quemadmodum mihi ꝑſuadeo: ciuitatum aūt multas eſſe uideo quaſi appendices, quibus neceſſario ſit, quaſi in corpore, concedendum. Nā & corpora aiunt tā pulcerrima quàm turpiſsima ex ijſdem eſse rebus cōpoſita; quatenus aūt de ſingulis plus uel minus fuerint adepta, hactenus meliora uel deteriora cēſeri. Similiter etiam ciuitates, quamuis optimè uideant̄ conſtitutæ, naturam tamen humanam neceſsariò ſequunt̄. Nam & in hoc uniuerſo, quod ita eſt rerum omnium bonarum particeps, ut ei nihil deeſse uideat̄, multa, quæ diſpliceant, reperias; nec tamē ideo uniuerſum ipſum accuſas, aut eius autorem, nec alium aliquādo meliorem opificem extiturum credis; ſed hæc à natura ſinis attrahi, nec tibi negocium faceſsis. Quid ergo mirum, ſi quid Athenis etiam tale fuit, quemadmodum & alibi fortaſse, quod cōceſserint ꝑfecti, quo ſimul & uulgi inopię mederent̄, ex

° κάμνειν pro κάπτειν.

Calumniari) id quod eſſe perinde, ac leonem radere, inquit Plato prim. de Rep. Poeta) Simonides, quanquam hoc Stobæus Athenodoro neſcio cui attribuit.

qua non minima oriunt̃ delicta, quæ ſic uidebant̃ poſſe tolli, & cauerent, ne quid etiam peius efficerent, ſi eos omnino coercerent. Quid enim nõ expectandũ fuerat à tot hominib. ac tam acribus, quiq; tantas opes haberẽt, niſi quis partem cum ijs aliquam cõmunicaſſet? nõ'ne fore, ut omnia conarent̃ ſumere? Iam ſicut in priuatis ædib. quiſq; uult rebus paratis frui, ſic & ciuitatem æquũ eſt facere, præſertim quę imperium habeat: in quo non tã is, qui detrahit omnia, p̃ſtat fortaſſe, q̃ꝫ qui modi rationem habet. Alioqui cur uel tributum ſumerent, uel res gererent, ſi id nullã ipſis opẽ laturũ foret? Quocirca cum hæc dicis, non ſtipendium, ſed imperium accuſas. Ac neceſſarium quidẽ eſſe in ciuitate ſtipẽdium, nec aliter poſſe uel grauiſſimũ quenq;, quin ſumtus faciat & benignitatẽ exerceat, non eſt ꝙ multis probẽ teſtib. cum unus Græcorũ p̃ſtantiſſimus mihi ſufficiat. Quis, obſecro? Tu

Tertio de Rep. extremo.

ipſe. Nam in beata illa ac bene conſtituta Rep. (q̃uo enim beata non ſit, cuius eſt autor Plato?) cuſtodib. ipſis publicum conſtituis ſtipendium, quaſi nec ipſe turpe quicquam ſtatueres, nec illorum alterutri, tũ qui id darent, tum q̨ acciperent, eſſent cõmiſſuri. Et quãuis nec in

p deeſt ἢ ante ἴσης.

auro nec in argento merces, ſed in alia re cernatur, [p] non alia tñ eſt ratio. Etenĩ Rerũp. formas, credo, ſequunt̃ etiã ſtipendia. Nam nec Byzantini, cũ ferreo utant̃ numiſmate, Græcos meritò ridere poſſunt, aut ſtipendiũ ſe non accipere putare, ꝙ nec aurum nec argentũ accipiant; nec Carthaginenſes, qui coriaceo; niſi etiã q̨ argẽtum acceperint, ꝙ aurum non habeant, ſtipendiũ ſe negabunt accepiſſe. Sed hæc nemo cõceſſerit, opinor. Nam nec oẽs eadem ſumunt alimenta, cum tñ omnib. ſit ijs opus. Similiter & heic non q̃ ſit merces, ſed an mercedẽ dixeris, quærit̃. Alioqui & Euneum dicemus gratis miſiſſe Grçcis ui

Iliad. η extremo

num, ꝙ ei non pecuniam numerarint, ſed alij æs, alij candentia ferra. At hoc ne ipſe quidem prædicabat. Iam Pericles non ipſe monetã cudit, u erũ ex arce pecuniam ſumſit, quæ ſtipendio ſufficeret. Quo fit, ut ne utrius rei ſit accuſandus, nec monetæ, nec ſtipendij. Quid autẽ tam acriter contendo? Nam ut res turpiſſima ſit ſtipendiũ facere ac dare, non ex Periclis inſtitutione, nec eius tempore eſt orta; cũ etiam legislator quidã, ut alios taceã, eam uſurparit. Ita fit, ut alia poſt ipſum exorta, quæ mox refutabamus, reprehenderit, alia ipſo antiquiora, quæ ad monetam pertinent. Ita quæ nunc demõſtrat, in ijs maxima utitur licentia. Exiſtimo autem nullum eſſe faciliorem nec iuſtiorem inquirendi modum, ſi Athenienſes Pericles, aut alios uel Græcos uel Barbaros auaros fecerit, quàm ſi ipſum, qualis fuerit, conſideremus. Placet enim mihi Xenophontis dictũ. *Quemadmodum enim*, inquit, *pædotribas uidemus alia pueros uoce docere, pleraq; aũt exemplis demõſtrare, ita Socrates in iuſtitia ſe gerebat*. Hoc igitur modo Periclem quoq; ſpectemus, qualis ipſe fuerit in pecunia tractanda, & quale ſui exemplum hac in re tum Athenienſibus tum alijs Græcis præbuerit: acſi quidẽ

ignobilem,

ignobilem, illiberalē, & lucro deditum fuiſſe cōpertum habeamus, alios etiam eadem docuiſſe, ſibiq́ꝫ ſimiles reddidiſſe dicamus; ſin ita pecuniam contemſit, ut neſcio ſi quis unquā fecit alius, quomodo auaros eos reddidit, aut in quo præſtabat ipſe, alios corrupit? quaſi Rhadamanthum diceres periurium in hominū uitam introduxiſſe, qui tam pius & iuſtus fuerit, ut etiam poſt mortē iudex dicatur apud inferos rerū in hac uita geſtarū conſtitutus eſſe. Ergo Periclē quoq́ꝫ, ſi prius uilem, ignobilē, humilē, ac auarū oſtenderis fuiſſe, tum demū alios tales reddidiſſe dicas; quemadmodum etiam de ſcribendi magiſtris dici poteſt, nec iam Xenophontis hoc, ſed ipſius eſt Platonis exemplum. *Sicut enim litteratores*, inquit, *ijs pueris, qui nondum recte ſcribūt, lineis ſtylo ductis, tabulā tradunt, atq; ita iuxta* [q] *linearū ductū iubent eos ſcribere; ſic etiā ciuitas.* ſed nos pro ciuitate Periclem ſumamus. Pericles igitur partim dicendo docebat Athenienſes, in quo nihil erat illiberale nec ignobile; partim uitæ ſuæ exemplum præbendo. Vtrum igitur, cum talis eſſet, qualem audimus, honeſtam eis uitam præſcripſit, an quæ lucro eſſet dedita, & à uirtute remotiſſima? Atqui dicentem quidem in concionibus & in curia audiebant, uitam autem quotidie ſpectabant. Quocirca ſi ad ipſum reſpiciebant, pecuniam erant contemturi. Age uerò, alia quoq́ꝫ huius crimina eodem modo, quo auaritiā, conſideremus ad utrunq́ꝫ exemplum, tam pædotribæ quā litteratoris; & omnia breuiter complectamur. Loquaces ait eos reddidiſſe; at ipſe non erat loquax: ocioſos; at hic operoſus erat: ignauos; hic fortitudine excelluit: auaros; hic opes cōtemnebat acerrimè. Quomodo igitur idem bonus orator, actor præclarus, fortis, opū contemtor; loquaces, ocioſos, ignauos, illiberales eos faciebat? Hæc enī aut ſomnia ſunt, aut ænigmata, aut ego quid dicā, neſcio. Abſurdum enim eſt, ſi, qualis erat ipſe, tales non reddidit; qualis erat minimè, tales effecit. Nam mihi quidē cōtrà uidetur, quantū in ſe fuit, dextros, operoſos, fortes, magnanimos feciſſe: niſi forte etiam Socratem credendum eſt adoleſcentes corrupiſſe, quibus omnis uirtutis exemplum dabat. Ne hæc amplius, ô Plato: uerū aut nō erāt Athenieſes tales, quales dicis, aut quiuis potius, q̄ꝫ Pericles, eius rei cauſam præbuit, quandoqdem ille nec uiles edebat [r] luctas, nec obſcuras, uel adulterinas, uel obliquas ducebat lineas. Quin etiam ſuperiora repetamus, & ex ijs, quæ ſunt cōprobata, concludamus. Plato dicebat, non eſſe populo adulandū; Pericles maxima eſt uſus libertate: pro iuſtitia pugnandū eſſe; hic tali tēpore, quale mox explicauimus, depugnauit: non eſſe cupiditates implendas; hic eos cohibuit, nec regebatur potius, quā regebat: nec auaritiæ populum prorſus aſſuefaciendū, inquit legislator; hic à ſua ipſe Veſta exorſus, æqualitatem abundantiæ prætulit. Quapropter quæcunq́ꝫ Plato docuit, ea fecit Pericles. Quomodo quis ergo magis ſecundum Platonis decreta uel uiuere potuiſſet, uel Rempubl.

In Protagora.

[q] γραμμῶν pro γραμμάτων ex Plat.

[r] πολάσματα pro πλάσματα.

regere? aut quis eum potius defendere, ſi quis accuſaret, ꝙ Plato, debebat? Iam nec hoc minimũ eſt Pericleæ uirtutis ſignum, neq; ipſum Athenienſes uel corrupiſſe, uel auaritiæ aut lucri ſtudio aſſuefeciſſe; ꝙ nec tributa Pericles in infinitum auxit, uerũ & huius immodeſtiæ ſi quæras autorem, care Socrates, ſodalem tuum reperies. Hic eñ ita auxit tributa, ut ij, ne ſi uellẽt quidẽ, ſatisfacere poſſent; idq; nec tibi obtemperans, nec Periclem imitatus. At nõ ita Pericles nec heic nec alibi ſe geſſit, uerũ tam procul ab auaritia aberat, ut q; ſuaderet Athenienſib. ne res à ſe alienas tractare omitterent; ut eos, cum priore bello

Thucyd.a.

Pelopõneſios ſuperaſſent, & Megara, Niſæam, Troezenem, Pegas, & Achaiã obtinerent, his redditis pacem conficere compulerit, nedũ auaritiæ aſſuefaceret. Quæ dum cõſidero atq; contemplor, exiſtimo ſanè, ſi Pericles ſuperuixiſſet, nec prius uita ceſſiſſet, non fuiſſe Græcos ad extrema appulſuros mala, ſed poſtq; Lacedæmonios & Pylũ habuiſſent Athenienſes, nihil amplius poſtulantes, ijs mox liberaliter redditis, publicã fuiſſe pacem in Græcia confirmaturos. Nam nec bellum ipſum iuſſit eos ꝑ auaritiã ſuſcipere, uerũ ne ſuis rebus priuarent: atq; adeò bellum noluit ille ſuſcipi potius, ꝙ iure cõtendi. Vſq; eo tam bellum nouerat poſt pacẽ ſuſcipere, quã, cum pace licebat uti, bellũ nõ quærebat; nec eos iniuſtitiæ, ſed modeſtiæ aſſuefaciebat. At hæc ſunt fortitudinis, prudentiæ, iuſtitiæ, rerũ pulcerrimarum, non quas ei Plato tribuit, indicia. Quidq̃d etiam cognomen, q̃d ille inter

Cognomẽ) Olympij.

Græcos obtinuit, nõ quale Mithæcus ac Theario, ſed quale Iupiter, maximum arbitror ipſius præſtantiæ teſtimonium dare. Cur eñ Ariſtidis iuſtitiam ex cognomento cognoſcamus, quandoq́dẽ ipſi, cũ imponeret tributa, non aderamus; Periclis uirtutem & ingenium de cognomento non agnoſcamus, quod ille non ex una uirtutis ſpecie, ſed ex omnib. pariter eſt conſecutus. Etenim nec uulgus eſſe negligẽdum, nec eius opinionem contemnendam, cũ in eo quoq; quædam inſit ſagacitas, quæ ueritatem contingat; ipſe nos docuit Plato, & Heſiodus multis antè ſæculis in his uerſib. q̃s decantant omnes, cecinit.

In Critonis initio, & duodecimo de Legib.

Lib. ſecundo ſub finem.

Nulla perit, uelox populi quam lingua celebrat,
Fama ſemel: aliquod nimirũ eſt numẽ & ipſa.

Fama igit̃ Pericli rerũ dat pulcerrimarũ teſtimoniũ, & cum ſit ipſa numen, homine maiorẽ dicit illum fuiſſe. Neq; uerò dicat mihi quiſquã, cõflictantes cùm calamitatib. Athenienſes hunc ei honorem tribuiſſe, quemadmodũ pòſt nonnulla ꝑter dignitatem ſuam conceſſerunt. Nam tunc, ſi unquàm alias, florebant, & erat eius tempore Reſp. maxima, ſicut nos eam, Plato, maximam diceremus. ſed ea res cauſæ nihil nocet. Qui autem ea erant fortuna, ij neceſſariò plurimum ſibi tribuebant, & ut ab humilitate remotiſſimi, ita confidentiæ erant proximi. Hoc igitur tempore tantum ei conceſſerunt, ut Olympium uocarent. Verũ quid dico? Etenim ut maximè fuerint abiecti, hac quoque ratione retorquetur

retorquetur in Platonem ipſius argumentū. Iam enī Athenienſes Pericli fuiſſent adulati, non Pericles Athenienſib. Sed nec illis Pericles, nec Athenienſes illi ſunt adulati; uerū cum uirū uiderent, q & orator eſſet & actor optimus, & cū à ſeruitute alieniſſimus, tum ad imperandum aptiſſimus, cunctosq́ longè ſuperaret; Homerico more dijs eū ſimilem eſſe cenſuerunt. Ergo quē æquales eius, & q ſunt eum experti, eodem, q̃ deos, nomine ſunt dignati, hunc nos in eiuſdē delicti crimen, in quod Thearionem, Mithæcū, & neſcio quem tertiū, uocabimus? non igit̃ rectè ſapere uidebimur. At Cimon mehercle uilis fuit homuncio, qualē cꝫ ſibi nō temerè quiſquā filium naſci optarit. Verū de hoc etiā gratias meritò Platoni qs egerit, q & ipſum inter oratores collocat. Nam ego quidem timebā, ne quis eum ꝑ duce potius, quàm pro oratore, haberet. Sed nunc omnino ſecundum Homerum contingit eundem eſſe poſſe *Verborumq́ oratorē, factorem operumq́;* poſteaquā Cimon etiam inter noſtros recenſet̃. adeo non eſt Rhetoricæ probro Cimon aſſcriptus. Vellem aūt cum alio mihi, quā cum Platone, inſtitutā eſſe contentionem tam de hoc, q̃ de reliquis; ut omnibus, quibus poſſem, argumētis audacter uterer, necꝫ quaſi uector, cum ſecundo liceret uento ferri, præ timore uela conſtringerem, aut quaſi equeſtri contendens certamine, cum liceret celerrimè progredi, ſponte me inhiberem, quò p̃cedenti parcerem. Adeò multo diligentius obſeruo, ne quid in Platonē dicam grauius, & quaſi ferocire uidear, q̃ ut ſ illorum unumquenꝫ ſuis decorem laudib. nam non minoris eſt mihi huius gratia. Veruntamen ſi utruncꝫ conſequemur, ut & illorum diſſoluamus crimina, & Platoni omnē tribuamus honorem ac reuerentiam, atcꝫ in utrocꝫ iuſtè nos geremus, mediocriter nobiſcum aget̃. Cimonem igit̃ non ex feſtiuis hominib. unum, nec qui adulari poſſet, fuiſſe, tutores teſtant̃, qui ne patrimoniū quidē ei ſuū uoluerunt cōmittere, priuſquam ꝑuectæ eſſet ætatis. uſcꝫ eo ſimplicē ac rudem eum exiſtimabant. Verū res à Cimone geſtas non cuiuſuis uiri, nec precij fuiſſe, ſed eum & conſilio & rerum actione ualuiſſe, ac talem extitiſſe, qui non apud Athenienſes modò floreret, ſed & inter Lacedæmonios iure primas obtinuiſſet, deinceps erit demōſtrandū. Atcꝫ oēs quidem res eius geſtas, aliorum item omnium narrare, inoportunum foret, cum præſertim nullū in ijs crimen, q̃d defenſionem requirat, ſit repertum, niſi q miniſtri quidā fuerint. q̃ aūt inſtar capitum ſunt, nec à nobis, etiamſi uelimus, omitti poſſunt, hæc dicent̃. Illud aūt, q̃d ſubiungā, prius erit exponendū. Etenī ſi hęc oīa pro miniſterio erunt habēda, leges ferre, Rēp. conſtituere, exercitui imperare, magiſtratū annū in Vrbe gerere, conſulere aliorū ſaluti, p̃ſidere, legatiōes obire, de iure reſpōdere, publicos cōuētus, ſi ſit opus, decorare; denicꝫ ſi oīs actio atcꝫ p̃fectura miniſteriū uocabit̃ ac ſeruitiū, atcꝫ adeò regnū ipſum & oīs principatus; atcꝫ etiā paterfamilias ipſe nō im

Tertiū) Sarambum.

ſ ἰκεῖνον pro ἐκεῖνον.

perabit potius quā ſeruiet, & rectè dixerit Comicus, unū eſſe familiæ ſeruum, dñm: hæc ſi ita ſe habent, primū quidem non uideo, quomodo poſſint oīa magis ſurſum ac deorſum ferri. Nām ſi cōtraria cōtrarijs definiemus, quo pacto ſua ſingulis conſtabit natura? Si em̃ imperium in ſeruitute ponatur, uix aliud quicquā ſeruitutē effugerit: & ſi imperium eſſe ſeruitutem ponimus, quid prohibet, quo minus eadē ratione ſeruitutem eſſe imperium ponamus, atq; ita res circumagat̃, nec unquā eodem maneat loco; uerū imperium quidem prius ad ſeruitutem redactum, ꝑ eam rurſum fiat imperium; ſeruitus aūt prius ad imperium redacta, ꝑ illud ipſum rurſus exiſtat ſeruitus, itaq; uagent̃ ac tranſmutent̃ hæc noīa, quæ ſunt rerum cōtrariarum, aut potius rebus ipſis contraria. Iam ſi hęc ſublata fuerint, non facilè, quid reliquū ſit nobis futurū, reperias. Etenim ſi nec paucis nec multis p̃ficiemur, neq; familiæ, neq; nobiſmetipſis, ut ita dicam; nec mouebit noſtrum quenquā uel patriæ neceſſitas, uel domus paterna, uel famuli ad nos reſpicientes, uel aliud in rebus humanis quicquā; ſed omnem rerum adminiſtrationem fugiemus, & quaſi in medio ſedebimus aere, terrā non attingentes, nec rem ullā curantes, nec ſi quis eadem nobis, quæ

Iliad. 1. Meleagro, nunciet; *Occiduntq; uiros, atq; urbem deſtruit ignis,*
Aſt abigunt alij prolem, uxoresq; ſtolatas;

ſed hæc oīa illiberalium & abiectorum eſſe hominum curare cenſebimus, cū ad oīa nobis nobis hæc ſufficiat ratio, qua iſta pro miniſterio ac ſeruitio reputāda, & iniuriæ acceptionem factioni p̃ferendam eſſe comprobat̃: num aliud quicquam nobis reſtabit, quā ut more brutorum uiuamus, & quemadmodū ægroti, cum illis à medico quies eſt imperata? Iam ſi hæc in miniſterio ponunt̃ oīa, nec honeſti habent quicquā; quid tibi accidit, ò carum caput, ut ipſe miniſtros imitareris, Remp. cōſtitueres, leges ferres, & cum tyrannidem quoq; ad legū lationem conferre diceres, cum Philoſophiā potentia indigere, nec prius à malis fore liberas ciuitates, quā, quod tu ſemper habes in ore, uel reges philoſopharent̃, uel philoſophi eas regerēt; quaſi nullum eſſet in Rebuſp. futurum cōmodum, priuſquā hæc duo, Philoſophia & poteſtas ciuilis, in unum cōueniſſent. Quod aūt eſt omnium maximum, in ipſa Reip. cōſtitutione & legum latione, cuſtodes urbi p̃ficis, ꝗ eandem, quam Cimon, artem exerceant, eoſq; reliqs omnib. ciuibus p̃ficis, & honores tam uiuis quā mortuis, ſi quis optimus extiterit, decernis, ac deniq; in his cōponendis plurimum uerſaris, quaſi ab horum felicitate tota penderet ciuitatis ſalus. Nec uerò hos aut mercenarios uocas, quamuis ipſis ab alijs mercedē dandā conſtituis; aut publicos miniſtros, quãuis ꝓ omnib. excubaturi ſint, & q̃duis diſcrimē ꝓ tota ciuitate ſubituri; aut cū ſtipendiarijs & peregrinis cōparari, aut more Carū uis educari, q̃uis multa munia paruo obeant precio: uerū hoc illis ad gloriā arbitraris ſufficere, ſi regionē ſeruare poſſit incolumē, omniſq; ad ipſos ciuitas

reſpiciat.

reſpiciat. Etenĩ ſi hęc oĩa tibi rectè ſe habent, nec inutili, illiberali, aut pudẽdo ſtudio talẽ cuſtodiã ciuitati pficis, ac uiros tales, q & amicos iuuare & hoſtes poſſint repellere; Cimonẽ nõ aliunde ꝗ hinc ſpectato, nec deerunt hi oẽs teſtes, qui eum non miniſtrũ fuiſſe, nec ad uoluptatẽ ſuos mores inſtituiſſe pdicent, ſed optima atq; liberaliſſima Reip. adminiſtratione, nec multum tu ęgiſti, q̃ periculo caret, diſſimili uſum fuiſſe. Quocirca non modò, quemadmodũ Vrbem & regionẽ cuſtodierit, cõſidera; ſed & quõ cũ Gręcis ac cũ Barbaris ſe geſſerit; q ſunt extremi duo termini. Nã tu quoq; non eodẽ utroſq; modo cenſes excipi debere, uerũ alios, ut gentiles, alios, ut hoſtes decet. Cũ enĩ non leuis eſſet nec exiguus in Peloponneſo tumultus excitatus, uerũ talis, ut etiam Lacedæmonij ſummo uerſarent̃ in diſcrimine, poſteaq̃ Hilotæ erant excitati, & ſimul incumbebant terræ motus; ille quatuor peditum millib. ꝗs tu magni facis, Athenis adductis, & urbem cũ regione ſeruauit, & terrores oẽs circumiectos abſtulit, & res Pelopõneſiacas cõpoſuit. Ac talis quidem erga Græcos & Græcorum fortiſſimos, atq; etiã fœderatos extitit. contra barbaros aũt & hoſtes ꝗmodo ſe geſſit? Nemo Græcorum res plures nec celebriores extra patriã geſſit; nemo pulcriora de barbaris erexit trophæa; nemo fuit, cuius fortitudinẽ ſimul & ppoſitum magis licuerit admirari. Nec enĩ, poſtquã illi ſpe ſua exciderant, ideo quaſi beneficos dimittendos cenſuit, nec templorũ ab ipſis uaſtatorum eſt oblitus, neq; q̃ per impotentiã effecerant: uerũ cum & horũ uellet eos pœnas luere grauiſſimas, atq; etiã maiorum, q̃, ſi res ipſis succeſſiſſet, peracturos fuiſſe norant oẽs; noluit quieſcere, nec ad id alios adhortari, nec turpes agere dijs gratias, quaſi ſalus ipſis parta ſufficeret; ſed qđ & poetæ, & legiſlatores, & pverbia, & oratores, & oẽs deniq; iubent, ut uim ui repellamus, id eſt aggreſſus, & ad hoc eos cõpulit, non quid ſuauiſſimum, ſed quid eſſet iuſtiſsimum, reputans. Deinde Græciæ quoq; cuſtodiam fore hanc ueriſſimã exiſtimabat, non ſi eos domi concluſos ſecurè iuberet dormire, ſed ſi metum Barbaris incuteret, ne quid unquã in poſterũ auderent ſimile, & à Græcia repelleret eos quã longiſſimè. Quapropter in ipſorum regionem bellum educebat, ac tum circũ Cyprum, tum pter Pamphyliã nauigabat, & cum Phœnicib. atq; Cyprijs, & quotquot occurrebant, nauali prœlio cõgrediebat̃. Ad Eurymedontẽ uerò fluuiũ naualis ac terreſtris pugnæ monumenta poſuit, cũ utrãq; uictoriã eodẽ obtinuiſſet die. Itaq; cũ priorib. rebus ad incurſum barbarorũ geſtis obſtupefacti fuiſſent poetæ, qdã tñ pòſt de his ita cecinit, q̃ uno fuerant geſta die:

Poſtquã Aſiam Pontus Minois matre remouit,
Atq; urbes hominum Mars truculentus habet;
Nullus adhuc tantum pariter terraq; mariq;
Edere mortalis uir facinus potuit.
Namq; hi per terram Medorum examine fuſo,

In Epitaph.

Centum Phœnicum roſtra tulere mari
Plena uiris: gemuit genitrix concuſſa Promethei
Turmifera belli ui, geminaq́; manu.

Atq; hæc non immeritò celebrauit, nec poetarũ more extulit. Nam illa quidem in forib. Græciæ gerebant̃, partim ad Thermopylas, partim ad Artemiſium Eubœæ; hæc aũt in hoſtili terra media. Huc accedit, ꝙ tum quidem diſcrimen eſt inter ciuitates diſtributum; hæc utraq; ſunt unius uiri, & claſſis unius. Iam illi quẽadmodũ diſcrimen, ſic & fortunam, ut ita dicam, diuiſerunt, quandoquidem Athenienſes ac Themiſtocles ad Artemiſium præclarã obtinuerunt uictoriam; qui uerò ad Thermopylas occurrerant, nihil attulerunt Græciæ cõmodi, niſi quòd corpora proiecerunt, & morte barbaros terruerunt, q̃s ab impetu ſuo reuocare non potuerant. at hi, inquit, terra mariq; hoſtes uicerunt, ac tot ceperunt captiuos, quot hoſtib. uix potuiſſent cuncti reſiſtere. Quapropter, inquit, confidenter dico;

Nullus adhuc tantum pariter terraq́; mariq́;
Edere mortalis uir facinus potuit.

Tam diligens erat ac firmus ille Græciæ cuſtos, non urbis modò ſuæ; ac tales, ô Plato, Græciæ præbebat adiutores. Itaq; donec uiuebat Cimon, peribant Barbari metu Græcorũ; nec tam quomodo noſtrũ aliquem ſub ſe redigerent, quã quomodo ſeruarent̃ ipſi, cõſiderabãt. Quocirca tum urbes oẽs liberas dimiſerunt, & inferioris regionis non exigua parte ceſſerunt, contrà quã poſtea conceſſerunt Lacedæmonij; ad quos tu reſpiciens, tuos pleroſq;, & qui ſunt rei militaris periti, colligis. uſq; eo melius Cimon Græcos cuſtodijt, & ſiue quid diceret ſiue faceret, magni uir erat precij. Num ergo hæc ſic effeciſſet, aut uictorias tã multas ac ſplendidas terra mariq; continenter retuliſſet, ſi multitudini ſeruire uoluiſſet, nec potius accuratiſſimè imperaſſet, aut ſine modeſtia & ordine duxiſſet exercitũ, & quicq̃d uolebant, conceſſiſſet, nec ubiq; omnem adhibuiſſet curã ac ꝓuidentiam, ut modeſti, compoſiti, & ad oĩa faciles exiſterent? Equidem non petulanter nec iniurioſè ſe gerẽtes, nec uoluptatib. ſtudentes, ſed maximè modeſtos atq; ordinem ſeruãtes, &, q̃d inquit Homerus, reuerentes hoſtib. euadere potuiſſe ſuperiores, & illi ſibiq; utiles arbitror. Etiã nauis mihi fabrũ refer, q̃ ordine ligna cõponit; architectum, qui lapides; choragũ, ceteros. Nã quicquid horum dixeris, id ꝑ Cimonis prĩcipatu ac gubernatione faciet. Rectè quoq; hoc uniuerſum dicis eſſe modeſtiã appellatum, ac ne q̃d agamus temerè, nos, ut arbitror, mones. At Cimon huius Vniuerſi cognominis, quantũ potuit, Vrbi reſeruauit. Modeſtos etenim oẽs pro uirib. ſuis reddidit. ita Remp. gerebat, ac tum in Vrbe populũ, tum in caſtris milites docebat. At eum oſtraciſmo expulerunt, ne uocẽ eius ꝑ decem annos audirent. certè: ſed eũ ante annos decẽ exactos reuocarunt, ut eius audirent uocem. Ita eum deſiderabant. Verũ tu, quem

Iliad. ε. αἰδομένων δ' ἀνδρῶν &c.

quem condemnarint, dicis: quam ſentẽtiam mutarint, non cogitas. quæq; [t] nõ rectè decreuerunt, utriſq; exprobras; quæ rectè conſulue- [t] deeſt ὶ ante δικαίως. rũt, nec illis ueniam putas, nec huic maximum præbere uirtutis teſtimonium. cumq; ij, qui eum condemnarũt, ipſi ſententiam mutarint, nec antiquum ſeruarint decretum; tu id, quaſi ratum ſemper fuiſſet, obijcis, nec Athenienſes hac in re uis imitari, ut à crimine uirum abſoluas; uerùm ſi quid acerbius illi fecerunt, hoc imitaris, omittis reliqua, cum præſertim, quod eſt abſurdiſſimum, ipſos crimineris Athenienſes, idq; non horum ſecundorum, ſed illorum, quæ quis etiam beneuolus * Cimoni. Ac ſi quidem nihil tale contigiſſet, non haberes quod diceres; poſtq; autem pœnitentia ducti, quod egerant, mutarunt, & in ſeſe crimen tranſtulerunt, non hoc idem facis, ac ſi nihil habuiſſemus initio dicere. Quid quod multo maius eſt & glorioſius, eiectum redire, q prorſus non eijci. Nam ut hoc etiam cuilibet contingit; ita illud non erat omnium. atq; ut hoc fortunæ quis potuiſſet tribuere, ita niſi reliquis præſtantior habitus fuiſſet, illud ei non contigiſſet. Vt enim quis eijciatur ac exulet, inuidia facit, uel aliud ſimile: ut ante tempus reuocetur, nihil præter uirtutem efficit, propter quam illum & abſentem ſunt reueriti, & ut adeſſet, è re ſua fore exiſtimarunt; quodq; eſt omnium maximum, ſeipſos potius, quàm illum, condẽnare maluerunt. Quare ſiue per ſe uir eſt cõſiderandus, cur, ſi quid in eum quis peccauit, recenſemus? ſiue ex alijs, maximos in eum uidemus collatos honores. Sed nondum hæc. mox enim magis erunt forte congrua. Quæ autem de multis atq; magnis Cimonis laudibus maxima ac penè ſumma eſt, & ipſius ualde propria, hanc etiã ei, uelut aliud quiddam, uolo tribuere. Etenim inter paucos ferè, quantum iudico, tum priores tum poſteriores huic ſermoni reſiſtit, nec illi maledicto dat locum, quo traditur, bonis uiris quaſi fataliter accidere, ut eorũ liberi improbi, & uirtuti paternæ diſsimiles euadãt. Nam cum ipſe Miltiadis eſset filius, & in eius gloriam tanto cum diſcrimine ſuccederet, non fuit ſuis dedecori, nec, ſi nomen patris uſurparet, ſufficere putauit, quaſi cum quis Olympijs, quòd patrem habeat Olympionicam, coronam uult obtinere: ſed eum tam diligenter eſt imitatus, & eius factis quaſi ueſtigijs inſtitit, ut, etiamſi nemo de hiſtoricis, cuius eſſet filius, tradidiſset, ex ipſis rebus, quas geſsit, de patre licuiſset conijcere. Nunc autem ad Miltiadem nobis redit oratio, quem ego laudare potius erubeſco q; reprehendere. ita uideor omnia minora, quàm cupiam, dicturus eſse. Hoc tamen audacter dixero; ſi Plato reſurgens ipſe uelit accuſare Miltiadem, atq; id æquum ducat, omnia me cõceſsurum facilè, nec magni uirum illũ facturum. At id nõ temerè aggreſsurus uidetur, qui uel eius mẽtionem faciens, *Miltiadem autem Marathonium,* dicat. Atqui hoc ad næniam propius quàm ad reprehenſionem accedit, & honorantis potius eſt quàm In Gorg.

uituperantis, quemadmodum quos Simonides in ſuis epigrammatibus ſolet extollere. Veruntamen etiam Miltiades inter alios recenſetur, ac more Platæenſiũ, quos ipſe tunc illuſtrauit, excipitur. Etenim cũ nullum extet eius crimen, neceſſariò decertat quodam modo, quã eius nomen inter miniſtros numerat. Atqui rectè dicet aliquis eorũ, Plato, qui ſunt iuris periti, iuſſiſſe legis autorẽ, ut oẽs accuſationes expreſsè proferrent; uelut, læſit me quidam hoc uel illo facto; hęc cõtra leges dixit; & in alijs criminibus eodem modo factũ quiſq; pronunciaret, nec fruſtra timorẽ alicui incuteret. Tu aũt, quid quiſq; minus rectè uel dixerit uel fecerit, eius in poſterum diem quaſi in aliũ quempiam dialogum declaratione reiecta, ut uidetur, omnes cõmuniter accuſas, nec uel eum, quem præter ceteros maximi facis, Periclem, cum eius crimina diuidas, atq; ei plurima omnium imponas, cõuincis, neque quibus eos uerbis uel factis tales reddiderit, demõſtras, niſi quòd hoc ei præter ceteros tribuis, ut eum pluribus oneres calumnijs & quaſi manifeſtioribus, ut, qua de re nobis dicendum eſſet, intelligeremus. Verùm ille nec à nobis minus fortaſſe conſecutus eſt, ita ut occaſionis autorem hac in parte non admodum reprehendat: Miltiadem uerò Marathonium qua in parte chori collocabimus? num ante theatrum, & ubi ſit omnibus conſpicuus? niſi quòd non ſiniſtrum potius quàm dextrum apud Græcos cornu obtinet. Quin ſi quis ipſum interroget ſingulis ab initio repetitis, ut ſolet Plato quærere, qua doctrina, quo conſilio, qua mox à pueris educatione, quibus in ciuitatem ſtudijs introductis, meliores effecerit Athenienſes; non deſtituetur moderata ueraq; reſponſione, uerùm hæc reſponderet, ut uerſus aſſcribamus:

Ariſtoph. Nebulis.

Dicam igitur, qualis fuerit quondam diſciplina priſca,
Cum iuſtis ego florebam dictis, atq; decorum extabat.
Hiſcentis primum pueri uocem poterat nemo audire:
Tum compoſitè ad citchariſtam pergere oportebat per uicos
Nudos uicanos pariter quamuis crasſſa farina iaceret.

κεχυνώδη pro κρημνώδη ex Ariſt.

Deinde de Muſica dicet, qualis fuerit: in qua non ſuauitas ſpectabatur, ſed *Vel Pallada terribilem urbirupam, uel Longirepum ſonitum quẽ*, dicere debebant, *Harmoniam à maioribus acceptam priſcis intendentes.*

Quodſi quis eorum nugaretur, uel flexum quem adhiberet,
Multis conſcribillabatur, tanquam Muſas aboleret.
Iam in Pædotribæ reſidentes,—

& reliqua ſingillatim diſcutiens, ad quoſdam deniq; iniquiores hoc adijciet: *—hæc igitur ſunt iſta,*
Quibus ex Marathonomachos mea diſciplina uiros produxit.

Hęc ferè reſpondet Miltiades, nec inepta, meo iudicio, neq; etiam falſa, ſed & ipſi conuenientia, qui tum tẽporis præfectus eſſet, & Athenienſibus, qui iampridem erant ad bellum inſtructi. Nec enim poterãt

uno

uno die modeſti,fortes,& periculis maiores effici,qui primū erant ignauè educati,& nequiter deinceps inſtituti. Quinimo bona educatione,iuſtis dictis,bonis morib. optimis opinionib. erant lōgè antè informandi. Quocirca nec Dolopū quiſquā,nec aliorū,qui ſimiliter eſſent eruditi,eo tempore præſto fuit. Quid q̃d nec hoſtilis dux exercitus,Datis,nec ipſe potuit eodē die fortis effici,nec ſuos,qui tot erāt, efficere. Atqui prædixerat ei Rex, fore ut caput ipſi amputaret, niſi Eretricēſes & Athenienſes adduxiſſet,ueruntamē nihil eū metus meliorē reddidit. Nam illa quidē tēporaria fuerant principis mandata; Miltiades aūt iampridem docuerat Athenienſes nullū præter leges agnoſcere dn̄m,nec iuſto aut honeſto potiorē habere quenquā metū, nec tam durā neceſſitatem,propter quā deteriores fierent. quamobrē ipſis uti poterat. Etem̄ nec nautas quidē eos cōfeſtim, quanq̃ eo die ualdè opus fuiſſet,nec muſicos, nec equites reddere ualebat. quocirca neq; boni milites,nec in uniuerſum uiri boni,ſibiq; ipſis utiles tam breui tempore potuiſſent euadere. Sed quemadmodum agricolæ aliquot pōſt menſibus,non mox poſt ſementē,meſſem faciunt, ita Miltiades illos quoq; antiquis pactis ſuos cum feciſſet, habebat in tēpore paratos,qui non in neceſſitate diſciplinis operam darent (turpiter enim hic ſe geſſiſſet chorus) ſed per ocium ad neceſſitatem ſe comparaſſent. Eorum autem exercitij & ſtudij fructum cōmunem tota percipiebat Græcia. Quinimo ſi nihil aliud extaret Miltiadis illuſtre, mihi certè decretum uideatur omnibus animi eius imaginē poſſe exprimere, niſi fortè noſtrorum ſermonum & ſcriptionum uires atq; animos magni faciemus, ac ſi quid in ijs,quod ad fortitudinem uel iuſtitiam faciat,inerit,non inutile dicemus id, qui uolent uti, fore; ipſius ingenij & inſtituti,atq; utrū quis id,an præſtātiores imitari poſsint, indicium locuples eſſe negabimus decretum, quod in ipſis periculis conſcripſit,eadem de omni iure lata ſententia. Iam ſi maiores honorandi ſunt,non poſtremo loco ponet Miltiades,ceu unus è publicis Græcorum maiorib. qui poſt illud tempus uixerunt. Nā qui nō modò ſalutis ipſorum autor fuit,ſed etiam, quales in libertatis diſcrimine ſe deberent exhibere,oſtendit, ac manifeſtum præbuit omnibus exemplum; is inter maiores iure recenſetur. Quin ſi Solonem laudamus & Lycurgum propter eas,quas tulerunt, leges, cur Miltiadem nō celebremus,qui hanc re ipſa legem tulit,ne quem de plebe miraremur,nec q̃d eſſet facillimū,ei præferremus,q̃d eſſet melius. Verū id conſideremus,& Lycurgum cum Miltiade cōparemus. Nec enim illum quoq; inter miniſtros poſuit Plato: minimè ꝑfectò. Lycurgus itaq; quoniam leges ad fortitudinem & patientiam pertinētes tulit, ac ciues in re bellica præſtātiores reddidit,apud poſteros floret,quēadmodum gymnaſtes aliquis, qui ad uictoriam alios inſtruxit, nec ipſe quicquam tale edidit. At Miltiades præterquam quòd optimis

quibuſcp rebus ciues ſuos aſſuefecit,& in re bellica nemine inferiores præſtitit,ipſe quoq; maximi facinoris dux extitit. Vſq; eò non longo illũ à Lycurgo diſtare interuallo apparet,nec alijs ullis magis placere debere,quã qui illum iure laudant. cumq; in alijs operibus, ſtudijs,& artibus alij,quòd fundamentũ iecerint, laudentur, alij, quòd antiquos ſuperarint;ac laudem Homerus mereatur, quòd idem poeſim pulcerrimè & inceperit & abſoluerit; Miltiades profectò ſimul & libertatis fundamentum Græcis iecit, & Græcorum nemini, qui quidem aliarum eſſent ciuitatum ciues, maiores gerere res permiſit. Quocirca metuo,ne ſit eiuſdem uiri,nec Homerũ in Remp. admittere,nec Miltiadem uelle laudare. Et quærit Plato, quem reddiderit meliorem Miltiades ciuem uel hoſpitem,ſeruum uel liberum,uirum uel feminam? At quem, Plato,reddidit peiorem Miltiades ciuem uel hoſpitem,ſeruum uel liberum,uirum uel feminam? aut cui ex omnibus probro fuit ac danno cum illo habitum cõmercium? Quin manifeſtè tibi reſpondebo,quem reddiderit meliorẽ Miltiades;nec eos per uiros aut mulieres recẽſebo,ut ſolet in paruarũ rerum inquiſitione fieri;uerũ,ſi dicere permittis, omnes ille reddidit Athenienſes meliores,ac totam emendauit ciuitatem,prout ciuitas, populuſq; dicitur,& ut in uniuerſum loquamur. Nec enim accuratè & ad eandem menſuram,neq; tanquam Geryonis, ſimilia eſſe omnium capita credideris,uerũ etiam deteriores aliquot relinq̃ue.

Iliad. μ.

Non etenim ſimiles belli ſit cernere cunctos.

Itaq; nec in ciuitate omnes eodem ſunt animo,non magis quã corpora ſunt omnium ſimilia. ſed quemadmodũ inter duces ipſos alij ſunt alijs præſtantiores,ſic nec populus ita queat ſibi per omnia ſimilis exiſtere,quin alios neceſſe ſit melius,alios deterius in ipſorum ducũ obſeruatione ſe gerere. Quapropter etiam ſub Miltiade pone alios plurimum ex illius facultate percepiſſe, alios mediocriter,atq; in hoc uiciſſitudinem colloca. nam & in populo quiſpiã aures habet ſurdiores. Quid quod ne Sol quidem oẽs poteſt calefacere, atq; aliquis meridie ſerena ſub acceſſionem febris aliquãdo riguit. Ex hac mediocritate & ui naturæ ſi rem cõſiderabis, Miltiadẽ quoq; toti ciuitati profuiſſe deprehendes. ſin uiritim de optimis inquires, nec equos Theſſalicos oẽs bonos reperies, nec canes Laconicas, cum tamen generi nomen ſeruet. Similiter & Athenienſes examina, totamq; eorũ Remp. conſidera,& quomodo cõmuniter eo tempore ſe geſſerint, prout aliquã Remp. benè cõſtitutam dicimus. Nec uerò talis queat exiſtere ciuitas,in qua nemo nec grauiter nec leuiter peccet, quanq; ex ueſtra ſchola quidã ita poſſint argutari, ſi qua ciuitas bene conſtituta ſit, eius oẽs incolas, tam uiros q̃ mulieres, neceſſariò benè * inſtitutos eſſe: ſi benè inſtitutos, benè cõpoſitos: ſi benè cõpoſitos, modeſtos: ſi modeſtos, etiã prudẽtes: ſi prudẽtes ſint omnes, neminẽ poſſe peccare: nec,

* deeſt εὐνόμως poſt πάντας.

donec

donec benè ſit conſtituta ciuitas,quenquam ullo modo peccare poſſe. Verũ nec hoc,arbitror, fieri poteſt,[y] nec, ſi id non fiat,nullã dixeris benè conſtitutam Remp. uideri;ſed cõmunem Reip. ſtatum examinans,& alias cum alijs ciuitates cõparans, alia, ſi ſapis, ad leges & mores refers,quædam aũt naturali concedis neceſſitati. Quo quidẽ modo ſi Athenienſes quoq; conſiderabis,nec ſingillatim, ut legislatores,expendes, maius etiam ac mirabilius additamẽtum proferam, Miltiadem non ciuitatem modò,ſed & Græciã totã cum ciuitate meliorem reddidiſſe:ac ſicut tu,quem ciuem uel hoſpitẽ,quæris;ſic ego tum ciues tum alios Græcos eum effeciſſe meliores aio. Nam cum ſingulis ad optima quæq; dux eſſet,peiorẽ neminẽ,meliores oẽs,quantum in ſe erat,reddebat. Qui nea, q̃ ipſe ſtatuiſti, conſidera, nec mea uerba quicq̃ attende, niſi aliqua cogat neceſſitas. Num quid aliud toto ſermone tractas,quã pulcram eſſe iuſtitiã,& iuſtè agenda omnia, & Rhetorica ſemper ad iuſtitiã eſſe utẽdum? & utrũ quis iuſtè me an iniuſtè uerberet,intereſt,inquit; & ſi quis me eijciat, ſi quidem iniuſtè,miſerè,& ubiq; iuſtũ illud & iniuſtum addis,atq; illud ꝓbas,hoc uituperas;illud felicitati,hoc miſeriæ tribuis; illud appetendum,hoc fugiendum maximè doces. non'ne hæc dicis? non quæcunq; iuſtè fiunt,laudas;quæ aliter,reprehẽdis? Iam uide. nolumus enim,quaſi in tenebris pugnaremus,amicos tangere. Nonne igitur inuadentes æquũ eſt repellere? æquiſſimũ,ꝓfectò. Quid? nõne Græcorũ maior eſt, q̃ Barbarorũ,habenda ratio? nemo negabit Græco quidẽ. Miltiades itaq;,cũ Barbari Græcos inuaderẽt,nihil cõmuni ſalute prius habuit, nec ꝓpriè ſuis rebus cõſuluit,nec in aliud tempus uirtutis ſuæ demõſtrationem diſtulit. Atq; licebat ei,ſi non tã uirtuti, q̃ ijſdem, quibus tyranni, ſtuduiſſet, uel cũ Hippia & Piſiſtratidis in Græciã irruere, uel cũ Aleuadis ex Theſſalia,uel etiã ante Aleuadas. Nec uerò Lacedæmone,qui idem ſpectarent,deſideraſſet. Quin nec Barbari minus ipſum libenter,q̃ alios multos, excepiſſent. Verũ hæc Miltiades nõ eſſe ſui putauit,ut uidet,officij;ſed his omnib. omiſſis ac neglectis, q̃ nihil ad uirtutem conducerent,cõmuni patriæ,Græcorumq; neceſſitati ſemet impendit. Quæ cũ faceret ac moliret,utrũ iuſtitiæ ac ꝓbitatis,an malitiæ & iniquitatis,an etiã neutrius edebat exemplũ? Equidem beatum illum & admirandum cenſeri poſſe exiſtimo, ſi rectè inquit Plato, iuſtitiam in Rep. gerenda ſplendidè fulgere. Iam de fortitudine num timebimus, aut paruis & uilibus eam temporibus eſſe declaratam dicemus? Non'ne cuncti tum propemodum homines Perſas timebant,& pleraq; Rex pro ſuo mandato peragebat? nõne quò appellerent,[z] nõ habere ſe putabant,qui etiam ad Scythas profecti,quos [a] tamẽ non potuerant inuenire, infelices fuerant;cum Ægyptij,omniũ ſapientiſſimi, hanc unã non poſſent excogitare rationẽ,qua ſeruitutẽ effugerent. nõne Africã tum nulla res ab Aſia ſepa-

y ἵν pro ὡς.

z deest ἂν ante ἔχειν.

a ἔτι pro ἐπὶ.

rabat, uerùm Perſis erant omnia continens una? non'ne Græci, tum qui Aſiam incolebant, partim à tertia uſq; progenie ſeruiebant, partim à plurib. nec inſulæ loco ullo habebantur, cum Eretrienſes Eubœenſium manibus apprehenſis, intra triduũ domeſticatim abducerentur: tum Europæi partim aquã præbuerant ac terram, partim qd futurum eſſet, augurabãt, ac ſe tanto feliciores Eretrienſib. ducebãt, quanto poſterius eandem eſſent iniuriam perpeſſuri? Nõne Lacedæmonij, ſiue ꝙ cum Meſſenijs bellum gerebant, ſiue ꝙ expectabãt plenilunium, auxiliari non poterant? nõne exercitus iam ex Eretria Marathonem appulerat? Quocirca non hæc miniſtrorũ res erat, nec remiſſorum hominum, nec qui longè pòſt mandata perficerent, aut aliorum uoluntatẽ ſpectarent, aut ſecuritatẽ quærerent, eamq; ſufficere putarent: uerũ hæc res inſtar præconis fortiſſimos quoſq; Græcorum euocabat, & qui dudum antè optimis conſilijs ualuiſſent, ac quõ ſeruare ſeruariq; deberent, ſcirẽt. Neq; nos illud in ijs laudamus, qui tum rebus p̃fecti fuerunt, ꝙ Græciã quocunq; modo ſeruarunt, quẽadmodum gubernator, quẽ tu ab Ægina uel è Põto dicis uehere; ſed ꝙ & ciues & reliquos honeſtè conſeruarunt. Etenim ſi uel armis traditis, uel præconibus exceptis, uel Perſarum rege domino pro legib. agnito ſeruari eos uoluiſſent, non equidem nec autorib. conſiliũ, nec alijs ſalutẽ gratulandã cenſerẽ; uerũ eos re uera miniſtros, ac temporis ſeruos appellare poſſẽ, nõ gubernatorũ modò, ſed etiã portitorũ more. Sin ab ipſis præconib. ac reſponſo exorſi iniũxerunt Atheniẽſibus, ut certamen ꝓ Græcorum libertate meditarent, nec gloriã ſuã proijcerent, neq; abiectis armis metui cederent, uerũ ijs reſumtis metum abijcerent, atq; hoc potius grauiſſimè metuerent, ne deteriorib. ne auitæ dignitati cederent: ſi hoc eos modo ad cõmune de ſumma rerum certamen occurrere uoluerunt, & euentum expectare, quaſi in utranq; partem æquè felices eſſent futuri; non uideo, qd in hac re fuerit uilis miniſterij, aut quõ hæc gubernatoris conſilio ſint ſimilia. Verùm ſi quidem, uelut in naui ſummus eſt gubernator, & ab eo nautæ omnes atq; uectores pendent, eodem quoq; modo tunc res Græcorũ ad illos redijſſe dicis, & ex illorum conſilio fuiſſe adminiſtratas; & gubernatore pro exemplo uteris, quemadmodum leonib. apris, & alijs multis Homerus, non ut per omnia cõparet, ſed quantũ res requirit: ſi ergo eadem ratione tu quoq; gubernatoris mentionem facis, concedo: ſin ad omnia refers exemplũ, & utroſq; eodẽ iure cenſes, neſcio, ſi cuiq; hoc perſuadebis, aut etiam ipſe tibi. Gubernator, inquis, duobus obolis uel drachmis acceptis, diſcedit. At Miltiades nõ duobus obolis nec drachmis, nec etiam magna pecuniæ ſumma has res inter Athenienſes, aut potius inter Græcos oẽs, ſi uerũ eſt dicendum, gerebat; ſed gratuitã uirtutẽ publicè Græcis, quemadmodũ Socrates adoleſcentib. ut dicis, demonſtrabat. Non reddit meliores uectores gubernator.

bernator. Rectè ais, Plato, quanquam etiam nautas fortaſſis in re nautica meliores reddit gubernator. Sed ut hoc omittam, concedo, neminem à gubernatore meliorem effici. At Miltiades etiã anteq̃ periculum inſtaret, omnes ad optima quæq; exercebat; cumq; rudes, ut ita dicam, eduxiſſet, uictores retulit. Ne itaq; cum gubernatore eum cõpares, qui aliquos Olympiam uehat, ſed cum gymnaſta potius, qui athletam, quem iampridem præparauit, in certamen productum, uictorem retulit. Huc ſi etiam hoc accedat, ut ipſe quoq; primas in Olympiade ferat; quis huius, obſecro, miniſterium accuſet, neq; coronas ei gratuletur? Non poteſt uectorũ cuiquã præcipere gubernator, ut mortem contemnat, ac ſponte ſe in mare proijciat; ſed hactenus imperare poteſt, ut onera quis eijciat, idq; ad homines ſeruandos, at in uniuerſum iubet eum ars omnia ſeruare. At Miltiadis mandata non hoc requirebant, ut quis omni modo ſe ſeruaret, ac uel arma, ſi ferret occaſio, eam ob rem abijceret; minimè uerò: ſed contrà prorſus, ne quis omni modo ſeruari uellet, uerũ, etiamſi moriendum eſſet, id fortiter pro patria, ſacris, ſepulcris, ac Rep. faceret. Vides igitur, quanto ſuperet gubernatorem interuallo. Atq; ij quidem, quotquot huic paruerunt, magnanimi [b] magnificè mortui ſunt, & omnium Græcorũ præclariſſimè mortem obierunt, ſepulcrum pro uirtutis monumento conſecuti, & cum ſub terra iaceant, ipſam conſeruãt terram, nec ab ea ſeruantur, ad Heſiodi appellationem proximè accedentes, quam ille ad finem aurei generis uſurpauit, his uerbis:

> *Diui ſub terris ſacriq; boniq; uocantur,* — Lib. primo.
> *Cuſtodes hominum, depulſoresq; malorum.*

[b] σεμνῶς pro σεμνὸς O.

Nam & illos, ſi nõ diuos, ſed diuinos appellaueris, meritò poſſis ſubterraneos quoſdam cuſtodes & conſeruatores Græcorum, malorum depulſores, & undiq; optimos dicere; ac regionem nõ minus tutam præſtare, q̃ in Colono ſitum Oedipum, aut ſi cuius alibi ſepulcrum uiuis prodeſſe creditur. Quin hoc mihi Solonem antiquum uidenẽ ſuperare, quòd ille per Salaminem diſperſus, inſulam exiſtimatur Athenienſibus ſeruare; hi, ſupra quam erant collocati, Atticam totã, atq; adeò Græciam omnem reliquã morientes conſeruarunt, non tã rebus à ſe geſtis, & hoſtib. repulſis, quã quòd etiam poſteris oſtenderunt, quales deberent ad ſimiliũ temporũ occurſum ſe exhibere. Iam cum ne mortui quidem ſpem ſuam perdiderint, ſed & ipſi ſuæ, & alij omnes ipſorum ſententiæ fructum perceperint; quantum ijs, qui uincendo ſuperuixerunt, obueniſſe cõmodi dicemus? Atq; exiſtimo equidem Herculẽ quoq; & Panem, & quotquot in Miltiadis exercitu fuerũt, locupletes fortitudinis illius teſtes apud oẽs exiſtere, nec hoc minorẽ in tota Reip. adminiſtratiõe gloriam Miltiadi adferre, q̃ in poetica Pindaro, cũ idẽ Deus quoddã ex eius canticis cecinit. Quid q̃d artificẽ eſſe dicendi Panẽ, Mercurij F. Platonis eſt dictũ: alibi aũt — In Phaedro.

In Cratylo.

etiam ſermonē eum eſse ait, aut ſaltem Sermonis fratrē. Hic igitur ita Militiade delectatus eſt, ut apparet: quod non fecilſet, ſi eum rudē cognouiſset oratorem. Hæc itaqꝫ teſtātur omnia, tum Rhetoricam eſſe artem, non experiētiam artis expertem, tum Miltiadem & dicēdi artificem, & operum fortitudine dictioni parem fuiſse. Num ergo, per deos aut homines, quicq̃ Miltiades malè debet audire? Abſurdū uerò uideatur, cum Athenienſes poſt hæc facta primùm Pani templū extruxerint, ſi Plato, his rebus geſtis, de Miltiade malè loqui audeat, ac tantum ab eo laudando abſit, ut etiam quam iuſtè conſecutus eſt laudem, ea, quantum in ſe eſt, illum priuet; qui cum decimus in exercitu dux fuerit, ſolus propemodum celebratur, cum tamen Ariſtides adeſſet, Lyſimachi F. quem nec Plato auſus eſt unum ex omnibus reprehendere. Veruntamen ille Platæis quidem, comite Pauſania, eluxit, Marathone uerò à Miltiade obſcurabatur, nec æqualitatem ambiebat, cū iuſtus eſſet, ut tu ais, atqꝫ id iuſtè faceret. Etenim qui & prœlium cōmitti curauit, nec mora rei gerendæ occaſionem amitti paſſus eſt, & in ſe ſuſcepit oīa, quodq́ꝫ tu uaticinaris, præſtitit;

In Menexeno, ſub finem.

non debere uirum fortem, prudentem, modeſtum in alijs potius, quibus uel benè uel malè agentibus ipſum neceſſe ſit cum ſuis errare, quā in ſeipſo ſpem habere poſitam; is Miltiades unus fuit, nec alius quiſquam. Quare ſolus etiam extenſa manu, quemadmodum ſolebat militibus præcipere, pingi meruit, ut aiunt. Adeo ille non in Pnyce modò, uerùm etiam Marathone bonus erat orator, ac uim dicendi paratam ubiqꝫ habebat. Ergo Athenienſes eos, qui tum obierant, eodem in loco ſepelierunt, neqꝫ cum alijs, qui publica occupant monumenta, permiſcuerunt, uerùm cum eos alijs uirtute præſtare cenſuiſſent, proprio quoqꝫ dignati ſunt honore: tu horum ducem, quique Græcis omnibus rerum ſimul & maximè neceſſariarū & pulcerrimarum, ſalutis, libertatis, gloriæ princeps fuit, non erubeſcis inter coquos ponere, & niſi extremo ſeruitutis oneres probro, nihil te dixiſſe exiſtimas. Quid ais? num ſeruus Miltiades, propter quem nō ſeruijt Græcia? num Athenienſibus miniſtrauit, propter quem non Perſis Athenienſes turpiſſimè miniſtrarunt, nec Datis potuit Regis exequi mandata? &

c ἀεὶ κομμωτικὴν pro κομμωτικήν.

d αὐχμῶντα pro αἰχμῶντα O.

[c] comendi ſtudio deditum fuiſſe dicemus uirum tam [d] ſqualidū, & quouis luctatore uel gymnaſta magis puluere conſperſum? nō eſſemus certè admodū rationis compotes. Iam & hoc illius modeſtię ſignū conſiderra, quòdq́ꝫ ſi uel aureū habuiſſet animū, nō eū potuiſſet explorare diligētius. Cū eñ tantū peregiſſet facinus, & pcipuus Græcis libertatis cōſeruādæ princeps extitiſſet, ac ꝑpemodū homine potior exiſtimaret; nō idē, q̃d Pauſanias, Plataica pugna

e πρὸ pro πρίν O.

uictor, fecit, nec ob res geſtas eſt elatus, nec plus, q̃ꝫ [e] ante prœliū, ſibi tribuit. adeo cōpoſitus ac modeſtus ſemp fuit. At Pauſanias nec primus utiqꝫ barbaros uicerat potius, q̃ Marathoniā pugnā pro exēplo habuerat,

habuerat, nec ſolos adhibuerat Lacedæmonios, uelut Athenienſes Miltiades; uerùm & hi aderant, & alij, qui uolebant, Græci: ac maxima propemodum quæq; & heic Athenienſes peregerunt, equitatu barbarico fuſo fugato, Græcis aduerſarijs ſuperatis, oppugnatione prorſus abſoluta. Miltiades autem non Lacedæmonios, nec alios expectauit ullos, nec factum cum quoquam communicauit: uerùm cum ciues ſuos ſecum haberet, niſi quòd Platæenſes aliquot dicuntur accurriſſe, periculum ſuum, utilitatem omnium communem fecit, cum primus ac ſolus Græcorum ſex & quadraginta gentes integras deuiciſſet. Ipſum igitur oportebat inſcribere,

—quia Medica caſtra fugauit.

ipſius enim, ut ita dicam, erat hoc factum. quodq; præcedit,

Princeps Græcorum—

ipſi propriè conueniebat, qui omnibus libertatis princeps extiterat. Veruntamen hæc etiam cum geſſiſſet, modeſtiam retinebat, nec eum quiſquam eorum, quæ Pauſaniæ multa ſunt obiecta, unquam accuſauit. An uerò tumultibus ac ſeditionibus ſtuduit, quemadmodū Lyſander, qui ad Ægopotamos mira fecit, & cum bellum cum Athenienſibus ſuſceptum deponere uideretur, multorum ac magnorum re uera malorum Græcis autor fuit. An tale quidem nihil nec fecit nec ſtuduit Miltiades, uerùm gloria captus fuit quodam modo, & cum amicos ſuos extollere cuperet, communem ſæpe utilitatem neglexit, quemadmodum Ageſilaus, qui cum immenſo gloriæ & amicorum ſtudio teneretur, urbem Spartanam, quam terræ mariſq; dominam acceperat, non in eodem conſeruauit ſtatu. ac uide, cum quibus eum comparem; Lycurgum, Pauſaniam, Lyſandrum, Ageſilaum. An hæc quidem ei nemo obiecerit, uerùm corporis erat uoluptatibus deditus, ſicut de Brithone Spartano, atq; alijs infinitis tum Græcis tum Barbaris traditur. An deniq; quod in democratia fieri ſolet, accuſabat, deferebat, proſcribebat, quemadmodum Cleon, Cleophon, Hyperbolus, alij multi non oratores (non præclari certè) ſed oratoriæ facultatis aliquod nacti ſimulacrū, ſi modò, quod nec ſimile, & prorſus eſt imbecillius, ſimulacrum eſt uocandum. At ille horum omnium fuit expers. Cur ergo, ſi talis erat, non neceſſario Græcis proderat, & eos, qui ipſum obſeruabant, meliores reddebat? Quod ſi non fuit rerum ſublimium peritus, ut Anaxagoras; ne Socrates quidem in ea re excelluit, quanquam cum illo ſit, ut aiunt, uerſatus. Verùm nec Socrates Anaxagora cenſetur deterior, nec etiam Miltiades fortaſſe quoquam ſophiſtarū. Quid quod exiſtimo Miltiadem etiam, ſi deorum ſubiret iudicium, omnium calculis abſolutū iri, nec, ut Oreſtes, alterā duntaxat partem conſecuturum. nec iniuria. Nam ut ille matrē iuſtè occidit, ita hic Græciā iuſtè ſeruauit, nec patriæ modò, ſed & cōmuni gentis Græcæ naturæ pulcerrimè om-

Quia) Fragmentum eſt epigrāmatis, quod Pauſanias tripodi, Apollini dicato, inſcripſit.

nium nutrimenti præmia rependit. cumq; ſingulæ ciuitates ſuos habeant generis autores, hunc meritò communem Græci generis autorem quis dixerit. Quin etiam crimen exiſtimo, quod poſtea ſuſtinuit, ſi quid etiam de eo dicendum eſt, maximum iam eſſe illius præſtãtiæ ſignum. Cunctos enim cenſebant ipſius uirtute ſuperari, nec, ubi Miltiades adeſſet, quicq; uinci uel capi non poſſe. Et eum ego, qui tam fortis, tam prudẽs, tam modeſtus fuit, ac uirtutem per totam uitam coluit, adulationis partem ſectatum credam? quicq; cum reus ageretur, non uulnera iudicibus oſtenderit, non lacrymas effuderit, non liberos ſuſtulerit, cum haberet Cimonem; hũc ego adulatorem appellem, atq; adulationem fuiſſe illius adminiſtrationis ac uitæ ſcopum dicam? Meritò uerò nos ipſos quis adulari diceret, ac ſeruiliter, nõ ingenuè nos gerere, qui dum alterius aucupamur gratiam, ſponte ueritatẽ opprimamus. Ac Platoni quidẽ uel in aliȷs multis gratificari poſſimus: contra hunc autẽ ſi hæc decernamus, quem illi poſſimus alium honorem deferre, non equidem uidere poſſum. Reſtat igitur Themiſtocles, quem quidem minimè decebat è ſecundis primas ferre, quãquam hoc illi maximè ſoli contigit. Quin potius quis ab eo ſit ſecundus, difficile, credo, ſit inuentu. Tanto enim Marathonium illum, aut quocunq; eum uoles appellare nomine, interuallo ſuperauit omnibus in ſe cadentibus rebus, quanto Darium Xerxes omni uiciſſe apparatu creditur. Atq; ille quidem Regis præfectos, hic ipſum uicit regem; qui poſt Marathoniam pugnam alterum adduxit exercitum, poſt Salaminiã in fugam ſe dedit. Nam ut illa clade excitatus, ita hac ad deſperationẽ fuit redactus, ſic ut ſalutem in lucro poneret. Sciebat enim tum quidem exiguam ſuarum copiarum adueniſſe partem, nunc autem ſe cum omnibus propè hominibus eſſe deuictum. Itaq; nec ipſe manere eſt auſus, nec alium deinceps miſit, quoniam nihil, quod ſperaret, erat. Quin etiã quem reliquerat Mardoniũ, mortis, ut ita dicã, cupidum reliquerat, ac ſimul, quantum iudico, ut haberent Græci, cum quo ſe exercerẽt. Ac Miltiadis quidem fortitudo in unum incidit negocium, licet ea in omni uteretur adminiſtratione: Themiſtoclẽ uerò poſteriora ſemper prioribus excipiebãt maiora, &, ut eſt in prouerbio, alius eũ relinquebat fluctus, alius cõprehẽdebat, donec per undas decumanas uictor euaſit. Miltiadi quoq; fortitudine magis ferè, ꝙ prudentia, fuit opus; Themiſtocles cùm fortitudinem non minus deſiderabat, aut etiam magis, quoniam erant maiores terrores, tum aliȷs quoq; multis nec minoris momenti rebus eſt uſus, prudentia, uel potius diuinatione, magnanimitate, uehementia, manſuetudine, tolerantia, accommodatione ad tẽpora, res, homines, tum Athenienſes, tum Græcos, tum inimicos. Quocirca uidentur mihi geſta Miltiadis militiæ cuidam contra barbaros ſuſceptæ potius eſſe ſimilia, Themiſtocles autem uerè Remp.

inter

inter omnes Græcos adminiſtraſſe. Tanta erant, quæ partim terra, partim mari gerebantur: de quibus etiam Homerus ſi dicere uoluiſſet, Muſas, ni fallor, non minus fuiſſet inuocaturus, quã quomodo Iliad. π. Theſſalorum quædam fuerit nauis combuſta, uel potius, quis de ſocijs uel Troianis ipſis primus cũ Agamennone ſit cõgreſſus. Quinimo non hoc quæſiuiſſet, quis primus cum Aſiæ, ac propemodum etiam Europæ rege fuiſſet congreſſus: uerùm quibus factis uel uerbis iſta potuerint effici, & contra quot hoſtium naues, qualemq́ barbaricum apparatum & inſultum aciem inſtruxerit, ac quomodo ſe tum res habuerint; id uerò uidetur mihi, ſi uel aliqua ex parte rei dignitatẽ uoluiſſet conſeq, interrogaturus fuiſſe, & ut ſibi dicerent, obſecraturus. Quid ergo uetat, quo minus & nos iam, ſumto à dijs initio, temporum ſtatum rurſus, ut prius, conſideremus, ac breuiter, qualibus in rebus qualem ſe Themiſtocles exhibuerit, oſtendamus. At hoc nihil ad rem fortaſſis faciet. Nam quæ nemo uerbis poſſit cõplecti, quomodo quis illum ex ijs cernat? niſi ſi hoc cogitabit, quę nemo poſſit pro arbitrio dicere, hæc eum pro arbitrio geſſiſſe. Etenim decem annis continuis tota parturiebat continens, cum ſinguli homines Marathoniam pugnam ſtuderent ulciſci, omniſq́ apparatus ex omni terra mariq́ cogebatur. Cum autem Ægyptus interea defeciſſet, Rex ea facilè ad deditionem coacta, rurſus ad eadem redibat. Decimo demum anno regiones ac gentes omnes conuenerunt, quaſi in alium locum terra migraret; ac metuebat Rex, ne non caperet omnes Græcia, & quamcunq́ uolebat caſtrorum partem,[f] quaſi toti imperaret orbi, occupabat. Iam aurum, argentum, æs, ferrum terrenis pariter & maritimis uehiculis permiſta uehebantur. Poſtquã autem in eundem locum copiæ ſunt coactæ, & pedites litoralem locum, & naues mare complebant. Græcis autem ut nihil malis inſtantibus reſpondens, ita multa tamen, uaria, & inuſitata nunciabantur. nec eos tantum Solis perterruit, quantum maris ac terræ defectus, ad cupiditatem potius, ut arbitror, q̃ uſum Regis procuratus. Solus enim uerè uidebatur mari terrq́ imperare, eaq́ tũ creare, tum abolere; quippe cuius naues Athos, pedites Helleſpontus acceperit. Deinde muri extruebantur, ut ſimul decies mille numeraret uiros. Sol autem telis obtegebatur; ac mare nauibus, terrra militibus, aer iaculis erat plenus. Præſentia quoq́ & futura eodem habebãtur loco, ſic ut omnes tenerentur, omniaq́ tanq̃ Neptuno deſcendente commouerentur. Iam gentes multæ in prandium Regis abſumebantur. Nec interim ceſſabant præconum minæ per omnia loca commeantium, ac terram & aquam, ſi quis eſſe ſaluus uellet, poſtulantium. Oraculum quoq́ grauia prædicebat, & omnibus Græcis acerba. Videbantur autem nec nauium remigationem, nec equorum ſtrepitum tolerare poſſe. Quid quod nec ſacris nec ſocijs poterant confidere, nec, quid agerẽt, inuenire

Iliad. λ. (margin, beside "Quinimo")

[f] ὥσπερ ἀρχῇ γῆς πάσης.

inuenire. Iam Gelon aduocatus nõ audiebat; Argiui de medio ſeceſſerant; Corcyræi ſapientius ꝙ iuſtius ſumſerant conſilium; Theſſali Medos ſequebantur, quanq̃ neceſſario, nec nõ Bœoti; Delphi quid agerent, neſciebãt; exigua denicq; reſtabat integra Grçciæ pars, eacq; à duabus pendẽs ciuitatibus, aut potius ab unius uiri, Themiſtoclis, conſilio. In his aũt temporibus, ac tali rerum omnium cõfuſione uir ille conſtitutus, non fuit incertus animi, nec obſtupuit, nec terram ſibi optauit dehiſcere, nec eos, qui fuerant olim mortui, ſelices prçdicauit; nec more uulgi ſe geſſit, uerùm inſtar boni genij Græcis extitit. Cũ em̃ in ſe ſuſcepiſſet omnia, ſuumcq; conſiliũ propugnaculi inſtar conſtituiſſet, & ſolus rectis oculis tum præſentibus omnibus tum futuris rebus obſtitiſſet, nec ut ij, qui Solem aſpiciunt, ſe auertiſſet, quod omnibus propemodum acciderat; non modò Græcorũ ſpem non fefellit, ſed & expectationem magnopere mutauit. Nam cũ plericq; nihil non extremum ſe perpeſſuros crederent, & ad turpes rationes ac difficilia perfugia ſe conferrent, tantam fecit rerum mutationem, ut ſi quis eos poſt diſceſſum barbarorũ interrogaſſet, num nec illos bellũ intuliſſe, nec ſe res eas geſſiſſe, eacq; diſcrimina ſubijſſe uellent, mortẽ ſibi omnes potius, ꝙ ut iſta nõ peregiſsent, optaturi fuiſſent. uſcq; eo non ſpem tãtum, etiam qui longiſsimè ſperauerant, ſed & uotum ferè omnium ſuperauit. Atcq; ego libenter ex Platone, ſi liceret, quæſierim, quid eo tempore Themiſtoclem facere oportuerit? quid melius dicere, ꝙ dixit? quid melius decernere, ꝙ decreuit? quam rerum gerendarum uiam inſiſtere, aut Athenienſibus præire? quibus uti melioribus conſilijs? Dic enim per deos (aut alius ſermoni ſuccedat) quid facere tum Themiſtcolem oportuerit in eo rerũ ſtatu. utrum conuocatis Athenienſibus, de ideis diſſerere, ac quid eſſet ipſum iuſtum, & ipſum honeſtum, docere, quidcq; ſemper eſset, nec ullum haberet ortum? at citò eos & ortus, & natura, & omnia defeciſsent. an id, unde primum fortitudo ſit & ignauia dicta, quærere, & utrum fluerent, an non, omnia? at malè res ſuas fluere comperiſſent. Verùm quid omnino dicendum aut faciendum erat? hæc enim tertia iam interrogatio, quaſi teſsera, profertur. Vnde uerò Themiſtoclem examinabimus, utrum re uera conſiliarius, præfectus, ac dux fuerit, an aliud mereatur nomen. Atqui eſt alterutrum neceſse, ut uel res ab eo geſtas quis reprehendat, uel quid, quod faciendum fuerat, omiſerit, prçlata honeſtati uoluptate ac facilitate, oſtendat. Et quancq; prudentiam res geſtas ſubſequentem, & in ocio factas reprehenſiones non eſse magni momenti tradunt; tamen etiam hoc concedam, ac ſi quis uel factum melius, uel ſermones præſtantiores, uel conſilium iuſtius adhiberi potuiſse oſtenderit, ipſe crimen in me ſuſcipiam. Sin nec eius adminiſtrationem ulla licet in re reprehendere, nec quicq̃, quod faciendum fuit, non fecit, laudationes nobis eius

potius

potius quàm calumnias gratulabimur. Sed nos ipſos ad res ipſas referentes, ita conſideremus. Tres erant tunc Græcorũ partes, una quæ neutros ſequebatur, ut Argiui, Corcyræi, Siculi, Itali ferè omnes, Cretenſes, alij: altera cum barbaris etiam in Græciam irruebat, ut Theſſali, & omnes uſq; ad Atticam, præter aliquot Theſpienſes ac Platæenſes: tertiam conſtituebant Athenienſes ac Lacedæmonij, & qui cunq; ad hos confugerant. Sed nondum de Athenienſibus, nec etiã alios ab his fuiſſe inſtructos. uerùm cũ tot in partes eſſet diuiſa Græcia, de tribus unum erat ſingulis eligendum, ac tum Reibuſp. tum priuatis non ſine magno diſcrimine deliberandũ, utrum Barbarum contra alios ſequerentur, an quiete impetrata, non tam quid alijs accideret, quærerent, quã ſi nihil ipſi paterentur, præclarè ſecum agi putarent, an deniq;, cum honeſtatẽ & iuſtitiam curarent, contra ignẽ, ferrum, ac res omnes niterentur, nec difficultatem rei uel auditam audirenr, uel uiſam uiderent, ſed omnia quaſi pro nugis habentes, iuxta mortem ipſam tentoria figerent, & hunc extremum habere uitę finẽ, quã turpiter quicq; mallent concedere. Iam quid Athenienſes tum debuerunt eligere, aut quid ipſis conſiliarius ſuadere? Heic mihi Themiſtoclis conſidera decreta,

Fortis [g] *ubi uir & ignauus, conſpectus uterq;*,

non in inſidijs poſitis, ſed in ſummo uerſante Græcia, eſſet'ne amplius, an non eſſet, diſcrimine. Hoc eſt primũ Themiſtoclis ſpecimen; hæc probatio. hinc cum conſidera ex orſus à linea, nec aurum ad orationem, ſed [h] ad indicem lapidem admoue. meminiſti enim ſimilitudinis tuæ. Oportebat Athenienſes pro cõmuni pugnare libertate, uel alterutrum reliquorum facere? oportebat. Quid ergo? ſuaſit hoc, an prohibuit Themiſtocles? ſuaſit. Ergo quæ facienda erant & ſuadẽda, ea fecerunt Athenienſes, ſuaſit Themiſtocles. Atq; hactenus quidem maxima quæq; ſuaſit, & quæ non poſſit Plato reprehendere potius, quã, ſi non ſplendidè laudet, erubeſcere. Nec enim Athenienſes tantum in hanc induxit ſententiam, uerũ & alios Græcos, quicunq; rerum gerendarum participes fuerunt, hic unus excitauit maximè, & alios uolentes, alios inuitos probos ac ſibi ipſis utiles reddidit. Nã & præconib. Regis, qui terram & aquã petebant, talia dedit reſponſa, quibus Græcos omnes doceret, quid eſſet eodem uenientib. barbaris reſpondendum. Nec uerò hac in libertate conſtitit, niſi etiã occideret interpretem, quòd uocem Perſæ contra Græcos, uelut aliud aliquid, commodarat. Atqui nihil uetabat, quo minus audirẽt, quid diceret, Athenienſes, & poſt auditũ deliberarent. nec ẽm iubebat ille, neq; cogebat. Veruntamen ne hactenus quidẽ miniſtrandũ cenſuit, nec ea audienda. Et ipſe, credo, facilè miniſtraſſet, ꝗ miniſtros ita tractabat; aut ꝑter ea, ꝙ putabat optima, quicquã pro cõcione dixiſſet, ꝗ ne exponi quidem ea, de quibus nõ erat dicendũ, ſit paſſus. Hæc ergo

g ἔνθα pro ἐν τῇ ex Hom. Iliad. ν.

h deest πρὸς ante τὴν. uide Nouas L. lib. ſecũdo

Themiſtoclis fuerunt adminiſtrationis, & pro libertate certaminis principia, nõ Meletis citharœdi canticis, de quibus ait Plato, ſimilia, (In Gorgia.) ſed cõtraria potius. habent enim honeſtatẽ cum uoluptate cõiunctã. Itaq; Terpandri muſicæ fuerint potius cõferenda, uel etiã pręferenda. Nam ille quidem unã ciuitatẽ Spartanã in concordiã reduxit, hic aũt Græciã totam (Græciã enim eos dico, q toti poterãt Græciæ opẽ ferre) cõpoſuit. adeò maioris atq; communioris dux extitit concordiæ. Ac primũ quidem bella Gręcorum inter ipſos & ſeditiones atq; controuerſias ſedauit, & ut unum contra barbaros bellum, ſeq; inuicem pro amicis & cognatis haberent, effecit. Deinde ciues, quotquot exulabant, reduci iuſsit, & inter eos quoſdam ex inimicis ſuis; eadem uſus tam in rebus Græcis, q̃ in ciuilib. ſententia, nempe ut omni omiſſa humilitate, commune bonum ſpectarent. Cum itaq; rerũ adminiſtrationem ſuſcepiſſet, ac totius diſcriminis eſſet præfectus conſtitutus, qualem ſe in prouidentia & actione rerum neceſſariarũ præbuit: talem profectò, ut, ſi quis quærat, quæ res Græciam conſeruarit, dubium non relinquatur, omnesq; mox primũ dijs, deinde, quantũ ad homines pertinet, uni Athenienſium ciuitati, atq; in hac unius uiri, Themiſtoclis, conſilio cauſam tribuant. Etenim cum uideret, niſi qs re nauali barbaris euaderet ſuperior, perituram eſſe oppidatim Græciam, uiciſſim cunctos ipſis aggredientibus ac uaſtantib. atq; illud ſciret præterea, terreſtrem pugnã maiore cum difficultate, contraq; plures eſſe committendam, quàm marinam: minorem primum uictoriã maiori prætulit; deinde * non oportunè audacia uteretur. atq; hæc Delphicus confirmabat deus. Veruntamen etiam poſt relatum oraculũ dubitabant pleriq;, quis eſſet ille murus ligneus. Nam ſenes quidem ita delirabant, ut ad arcem, quæ fuerat olim palis munita, referrent oraculũ, atq; eam occupandam dicerent. Vates uerò nihil nõ ca nebant, præter hoc unum, nauibus eſſe pugnandum. uerũ etiam ſtudioſè caueri Salaminam uolebant (at ijdem hi Siculã expeditionẽ urgebant. nam eoſdem dico, qui fuerunt eiuſdẽ gentis, niſi q alij, poſteriores, Alcibiadi ſuffragabant, alij tum Themiſtocli repugnabãt) & in uniuerſum aliud quiddã iubebant quærere, Græciaq; relicta, aliam incolere terrã. Deniq; uiſum eſt Athenienſib. uatib. ualere iuſſis, Themiſtocli magis credere, qui ligneum murũ de triremibus interpretabatur, & Salaminæ lucrum aliq̃d eſſe repoſitum affirmabat, ideoq; diuinam fuiſſe à Deo appellatam: nam ſi quod in ea Græcos malũ maneret, miſeram fuiſſe, non diuinam uocandã. at multorũ perditionẽ de barbaris fuiſſe pronunciatam. quocirca nauib. eſſe bellum gerendum. Atq; hæc alij meritò difficulter, facilè Themiſtocles cõijciebat. Nec enim poſt oracula demum prolata hanc habuit ſententiam, neq; ſubitò, quaſi uates, hanc arripuit prudentiam; uerũ etiam priuſquam Delphos mitterent Athenienſes, & moueret Barbarus, iamdudũ ille

hæc

hæc conſiderauerat,& ut ne ſuo tempore requireret,curam geſſerat. Etenim cum ingentes perciperet Vrbs ex operis argentarijs reditus,eaq; pecunia temerè eſſet diſtribuenda,ſolus eſt ex omnib.auſus contradicere;non miniſtri more,nec cupiditatibus obſequentis,aut uoluptates explentis,ſed potius, quantum iudico, conſiliarij & magiſtri,quiq; cum uoluptatem libenter præteriret, id,quod erat optimum,curaret,atq; ageret,quamuis moleſtum eſſet futurum,ac medicum, non coquum, imitaretur, aut etiam, ut tu dixeris, gymnaſtem, ſiquidem ante periculū ac diſcrimen utilitati ſtudebat, ac ne res Græcorum deprimerentur,curabat. Suaſit igitur Athenienſib. ut omiſſa diſtributione,naues ex reditubus fabricarentur,cum bellum contra Æginetas(hoc enim tum uigebat) prætexeret, re autem uera futura præuideret, ac Marathoniam pugnam quaſi procœmiū fuiſſe crederet,nec eum belli finem aut exitum potius, q̃ initium & occaſionem aliorum fore maiorum certaminum. Atq; hæc & principio perſuaſit,cum factæ ſunt triremes,& tū eſſe triremibus utendū,ac mari dandam operam, effecit, quaſi nullo poſſent alio pacto præclarius cum Barbaro bellum gerere. Ac primùm quidē ad Artemiſium nauigās, duorum naualium prœliorum duo erigit trophæa, cum nec uerbis indecoris, ut arbitror, ad uectores uel Athenienſes uel Græcos eſſet uſus, nec uiles res geſſiſſet, uerùm, ut ait Pindarus, libertatis fundamentum Græcis ieciſſet. Deinde decretum proponit, quo nullum nec admirabilius nec liberalius adhuc quiſq̃ prolatū meminit. Quoniam autem permulta uideor, quæ ſunt interiecta, relinquere, repetā nonnulla. Adeo enim ille diuino quodam fato, atq; in communem Græciæ ſalutem natus eſt, nec quicq̃ præter commune ſpectabat cōmodum,ut,cum eodem Græci cōueniſſent,atq; ij, quāuis Athenienſes cunctos propemodū nauiū numero ſuperabant, Lacedæmonijs tamē magis fauerēt,eosq; rerū ſummæ[i] uellent pręficere;ipſe qui ſciebat futurum,ſi ſummum ius quæreretur, & de principatu contenderēt,ut peſſum irent omnia,neq; quid agerent,ſcire poſſent;ipſe,inq̃, Athenienſibus perſuaſerit,ut ſe ſubmitterēt, ac Lacedæmonijs in pręſentia principatum concederent,eundem ſe ipſis à uolentibus Gręcis recuperaturum pollicitus. Nec uerò fidem fefellit,ac nomē potius ferè principatus, quā ipſum iuſſit imperiū concedere. Nam ſi rē ſpectemus ipſam,ſibi imperiū,illis nomen detulerunt,ac præter cōmunē ſalutē,& eū hoſtes fortitudine,tū ſocios māſuetudine ſuperatos,dignitatē quoq; præclariſſimā ſunt & auguſtiſſimā conſecuti, quandoquidē ducum duces erant redditi. Ac ſi putas,Plato,non naualib. nec triremibus in oppidis,ſed prudentia & modeſtia opus eſſe; Themiſtocles non triremes duntaxat inuenit, nec,quod maius eſt, in communem Græcorum utilitatem impendit,ſed & concordiam inter ciuitates effecit,id quod Græciam non minus,quā naues ipſę,ſeruauit;atq;

[i] ἐθελόντων pro ἐλθόντων.

adeo nauium ipſarum uſum reperit. Atq; heic, quod mox dicebam, præclarè apparet, quantò præſtantior Terpandro muſicus hic fuerit. Nam cum ille Lacedæmonios inter ſe concordes reddiderit, hic Athenienſes & Lacedæmonios, atq; etiam Græcos omnes in concordiam tum redegit, tam rectè & eleganter Græciam concinnauit, & cùm claſſis imperio ceſſit, tum illos principatum iuſſit concedere, quãuis tanto uincerent interuallo, ac ſoli totam rerum ſpem ſuſtinerent. Tale uerò modeſtiæ ac tolerantiæ ſpecimen quis unq; eorũ protulit, qui in pallijs conſenuerunt? Nec tamen ut ſpecie, ita etiam cura rerum ceſſit, ut dicebam, nec uel ciuitati uel homini cuiq; ſe ſubmiſit; uerùm & ipſe conſilijs omnibus præfuit, quaſi ſolus fuiſſet omnib. præfectus, & Laconicæ claſſis imperatorem Eurybiadem, quaſi puerum compoſuit ac docuit, quemadmodum [k] qui eos, qui ſunt natandi rudes, manibus ſuis ſuſtinent, non cum obiurgans, ſed imperatoris nomine quaſi demulcens. Nam quam ipſe claſſis eſſet imperator, & omnium dominus, ac ipſius primũ Imperatoris, ut eum, quocunque uellet, conuerteret; id cum toto imperij tempore, tum ſtatim tũc oſtendit. Etenim cum Eurybiades barbaricarum triremium copia fuiſſet perterritus, poſtq̃ alias obuiam uenire uidebat, alias circum ſe nauigare audiebat; & certamen relinquere nõ ſpe meliore, ſed quòd, ut in talibus fieri ſolet, præſentis effugium diſcriminis in lucro poneb at, cogitaret, atq; ad Pelopõneſum reſpiceret; ipſe, quaſi deus aliquis ex machina, manus admouit, ac res à principio tam turpi cœptas perire uetuit; & Eurybiadem, quoniam uerbis perſuadere non poterat, pecunia redemit, non quaſi cuiq; ſeruiret, ſed ipſo potius pro miniſtro uſus; ac tum Eubœam uindicauit, tum res Græcorum compoſuit, ne prorſus eſſe dubiæ expertis uiderentur. Cum autem clades ad Thermopylas accepta eſſet nunciata, & commune, ſi licet dicere, Pythij Apollinis ac Themiſtoclis oraculum iam ſecundo comprobatum eſſet, omnia uidelicet eſſe in nauibus ſita (nam & qui in Theſſaliam profecti fuerant ad occupanda Tempe, à neſcio quibus proditi receſſerant, & qui ad Pylas occurrerant, à barbaris obruti fuerãt; atq; adeo uidentur Lacedæmonij, cum hæc initio ſcirent, quaſi officio tantũ ſuo uellent ſatisfacere, tot uiros miſiſſe, quot hominum iacturam ferre poterant, quaſi neceſſario pereundum eſſet) cum, ergo, hæc ita contigiſſent, & qui erant in nauibus, omnib. uiribus in Græciam interiorem confugerent, ac Peloponneſum ferè pro Græcia haberent, reliquis locis præteritis; poſtremus cum poſtremis Athenienſibus diſceſsit, non eundem, quem inter enauigandum, ſeruans ordinem (tunc enim primus inter primos fuerat) quanq̃ nec heic itineris additamentum omiſit, quod cum Ionibus geſsit, non è ſella, nec ipſis uiſus, uerùm è lapidib. ac naualibus, ad quæ putabat eos acceſſuros. Quis Minos Homericus, aut quis Æacus, ſublatis ad Ioue͂ pro

[k] οἱ τοὺς νῆν ἀδυνάτους ἀνέχοντες pro οἱ τοὺς νεῖν ἀδυνάτους.

Græcis manibus, reprehendat? Heic uerò maior ac pulcrior acceſſit probatio tertia, cùm triremes omnia ſuſtinere, tum reliqua fruſtra ſperari. Etenim cum ab Artemiſio Græci diſceſſiſſent, Athenienſes quidem & ipſi uolebant, & alios iubebant in Bœotiã occurrere, atq; ibi pro reliqua Græcia diſcrimen ſubire; uerũ illi eam ignauiam, ne dicam proditionem, oſtenderunt, ut nec exire ſint auſi, & Iſthmo mœnia ab uno mari ad alterum impoſuerint, non ſecus ac ſi obnubentes ipſi ſeſe dederent. Nam cum poterant eos oppidatim per circuitum Barbari capere, quid erat mœnib. opus, etiamſi Babylonijs, & omni fuiſſent artificio maiora. Quòcirca deſertis Athenienſibus, ac Græcis ſtultè agentibus, reſtabat, ut omnia ſilentio terra mariq; caperentur. Quæ cum longè præuideret Themiſtócles, non eſt perculſus, uerũ poſtquam utrinq; iam barbari infundebantur, & cùm naues plena claſſe appropinquabant, tum peditatus in Bœotiã irrumpebat, igne cuncta comburente, & inſtar facis aduentum Regis ſignificante; edicto iubet, ut urbem Mineruæ, Athenarum præſidi, committant; pueros ac mulieres Trœzene, ſenesq; Salaminæ deponant; reliqui in triremes ingreſſi, pro libertate decertent. O magnum & excellens ingenium, miramq; fortitudinem, quiſquis hæc primus perſuadere ſe poſſe credidit, nec rem tantam deſperauit: miram uerò eorum quoq;, qui paruerunt, uirtutem & inſtitutionem, qua illos omnia docuerat pati ac tolerare, quæcunq; daret Deus, ac ſuaderet Themiſtocles. Hoc decretum omnium,[1] quæ Sol ferri uidit, pulcerrimum, illuſtriſsimũ, & uirtutis eſt pleniſsimum; eoq; rerum omnium pulcerrimarum ſpecimen ediderunt, quòd dijs cõfidebant, quòd ſibi ipſis aliquid tribuebant, q nihil non pati, quã aliquã in ſe turpitudinem ſuſcipere, malebant, quòd priorem ſeruabant ſententiam, quòd ſimilium iniurias, quamuis diſſimiliter ſe gerere uiderentur, obliuiſcebantur. Hoc edictum non adulator, quantũ iudico, nec qui oculos demitteret, aut auditorib. ſe ſubmitteret, ſed deorum aliqs per Themiſtoclis os ꝓtulit. Num tibi Mithæcus, qui Siculam coquendi rationem deſcripſit, aut Sarambus inſtitor (nunc eñ nominis memini) hæc uidetur ſciuiſſe? Cum hoc decreto ſophiſtarum, ſi uoles, libros ac leges (nec eñ opus eſt nominare quenquam) compara. atqui ne à multis quidem, ni fallor, dignitate ſuperabitur. At miniſtri quidem, & eius, qui temporariam ſectabatur gratiam, fuerat ea, quæ multitudo iuberet, facere, aut ſaltem eius uoluntate per coniecturas indagata, quæ putaret ipſis uoluptati fore, tum dicere tum facere, nec niſi pauxillum quiddam ab eorum cupiditate deflectere. Themiſtocles uerò tantum ab eo abfuit, ut hæc in multitudinis gratiam faceret, ut cum uideret ipſos lacrymantes, audiret liberos ac mulieres queritantes, aliquot neceſſario relinqueret, ac uideretur Vrbs propemodum ui capta (nam & futura erant omnib. incerta, paruaq; ſpe atq; infida ſubnixa, & præſens rerũ

[1] τῶν ὑφ' ἡλίῳ μάρτυρι pro μαρτύριον.

ſtatus amiſsionem urbis, bonorum, uitæq́; totius prioris cõtinebat, utq́; non eadẽ abirent uia, nec in eundem migrarent locũ, uerũ diſtraherentur à parentib. pueri, ab uxorib. uiri, & q̃ erant horribilia maximè, tum paterentur tũ audirent, cũ quidẽ etiã canib. domeſticis ad abitum eiulantib. & alijs pecoribus ad mare proſequentib. magnam fuiſſe cõfuſionem ferũt) hæc igitˀ omnia cum uideret atq; audiret ille tolerantiſſimus, ferebat (quæ quis Vlyſſes, ſiccis uxorem oculis aſpiciens, tuliſſet?) eosq́; tanquã pueros firmo animo, cogitationibusq́;, non oculis tantum ſtantib. deducebat, quaſi ad pompam aliquã, uel in coloniã, non Salaminã deduceret. Illi aũt ſequebantur, & relictis templis, ſepulcris, patria, unum ſpectabãt Themiſtoclem, ac liberis, parentib. & cõmuni ipſum naturæ præferebant, ab eius uoce, uelut ancora ſacra, pendẽtes; quos tum ne Orpheus quidẽ ipſe ad ſe traduxiſſet. Iam quæ Salaminæ dixerit ac fecerit in cõmuni Græcorũ concilio, quales emiſerit pro iuſtitia atq; honeſtate uoces, quot peregerit certamina, quibus cum moleſtijs ſit conflictatus, etiã cum perſuaderet, iterum de ijſdem contendens, quomodo cum Ariſtide, cui inter omnes optimi fuit ac iuſtiſsimi cognomen tributum, ſit uerſatus, ac in commerciis mutuis penè par fuerit, & illud, *Percute, ſed audi*, ſupra quemuis Socratem ad Eurybiadem dictum, aliaq́; infinita longum ſit narrare. Ceterum ut nemo quidem ei contradicebat, permanere tamen non audebant, ſed effluebant uerba præ metu, ac fuga capeſſebatur, & res moliebantur turpiſſimas, nec ſeruitutem duntaxat, ſed fugam primùm, deinde ſeruitutem, utiq́; prius ignaui barbaris ſerui uiderentur, quàm ſerui fierent; tum uerò, tum quouis medico prȩſtantius barbaros eis, qui moleſtè illos ac neceſſario ſeruarent, inducit, utriſque deceptis, cum illos quaſi per beneuolentiam, hos quaſi totius rei ignarus, uocaret, ita ut frugi eſſet cum ſua nunciatione Ariſtides; ac tertio caſu maximo, ni fallor, & grauiſſimo procurato, fugitiuum Xerxem ab extremis reiicit Atticæ finibus, ac fugere inſuper iubet. At ille quaſi domino ſeruiret, iuſſa capeſſebat, & ſiue Græcos perſequi, ſiue fugere iuberet, parebat, atq; inſup gratias agebat: quiq́; prius aliis contra Græcos mãdata dederat, tũ uni Græcorum, eiq́; omnium inimiciſſimo, cogebatur obtemperare. Vſq; eò fuit, ut apparet, miniſterio deditus Themiſtocles. Itaq; cum bellum quieti præferebat, fortitudinis edebat ſpecimen. Cum autem pro Græcis contra barbaros, q̃ cum barbaris cõtra Græcos pugnare malebat, iuſtitiam ſimul & fortitudinem oſtendebat ſuam, qui minores pluribus atq; maioribus, ſuos alienis anteponeret. Iam cum, quæ opus erant, præuidebat, nec in ulla re fallebatur, uerũ rectius, q̃ uates, futura prædicebat, prudentiæ famam iure conſequebatur. Et quoniam nihil eorum, quæ decreuerat, per corporis uoluptates abolebat, uerũ ſemper optimis rebus operam dabat, atq; imperii negociũ cura

bat

bat,adeoq; Athenieñſes de eo cōtendentes cohibebat; huic nemo nō, ſi cuiq; alij,primas modeſtiæ partes tribuerit. Ecquis ueſtrū,q extra diſcrimē philoſophamini, tale uirtutis ſpecimē edidiſſe,uel p tot probationes tranſiiſſe ſe poſſit dicere? Quid quod utriq; exiſtimo Themiſtoclem, tum Miltiadi tum Cimoni,cū conferri,tum præferri poſſe.Nam & primus barbaros mari uicit,quemadmodum terra Miltiades,itaq; libertatem Græcis heic auſpicatus eſſe meritò uideatur; & ad priora ſequentes res adiecit. Etenim terreſtri pugnæ nauales ſubiecit, ac tria pro uno trophæa erexit,ſicut ſecunda Miltiades eſt executus.Iam nec in eadem ſecuritate Græcos, in qua Cimon, conſtitutos accepit,nec in tali metu, quali Miltiades uerùm in extremo poſitos diſcrimine,& primò poſtremoq́ue periclitantes. Deniq; Regem ipſum cum tota familia primus ac ſolus deuicit, nō ut præfectos Miltiades prius Marathone,ac pòſt Platæis Pauſanias. Quocirca Marathoniam pugnam pro exemplo quis habere poſſit, ac temporis cauſa magni faciat;Themiſtoclis autem res per ſe conſideret, ut Marathonijs tempore poſteriores, ita domeſticum ab ipſius prudentia atque adminiſtratione principium ſortitas. Nihil enim antè à Græcis tale non modò geſtum,ſed ne ſperatum quidem fuerat.adeo & Miltiadem ſuperat, & Pauſaniam, & Cimonem; ac trium locum tenet, non piſtoris, coqui, inſtitoris, ſed eorum, qui apud Græcos in precio fuerunt. Solus porro peditatum ſimul, & claſſem regiam optimo iure uidetur uiciſſe. nam nec naues reſiſtebant, & Rex cum pleriſq; fugiebat. & quantò quis poſteriorem uictoriam Plataicam fecerit pluris,tantò magis huius uiri prudentiam extollit, & prouidentiam. Etenim ſi copiarum terreſtriū pars aliqua de multis relicta, Græcos tamē terruit,quāuis eos terra mariq; propoſita docerent exēpla,quantū barbaris deberēt præſtare,ac præſertim regio præfecto, cū Rex diſceſſiſſet; igniferū, credo, nemo cognouiſſet, qui cōtra cūctos,nō aliquos,pugnabat, cū Rex rebus præeſſet;cū nemo quicq̃, cui fideret,haberet;cū integer ac ſpe plenus ingrueret exercitus,& re ad Thermopylas geſta ſublatus, quiq; hos etiam omnes mox debere occumbere, propemodum oculis cerneret. Verū hæc omnia Themiſtoclis miniſterium & adulatio,ut inquit Plato;ut autem communis Græcorū uox, prudētia, atq; prouidētia repreſſit, ordinemq; ſingulis rebus impoſuit. Quapropter non ob ea tantum,quæ ipſe dux rectè geſſit, ſed & ea, quorum poſteris ſuo tēpore gerendorū autor extitit,Cimoni,Pauſaniæ,ceteris, meritò laudē ab omnib. conſequatur. Alioqui,Plato,ualdè iniuſtiſſimus, ſi eum,qui tot humanitatis edidit apud Græcos ſpecimina,nec uerbo quidem æquo dignabimur. Ac mihi quidē Themiſtocles nō uidetur ducibus Atheniēſib. uilior extitiſſe, q̃ Socrates ad Deliū, Amphipolim,ac Potidæā militans. *In Sympoſio ſub finem.* At illū tu laudas, q̃ poſt pugnā apud Deliū, cōfidenter diſcedebat,

ac manifeſtum faciebat, fore, ut, ſi quis eum attingeret, probè ſe uindicaret. Nónne ergo indignum eſt, ô terra ac dij dictorum factorumq́; duces (nec enim cohibere me poſſum) Socratem fugientem laudare, eumq́; Lachete honeſtius diſceſſiſſe dicere; Themiſtoclem autem, qui fugandis hoſtibus, non fugiendis fortitudinem ſuam declarabat, cuiusq́; uirtutis fructum tota percepit Græcia, ignauiæ ac molliciei nomine tam facilè donare? qui etiam cum ex Eubœa uictor excedebat, ea geſsit interea, quæ nemo unquam aliorum ad fugam feſtinãtium. Et ais non eſſe magni admodum precij ſalutẽ? Quin ergo dijs etiam Seruatoribus, qui & ſingillatim nos conſeruant, & earum rerum gerendarum Græcis tunc autores fuerunt. uerùm equidem omittam maledictionem. quid autem conſequatur, non eſt difficile cõijcere. Sed ego ſermonem hũc iuſtiorem fore ac meliorem arbitror, atq; ita rectius aliquem dicturum; deos Seruatores tum Græciam cõſeruaſſe, Miltiadem autem ac Themiſtoclem miniſtraſſe; quod quidem maximum eſt ac pulcerrimum hominis munus, dijs miniſtrare. Hoc igitur, ô præclarum caput, erat dicendum; atq; ego dicerem hos uiros miniſtros ac ſeruos fuiſſe, non populi Athenienſis, nec hominis prorſus cuiuſquã, niſi præeſſe & iubere quis in miniſterio uelit ponere. Quid quod neq; parentibus hac ratione ſit habenda gratia, nec in beneficij loco ponendum, quòd uitæ nobis ac ſalutis initi-

In Creſphonte. um dederunt. Quod ſi etiam teſtem adducat Euripidem, cum ait:

m ποιουμένους pro σύλλογον. *Nam nos decebat, cœtus*[m] *celebrantes domum,*

Lugere, ubi eſſet aliquis in lucem editus,

Ita uertit hæc Tullius prima Tuſcul. *Humana uitæ uaria reputantes mala:*

nonnihil utiq; dicere uideatur. Veruntamen rerum euentum, ni fallor, & felicem uel infelicem uitã Deo, ac fortunæ, atq; etiã nobis ipſis (nihil enim uetat hoc adijcere) tribuimus: qui autẽ ortui noſtro ſubſeruierunt, quorumq́; opera primùm in hanc lucem uenimus, ijs maximam debere nos cenſemus poſt ipſos priores deos gratiam. Ergo ſi parentibus ortus tantum gratia tantas agimus gratias, iiſq; maxima nos quæq; debere profitemur; an non Miltiadem ac Themiſtoclem maius quiddam effeciſſe dicemus, qui non uitæ ſolum & ſalutis autores Græcis fuerunt, ſed meliores etiã ipſos ex peioribus factis reddiderũt ſuis. Iam q̃s, ſi ſocios, præſidia, uel naues ꝑdidiſſent, aut fugæ uel mortis aliquib. cauſa fuiſſent, multis ac denſis inceſſeremus cõuicijs, & cũ Eurybate ac Phrynonda numeraremus, quẽadmodũ Archelaum infelicem uocauit & miſerum, qui, quos non oportebat, occiderit: eos abſurdum ſit, poſtq; omnes terra mariq; ſuo periculo liberarunt, poſtq; non corpora tantum atq; animos eorum, qui ſe ipſis crediderant, ſed urbes etiam, regionem, Remp. mores, leges, atq; ipſum gentis nomen conſeruarunt; poſtq; nullum fortitudinis ac iuſtitiæ ſpecimen omiſerunt, maioremq́;, quã acceperant, reddiderunt

Græciam

Græciam, ac decoras dijs harum rerum retulerunt gratias; poſtq́; deniq; perpetuos, ut ita dicam, publicos conuentus tum rebus geſtis tum rerum adminiſtratione celebrarunt, & uirtutem ſuam, quam ſimul erga deos & homines exerebant, omnibus declararunt; eodem quo Mithæcum ac Thearionem, loco habere: & medicos quidem, quoniam homines conſeruant, coquis præferre; qui autem Græcorum ſaluti præfuerunt, eos non medicis, ſed coquis conferre. Atqui ut meliores nõ reddiderint, uerũ ſeruarint, hoc certè medicorũ, non coquorũ, more faciebãt. itaq; nõ erãt medicis deteriores. Cur igitur erãt Græcis contemnendi? hoc ne ipſe quidem ſibi Plato conceſſerit. Alibi certè, ubi nulla eſt contentio, hæc ait. loquitur autem pro Siculis, quibus regium quoddam imperium ſtudet comparare, ſumta Dionis perſona. *Maiores, inquit, à barbaris Græcos maximã partem ſeruarũt, ſic ut iam de Rep. diſſerere liceat. ſin tum perijſſent, nec diſputatio, nec ſpes ulla fuiſſet uſquam relicta.* In his igitur laudat eos, qui ſalutem Græcis pepererunt, ac tum gratias ait illis eſſe [n] perſoluendas, easq; non exiguas, uerùm quales nemo ſibi temerè poſtularet, tum ad eos, qui id ægrè ferrent, dicit, maiores à barbaris Græcos maximam partem conſeruaſſe. Quocirca uel hæc fuerant tollenda, uel ab his illa refelluntur. Nec enim ſi ijs, qui Siculos Græcos ſeruarunt, gratiæ debentur ac dona; illos, qui totam antiquam Græciam, atq; eadem adminiſtrationis uia Siciliam, Italiam, & quotquot erant ubiq; terrarum ac maris Græci liberarũt, ne ſermone quidem humano dignari debemus, nec probitatis opinionem ipſis relinquere. Atqui te nõ Cyrenæos magis quã Athenienſes curare, ipſe teſtaris. Ergo quorum poſteros dona poſtulare permittis, ijs es auſus maledicere? ac ſimul & tyrannos incuſas, & libertatis Græcæ autores reprehendis? Atq; heic pro colophone ſermonis addis, ne libertatem quidem magnum quiddam eſſe, uerũ etiam pleriſq; ſatius eſſe ſeruire, q̃ liberis eſſe. quis negat? Num ergo tunc etiam Athenienſibus præſtabat ſeruire? Atqui non procul, ſed ex ipſis rebus, quas gerebãt, libertatem ſe mereri cõprobabant. Deinde nec Dioſcuris, nec Theſeo Neptuni F. nec Herculi, communi omnium præfecto, neq; optimis ac iuſtiſſimis ſemideis fuerat ſeruiendum, uerùm hominibus iniuriarum ac malorum plenis, & à quibus ut nihil boni, ita turpiſſima quæq; erant ac grauiſſima paſſuri. Quocirca turpiſſimè prorſus ſe geſſiſſent, ſi, cũ Heraclidas olim in libertatem aſſeruiſſent, ipſi barbaris nili modo ſe ſubmiſiſſent. Quinimo ſi nec ipſi ſeruitutẽ merebantur, nec hoſtes erãt ipſis meliores, & rerum agebatur ſumma; ubi potius, q̃ heic, ſeruitutẽ ſe magis quàm mortem timere, ut uerbis Platonis utar, debebant oſtendere? Quodſi hoc eſt omnibus notum, atq; hæc omnibus præſtabant, & ſola cum ratione atq; ciuili uirtute proximè erant coniuncta, ſi uerũ fateri uolumus; cur eos, qui ad hæc efficienda ſuam contulerunt ope

[n] δεῖν ἐκτίνειν pro ἐκτείνειν O.

Initio Theæteti.

Octauo de Rep.

Initio tertij de Rep.

ram,& cunctorum libertatem cum ſalute confirmarunt,uel ciuibus ſuis uel Græcis negligendos putemus? Quid q̃d nõ remiſſam ſibi libertatem pepererunt,qui cum barbaris ita ſe gererent, ut eorum ne uocem quidem uellent audire; cum Græcis autem tam humaniter, ut principatu Lacedæmoniis ultro ° cederent,cum ipſis longè præſtarent.quare & ultro eũ illis Græci reſtituerunt. Vſq; eo non abſq; iuſtitia & modeſtia ſociis,tributis,ac nugis,ut tu ais,Plato,urbẽ repleuerũt,uerũ à modeſto,iuſto,& admirãdo exorſi principio,pulcerrimè libertatis terminos conſeruarunt, media inter cõfidentiã & humilitatem uia ciues regentes,nec impudentem,aut aliam quamlibet introducentes libertatem, ſed quæ cum iuſtitia foret & modeſtia coniuncta. Iam non indecorum, nec cuiuſuis eſſe, patriam liberare, nedum Græciam, ipſe Plato, uel potius Dio teſtaẽ. nam & hæc ſunt eius uerba: *Præterea ſincero animo dijſq; fauentibus regem create primùm filium meum,duabus de cauſis,tum mea,tum patris mei. Ut enim ille tunc à barbaris ciuitatem liberauit,ita nunc ego bis à tyrannis,ut ipſi poteſtis teſtari*. Num ergo paruum quiddam exiſtimat Plato, ciuitatem liberare, uel aliorum dominio præripere? Quapropter ſi etiam regnum hanc ob cauſam reddendũ erit, idq; poſteris, atq; ipſa propemodum libertate cedendum, quòd eam ipſorum conſeruarint maiores: eos utiq;, qui non ciues modò, ſed & uniuerſum Græcorum genus ipſi liberarunt, indignum ſit, ſi ne liberos quidem uideri permittamus, uerùm quã aliis ipſa repepererunt libertatem, eam ipſis, quantum fieri poſſit, auferamus. Iam & hoc ſpectemus, quanto etiam hac in re Miltiades ac Themiſtocles Dione iuſtiores fuerint ac magis politici, & æqualitatem diligentius obſeruarint. Nam illi quidem pro tantis factis nihil eximium nec ſibi nec liberis poſtularunt, uerùm poſtquã Græcis benefecerant,ſatis habebant: Dio autem, ut ais tu, talia quoq; requirebat dona,quibus alij poſteros eius,de quorum præſtantia nihil in dictis nec in factis cognouerant, apertè reges crearent, etiamſi ipſis eſſent aliqui præſtantiores. An nõ teipſum undiq; cepiſti? cum & æqualitatis ac geometriæ illi tantam curam habuerint, nullam Dio, nec eius liberi, qui tñ cum Platone, ſummo geometra, fuerant uerſati. *Tertius deniq;*, inquit epiſtola, *in regnum aſciſcendus eſt urbis Syracuſanæ uolentis uolens, is qui nunc hoſtilis eſt imperator exercitus, Dionyſius Dionyſii F. ſi uoluerit in regium ſtatum ultro tranſire, cùm fortunam ueritus, tum patriæ, & ſacrorum negligentiæ ac ſepulcrorum miſertus, ne omnia per contentionem penitus perdat, ludibrio barbaris expoſitus*. Si ergo cum tyranni filio & hoſtilis exercitus imperatore oportunum eſt in gratiam redire, modò uelit rex pro tyranno fieri, patriæ, & ſacrorũ negligentiæ ac ſepulcrorum miſertus: cum ijs certè, qui Grecis benefecerunt, & per quos templa, ſepulcra, cũctaq; ſunt ſeruata, nec ludibrio fuit expoſita barbaris Græcia, fœdus erat feriendum, &, [p] ut nihil aliud haberent facto rum

° ἄξαν pro ἦξαν.

In Gorgia.

p εἰ καὶ μηδὲν ἔχοιεν ἔργον τῶν πλέον.

rum ſuorum mercedis, maledicta quidem ab ipſis auſerēda. Etenim ſi temporibus illis Themiſtocles, uocantibus eum & iuuare iubentibus Athenienſibus, aliud nihil, nec tyrannidem, nec regnum legitimum petijſſet, niſi ne miniſter ab ipſis uocaretur, nec hoc afficeretur probro, ſi quidem res ipſorum compoſuiſſet; cum ſi adfuiſſet Plato, quid Athenienſibus ſuaſiſſet, qui talia Syracuſanis ſuadeat? non'ne, ut moderatam exiſtimarent petitionem Themiſtoclis, & hāc illi gratiam tribuerent? mihi certè etiam pro patria fideiuſſurus uidetur. Abſurdum eſt igitur, cum inſtantibus ac peragendis rebus uel ſolus hęc pro omnibus polliceatur, ſi exiſtentib. ac peractis, eiusq́ uirtute omnibus cùm Græcis tum Barbaris patefacta, conuiciari tamen audeat, nec uel templa, uel ſepulcra, uel inſcriptiones reuereatur; & ei maledicere, quem pro dignitate difficulter laudare potuiſſet. Iam aliud eſt in mari medio de re nautica diſſerere, ſuamq́ oſtēdere fortitudinem, aliud extra tempeſtatem ad parietem ſedētem. Quæ cum Plato probè ſciat, ſponte negligit, & Themiſtoclem accuſat, qui Athenienſes in triremes compulerit, in his quidem ſermonib. alibi uerò hinc eos ait aſſueuiſſe fugere, nec manentes pugnare. Ego certè ac tu, credo, ſæpius hoſtes fugauimus, Themiſtocles aūt nihil aliud, ꝙ fugere, norat. Verùm ſi quidem uincere quis poſſet, ut non ſe ſeruaret prius, aliquid à te dici putarē. cū aūt uel nauali prœlio uincendū, uel terreſtri pereundū fuerit, quæ hæc fuiſſet philoſophia, cū poſſent glorioſiſſimè ſeruari, temerè mori? Ac prorſus equidem nō intelligo, cur terreſtris uictoria pulcra ſit, turpis marina; uel cornus atq́ corium magni ſint precij, [q] habenæ ac remi nullius. niſi quis mare tollat è rerum natura, fruſtraq́ creatum dicat, & Neptuni aboleat imperium, quod ſecūdas, ut ait Homerus, Vniuerſi fert partes. Quin ergo de frumento quoq́ eos accuſamus, quo plerunq́ utuntur aduecto, mariſq́ indigent, cum poſſint ſua, quam colunt, eſſe regione contenti, uir diuiniſſime; hoc eſt, fame perire. Iam ſi frumenti per mare uectura neceſſaria fuit ipſis ac ſalutaris, eiuſdem ſalutis cauſa mari quoq́ tum ſunt uſi, ac cedēte ad uſum dignitate. Neq́ uerò, cū frumentū ad eos eſſet per mare deuehendum, commeatus curam negligere debebant. Itaq́ triremibus & nauali ſcientia fuit opus. Cur ergo, qui hæc ſuaſit, fruſtra laborabat, aut, ut etiam hoc addamus, ad regionis naturam conſilium ſuum non componebat? Perinde uerò, cum hæc incuſamus, facere uidemur, ac ſi Atticæ quoq́ naturam culparemus, quòd eā mare propemodum attingit undiq́. Quid ergo, ſi dijs eſt ita uiſum? Verùm hæc in Platonis gratiam omittam. ſit, ut ait, ſalſa uicinia. At ſi quidē uictoriam Themiſtocles cum uictoria commutabat, num iniuſtè faciebat, qui nauium fabros pro fabris haſtarum decoraret? ueruntamen etiam nauale prœlium ad milites in foris collocatos recidit, quorum quidem pleriq́ creduntur ad Marathonem pugnaſſe. Sin du-

Initio quarti de Legibus.

q ἀρλα pro ὅπλα. Iliad. o.

Initio quarti de Legibus.

plex pro ſimplici diſcrimen ſuſcipiebant, alterū contra hoſtes, alterū in ipſo mari; nihil erant, arbitror, deteriores habendi. Sed ut has etiā tollam appendices; ſi qua fuit alia ſalutis uia, peccatum in omnib. eſſe concedam. Sin tota erat occupata terra, exercitus inſtar maris inundabat, omnia diripiebantur, nec uel reſpicere licebat, uerùm alĳ ſponte adiungebantur, alĳ abducebantur inuiti, reliqui in interiorē fugiebāt Græciam, ſoli extrà relinquebantur Athenienſes, cumq́; ſocios etiam uocarent, ac cetera, ſecum in Bœotiam occurentes, tueri iuberent, nemo obtemperabat, uerùm in anguſtia non Peloponneſi modò, ſed etiam ſpei ſedebant, nec usq́; uel terrarum uel maris futuri credebantur; cur ita de Achiuis ex turre iudicamus, aut quæ ratione carent, accuſamus? Equidem non tāto eſſe pudori dixerim pugnā Salaminiam, ut ante eam perĳſſe præſtiterit, ſed hunc illos potius uitæ ſalutisq́; ſuæ quaſi fructum percepiſſe crediderim, quo rem tantā perfecerunt, ac publicum de omnibus, ut ita dicam, hominibus, omniq́; tempore trophæum erexerunt. Nec enim aduerſarios tantum illa die uidentur uiciſſe, nec, quotquot aderant, Græcos, uerùm cunctos mortales audaciæ magnitudine uictoriæq́; ſplendore ſuperaſſe. Etenim ſi aliquod ex omnibus, quę in memoria uerſantur, dicēdum ſit, hoc factum meritò quis maximum duxerit. Solus porro uel inter paucos admodum uidetur hoc dictum Themiſtocles comprobaſſe, quod cū Alcæus poeta ꝓtuliſſet olim, multi poſtea uſurparunt; nō lapides, nec ligna, nec fabrorum artem ciuitates efficere, ſed ubi uiri ſint, qui ſeipſos ſeruare norint, ibidem & urbes eſſe & mœnia. Quocirca non re uera Vrbem ſe relinquere putabat, uerùm, ut in ſcena, pro occaſione transferre, queādmodū nec in fabulis actorū quiſquā ſuā perdat naturam, quāuis habitum in præſentia mutet; ac tū Athenienſibus, ut marinum ſumerent habitum, atq́; in eo urbem repræſentarent, conducere. Quapropter locum quidem & ſolum Vrbis deſerebat, dignitatem uerò ſeruabat diligentiſſimè; priusq́; mœnia, domus, ac templa, q̄ gloriæ ſplendorem, ſuumq́; propoſitum prodidit. Sciebat etenim, ſi quidem illis adhæreret, ac de ĳs contenderet, breui & illa amiſſurum, & uiros ipſos inſuper, ſpemq́; omnem ſe eſſe perditurum. ſin ipſis naues opponeret, & inſtar athletæ propter præmia peregrinantis, iudicĳ tempore ſecederet, facilè ſperabat ſe, quemadmodum tum terræ mare prætulerat, ita rurſum ex mari terrā, regionem, atq́; urbem inuenire ſine dāno poſſe. Quæ cum conſideraſſet, curſores imitatus eſt, qui procul incipiunt, & Xerxi non Attica modò, uerùm tota cedens terra, marisq́; tantum ſibi deſumens, quantum nauibus ſufficeret, omnes eius ſpes euertit, ac Græciam liberauit, non Athenienſes nautas pro militibus reddens, nec triremes ipſis ad fugā ſuppeditans, aut ut in mari ſemper degerēt, ſicut de Glauco narrant Anthedonio, uel de Sarone, à quo mare nomen accepit;

uerùm

uerùm contrà, uir præclare, ne ullam timerent hoſtium multitudinem, nec fugerent, ſed etiamſi terra tota relinquenda, corporibusq́ ipſis cedendum foret, non difficulter id pro uictoria ſuſtinerent; nec opibus ſeruirent, aut ullam[r] delinquendi cauſam putarent idoneam, ſiue hoſtium numerum, ſiue potẽtiam, ſiue omnes homines in ſeruitutem ſponte redactos, ſiue omnia ſurſum deorſum inuerſa reſpicerent; ſed & mare familiarius, & quoduis periculum leuius ducerent, quam ut turpiter uellent uiuere. Hoc erat & militibus, & equitibus, & ſagittarijs, & remigibus, & omni ciuitatis complemẽto præclarũ exemplum. Non oportet, ait, hoſtibus tergum obuertere, nec turpẽ ſectari ſalutem, neq; iuſtis relictis rationibus, quemuis ſequi uentum, neq; fugere,[s] ne pugnet. Itaq; nec ego,[t] inquit, in Italiam fugiebam, neq; illic urbem uolebam condere, quamuis iuberent uates; uerum ibi cum triremibus manebam, ubi pro Græcia fuit oportunum aciem contra hoſtem inſtruere: cumq́; terra eſſet occupata, parua mihi ſufficiebat maris pars. te quoq;, inq̃t, moneo, ne fugias, aut locũ deſeras, ſiue in peditũ, ſiue in equitum, ſiue in quocunq; cenſearis ordine, quodſi ab omnibus excluderis, tum tu marinum te redde, atq; heic rem militarem exerce, clypeũq́; de naui oppone, &, ſi potes, ex ipſo mari ſuper undas defer. Hæc erant, quæ docebat Themiſtocles: propter hæc urbem in triremes transferebat: propterea regionẽ maluit ab hominibus[u] uacuam reddere, q̃ ut in ea quiſq̃ captus ſeruiret. His nec conſilijs pulcriora, nec factis præclariora unq̃ extiterunt, neq; quæ prudentiam ſimul & fortitudinem maiorẽ oſtenderent. Quòd enim non omnino uolebat eos Vrbẽ relinquere, nec in triremes undiq; fugere, uerùm hæc in præſentia iudicabat conducere, ac Salamine pro caſtris uſus, ut Marathone maiores, ad priora memoriam ſuam reuocabat, breui pòſt oſtendit. Etenim cum barbari diſceſſiſſent, mox eos in Vrbẽ reduxit, & eam, qualis olim fuerat, cõdidit, maiore etiam, ut aiunt, ambitu circunducto. cumq́; mœnibus eſſet opus, ſolus eorum rationem extruẽdorum reperit. Quomodo igitur, aut quo caſu fugæ eos aſſuefecit, quos in extremo conſtitutos diſcrimine fugare, non fugere, docuit; uictores autem & felices redditos, cum quamuis regionem uel urbem poſſent occupare, in antiquam reduxit ſedem, nec ſuarum eſt rerũ obliuiſci paſſus. Quodſi quis te ipſum, Plato, reprehenderet, qui toties per mare nauigaris, & circa Charybdim erraueris, cum nautis degens, & remi ſcalmiq; indigens, cum rem naualem ſic odiſſes, & peditibus eſſes addictus; non`ne illud quidem, *Inſanis miſer*; non diceres, quoniam eſſes muſicus, & hoc dictũ iampridem condemnaſſes, uerùm ſic ferè diceres: ego hæc, bone uir, faciebam, non quò nauticam affectarem uitã, aut eos terrenis militibus præferrem, aut ſenex nauigare demum diſcerem, aut res terrenas perderem, uerùm quòd aliter in Siciliam uenire non poteram. Hæc

r deeſt χεῖρας poſt τὸ O.

s ὅπως μὴ pro τί.

t φυγ pro φυμ.

u κενὴν pro κοινήν.

In Phedro.

diceres, credo, ſicut & nos de Themiſtocle, Græcos non aliter ſeruari potuiſſe. Necꝗ uerò, ſi propter Dionis negocium in Siciliam nauigãdum fuit, nec uel ſenium, uel periculum, uel impoſtura crebra, uel aliud quicꝗ iuſtitiæ, & illius neceſſitati prætexendum, non pro Græcia rebusꝗ tantis utendum nauibus fuit, ac mare contemnendum. nemo hoc dixerit. Bellerophon certè Chimęram, ut aiunt poetæ, deuicit, non in mare, ſed in aerem ſuper Pegaſum aſcendens; nec tamen ignauus eſſe uiſus eſt, qui uel integras credebatur poſſe turmas conficere. uerũ, ut arbitror, igni non poterat ex terra reſiſtere. Themiſtocles autem, ſat ſcio, uel alis appoſitis, ſi Dædalum potuiſſet imitari, barbaros inuaſiſſet, nedum, ſi terreſtri prœlio ex altiore irrupiſſet loco, ignauiæ crimen incurriſſet. Lacedæmonios quidem ais ipſe in pugna Plataica ſubſiſtere noluiſſe, uerũ Perſas eò, quò ſibi expediebat, protruſiſſe. nam Scythas, qui fugientes uicerunt, omitto. Quocunꝗ quis ſuperiorem ſe fore ſperat, eo uim hoſtium repellat, præſertim ſi nihil contra ius iniquius agat. Iam ſi ſuo duntaxat cõſilio his in rebus uſus eſſet Themiſtocles, eum quis diceret ab illo fuiſſe accuſatum. Cũ autem Deus quoꝗ idem iuſſerit, quid conſequatur, ut equidem uereor dicere, ita quiuis facilè intelligit. Themiſtocles certè prorſus abſoluitur. An uerò, per ipſos deos, ut Socrates habeatur ſapientiſſimus, Delphicum deum laudabimus teſtem, & oraculis, quæ Chærepho norat, atꝗ alij quidam Socratis ſtudioſi, nitemur; quę autẽ omnes teſtantur Gręci, quę maximè communiter eſt prolocuta Pythia, à quibus omnes pendebant res futuræ, ea nullo habebimus loco, nec Themiſtocli maxima dabunt ſapientiæ teſtimonia? Etenim cum eadem ipſi, quæ Deo, de ſalute tota fuerint uiſa, quid requiritur aliud? Quod ergo fuit oraculum? Cum altè exorſus eſſet, ſubijcit hoc, quod eſt omnibus in ore:

In Lachete.

Lignea Palladio dat mœnia Iuppiter ipſe.

An hoc tantum prædixit? Minimè. uerùm ſententiam ſuam appendice quaſi obſignat. Quæ eſt ergo ea?

Sola manere intacta. —

ne, cũ illud ita dixiſſet, optionem ſibi datã putarent Athenienſes, utrũ mari uellẽt, an terra uincere; nec ſibi indulgerent, ſed in nauib. rẽ totam crederent conſiſtere, nec aliter ſeruari ſe poſſe. Quid quod in ſequentibus idem magis auxit, ceu Muſarum præfectus, & orator optimus. addit enim: —*hæc te prolemꝗ iuuabunt.*

Quid eo ſignificat? —*hæc te prolemꝗ iuuabunt.*

Non liberos, meo iudicio, quos Troezene depoſuerãt, uerùm etiam poſteros. adeo cum fortuna ciuitatis coniunctæ fuerunt triremes. Omnis enim felicitas per has omnino fuerat comparanda. Necꝗ tamen heic ſubſtitit, uerùm quaſi Platonis reprehenſiones præoccuparet ac uelut præcideret, omnem emittit uocem, & apertè ait:

Nec

Nec tu nunc equitem expecta, peditemúe quietus,
Auxilium qui rite ferat: ſed abire memento.

Sequitur deinde finis: *—occurres tandem tamen ipſi.*

Atque ego libenter ex iiſ quæſierim, qui profundas trahunt barbas, ut ait comicus quidã, ac Platonem extollunt; ſi eo tempore uixiſſet Plato, & ipſi commiſſa rerum adminiſtratione, oraculum deinde hoc fuiſſet editum, quid ſibi dicendum putaſſet, aut Athenienſib. faciendũ cenſuiſſet: uel ſaltem, ſi non ipſe imperaſſet, Themiſtocli quid ſuaſiſſet: utrum idem quod oracula, an contrarium: Nam ſi quidem uaticinia non intelligeret, non erat ſapiens futurus; ſin intellectis contradiceret, cuiuſuis potius, quàm Platonis, erat officiũ facturus. hoc enim duarum rerum peſſimarum fuiſſet indicium, impietatis in deos, ac proditionis non Vrbis modò, ſed & Græcorum omnium ſalutis. Iam ſi aliud iuſſiſſet Deus, aliud Plato, utri Themiſtoclẽ credere oportebat, aut utrum potius attendens, rectè uiſus eſſet facere: hunc enim ſi ſoluerint nodum, iuxta Delphicum tripodem, quem de Barbaris dedicarunt Græci, ſtãto. At non licebat

Cum diuis pugnare hominem.— Iliad. ρ.

Neque uerò, cum eorum, qui in Platonis urbe ac Rep. moriuntur, honorem Pythiæ arbitrio permittat ipſe Plato, quæque illa cenſuerit, approbet; ea quæ pro uiuorum ſalute, totiusque Græciæ cuſtodia imperauit Pythia, credentem & exequentem ſit æquum reprehendere. Etenim tria ferè ſunt maxima, quibus omnium Græcorum ſalus ab uno pependiſſe comprobatur Themiſtocle. Nam & triremes initio fabricari iuſſit, priuſquã aliquis barbarorum expectaret aduentum, & inſtante bello naualem ſuaſit pugnam, & in quo maris loco foret cõmoda, præuidit. Niſi enim naues initio fabricatæ fuiſſent, nullam habuiſſent Græci alicuius precij claſſem, neque quo reliqui freti conueniſſent; itaque cum terra eſſet ſuſpecta, nec in mari poteſtas ulla ſuppeteret, omnia ſine labore perijſſent. Quod ſi etiam, cũ naues haberent, alio uoluiſſent modo bellum gerere, ne ſic quidem quicquam profeciſſent. Iam nauium numerum barbaris inutilem reddidit maris natura. Hoc autem erat graue Themiſtoclis certamen, qui Græcos ibidem iuſſit manere, & Iſthmi reſpectum obliuiſci. Quin & quartum quidam de Themiſtocle adijciunt, eum præter locum, etiam occaſionem inueniſſe, cum prœlium ſic inſtituiſſet, ut coorto uento gereret. id quod imitatus, ut uidetur, poſtea Phormio, Lacedæmonios ad Naupactum nauali pugna uicit. Tantũ ab eo abfuit Themiſtocles, ut fugæ Athenienſes aſſuefaceret, aut eorum fidentiam tolleret. Sed ad reliquum oraculum pergo. Quid igitur deinceps efflatus eſt Deus: quomodo conſilium ſuum exornauit: Thucyd. β.

Tu ſobolem perdes, Salamis diuina, uirorum.

Ac Deus quidem diuinã uocauit Salaminem, quippe ad quã maiora,

quàm pro cunctis uiribus humanis, erant facta peragenda; Plato aūt horum autorem, quicꝗ Salaminem illos deduxit, Græcis nocuiſſe dicit, nec ijs, qui plebis uoluptati ſubſeruirent, meliorem prorſus extitiſſe. Et Bacchus quidem eſt egreſſus, ac rerum gerēdarum particeps fuit, & nubes à Deabus in naues incubuit, dijcꝗ & heroes, communes Græcorum ſocij, ſimul è nauibus pugnarunt, ac Themiſtoclem reuera decorarunt, ita ut cognomen undicꝗ Salamini tributum fuerit, ac in omnibus rebus diuina ſit effecta. Iam cum hoc Salamini tribuebatur, prœlio * nauali uticꝗ tribuebatur: ſiquidē nullam prius aliam occuparat regionem Salamis, uerū nauale prœlium Deus per illam diuinū appellabat: Plato aūt, ut uidetur, uictoriā reſpuit, & eius autores rei capitalis condemnat, atcꝗ illuſtrem obitum uictoriæ cū dijs partę præfert. At Homerus, ſi uixiſſet, harū rerum autorem & actorē etiā

Conſilijs Dio ſimilem——

dixiſſet potius, ni fallor, q̄ Cephallenum ducem, qui minio naues inunxerat. Etenim cum naues Iupiter Mineruæ dono dediſſet, Apollo hæc dixiſſet, ipſe ad hæc initio ſe cōparaſſet, ac ſolus idē cū dijs ſenſiſſet; quid erat, cur hoc nō mereret cognomen? At Plato non itē; uerū pro eo, quòd Ioui ſimilem conſiliariū diuinumcꝗ diceret, cū Sarābo atcꝗ inſtitoribus eum cōparat. Quomodo quis magnificentia minus oportunè potuiſſet uti? Iam ſi, uelut heroes olim quidam deorū ſubijſſe dicuntur iudicium, ſic etiam de Themiſtoclis conſilijs Apollo Pythius fuiſſet iudicaturus, utram de eo tuliſſet Deus ſententiam? condemnantem? at abſurdum fuiſſet, eundem hæc prædicere ac uaticinari, & obedientē condemnare. Nam cū Oreſtē quocꝗ ab alijs dijs abſolutū, poſtq̄ Apollini factū ſuum tribuerat, tradant; is nimirū, q apud Apollinem ipſum eorū, q̄ cum ipſo peregerat, reus ageret, nulla poterat ratiōe condēnari. Et Plato, quē Dei iudiciū lædere nō poterat, eum accuſare ſuſtinuit? Et ſiquidē Athenis de eo iudicandū fuiſſet, nullo relato tali oraculo, ac Dei iudicio cauſam deinde ꝑmiſiſſent, quēadmodū aliquando de tribubus actū narrant; tū ſi rectè eum ſuaſiſſe reſpondiſſet, dimittendus deinceps eſſet, nec de eo quicꝗ aliudloq cuicꝗ liceret: poſtq̄ aūt Deus eum ante crimē abſoluit, ac facta prius laudauit, q̄ ea quiſquā hominū peragēda ſciret, eicꝗ de rebus omnibus eſt initio aſſenſus, ac iudicium ſuum iamdudū protulit, nō potuit ſe tū Plato continere, quin contra oraculū philoſopharet, & ea facta reprehenderet, quæ, anteq̄ fierent, deus quidā laudarat. Quin igiť Heraclidas quocꝗ calumniatus es, q non itinere terreſtri ſint in Peloponneſum ingreſſi, ſed à Rhio in Rhium traiecerint. Verū ij quocꝗ, ni fallor, eodem fato, q̄ Themiſtoclis milites, tenebantur, ut terra quidem uinci, mari autē uincere ac ſeruari deberent. Etenim donec per Iſthmum tentabāt ingredi, fallebanť: cum aūt ad Achaicum traiectū ueniſſent, eum ſibi ſalutarem eſſe compererunt. Quapropter eos per has

x deſunt ἡ ναυμαχία δι᾽ ἣν τοῦτο ἐνίκων poſt ἐνίκων O.

Ducem) Vlyſſē. Iliad. β.

has anguſtias iuſſerat Deus ingreſſum moliri. quod cũ illi non intellexiſſent,& aliò ſe conuertiſſent,oẽs propemodum perierunt. Similiter ferè Græcis tunc accidit. Nam q ad Pylas erant pfecti,perierãt;qui aũt erant in nauibus,ubiq; uincebant. Anguſtiæ uerò,ut apparet,erant utrobiq;,quarũ alteræ cauẽdæ,alteris erat utendũ. Quocirca tũ quoq; Themiſtocles Iſthmum fugiebat diligentiſſimè,quaſi antiquũ quoddam malũ caueret,ac Salaminã ſibi opponebat. Quid quod nõ minus glorioſè illi tum nauib. Peloponneſum occuparunt,ſed multos ac bonos procrearunt milites, quoſq; ne Plato quidem unq; reprehendit,quod ad rem bellicã attinet,uerũ poſteros eorũ pluris,q reliquã gloriã,facit. Ipſe enim Plato Doricũ laudat exercitũ. Hoc igit nõ minus oportunus Græcis hic Themiſtoclis exercitus fuit. Quod aũt ex hac re non deteriores in prœlijs terreſtrib. redditi ſint Athenienſes,teſtat Plataica pugna,quæ ſolos habuit Lacedæmonios participes;teſtat Mycalenſis,in qua ſoli principes fuerunt; teſtatur in Oenophytis pòſt cõmiſſa,qua Bœotos,Phocẽſes,& Locros deuicerũt. Sin etiam aliquando impegerunt poſtea; nec ſemper è nauibus uicerunt,quemadmodum tum uicerant.neutrum tamen eſt Themiſtocli imputandum,quò cũ uiuo tum mortuo utrobiq; non paruo tempore fortiores erant. Atq; ea quidem Themiſtoclis facta, quę uſq; ad pugnam naualẽ & fugam Regis pertinuerunt, talia fuere, qualia decebant eum,qui cũ ab adulatione aberat omniũ, quantum iudico,lõgiſſimè,tum prudentia & fortitudine,ſimulq; tẽperantia & omni iuſtitia ualebat plurimum. Quæ autẽ conſecuta ſunt,hæc,ut breuiter percurram,fuerũt. Mardonius quidẽ legatos pro Rege mittebat ad Athenienſes,cum re expertus eſſet, ab illis totum pẽdere negocium, & cum quibus illi ſe coniunxiſſent, eos neceſſario uincere. fungebat aũt legatione Macedoniæ rex, Alexander. Verũ Atheniẽſes quamuis audirent fore,ut Vrbem inſtauraret,ac regionem redderet;audirẽt etiã aliam humanitatem,amicitiã,& ſocietatem in perpetuũ;nihil tamen cõmoti ſunt, neq; rerum ſuarum quicq; dedecorarunt; ſed & diſcrimen pro Græcis ſuſcipiendum donationi contra Græcos factæ prætulerunt,& legato,ne idẽ,quod priores nũcij,pateretur, propter iuris hoſpitalis prætextum remiſerunt,ita tñ ſi mox diſcederet,nec in poſterũ ſimiles obiret legationes. Hos illi Themiſtoclis adminiſtrationis & imperij militaris fructus perceperunt; eoq; fortitudinis ac magnanimitatis & omnium illiberalium miniſteriorum odij omnes perduxit,ut,cum Vrbe ſecundò capta,mitteret iterum legatos Mardonius, Salaminæ reſidente curia,& Athenis legatus ueniſſet, poſtquã eum de ſenatu quidã recipi iuſſit, illum collecti lapidibus obruerint,& uxorem eius mulieres,quæ quidem non ignobilius opus,Plato, nec minore dignum laude peregerunt, quã tuæ Reip. mulieres, quas tu ſimul cum uiris iubes militare,atq; hoc & illud facere. An tibi

Tertio de Legibus.

Quidam) Lycidas. Herodotus initio Calliopes

Themiſtocles, cum hæc diceret, aut hæc ſuos doceret, miniſtraſſe uidetur. Cum igitur ueniſſent Lacedæmonij ſub idē ferè tempus, quo Alexander, & pro Græcis eos obſecrarent, pueroſq; ipſorum & mulieres unà cum ſenibus toto belli tempore ſe alituros promitterent, tantum ab eo accipiendo abfuit, ut ipſos uenia donatos, quaſi qui nō cognoſcerent eos, apud quos legationem obirent, dimiſerit. Iam eiuſdem eſt fidentię columna quoq;, quā poſtea cū his uerbis erexerunt: Arithmius, Pythonactis F. inteſtabilis & hoſtis eſto populi Athenienſis unà cum tota gente, quòd aurum ex Media pertulerit in Peloponneſum. Equidem non uideo, qūo præſtantius eadē de re, uel grauius decretum potuerit Plato conſcribere. Verū illud conſidero, eiuſdem fuiſſe utrunq; dogma philoſophiæ. Nam ut ille cuſtodes uetuit aurū habere, ita hic eum, qui aurū ex Media detulerat, Vrbis hoſtem declarauit, & ſi quis eum occideret, impunitum fore. Itaq; [x] quā Plato ciuitatis optimè inſtitutæ putauit eſſe cuſtodiā, hanc ille per totam Græciam uoluit obſeruari. Eam aūt columnam Athenienſes Deæ conſecrarunt, iuxta Marathoniam ſtatuā collocatam, q̃ exiſtimarent eam non minoris precij nec uſus, q̃ reliqua fore donaria; quę quomodo ijs, qui Græcos uellent corrumpere, utendū eſſet, doceret. Quid quod utraq; gens omne de Themiſtocle bonū ferre debet ſuffragium. Nam & qui ſalutem primo loco ponunt, eam Themiſtocles cunctis Græcis confirmauit; & q gloria res metiunt̃, ac pro honeſtate ſuſcepta pericula, nominiſq; ſplendorē uitę ſecuræ præferunt, nō habant, quos cum illius uirtute cōponant. Ex quo fit, ut utrorumq; iudicio meritò palmā ferat. Quare cū poſt nauale prœlium eſſent oēs in Iſthmum collecti, & ex ara Neptuni de principatu ſententiam ferrēt, quāuis in ea liceat aliquā ingrati animi turpitudinem Græcorū accuſare, poſſumus tn̄ de cetero gratum animū laudare, ac pro Themiſtocle ſuſcipere. Cū em̄ ſeipſum quiſq; primo poſuiſſet loco, ſecundū oēs pronunciarunt Themiſtoclē. Ergo de principatu ſententia ex eo, q̃d eſt omnib. in natura ſitum, ut neminem quis magis, q̄ ſe, diligat, ꝓueniebat, ideoq; nec momētum habebat ullum, nec erat uenia indigna. uerū quā de ſecundis ferebant partibus, ea ueritatis erat illuſtre teſtimonium, nec eos aliter cenſere poſſe oſtendebat. Quapropter ſi p̄dictum fuiſſet initio, ne q̄s ſibi palmā tribueret, oēs erant Themiſtoclē pronunciaturi, quē quidem omnib. alijs p̄ferebant ſinguli: nec aliter primus, ac tum ſecundus, fuiſſet. Similiter & nunc, poſtquā eum ſecūdo poſuerunt loco, perinde fecerunt, ac ſi primo poſuiſſent. Veruntamen ne ſic quidem inferiores tulit potius, quā utroq; uicit. Nam prima quidem erat à ueritate & à ſeipſo conſecutus, quandoquidem idē, quod alij, ſolus iuſtè fecerat; ſecunda uerò iam ei conceſſa fuerant: ſic ut omni ratione primus eſſet. Cum autem Græci ſoluto conuentu, poſtquam euentum rei uiderāt, diſceſſiſſent, ac ſeſe ipſi, quòd nō ſimpliciter

[x] ἣν pro ὧν.

pliciter nec ciuiliter ſe gererent, nec illa iuſtè cenſuiſſent, neq́ gratia magis uel beneuolentia ducti, quã extrema preſsi neceſsitate, probè coarguiſſent; ita contempſit omnia, ut in præſentia quidem nihil curarit, rebus autem compoſitis Lacedæmonẽ quaſi data opera uenerit. uſq́ eò facilibus erat moribus, ac re uera miniſter. At Lacedæmonij non ſunt ad eius aduentum morati, quin & præſentem honore eo, q̃ neminem regum ſuorum, afficerẽt, & diſcedentem trecentis delectis iuuenibus ad fines Laconicæ, quod nemini Græcorum nec Barbarorum uel antè uel pòſt contigit, deducerent. tanto reliquos interuallo uidebatur ipſis ſuperare Themiſtocles. Ergo quem præſtantiſſimi rebus in terrenis Græcorum ad fines uſq́ ſuæ regionis deducere non erubuerunt, eum nos militum cauſa uituperabimus? nec eũ laudare dignabimur, quem, qui hoſtes eſſe uidebãtur, etiam inuiti, quibus adhuc neminem, ſunt honorib. proſecuti? Cum autem tria ſint, è quibus conſiderari Themiſtocles queat, tempora, primum in ſingulis atq́ optimum ſe præbuit. Etenim ante barbarorum aduentũ ciuitates in concordiam redegit, & ciues Athenienſes à criminibus abſoluit. Deinde cum inſtarent pericula, nec cũ Lacedæmonijs[y] diſceptauit, & hoſtes ſolus[z] eiecit. Rebus deniq́ cõpoſitis, cum Lacedæmonij ciuitates eas, quæ cum hoſtibus ſe cõiunxerant, de fœdere uellent tollere, contradixit ac prohibuit, quòd exiſtimaret id perinde futurum, quaſi à ſeipſa Græcia de fœdere tolleretur, ſiquidem plura q̃ triginta oppida fuerant eam calamitatem ſubitura. Quocirca putabat indecorum fore, ſi Græcia, quæ tam ſplendida fuiſſet uſa fortuna, hoſtesq́ deuiciſſet, tanta ſui parte minor fieret. Quomodo melior, obſecro, uel in Rep. adminiſtranda prudentior eſſe potuit? Et quoniam poſteriores quoq́ clades eius recenſere poſſem, ac quomodo totum negocium fuerit confectum, qualemq́ in his ille ſe præbuerit, declarare; uellem equidem eam nobis ab oratione afferri neceſſitatem, ut etiam de his eſſet dicendum. nam ea nec leuiora, ni fallor, nec minora forent ijs, quæ iam relata ſunt. uerum quoniã & argumentũ ſuperat, & nimium creſcit oratio, omittam ea, & hoc tantũ hac etiã de re addã, eum, poſtquã contra Græciam fuit militandũ, mori maluiſſe: qua quidem re cum crimen omne diſſoluit, tũ oſtendit manifeſtè, quãti priores geſtas res & Reip. adminiſtrationem faceret, nec unquã ſe ſciẽtẽ quicquã uirtute & officio prius habiturũ, nõ diuitias, nõ liberos, nõ ſpem, non ipſam ſalutem. Ergo nos ea, quibus ille ne quid indignum committeret, moriendum ſibi putauit, calumniabimur? & miniſtrũ uocabimus, qui nec Athenienſib. unquã ulla in re miniſtrauit, & ne Regi miniſtraret, hæc in ſe conſuluit? Turpe uerò ſit atq́ abſurdum, ſi nec uitam eius nec mortẽ reueriti, tam facilè de eo malè loquamur. Atque exiſtimo equidem & ſacerdotes, & quiſquis alius Athenis preces faciebat, meritò tum quidem publicè quotannis hoc fuiſſẽ

[y] οὐ διελέχθη pro οὐδ' ἠνέχθη.
[z] ἐξέωσεν pro ἐξέωσαν.

inter alia oraturos, ut aliquis apud ipſos Themiſtocli ſimilis naſceretur, & inter ceterum prouentum hoc etiam bonum terra produceret. nec enim minorem uidētur mihi fructum fuiſſe percepturi, q̄ ſi omnia cum centeſimo, uel etiam maiore fenore regio protuliſſet. Ac puderet me propemodum, cum tot ac talia dixerim, teſtes inſuper adhibere, niſi unius eſſet aliquod momentum teſtimonij, quod proferendum cenſeo. Videamus ergo, quid Æſchines, Socratis ſodalis, Platonis autem condiſcipulus, de Themiſtocle dixerit. *Quoniam igitur Themiſtoclis auſus es uitam carpere, uide, qualem adoriaris uirum. Itaq; cogita, unde Sol oriatur, atq; ubi occidat. Non eſt, inquit, hoc difficile, Socrates, cognoſcere. Non igitur aliquando tibi in mentem venit, regioni tantæ, quantā Sol perambulat, quæ Aſia dicitur, unum imperare virum? Nempe regem magnū, inquit. Is igitur, ut noſti, contra nos & Lacedæmonios exercitum duxit, quod putaret facile ſe, cum has vrbes duas ſubuertiſſet, reliquos eſſe Græcos ſubiugaturū; & eum Athenienſibus metum attulit, ut relicta patria, Salaminam fugerent, & Themiſtoclem, quem ducē crearant, iuberent de ſe, quod vellet, ſtatuere. Quare quod ille pro ipſis conſilium caperet, in eo maximam Athenienſes ſpem ponebant ſalutis ſuæ. Nec verò Themiſtocles, quamuis videret Græcos nauibus, militibus, pecunia multum inferiores eſſe, Regem ſuperiorem; de re tota deſperauit, cū ſciret fore vt, niſi conſilium ipſis ſuppeteret ſuum, reliqua tanta non eſſent admodum profutura; nec ignoraret eorum ferè res ſuccedere felicius, quorum præfecti ſint virtutis ſtudioſiores. Quamobrem Rex etiam cū ſe imbecilliorem factum agnouit, quo die in virum ſe ſtudioſiorem incidit. At hic tam facile res illius tantas tractauit, vt, poſtquā nauali illum prælio ſuperaſſet, pontem, quem Rex conſtrauerat, diſſoluendum ſuadere voluerit. Ut autem non potuit, Regi contraria ſignificauit eorum, quæ fuerāt à ciuitate decreta; ſe videlicet Athenienſibus pontem ſoluere volentibus reſiſtere, qui Regis ac ſuorum ſalutis eſſet ſtudioſus. Quocirca non nos modo cum reliquis Græcis autorem ſalutis cēſemus Themiſtoclem, verùm & Rex ipſe, qui fuit ab illo ſuperatus, ab hoc vno ſeruatum ſe credidit. tantum hic illi prudentia præſtabat. Quare cum aliquando eſſet ex Urbe expulſus, gratias ei, ceu conſeruatori ſuo, retulit, & cum alia multa dona, tum Magneſiæ totius imperium dedit: ſic vt exul eſſet meliore, quàm Athenis ciues pleriq;, qui probi videbantur, conditione. Quis igitur illo tempore potentiſſimus fuiſſe dicatur alius, quā Themiſtocles, qui regem ab ortu ad occaſum Solis imperantem Græcorum dux deuicerit. Hoc igitur,ᵃ inquiebam, cogita Alcibiade, illi, qui talis eſſet, ſcientiam talem non ſuffeciſſe, ne eijceretur, & à ſuis ignominia notaretur. Quid ergo plebeiis hominibus, & qui nullam ſui curā gerūt, putas accidere? Nonne mirum ſit, ſi vel paruas res poſſunt rectè gerere? Neq; verò dicas me, inquam, fortunam ac res diuinas contemnere, ſi illum res omnes, quas geſſit, ſcientiæ, non fortunæ opera perfeciſſe credam. Multò enim facilius ego tibi aduerſarios meos impios eſſe, quā illi me poſſint oſtendere, qui fortunam putant ex æquo probis & improbis fauere, nec optimos quoſq;, cū ſint pietatis pleniores, deos magis propitios experiri.*

Verba Socratis in dialogo quodam Aeſchinis.

a ἐνθυμοῦ τὸν ἐςίω pro ἐνθυμοῦ τοίνυν ἔφην.

experiri. Cum igitur idem Socrates & heic & ibi loquatur, in Platone tamen miniſtrum uocat, ac famulum, & inter adulatores ponit; heic uerò Græcorum uult optimum haberi, & ſcientiam cunctis rebus ab eo geſtis tribuit, nec fortunæ quicquam concedit potius, quàm illius prudentiæ cuncta. Sed ego appendicem hanc non recipio, fortunámque rebus omnibus præclaris eſſe ducem cenſeo; hæc autem cum illis pugnare conuinco. Etenim ſi hęc omnia, uerba ſunt utrinque prolata, & argumento, quod quis ſumſerit, eſt in reliquis ſatisfaciendum; ſit ita, nec amplius quicquam quærimus: noſtra certè cauſa ſic quoque manet integra. ſin dicuntur ſeriò, ac ueritatis continent ſententiam; utris erit, quando hæc cum illis pugnant, credendum? Atqui ut Æſchinem cum Platone nolim comparare, nec ea de re contendere, uerùm hoc iudicium ſophiſtis ineptis malim relinquere; ita quò maior eſt ac doctior Plato, hoc magis illa pro Themiſtocle credi aio debere. Nā hic quidem quæ audiuit, uel his certè proxima uidetur tradere: ille autē ingenio utitur ſuo, quemadmodum & alia multa ſub nomine Socratis tractat, de quibus nihil eum fatetur diſputaſſe; ac rectè quidem & iuſtè facit, dum præceptorem ſtudet ornare, niſi quòd nec alios, qui non merebantur, inſuper dedecorare uelle debebat. Atque hæc quidē ferè ſunt, quæ de Viris erant dicēda, ſicut nec ea, quę dici oportebat, omitteremus, nec omnia ſingillatim putaremus eſſe referenda, ne cui ineptire uideremur. Sed offenſionibus populi nititur, quaſi ipſi, quoniam nonnulli minus rectè de illis ſtatuerint, peiores habēdi ſint, aut cum alij quidam in eos peccauerint, nec nos à conuicijs abſtinere debeamus. Ego uerò ne alium quidem unquam id uellem obijcere, nedum Platonem, ſed huius meminiſſe, num ego, ſi quis iniuſtè mihi malam feriat, ideo ſim deterior. Nam ut aliquis exulet, opibus aut uita multetur, aut aliud patiatur quid tale, id in fortunæ conſiſtit arbitrio: at ſermones ipſorum & adminiſtrationis rationem æquum eſt inſpicere; quę quomodo meritò poſſim accuſare, equidem nō uideo. At enim non debebant, inquit, à quibus erant inſtituti, in eos peccare, nec ijs, per quæ meliores erant redditi, iniquum quicquam ſtatuere. Ego uerò non eos, quatenus erant meliores redditi, peccaſſe dixerim potius quàm quòd illis per omnia ſimiles effici non potuerāt. id autem utriſque facilè ignoſci poſſe uideo. Etenim nec, quòd non prorſus inſontes extiterint, præſertim cum populus eſſent, nec quòd non omnes inſontes reddiderint, in magno quiſquam crimine poſuerit. Nam ſi ne unus quidem homo facilè poteſt ſemper culpa uacare, aut potius non poteſt; quid ciuitatem tantam poſſe cenſeamus? Quinimo cum etiam ipſis, qui peccauerūt, meritò uenia tribuatur, mirum erit, ſi illis, qui eos ad optima quæque duxerant, & quibus, cū peccarent, non obtemperauerant, negabitur. Iam Plato nihil eorum, quæ ex illorum conſilio rectè geſſerunt, conſiderari permittit; quæ autē in illos ipſos

Illa) quæ ſunt Aeſchinis.

peccauerant, in ijs tantum ab illorum uoluntate receſſerunt, ut ea culpentur. & fructus quidem eos, quos ex illorum inſtitutione perceperant, tranſilit; quæ aũt nõ tam ex inſtitutione prodierant, ꝗ̃ ex humana natura ſuperfuerant, hęc illis tribuit, qui, ne quid hi peccarent, omnem lapidem mouerant: uelut ſi quis literatores, qui pueros litteras docent, & quantũ poſſunt, ſcribere, in cauſa fuiſſe diceret, ſi quid minus rectè poſtea per ſe ſcriberẽt. Atqui hæc nõ ijs, quæ docuerat præceptor, aut didicerant diſcipuli, erant tribuenda, cũ ille eos rectè ſcribere docuerit, & quicquid illi retinuerunt, ex ipſius diſciplina retinuerint, hæc autem ipſorum ſint peccata, quę uel inopia diſciplinæ, uel ignauia, uel alio quouis pacto ſint commiſſa, niſi quòd nõ per ipſum, nec per ipſius operam, non magis ꝗ̃, qui cibo indigent, eorum opera, qui eum præbent, egent. uerùm hęc omnia ſunt inopiæ uitia, non copiæ, nec fructus quondam percepti. Itaqꝫ ſi quidem aliquid Athenienſes illi malè docuerunt, id proferatur, nec eos ulla ratio, quo minus improbi cenſeantur, excuſabit. quod ſi non cunctos docuerunt, nec accuratiſſimè, necꝫ ut uolebant maximè; cur id, quod effugit, ad ipſorum quis magiſtratum referat? Nec enim hunc fructum ex illorũ conſuetudine perceperant potius, ꝗ̃ non iam id illis pòterant acceptum ferre. Quocirca nõ quia illos attendebãt, peccabant, ſed quia non attendebant. uſqꝫ eo illa, quæ perſuadebantur, rectè illi ſuadebant. Ergo Muſicam quidem & Geometriam, & artes alias, etiam admodum uiles, non omnes, qui ad præceptores itant, addiſcũt, ſed ex multis ualdè pauci; nec in his perfectionem ſummam à præceptore quiſquam requirit, nec, ſi diſcipulus non rectè agat omnia, nec doctori ſit ſimilis, ob id præceptor uel artem ignorare, uel ultro ſupprimere, uel denicꝫ iniquè agere dicitur, cum Homeri dictum, quod ad pueros refertur, etiam in his ualere ſciamus:

Odyſſ. β.

Nam pauci, inquit, *ſimiles nati euaſere parenti,*
Peiores pleriq; patre, at pauci meliores;

atqꝫ ex diſcipulis alius euadit ſimilis, alius diſſimilis, hic peior, ille melior, atqꝫ ita cum in ætatibus, tum in artibus accidere nouimus: ciuilem uerò ſcientiam niſi Athenienſes omnes docuerint Themiſtocles, Pericles, Miltiades, & Cimon, atqꝫ cunctos ex ordine rributim ac uiritim meliores reddiderint, ſcientia quaſi theatrali pecunia diſtributa, ne ipſos quidẽ ea in re excelluiſſe dicemus? Figulum non accuſas, qui non cunctos fictores reddiderit; Græcorum principes accuſas, quoniam non cũctos ſibi ſimiles effecerunt; nec illud Protagoræ tui tibi ſufficit, ſi uulgus uel ex parte aliqua ad uirtutem perduxerunt; uerũ niſi omnia quàm rectiſſimè populus, & quaſi uir unus adminiſtrauit, id iam præfectis imputas. Enimuerò nec medicos uideo, quãuis excellentes eſſe uideantur, ſic prorſus morbos tollere, ut ne ueſtigium quidem in corpore remaneat, uerùm & antiquam carnem ſæ-

In Protag.

pius

pius relinquere,& mitigationē in locupleti beneficio ponere, nec ullis remedijs naturam ſuperare poſſe, quin, ut unum ſanent morbum, ita pòſt alterum ſuboriri non impediant. Nec enim ſemper ars ſufficit, uerùm uincit natura. Num ergo mirum erit, ſi nec illi, cum multa bona docuiſſent Athenienſes, ac noxas multas impediuiſſent, ſemper eos cohibere potuerunt, neq; morbos inmortales curarunt, ſed à populi natura, ſiue potius communi humana, ſunt uicti, nec iniquitatem prorſus è ciuitate potuerunt extirpare, quemadmodum cum agricolæ quotannis agri detrimenta excindunt, nec per totum ſemē penetrant. hoc modo ſi & illos, cum ciuitatem purgare uellēt, neceſſarium iniuſtitiæ atq; ingrati animi ſemen effugit, & remanſit, nec ipſis obtemperarunt omnia, quin etiam per ſe populus nonnulla ſtatueret; cur hæc improbitatem Viris adferant, aut ipſis imputentur aliena, quaſi quis exorta ſeditione, & his meliori parti præpoſitis, tum aliorum in hos peccata his ipſis tribueret. quomodo autem ſit ęquū, qui nec ea fecerint, & inſuper prohibere uoluerint. Quinimo non ipſi accuſandi, ſed pro ipſis accuſandum erat. Iam hoc conſidero, me crimina hæc in uſum Platonis ipſius diluere, & quales ipſe cōtra ſe in his criminibus anſas præbeat, ſi quis eum uelit imitari. Etenim ſi, quemadmodum Proteſilaum ferunt inferis exoratis ad ſuperos redijſſe, aut etiam ut comicus quidam præſides quatuor, inter quos etiā ſunt ex his duo, ab inferis reuerſos produxit, ita quatuor hi, de q̄bus nunc agitur, uitam impetrarēt, ut cum Platone diem duntaxat unum colloquerentur; ac tum Pericle præfecto, uel potius Themiſtocle, qui frontem oratorum occupant, ſic dicerēt. neq; uerò debet mihi quiſquam acerbitatem reſpōſionis imputare. nam nec adferetur quicquā tale, uerùm, quantum poterit, rem mitigabimus, & illorum cenſendi ſunt eſſe, non mei ſermones. ſcabētem uerò rurſum ſcabere uel aſinis permittit prouerbium. Periclem autem Homeridę cum leonibus potius, quàm cum aſinis cōpararent. itaq; tantum ei poterit libertatis concedi, ut commodè queat oſtendere, ſi Platonem nemo condemnare dignetur, [b] eadem ratione nec ſe debere. Sin aliquis Platonis cauſa indignabitur, contra propemodum, q̄ uolet, faciet. Nā cum Platonem dicet calumnia uexari, tum Platonis confirmabit calumniā. Quod ſi nec eos, quorum eſt fama læſa, iiſdem putabit anſis uti debere, idq; non ad maledicendum uiciſſim, ſed ut ſe per alios abſoluant; quomodo eum probabit, qui prior nulla coactus neceſſitate maledixit, ut illos peiores uideri curaret? Hæc igitur ut exiſtimo, dicent, aut potius dicerent: Quanquam nos, Plato, multis à te cōuicijs laceſſiti ſumus, non tamen eadem tibi referemus, neq; maledicemus, uerùm etiam principem te Græcorum & optimum cenſemus, atq; Vrbi, non tibi duntaxat, ortum tuum gratulamur. Omnino autem quælibet Reip. noſtræ commoda ſemper in noſtro ipſorum lucro

[b] εἰ μηδ᾽ ἐκεῖνον ἐκ τῶν αὐτῶν τρόπων.

poſuimus. Maximum uerò cõmodum in prouentu bonorum uirorum conſiſtit; in quorum numero nos quoq; quondam recenſebamur, uerùm tu id non permittis. Et quoniam cum Mithæco nos cõfers, qui Siculam coquendi artẽ conſcripſit, eam te melius, q̃ nos, ſcire conuenit. Neq; enim nos de ſcriptis iſtis quicq̃ cognouimus, nec in Sicilia frequẽter uerſati ſumus. uerùm quemadmodum tu per ſtudia philoſophica uacabas à ciuilibus negocijs, ita nobis per ſtudia ciuilia nihil iſtarum rerum diſcere licuit. tu uerò tales in homines ac libros incidere potuiſti, ſi non ultro, ſaltem inuitus, ſicut & alia forte multa uolens nolens experiri, quippe qui ſæpius per Siculum mare nauigaris. Age uerò per ipſam Siculã menſam, ſiue Mithæcus eam, ſiue quis apponebat alius, quod habes noſtræ improbitatis indiciũ? Quoniam Athenienſes cunctos iuſtos non reddidimus? Tu autem Dionyſium reddidiſti meliorem, ſiue Hermocratis F. ſiue Dionyſij? nam cum utroq; uerſatus es. quem ex conſuetudine tua fructum retulerunt? Atqui diſputabas cum illis nimirum de iuſtitia, de lege, de Rep. & æqualitatem Geometricam etiam apud illos prædicabas, ipſiq; tanto tenebantur audiendi ſtudio, ut etiam te reuocarent, nec tu labori ulli peperciſti, quo per illos aliqua felicitate fruerentur ciuitates. Enimuero neſciebas te his prouerbijs omnibus teneri; in igne nere, lapidem coquere, ſaxa ſeminare. Quid enim illi ex admonitionibus tuis ac ſermonibus lucrati ſunt? quam rem uel diuinam uel humanam poſt eum diem, quo tibi aures præbuerant, rectius adminiſtrarunt? qua priorum delictorum pœnitentia ducti ſunt? quo Philoſophiæ ſtudio, reliquis omiſſis, cõmoti? quid uel in urbe uel extra urbem rectius ſe habuit? quis uel Gelous, uel Leontinus, uel aliorũ in Sicilia Græcorum aliquis illos bonos ac iuſtos per te tuoſq; ſermones eſt expertus? aut ſi nullus Græcorum, quis Barbarorũ? quibuſnám Siculis meliores ſe præbuerunt? at ſi nullis Siculis, cum quibuſnám ex Italia Barbaris uel Gręcis melius, q̃ prius, egerũt? ad quid eos, uel apud quos homines tua Reſp. meliores effecit? cui Carthaginenſi, ſi Græcum nominare neſcis, aut alij ex Africa barbaro Tyrannus uiſus eſt uirtutem colere, poſtq̃ Platonica didicit dogmata, ſiue ſeniorem dicas, ſiue iuniorem. Iam ſi principum delicta ſunt conſiliarijs tribuenda, cur nos potius, inquiẽt, q̃ teipſum accuſas? quoniam illorum crimen etiam tibi conuenit. Sin hæc nihil ad te pertinere dices, eodem pacto nos quoq;, ſi quid Athenienſes forte præter uoluntatem noſtram egerint, abſolues. Neq; uerò hęc, ut arbitror, illis ſufficient, ſed etiam hæc uerba iam libentiſſimè adiecerint: Quoniam igitur hoc utriſq; contigit, ut ad conſiliarij arbitrium non ſint geſta omnia, utri noſtrum initio meliorem ac iuſtiorẽ dicẽtur rem aggreſſi? utrum qui tyrannum uoluit inſtituere, ac tam procul à patria nauigauit; an qui ciuibus ſuis optima quæq; ſuadere ſtuduerunt, & eorum

rum res, quoad poterant, feliciores reddere? Quid ad hæc reſpondes, Plato, inquiens; & quoniam nō prorſus, quod uolebamus, obtinuimus, utris primum propoſitum magis ſucceſſit, atq; utri longius progreſſi ſunt? Num tu meliores tyrannos, quàm nos Athenienſes, reddidiſti? At illi cuncta ferè, paucis exceptis, peccarunt; noſtri cuncta, paucis exceptis, omnium optimè geſſerunt. tāto noſtros nos, quā tu tuos, meliores effecimus. Quod ſi horum indolem dices meliorē fuiſſe, hac quoq; in re noſtrā declaras prudentiā, qui ſpem in his aliquam poſuerimus, cum tu toto erraueris cælo, quando cum illis utiliter te diſputaturū credidiſti. Deinde ſicut ea, in quibus alios uicerunt, indoli tribuis; ſic etiam, ſi quid tibi ſatis temerè uidentur egiſſe, hoc eidē indoli imputa, [c] neq; cum, quæ nobis imperantibus geſſerunt, ea noſtro conſilio detrahis, quæ per ſe in nos peccarunt, ea noſtræ iniquitati aſſcribe. Vt enim illarum rerum nos quoq; autores fuimus, ita harum nequaquam; uerum ea cum Sophocle, c ἃ μὲν λάμβανε φέρμας additur.

Perpeſſa potius quàm peracta dixeris. Oedipo Colon.

Iam ſi offenſio & clades accepta uitij prębet argumentum, & reprehēſionem iuſtam habet; noſtram ſimul ac tuam fortunam conſidera. Quem tu fructum ex tyrānorum inſtitutione percepiſti? Quinimo nec tu, credo, Polycrates aliquis, quod ad externā fortunam attinet, eras. Ita primùm concluſus præter omnem ſpem ac dignitatem tuam alebaris; ac niſi te Italicus quidā Pythagoricus impetraſſet, quemadmodum tu Prytanem ais, cum noſtrum quidam foret in barathrum protrudendus, prohibuiſſe, ipſe quoq; fortaſſis in lapicidinas fuiſſes proiectus, aut ſecundo ſaltem Quidam) Archytas.

Non euaſiſſes undæ Stygis alta fluenta

freti, uerùm in Sicilia mortuus ibidem fuiſſes. Nunc uerò Archytas id ꝓhibuit, atq; eum Dionyſius, poſtquam legatos ad ipſum miſiſſet, reueritus eſt, & gratiam fecit, cum Platonem, quo cum uerſabatur, cuiuſq; præclaros illos & graues ſermones audierat, non uerebatur, ſed tātum aberat, ut eum honoraret aut auſcultaret, ut, ne uocem tuā audiret, inſtar exulis alicuius uilis captiuum te detinuerit. Ac tum, ꝙ tu de Cimone dixeras, noluiſſe uocem eius Athenienſes audire, in te conueniebat, quandoquidem nec te uolebat audire Dionyſius, niſi quòd non eratis pari conditione. Etenim illum Athenienſes abegerūt, ne per annos decem audirent: tibi nec hoc ipſum licebat, ut diſceres, quāuis admodū cupiebas & ſtudebas, nec iniuria, ut arbitror. uerū hæc erat grauis calamitas, quòd diſcedere nō poteras, & manebas coactus, ac propemodum affixus. Poſtea te uir amiciſſimus Pollidi Spartano tradidit; nec in hac ſubſtitit contumelia, ſed uendi te iuſſit, uendi, prò dolor, Græcorum optimum, inſtar mancipij uenalis. Nobis quidem uiuis, ac ſaluis triremibus, nunquam hoc impius ille fuiſſet auſus. Veruntamen hoc iubebat, & Platonem

Pollis è Sicilia educebat, ac Dionyſium uel abſentē uerebatur, & eius mandata in animo conſeruabat; te, quem uidebat & alloquebaſ, nihili faciebat, ſic ut admirabilis tua perſuadēdi uis imperio Dionyſii cederet; & illi Pollis, quamuis talia præceperat, operam ſuam nauabat, tibi nullam, etſi Spartanus erat, & in ea nutritus Rep. cui tu ſecundas inter omnes, uel primas potius tribuis. itaq; fruſtra uidebaris urbem Spartanam tot illis laudib. exornaſſe. Quocirca Laconicæ quondam claſſis præfectus tantum in dignitatem tuam peccauit, quantum nec Perſarum quiſquam nec Scytharum, qui uocem tuam prorſus [d] intelligere non poterant. Atqui ſi quidem uolebas eum melius aliquid in te, quā Dionyſium, conſulere, nec ille te attendebat, uerū abſentis, & qui turpiſſima præceperat, totus erat; multum à Tyranno uincebaris, nec iure [e] cuiq; potes obijcere, ſi quid minus alicui perſuadere potuit: ſin tu quidem fortunam præſentem æquo ferebas animo, ille uero ſilentium tuum non uerebatur, nec ſermone quouis potentius ad conueniens conſilium de te capiendum iudicabat; quomodo ius tuum cōſequebaris, aut ingenij tui, quem meritus eras, fructum capiebas? At nō ideo tu peior, ſi Pollis ac Dionyſius delirarūt: neq; nos, bone uir, ſi quis erga nos Atheniēſis improbus extitit. Pollis deinde eo progreſſus eſt, atq; ita ſtuduit, cum de tali uiro, qualem ne ſomniarat quidem, ſtatuendi poteſtatem nactus eſſet, magnum quiddam & humanitate plenum decernere uideri, ut in Æginam, in quam Athenienſes ſine capitis periculo uenire non poterant, delatū te exponeret. Atq; heic rurſum Themiſtoclis aduerſam, ſeu potius ſecundam ſubibas fortunam. Nam & ille in Moloſſiam ad hoſtem Admetum cum ueniſſet, per eum ſeruatus fuit, & tibi inter publicos patriæ tuæ hoſtes deprehendi contigit. Ac ſi non hi Tyranno & miniſtro meliores extitiſſent, ac Platonis philoſophiam atq; famam iure reueriti fuiſſent, ibidem eſſes interemtus, inſula commutata, in ueſtibulo patriæ, non in Sicilia; atq; hoc erat lucrū tuum futurū. Spartanus autem ſocius probus ne tum quidem Dionyſii fuit oblitus, ſed uendidit caput ſacrum; atq; eo uendente, Græcorum quidem te nullus redemit (uſq; eo cuncti tua tenebantur eloquentia) uerū Afer q̃dam, Annicerus nomine, quem nemo, niſi tua clade fuiſſet abuſus, unquam nouerat. Nunc uerò non Platonem, ſed famam & celebritatem ſibi comparauit. Ac tum Dio mirificè fuit humanus, atq; Afro precium, quanti fueras, miſit. Veruntamen nec ille fuit à Dione ſuperatus, ſed gratis te dimiſit, quem nunquam nec uiderat uſquam terrarum uel maris, neq; fuerat allocutus. Itaque cum domum ueniſſes, & inſtar Vlyſſis cuiuſdam non mortes tantum, ſed & ſeruitutem effugiſſes, ac tam manifeſtè in aliorum improbitatem atq; humanitatem incidiſſes, aliquandiu quidem quieſcebas; at poſtquam priore Dionyſio mortuo, illius F. Dionyſius regno occupato, rurſum te in celeberri-

[d] συνιέναι pro συνεῖναι.

[e] deest τὶς ante τινὶ O.

celeberrimam uocaſſet Siciliã, quaſi inter cetera, quæ à patre acceperat, iniuriam quoq; in te exercẽdam accepiſſet, ac tui quoq; dominij, uelut Syracuſanorum & aliorum Siculorũ, hereditatẽ creuiſſet, naue conſcenſa diſceſſiſti. Quid aũt rurſum conſecutus fueris, non ignoras: ſiquidem nec ea, quorum cauſa ſolueras, effeciſti, multaq; ac uaria, quæq; quemuis potius q̃ te decebant, perpeſſus es, & hoc tantum habuiſti boni, ſi dicendum eſt, [f] quòd Philoxeni dithyramborũ poetæ fortunã non ſubijſti; quanquã aliter longè, q̃ ille, habebas, ne forte nos rationes tuas putes ignorare, aut falſas credere, cum negas uirum meliorem à peiore poſſe iniuria affici uel lædi. Quæ cũ ſciamus, & uerè dici teſtemur, ille tamen magnus amator tuus nihil petulantiæ nec cõtumeliæ reliquum fecit; & quãuis tu nullam patereris iniuriam, ille nihilominus ea potius, quibus iniuriam, quã quibus honorem tibi deferre ſe putaret, faciebat. Veruntamen ne tum quidem cõtractam cum illo familiaritatem, & nauigationẽ diſſoluiſti, uerũ cum ita præter ſpem ac dignitatem dimiſſus eſſes, & magna cum uolupta te domum ſaluus redijſſes, tantum à dando reliquis conſilio abſtiuiſti, ut ne tibi quidem ipſi de reliquo conſiliũ ſuppeditare potueris. Quin cum prouerbium & Homerus dicant,

—factum potuit cognoſcere ſtultus: tu Græcorum ſapientiſſimus ne ſic quidem cauere tibi potuiſti, quo minus iterum te Dionyſius humana ſpe allectum caperet, ac rurſum tyrannidis experireris incommoda, cum tertiò nauigaſſes, quemadmodum luctãtur pugiles, & cũ bis in eundem, tum tertiò prorſus in tyrannum & familiã tyrannicam impegiſſes. Quo fit, ut nec ipſe uento ſecundo ubiq; ſis uſus. Cur ergo fortunam nobis obijcis, quam es ipſe talem expertus? uelut ſi Menelao Vlyſſes errorem exprobraret. Heus tu, nec ego cũ omnibus [g] redij, ſed pluribus quàm tu, & citius quàm tu, nec æquali nauigatione; neq; inanem ſumſi laborem, quemadmodum tu cum in Sicilia iuxta Cyclopem ſederes. Quocirca noli, admirande Plato, utrunq; trãsfigere, idq; alterum amicũ, hoſtem alterũ; uerũ teipſum & hos pete, quos potius debebas pro amicis habere. Alioqui non tam quid accuſes, quàm quid prius excuſes, uidendum tibi fuerit; ſiquidẽ tua quoq; tanta ſunt. Quid quod, cum tu dithyrambicos poetas ridẽdos cenſeas, quippe qui uoluptati duntaxat & gratiæ captandæ ſtudeant, Philoxenum tamen Cytherium non potuit iterum Dionyſius in poteſtatẽ ſuam recipere, uerũ ille audacter eum plorare per litteras iuſſit; tui uerò ſecũdò ac tertiò poſt illa prima colloquia cõpos eſt factus. Dices, honeſtum te habere prætextum, cum hæc omnia Dionis cauſa dicas ac facias, & rectè tu quidem dicis ac facis. Iam noſtrum quoq; conſidera prætextũ, qui ſi minus honeſtus uidebitur, aut nos paruis de rebus contendiſſe deprehendemur, punge nos, ac Dionyſiũ te pro Platone nobis exhibe. Sin, quẽadmodũ tu Dionis cauſa,

[f] deest ἴσως ante ἡ.

Iliad. ρ initio.

[g] ἧκον pro ἵκον.

In Gorgia.

& eius, quod tibi cũ illo intercedebat, hoſpitij & amicitiæ iuris hæc omnia perpeſſus es, ita nos pro cõmunib. patriæ focis, fœderibus, ac iuribus quiduis facere, dicere, pati partim pro Vrbe, partim etiã pro Græcis ſuſtinuimus, cũ cuncta Iouis cognomina, & aliorum deorũ omnium appellationes atq; honores, tum heroas & maiores cõmunes, atq; inſuper præteriti temporis memoriã, & futuri ſæculi famã, omniaq;, quæcũq; inter oẽs Græcos & Barbaros habentur maxima, reueriti; cur tu, ſi quid ex his præter ſententiã ſucceſſit, q̃ tua nõ ſunt, accuſas? Quin, ſi hoc etiã addendũ eſt, nos ſi quid offendimus, nõ niſi re, q̃ moliebamur, peracta; tu mox initio offendiſti. Quapropter ſi difficultas oblata probrũ & reprehenſionẽ conſultori cõciliat, ea tibi non minor, q̃ nobis, accidit, ut omittam, ꝙ nihil rerum tuarũ perfeceris: ſin ipſum per ſe conſiderandum eſt cõſilium, nec tuum culpari iure poteſt, nec etiã eadem de cauſa noſtrum; quo accedit, ꝙ uoti cõpotes facti ſumus, & hæc tum tuis ſtudijs, tum noſtris offenſis ſunt maiora. Quare cum tu nos redarguere ſtudes, teipſum quoq; refellis: nos, dum nobis ſuppetias ferimus, tuã quoq; rem agimus. Quini mo tua defenſio nobis quoq; cõuenit; uerũ tibi non tot, quot nobis, ſunt adiumenta. Itaq; ut nobis quis parcat, incertũ ſit, an & tibi: ſin te condemnet, nobis fortaſſe ueniã dabit. Quod ſi nec nobis parcat, nihil erit tibi ſperandum. uſq; eo noſtra uictoria cedit in tuũ cõmodũ.

Quapropter etiam tua require, non mea;

inquit ad quendam Teucer, nec omnia conare curioſe ſcrutari, neq; cum tria ſint conſiderãda, animus, facta, fortuna, duobus omiſſis, [a] arripere tertium, cuius item pars maxima nobiſcũ faciat. Etenim ſi his initio relictis pro Græcia nos deuouere debuiſſemus, non eramus recuſaturi, neq; Codro tantum ceſſuri: atq; ad id tu, credo, adhortatus eſſes. Age uerò, utrum hoc maluiſſes, ut nihil à nobis unquã geſtum fuiſſet, [b] nec in nos ciuium quiſquã peccaſſet (itaq; tam in nos, quã in illos, erant alij peccaturi) an ut hæc quoq;, ſi fuerat opus, quo fierent illa, contigiſſent? hæc, arbitror, malles. Ergo cum utrunq; te, q̃ neutrum, malle dicis; cũ omnia, quæ requirebantur, in adminiſtrationẽ noſtram incidiſſe confiteris, tum plura Vrbi, de quibus glorietur, q̃ ob quæ reprehendatur, ſuppetere. Quin ergo laudas potius q̃ uituperas? Etenim ſi apud eos ipſos, qui in nos peccarunt, recta cõſilia factaq; pluris cẽſentur, nec iniuria quis hoc illis condonet; cur nos omni crimine liberari non ſit æquum, qui nec culpam ſuſtinemus ullã, & laudem, ſi uerũ uis fateri, meriti ſumus maximã. Atq; alia quidem plura, de q̃bus nos iactare poſſimus, omittimus. uerũ ut cognoſcas, quantum ſit in nobis æquitatis, quantumq; ab omni præſtantiæ ſtudio abſimus, omnia ponantur cõmunia, tolle ſuperiores cunctas, ſi uidet, appendices, pari iure cõciliemur (neq; nos omnino pactorum ſumus imperiti) ut nec tu clades noſtras memores, nec nos tuas tibi narremus.

Quendam) Agamemnonem, in Aiace Sophoclis

[a] λαμβάνειν pro λαμβάνων.

[b] μήτ' εἰς pro μήτις.

narremus. Nihil eſt enim medium; ſed uel nos tecum his capi oportet, uel te ſimul & nos inſontes dimitti, atq; ea, quæ alij quidã in nos peccarunt, ſufficere. Hæc eos arbitror cũ dixiſſent, æquo eſſe animo ad inferos redituros, ſi quidem & illi [i] ſunt apud inferos, quod equidem non puto, collocandi. Atq; ego quidem libenter utroſq; abſoluerim. ſin aliter quis ſtatuit, eum poetæ duricordẽ uocarent. Nunc etiam eius exempla conſideremus. *Ut enim,* inquit, *aurigæ boni principio de curru non decidant, uerũ poſtquam equos curauerint, & ipſi peritiores redditi fuerint, tum decidant; nunquã contingit.* & paulo ſupra de Pericle: *Certè,* inquit, *ſi aſinos, equos, uel boues ita curaret, ut quos nec calcitrones, nec arietãtes, nec mordaces accepiſſet, eos tam feros redderet, imperitus eſſe diceretur.* Atqui aſinos, bone uir, equos, & boues eoſdem ſingulos dicis. at Athenienſibus omnes non ijſdem præfuerunt, ut Solon, Cliſthenes, Miltiades, Pericles, ceteri. uerũ ut urbs manet eadẽ, & idẽ ciuium nomen, ita ſunt homines ſingulis temporib. diuerſi. Et mirum erit, ſi alios faciliores & mitiores, duriores & ferociores alios ſunt experti, quẽadmodum alia quoq; multa temporum progreſſu mutantur. Nam nec terræ fructus æquales quotannis percipimus, ſiue copiã, ſiue bonitatem ſpectes; uerũ anni uis nõ eſſe, quã terræ, minor uidetur. Quare ſi, cum prius meliore fuiſſent indole, ſub ipſis duri fuerunt, id non omnino præter naturam accidit, ſicut & reliquo tempore pro euentis, ni fallor, animos geſſerũt. Deinde nec aurigæ ſic eq̃s corrũpunt, ſi alios inſtituant, alios nequeant; uerũ ſi, quos antea bonos & inſontes habebant, eos peiores reddant: Miltiades uerò cũ ſuis, nõ eoſdẽ habebat perpetuò, ſed alij accedebãt, alij diſcedebãt, quidã etiã deficiebãt. Cur ergo cũ aurigis cõparentur, aut quaſi equi mãſerint ijdem, rationem reddant? uelut ſi quis Molionis filios ita uellet etiam Diomedis Thracis equis, ut ſuis, imperare. Quid quod aurigæ ſinguli ſuo curruì imperant, nec eós infeſtat quiſquã; ſimiliter & aſinorum ac boum præfecti: ita ùt meritò, ſi quid ſecus contingat, criminandi ueniant. Ac nec Pericles, nec Themiſtocles, nec illorum uirorum quiſquã ſolus Athenienſibus imperauit, neq; ab ijs, qui diuerſas partes ſequebantur, liber fuit; ſed & alij multi cum ipſis Reip. præerant, qui nec eodem ingenio, nec ſententia erant. Itaq; cur illis potius, quã his, delicta tribuimus? equidem his eò libentius imputarim, quòd in illos cõmittebantur peccata. Deniq; cur ab ijs rationes repetimus ſolis, qui ſoli rerum autores non fuerunt? Nam nec primos reprehendimus aurigas, ſi quis eoſdem equos alius deteriores reddiderit. uerũ & aurigæ & magiſtri pluris fiunt, cum alij eandem poteſtatem nacti, non eodẽ modo ſe gerunt. Quin etiã ſi eodem tempore atq; adeò die currũ alius conſcendat, non iam probus nec celebris auriga fit reus, niſi cum eſt ipſi ſoli cura tradita. Alterius aũt uitia nemo in ſe recipit. uerũ & hoc ipſum imperitis uitio datur, quòd præſtantiorem non permiſe-

[i] deeſt χρὴ poſt [illegible]

In Gorgia.

rint artem exercere potius, quàm curſorũ more ſupplãtauerint. Non aliter, quod ad illorum adminiſtrationem pertinet, donec oſtenderis, philoſophis imperantibus & ſolis reip. præfectis (Miltiadem dico, Themiſtoclem, Periclem, Cimonem) hæc eſſe peccata, noli Philoſophiam ipſam ſugillare. Sed ſi ipſos potes per ſe reprehendere; fac, & oſtende uitia. ſin minus, aſinos potius quàm præfectos accuſas. Etenim ſi ante illorum gubernationem nulla fuerunt Athenis delicta, atq; hæc à Miltiade, Themiſtocle, ceteris initium cuncta ſumſerunt; aliud eſt, neq; alios adminiſtrationis fuiſſe participes dicam, uerũ illos omnium reos ſolos conſtituam. Sin etiam prius aliquid fuiſſe cõmiſſum ſit uerisimile,

Ariſtophanis uerſus ex Acharnenſib.

Cur imputamus omnia hac Laconibus?

licet enim tecum iocari. Quinimo clades etiam ipſas antiquas eſſe, & à Theſeo cœpiſſe, quemadmodum tu refers alicubi, atq; etiam ſuperius fortaſſe, nec hos offendiſſe primũ, non dicam. quanq̃ nec Theſeus exul & in Scyro peremtus, à Deo neglectus fuit, qui longo pòſt tempore, ut narrant, Athenienſes eius oſſa referre iuſſit. Veruntamẽ hęc omittam. At omnis tua de illis ſubuertitur ratio. Nam cum idem omnibus crimen impingis, tum id, quo niti uidebaris, euertis. Cur hoc? Quia Miltiadis poſſet hoc eſſe crimen, non etiam Themiſtoclis. ſin & Miltiadis & Themiſtoclis, non tamen Cimonis. ſin etiã Cimonis, non tamen etiam Periclis, atq; adeò minimè omnium. Nam Themiſtocles quidẽ eos à Miltiade arietantes acceperat, à Miltiade & Themiſtocle Cimon, Pericles aũt à Miltiade, Themiſtocle, & Cimone. Itaq; minimè omnium reus eſt Pericles, quẽ tu accuſas grauiſſimè, & cũ imperitis aſinorũ boumq; curatorib. ꝓpriè cõparas. Nũc etiã Platõis ipſius cũ Dionyſio cõſuetudinẽ, de qua modò dicebamus, cõſideremus. Etenim ſi omniũ, quæcunq; Tyrãnus partim ipſo præſente, partim remoto peccauit, hæc eſt una, uera, iuſta, & ſufficiẽs Platonis excuſatio, ꝙ & anteq̃ Platonẽ uideret atq; audiret, multa uariaq; ꝑpetrarat; cur nõ etiã ꝓ illis, nõ quidem ſimilẽ eſſe populũ Tyrãno, ſed & ante illorum adminiſtrationẽ cõmiſſa peccata primis tyrannorũ peccatis minora, nec quæ ſunt in ipſa gubernatione cõmiſſa, [k] parem ijs habere culpam dicemus, quæ tyranni, poſtq̃ Platonẽ receperant, ꝑpegerunt; hoc aũt fuiſſe cõmune, ꝙ etiã ante illorũ dicendi initiũ erant Athenis peccata, quæ ut minora, q̃ Dionyſii, fuerunt, ita nec poſteriora delictis illius erant ſimilia, ſed quãta debebãt in homines cadere. Age uerò, quæ uiris his acciderint, etiã percurramus. Neq; enim oẽs eodẽ modo populus cõdẽnauit, neq; id illi cõmuni decreto ſunt paſſi, neq; etiã prorſus oẽs. Verũ Themiſtocles quidẽ & Cimõ oſtraciſmo ſunt expulſi. Id aũt non erat odij, nec ꝙ alienus erat ab illis plebis animus; ſed legẽ hac de re conſcriptam habebant, quæ utut ſe habuerit (id enim omittã, niſi quis eam ualde laudare uelit) illorũ tamẽ

k ἴσους pro τοῖς ἴσοις.

delictum

delictum non carebat excuſatione, cum[l] haberet aliquem decorem, quandoquidem ex lege proficiſcebatur. Lex autem ſic erat, ut eos, qui ceteris antecellerent, capite[m] minuerent, in annos decem ablegatos. nec aliud aderat crimē, neq;, quaſi conuicta res eſſet, ira. Indignū ſit ergo, ſi eos, quos nec ipſi poterant, qui eiecerunt, reprehēdere, nos iſtorum cauſa reprehendamus, ut qui nihil certi ſciamus, ſed rumorem quendam, eumq; obſcurum accuſemus. Sed ut huc redeā, quòd ad gloriam comprimendam hoc exilij genus introduxerunt; ea res, quantum ab adulatione fuerint hi remoti, indicat clariſſimè. Quocirca ne nimis elati fierent, hac ſola de cauſa eos ablegarunt. Itaq; non contra ipſos hoc, ſed pro ipſis inſciens dixiſti. Egregie tu quidem potes, quæ dicuntur, obſeruare, & alios refellere. Nam cum calamitates eas, in quas tempore Piſiſtratidarum incurrerant, conſideraſſent, uidentur neminem uoluiſſe ceteris præferri, ſed omnes ęqua uigere poteſtate. Rectè ergo Cimonem atque Themiſtoclem eiecerunt? equidem non dico; non tamen prorſus impudenter, ſed ut & ipſi defenſionem haberent, & illi non inhoneſtam paterētur iniuriam. Sin ij, qui perpetrarunt, ſatis excuſari nequeunt, at his hoc[n] ſufficit utique, quod non pro improbis ſunt habiti; niſi forte eos maiore, quàm qui eiecerunt, iniuria nos uelimus afficere. Nam ſi, quod illi his conceſſerunt, quòd ciuitatem nuſquam læſerant, id etiam nos auferemus, & cum infortunio coniungemus maledicentiam; quomodo non ipſo moleſtiores exilio, aut ijs, qui primùm in eos peccarunt, damnoſiores futuri ſimus, equidem non uideo. Cum igitur hac de cauſa atque hoc modo eos ablegaſſent, Cimonem quidem etiam citra præſtitutū tempus reuocarunt; Themiſtoclem uerò ne reducerēt, à Lacedæmonijs, ni fallor, ſunt prohibiti. Nam cum illi ad caſum Pauſaniæ partim animo perculſi eſſent, atq; Athenienſes ſecum trahere uellent, ne ſoli pudorem ferrent, partim metuerent, ne, ſi Athenis ille relinqueretur, grauem in omnibus haberent aduerſarium, partim etiam eius fallaciæ, qua in extruendis mœnibus fuerat uſus, memores eſſent; abſentem eum criminantes, ſecum perſequi hos iuſſerunt, Pauſaniæ malitia pro indicio contra illum adhibita. Heic ille tum horum inſidias, tum illorum temeritatem pro uiatico ſumens, eluſo, ut facere ſolebat, Rege, quemadmodum reditu fuit priuatus, ita ſibi ſe ad omnem fortunam ſufficere demonſtrauit. Ac Themiſtocli quidem & Cimoni hęc acciderunt. Iam Periclem & Miltiadem populus nec graui nec leui ulla affecit iniuria: uerùm iudices, qui multeſima pars erant omnium Athenienſium, utrunq; pecunia multarunt. Quæ cum ſic acciđiſſent, Periclem quidem rurſum totus populus ducem nihilominus creauit, & omnium rerum ei curam commiſit, ut teſtatur idem, cuius paulo antè de eo uerbo citauimus: Miltiadem uerò mors anteuertit, non à iudicibus extremo ſupplicio addictum, neq; barathro deſtina

l ἴχεν pro ἔχειν.

m ἀπέλαυον pro ἀπήλαυνον.

n ἐξαρκεῖ pro ἐξαρκεῖν.

Idem) Thucyd.

In Gorgia.

tum, ut tu ais, niſi Prytanes feciſſet, ſed uulnere ipſius tabefacto. atq; hæc multi, aut potius omnes teſtantur. Quòd itaq; cum Pericle in gratiam redierunt, atq; illi totam ciuitatis curã poſt furti condemnationem, ut tu uocas, commiſerunt; inde manifeſtum fit, eos cum Miltiade quoq;, niſi fortuna prohibuiſſet, eodem fuiſſe modo acturos. Nunc iam, quo tẽpore Periclem condemnarint, animaduerte, quandoquidem ſub uitæ finem furti conuictum fuiſſe refers. Etenim donec in pace degebat ciuitas, nullum illi nec magnum nec paruum crimen eſt impoſitum, uerùm deorum inſtar colebatur; & quãuis tum ° Athenienſes non raro, tum contra fœdifragos Athenienſes in prœlium eduxerat, non tamen inculpatus modò, ſed & facilè primus fuerat. Poſtquam uerò ſimul & agro carere cogebantur, & peſtis cuncta uaſtans incumbebat, nec erat malorum ulla requies; tum demum cladibus manus dantes, in illum ſunt exacerbati. Atq; heic mihi aurigarum exemplum recordare. nec enim pennis potius quàm curribus tu is forte capieris. Neſtor certè fuit eques ætatis ſuæ peritiſſimus, ut aiunt, atq; eum Homerus cum paucis equitem uocat in uerſibus ſuis. Quare & in certaminibus in funere Patrocli inſtitutis, cum Antilochus eſſet currum cõſcenſurus, ad eum accedens, poſtquam dixit illum ſtatim à pueris totã equitãdi artem à Ioue & Neptuno didiciſſe, nec doctrina cuiuſquam admodum indigere, de quibuſdam tamen, quæ ad curſum, & certamen peragendum pertinebãt, admonuit. tanta erat in eo ſcientia. Veruntamen hic, cũ aliquando fugarentur Græci, ſolus remanſit,

At non ſponte ſua, ſed equum dolor affligebat,
Quem telo Paris attigerat de uertice ſummo,
Crinis ubi caluam primus deſignat equorum.
Exiliјt læſus, cerebroq; infixa ſagitta eſt,
Ac turbauit equos, ſua ſe in ueſtigia uertens.

atq; ita nec equus prę dolore & uulnere poterat amplius parere, cum ſemper antea morigerus fuiſſet, nec ſciebat Neſtor, quid non illo tantum, ſed & reliquis equis hoc caſu turbatis faceret. Quid quod nec frenum in hoc tumultu facilè poterat demere, uerùm tanquam in aeneo uehiculo ſtabat manens, niſi quòd commouere ſe [p] poterat. In tantum diſcrimen per occaſionem & cladem coniectus fuit, quamuis arte præſtabat. Ad eundẽ modũ, arbitror, Pericles quoq;, donec nihil accidebat grauius, equos cohibebat, & ei facilè illi obtemperabãt, nec eius eloquentiam Neſtoreã minoris faciebant, licet ipſis multis ac uariјs in rebus tam bellicis quàm ciuilib. uſus fuerat. at cum frumẽtum foris corrumperetur, & tum domi malè habebant, tum redire non poterant, grauibusq; ac perpetuis premerentur miſeriјs, & cùm caput atq; inteſtina flagrarent, tum permulta cadauera noctes dieſq; conſpicerẽtur, cunctaq; ſe uolutantibus & cadentibusque eſſent referta,

nec

Marginalia:
° καὶ ἀθλωαίνες καὶ ἀθλωαίων pro ἀθλωαίνες ὤν o.
Iliad. ψ.
Iliad. θ initio.
p ἰπλῶ pro ἀπλῶ.

nec quicquam bonæ ſpei reſtaret;tum demum undiq; concluſi,& inſolentia atq; magnitudine malorum ſuperati,aurigam excuſſerunt. Quem autem excuſſerant, ab eo tam probè fuerant olim gubernati, ut & factum ſuum cognouerint,& ſententiam mutarint, eumq; denuo ſe regere,& quocunq; uellet,ducere iuſſerint. uſq; eo , in re quidem equeſtri dubito,illud certè, in eloquentia non multum Neſtori cedebat. Quare ſi hoc miraris,quòd eum ſub mortẽ condemnarunt; illud ipſum primò aurigę eum exemplum à crimine liberat.nam hoc ei prope mortem eſt impoſitum ; atq; inſuper in morte eum honore, non contumelia,comperiuntur affeciſſe . Quin ſi & prioribus annis multis gratioſus fuit,& poſt condemnationem rurſum maximus eua ſit,nimirum ex utroque,tam principio , quàm fine,admirandus extitit. Nec enim offenſa res priores obſcurauit,uerùm honor pòſt delatus omnem induxit calamitatem. Non enim medium tempus utrique præſtat,uerùm ſimul utrumq; medio. Nam ſiue priora ſecteris, in honore primùm fuit;ſiue poſteriora, in condemnatione non perſeuerabant,ſed rurſus ut potiorem attendebãt. Neq; uerò duo duntaxat uni opponuntur,uerùm ne ſingulorum quidem temporũ ſpacium eſt ullo modo æquale;ſed id,quod cum gloria coniunctum fuerat, multis partibus eſt maius. Quocirca nec media totius temporis pars in clade ponitur potius , quàm honorem illi magnum adfert. Vt enim infortunium fuit unius diei, ita primatus per omne tempus inclaruit. Itaq; ut relicto conſilio fortunam conſideremus,tantum felicitatis habuit. Quid quod illud ei ex ira,hoc ex iuſtiſſimo cõtigit iudicio;atq; hoc à paucis , illud ab omnibus ſimul. Cur ergo hæc illis ponantur æqualia? Quinimo nec omnes eum iudices condemnaſſe cenſendi ſunt,ſed aliqui etiam Pericli rectè ſuffragati eſſe. Hos igitur meliores atq; optimos reddiderat. Quare tum de multis,ut uidetur, tũ de paucis rectè gloriabatur. Quapropter ſiue populi requirimus teſtimonium,hic eum honore affecit;ſiue optimorum, per hos abſolutus fuit. Quod ſi non omnes ordine docuit , nec omnes ſibi ſimiles reddidit,ſed ipſius uoluntatem ac facultatem quidam euaſerunt,quid hoc miremur,aut reprehendamus? Nam nec Socrates cunctos, qui cum ipſo uerſabantur,inſtituit;uerùm & Critiam Calæſchri,& Alcibiadem Cliniæ F. accuſant, quòd cùm peſſima quæque ciuitati ſuaſerint,tum reliquam uitam nullius minus quàm ex Socratis doctrina tranſegerint. Num ergo Socrates iniuſtus, aut propter illorum improbitatem fuit improbus? Equidem non puto. uerùm illi erant iniuſti,cũ ſe Socrati diſſimiles exhibebant, nec eius monitis parebant. Etenim ſi obtemperando peccarunt, Socrates ; ſi non obtẽperando, ipſi in culpa fuerunt. Iam tu,cum [q] ipſos negas Pericli paruiſſe,eo uis *q δι᾽ ὧν αὐτοὺς* Periclem reprehẽdere. Atqui quæ poſſit maior proferri Miltiadis, *pro ἐς αὐτὸν O.* Themiſtoclis,& Periclis defenſio,quàm ſi dicas Athenienſes,donec

his parebant, optimè ſe geſſiſſe; cum id facere nolebant, peccaſſe. Ita fit, ut hi optima quæq; iuſſerint, & Athenienſes, ſi ſemper his paruiſſent, optimè ſemper acturi fuerint. Quid quod qui Socrate uolebãt uti, conueniebant eum quotidie: cum Pericle & ceteris oratoribus Athenienſes tribus ferè diebus publicè menſibus ſingulis uerſabantur. Iam quis hoc ignorat, facilius duos uel tres, quàm tot ſimul regi, ac iuuenes quidem, quàm adultos, & omnium deinceps ætatum homines. Præterea Socrates nihil iniucundum ſuis ſectatoribus imperabat, uerùm hoc tantum, ut ſe modeſtè gererent. At uerò Themiſtocles, Pericles, Miltiades, & Cimon tum ab Vrbe abeſſe, tum periculo ſe obijcere, tum etiam alia multa ac moleſta gerere iubebant; quæ non tam ſi prorſus non perfecerunt, quã q eouſq; perduxerunt, iure miremur. Ergo Socrati demens illorum crimen, aliorum in hos recenſes peccata? Atq; alia quidem, quæ illi geſſerint, Critias inquam & Alcibiades, & quantas difficultates tum Athenienſibus tum reliquis Græcis procurarint, qualemq; ſuam inſtitutionem exhibuerint, narrant hiſtorici: uerùm ſi eo uidetur niti Plato, quòd in ipſum Miltiadem Athenienſes quidam deliquerunt; cogitet etiam Socrati Critiam impoſuiſſe multã, eamq; nõ leuem, ſed q̃ ille grauatè ferret. Etenim uetuit eum cum iuuenibus colloqui. quod quid erat aliud, quàm illuſtris ignominia? & huius ingrati animi alios quoq;, qui tum cum ipſo rebus præerant, participes reddidit. Ne illud quidẽ eſt omittendum, quòd Pericli nullus nec ſodalium nec tribulium litem illam intendit, ſed ex contraria factione quidam, atq; adeo qui nec ſatis eum noſſet: qui autem Socratem à iuuenibus abſtinere, ac tacere iuſſit, nõ ſophiſta, nec eiuſdem artis erat æmulus, ſed ex ijs unus, qui ad eum iuuenes itauerant. tantum ex illius conſuetudine fructum, ut apparet, ceperant. Num hæc ergo Socrati nos tribuemus? At iniquè, credo, faciemus. Enimuero Plato quoq; ſuorũ uerborum aciurgio rum pœnas uidetur luiſſe. quod ſi reſtat ſenſus aliquis, beneuolum & propitium ad ea, quæ dicentur, ut ſe præbeat, peto. Neq; ego Dionyſium nec Hermocratis nec Dionyſij F. neque eorum quenquam, qui ſunt cum illo in Sicilia uerſati, proferam: ſed aiunt quidam (hos autem alij uerùm dicere affirmant) cum tertiùm in Sicilia Plato peregrinaretur, tum ex ſodalibus eius quoſdam, quiq; fuerant ipſi intimi, domi [r] relictos nouas res cœpiſſe moiri, & Athenienſes imitari; nec tam Athenienſes, quàm Athenienſium ſubiectos, qui defecerãt. Atqui illi quidẽ rebellionem uidebãtur inſtituere; hi uerò tum ſcholas apud illius ludum ſibi erigere parabant, tum in Academia ædificabant, ac deniq; neminẽ nõ iubebant contẽni (nec enim facilè nomen ſubiecero) iamdiu ſenẽ eſſe, & iam delirare dicentes. Ita factũ eſt, care Plato, ut Periclis caſus re uera tibi contigerit, & quemadmodum antè Miltiadis, Themiſtoclis, ac Cimonis fortunam ex parte uidebaris expertus,

r ὑπολειφθέντες pro ἀπολειφθέντες.

expertus,ita quartus etiam poſtremus heic tibi occurrit. Idem enim prorſus,quod Pericles,paſſus es, cum in extrema uita,& ſenex inſuper,atq; illius ætatem,quæ tum fuerat,longè prætergreſſus,talem, ſi dicere licet, contumeliam accepiſti. Ac niſi Chabrias & Iphicrates, de Periclis ac Themiſtoclis ordine homines, quantum eos cum illis comparare licet, re animaduerſa fuiſſent indignati, & munitionem diripuiſſent, ac deinceps eos modeſtius gerere ſe iuſſiſſent, tragica fuiſſent iſta omnia. Quid ad hæc, Græcorum optimè, dicemus? utrū rectè illos hæc in te commiſiſſe, an te illorum eſſe inſaniæ reum? Equidem neutrum dixerim. ueruntamen poſſet aliquis tuis uerbis reſpondens, bifariam contra te & Socratem hoc torquere, quaſi rectè quodam modo uobis, quamuis iniuſtiſſimè, hæc acciderint, quando quidem tales diſcipulos protuliſtis; ac ſophiſtarum exemplo, quo tu contra oratores uteris, hoc iuſtius contra uos uteretur, quò propius ad ſophiſtarum aſſeclas ij, qui tecum & cum Socrate uerſati ſunt, q̃ qui Pericle ſunt cum ſuis uſi, accedunt. Quare ſi aſſeclarum peccata præſidum culpam continent, teipſum & ſodalem potius, aut ſaltem non minus, quàm Periclem & quos uolebas, accuſaſti. ſin uos eſtis inſonteš, eodem quoq; illi modo debent eſſe; ſi quidem æqualitatis meminiſti, nec Geometriam ſponte tranſgrederis. Quid quod Socrates quoq; ſenex uidetur impietatis accuſatus fuiſſe; nec in uitę fine tantum, ſed & finem ipſum conſecutus. etenim capitis eum condemnarunt. Ergo qui reliquo tanto tempore diſputauerat, & quoſuis inſtituerat, ut nec eorum, qui Reip. curam gerebant, quiſquam indignaretur, nec qui poetis erãt addicti, uerùm etiam qui comœdiam in eum ſcripſerat, inferior diſceſſerit, uel ſi cui fortè placuerat, nihil tamen præter riſum ſit exortū; eius ſermones tãto poſt tempore, cumque ex tot malis receperat ſeipſam Vrbs, & iniuriarum obliuionem iuramento confirmauerãt, inuiſos demum fuiſſe, nonne ſit abſurdū? Atq; hæc quidem, ſiue rectè ſiue ſecus, ita tamen geſta ſunt. ueruntamen non eò fuit peior Socrates; ac nos iam Pericli quoq; ſuum tribuimus, quod etiam Plato comprobare debebit, modò, quod mox dicebam, æquitatem curet. Nam & hoc ſi quis ex Platone quæreret, num ipſe, ſi de Periclis furto iudicaturus fuiſſet, eum condemnaturus, & Cleonis uerba pluris, quàm Periclis (quæ cum dico, ueritatis uerba dico) facturus fuerit, an potius, quod equidem pro Platone affirmare auſim, pudorem ex re geſta concepturus; nequaquam dixerit ſe Cleoni aſſenſurum fuiſſe. Ergo quē ipſe à crimine abſoluiſſes, eum criminis eiuſdem accuſas? Quid autem abſurdius, quàm alteri dicenti non credere, ipſum accuſare? propter quæ dicentem peiorem fores habiturus, propter ea Periclem uelle improbum uideri? & cum eos, qui illum condemnarunt, improbes, nos ad ſimilem condēnationem hortari, quaſi rei alicuius præclaræ, ac non eius, quæ nec

In Gorg.

illos decuerit, participes futuri ſimus. Illi uerò ſuam condemnationem ipſi non excuſarunt, ſed rurſum eum, tanquam probum & iuſtum, in oculis tulerunt: nos eum, cui nullum poſſumus aliud crimē imponere, propter condemnationem contemnemus? & eorundem hominum peccatis nitemur, rectè facta non attendemus? cum præſertim eorum peccata fateamur; aut potius accuſemus. Quam id, obſecro, rationis habet ſpeciem? equidē nō intelligo. Quis enim nō ea, quæ Plato reprehendit, omnem illorum defenſionem continere crediderit? uelut ſi, poſtquam fuiſſent accuſati, atq; eos accuſator Athenis fuiſſe condemnatos, & iniuſtitiæ pœnas dediſſe dixiſſet; tum id non rectè nec admodum iuſtè factū fuiſſe, ſed erraſſe iudices, uel hoc alia de cauſa ſtatuiſſe, non quòd eos aliquorum ſcelerum condemnaſſent, oſtēderet; hoc nimirum cunctis ſufficeret, & ſatis diluta fuiſſe crimina putarēt. At Plato cum illis euentum rei tribuat, & inter populi delicta ponat, ijs tamen contra hos ad reprehenſionem utitur, & cladem pro iniuria ſugillat, cùm fortunam loco conſilij conſiderans, tum aliorum delicta his imponens. Libenter autem eius ſtudioſos interrogarim, q̄d eſſent de Viris dicturi, quidúe nos ſentire iuſſuri, ſi eos iuſtiſſimè, nec ullo malo prætextu condemnatos eſſe poſſent oſtendere; cum ipſe, qui dicit eos iniurijs affectos, & equis calcitrantibus eos, qui condemnarunt, confert, aliquid ſe contra illos grauius arbitratur dicere. Quod ſi eos cum dijs duodecim conferre poſſent, à uituperandis reis, credo, abſtinuiſſet. Deinde hæc eos initio non feciſſe ait, quaſi Critias atq; alij, qui in illū peccarunt, id initio fecerint, nec multis pòſt annis, quàm ad illos itauerāt, arietare cœperint. Quin ſi hæc initio non fecerunt, in natura tamen habebant inſita, eaq; cohibere maius erat humanis uiribus. Ceterum ſi Viros utroq; modo uolet Plato reprehendere, quaſi acutum quiddam arripuerit; quid uetat, quo minus aliquis par pari reddens, utroq; rurſum modo rationem ſic diſſoluat: Si eos rectè & iuſtè condemnarūt Athenienſes, non erant ab illis corrupti. nam cum rectè agebant, non eos illi corrumperant. quare ſi meritò ſunt condemnati, non heic peiores erant. Sin eos iniuſtè condemnarunt, iuiuriam paſſi ſunt Viri, non intulerunt. tales aūt adiuuuādi ſunt, non accuſandi. aut ſi iuuari nequeunt, ſaltē accuſari non debent. Ego uerò feſtiuioribus hæc relinquo. ipſe autē quid aio? aut quā rationem ſequor? Non poſſunt utriq; ſimul accuſari, & uulgus & Viri, niſi alteros manifeſtè calumniari uolumus. Etenim ſi rectè ſunt condemnati, ipſi quidem fuerunt improbi, populus officio ſuo functus eſt. itaq; non debet ob hanc rem quidem culpari. an ergo, cum eum cum ferocientibus beſtijs comparamus, rectè nos facere dicemus? Sin peccauit populus, unà cum ipſius peccato Virorum probrum diluitur. In hoc enim ipſo Athenienſes deliquiſſe dicimus, quòd illos exilio, pecunia, uel alia re quacunq; multarūt. Quid

Erant) Athenienſes.

autem

autem hæc adfert ratio? Nihil eos horum meritos eſſe. Atqui ſi malè fecerant, meriti erant. quoniam autem meriti non erant, liquidò colligitur, malè nihil feciſſe. Iam qui probis maledicunt, & calũnias ingerunt, non utiq; probè faciunt. Nos igitur pro accuſatione utrorumque iuſtam utrorumq; defenſionem proferemus, ac nec populi totius hanc eſſe culpam, nec illos, ſicubi offenderunt, peiores haberi debere dicemus. Atq; illud primum conſtat, duos de quatuor populum non attigiſſe; quos autem uidentur duos condemnaſſe, nec hos ſceleris alicuius condemnaſſe, ſed ut præceptorem pueri, ſibi cedere uoluiſſe. Rurſum in utraq; coniugatione alteruter iuſtiſſimam populi eſt humanitatem expertus. Nam alter quidem intra tempus eſt reuocatus; alter, antequam ſolueret, dux creatus, atq; omnium dominus, etiam eorum, à quibus fuerat condemnatus. Quomodo quis utroſque pulcrius defendat, ſi rem ipſam de dictis eius fateri uolumus. Deinde ſi populus omnes condemnaſſet, nec ullam pòſt humanitatem in eorum quenquam exercuiſſet; ne ſic quidem decebat ea, quæ peccarant alij, contra utroſq; proferre, quæ autem in utriſq; erant laudanda, neutris uelle tribuere. Etenim [r] ſi hoc unicũ fuiſſet Athenienſium omnium ac præfectorum iudicium, rectè fuiſſent hæc obiecta. Sin extãt alia plura atq; meliora, quod nec ipſe diſsimulas (nam ſerò tandem dicis eos in hæc mala incidiſſe, quaſi tũ illi ſemper antè, quicquid uolebant, feciſsent, tum ſe populus, qualem debebat, præbuiſſet) cur Perſas imitandos non putaſti? Apud hos enim legibus cautũ ferunt, ne quis, cui ſit aliquod crimẽ impoſitum, prius condemnetur, etiam conuictus, quàm inter ſe comparatis eius rectè & malè factis, mala præponderare deprehendantur; ſin benè facta ſint plura, quamuis manifeſtum ſit crimen, ut abſoluatur. Ergo Barbari ſic agunt; Plato uerò Græcorum præſtantiſſimus, & rerum humanarum, atq; etiam diuinarum peritus, omnia uolet hominem ſimul rectè gerere, & omnium potiri, nec modò quæ conſilio gubernantur, ſed etiam quæ ſub Fortunæ ſunt arbitrio; aut, qui uel parum offenderit, nullius fieri? Non igitur illos tantum, ſed & uniuerſam accuſabimus humanã naturam. Quin, ſi uidetur, ad exempla tua denuò reſpice. Nam nec aurigas bonos ubiq; ex ordine uincere reperies, neq; id polliceri; nec equos ipſos quaſi certis legibus currere, ſed neq; Miltiadis neq; Cimonis equos, licet optimi uidebantur, in omnibus certaminibus uiciſſe, nec per totam uitam palmam obtinuiſſe; nec etiam gubernatores præſtantiſſimos ſemper atq; omnes à morte ſeruare, uerùm ſæpe aliquem turbine ac tempeſtate uictum fuiſſe, & fortunam arte potiorem expertum eſſe, cunctoſq; in uniuerſum Neptuno concedere, atq; ita in tabulis ſcribi, Naue ſeruata, hoc uel illud factum iri. at nauem ſeruatum iri, nemo adhuc in ſe recepit. Atq; huc reſpexit Homerus, cum dixit:

Alter quidẽ) Cimon
Alter) Pericles.
[r] εἰ μὲν γὰρ pro εἰ

Iliad. σ. *Mars eſt communis, necuitq; necare parantem.*

Norat enim humanæ naturæ imbecillitatem; atq; huius dicti idoneum ex re ſuppetit exemplum. Nam Græcorum quidem fortiſſimũ fecit Achillem, idq; longè; ex barbaris autem ignauiſſimum Paridẽ, quemadmodum & Hector ei ſæpius ignauiam obijcit, qua muis fratri, & ignauum Paridem cognominat. Veruntamen Achilles cùm reliquum Troianorum exercitum intra muros coegit, tum Hectorẽ ante portas nullo negocio peremit. At Paris rurſum, ſeu ignauus Paris, qui tantò fuerat Hectore inferior, Achillem ipſum ad eaſdem portas occidiſſe canitur. Quapropter ab utroq; extremo, tum fortitudine tum ignauia, carmen hoc comprobatur. Atqui non Martem tantum, ſed & Mercurium puto meritò communem uocari poſſe. ac ſi quidem hoc etiam indicat aut complectitur Prouerbium, huius etiã accedet teſtimonium: ſin aliò ſpectat, nos quidem id adiũgamus, hac quoq; ratione Deum cognomen hoc mereri, ſiquidem eſt Athleticus. Nam & coronaria certamina ſimili modo, ni fallor, quo bellica, ſe habent; nec quiſquam, quantam uult, uictoriam obtinet, neq; ſibi eam polliceri poteſt. Id autem etiamnum ſpectaculũ declarat Olympicum, in quo plerumq; multa eueniunt inſperata: quale eſt etiã id, quod aiunt Polydamanti contigiſſe. Is enim cum currus incitatos ſiſteret, à puſillo quodam aduerſario ludis Olympicis ſuperatus eſt. Neq; tamen totus illo fuit inferior Polydamas, neq; ob hanc rem omni gloria priuari debet. Quemadmodum autem athletis, ita nec poetis præſtantioribus ſemper defertur uictoria, uerùm & heic Pindaricum illud locum habet. Veriſſimè enim cecinit ille: *In curru autem fortuna, non robur, uincit.* Sophocles apud Athenienſes à Philocle uincebatur, cum Oedipum daret (prò Iupiter ac dij) quam nec Æſchylus potuiſſet reprehẽdere. Num ergo Philocli cedet Sophocles? Immo ne præferri quidem ſatis honeſtè poteſt. Iam cùm alia multa poſſunt adferri, tum Homerus quid in certamine in honorem Patrocli inſtituto acciderit dicit. Nonne præſtãtiſſimæ primùm equæ Theſſalicæ,

Iliad. γ initio. — Oedipum) Regẽ — ſ. deeſt ὄρνιθας ante ὥς.

Quas ſ auium ritu celeres Eumelus agebat,

Iliad. β. poſtremæ tum fuerunt; ac de curru decidit Eumelus, quod ei nunq; acciderat, ut qui in eo manere ſoleret, & equis tanquam auibus ueheretur, quod nemo facere poterat alius. Itaq; & cõſpicatus eum Achilles, miſertus dixit:

Iliad. ψ. *Optimus extremo uir equas agit ordine fortes.*

Atqui abſurdum erat hæc ita deinceps coniungere, atq; eundem optimum & extremum dicere. Veruntamen ita res, inquit, humanæ ſerunt. Hoc enim uidentur mihi uerba uelle, eundem eſſe & optimum & extremum; quod olim Orontem Perſam de digito dixiſſe ferunt, eundem ſitu alio nunc decem millia, nunc unum duntaxat oſtẽdere.

Quare

Quare ad Platonis exemplum mihi certè uidetur Eumelus in ceteris ſpectare, cum non uictoria tantum priuatus eſt, ſed

Et cubitos atq́ eſt nares laceratus & ora ab equis optimis, & à quibus nunq̃ fuerat deiectus, uerũ eas, quocunq; uellet, ducẽs, inter oẽs admirationi fuerat. Aiax uerò Græcorũ in curſu p̃ſtantiſſimus, quiq; multos fugientes caperet, de quo pronunciatum eſt illud:

Nullus ei ſimilis fugientes calce premebat, Iliad. ξ in fine.
Fata uiris utcunq́ metum Troiana tuliſſent:

ſimile & ipſe in curſu expertus eſt, cum nudus & hoſtibus carens tũ uictoriam amiſit, tum fimo inſuper oppletus fuit.

—læſit[t] *namq́ Minerua,*

inquit Poeta; eandemq; etiam Eumelum de curru deieciſſe. quid ita? Fortunam uidetur mihi per Mineruam ſignificare, quæ res humanas pro arbitrio mutet, ut non ubiq; ſtudioſiſſimi quiq; præmijs potiantur. Iam alter Aiax, Telamonis F. magnus ille Græcorum obiex, quiq; Græcis erat pro muro, nec ipſe tantum, ſed & eius clypeus; is igitur ut in diſco ſe geſſerit, minus fortaſſis attinebit referre. quanquã qui ſolebat haſtam quatere

t βλάψεν pro βλάψαι. Iliad. ψ.

Clauis compactam, decies binos, geminosq́ Iliad. o in fine.
Aequantem cubitos;—

eaq; Troianos à nauibus abſterrere; facilè nimirũ diſcum uerſare, ac Polypoetem cum reliquis pro pueris habere potuiſſet, prout æquũ erat. Verũ demus hoc alterius facultatis fuiſſe: at in lucta quomodo ſe geſſit? & ut hoc quoq; minus ſit relatu dignum, tamen armis indutus, quo quidem habitu maximus, pulcerrimus, fortiſſimus, ac robuſtiſſimus erat, magnum Græcis negocium faceſſit. & ut omittam cetera, plus ipſi, quã Diomedi, timuerunt. ita ſe heic etiam geſſit. Atqui cum recenſerentur olim Græci, ſic proclamarat præco:

Optimus eſſe uirûm longè Telamonius Aiax. Iliad. β.

Nec hoc tantum, uel ſemel dixiſſe contentus fuit, uerũ ubiq; quaſi data opera prædicat hoc atq; teſtatur:

Aiax,[u] *qui cunctos ſuperabat corpore Achiuos,*
Formaq́, excepto præſtantis corpore Achillis. &,
Aiax, qui ſpecie & factis præſtabat ubiq́. &, Odyſſ. λ.
Ceſſerit haud cuiquam magnus Telamonius Aiax. Iliad. ρ. Iliad. ν.

u αἰαντέιδ' pro αἴανθ'.

atq; alia ſimilia: quaſi animos noſtros præoccuparet, ne quid nos in hoc certamine turbaret, neúe, ſi cui cederet, hoc eum uiliorem haberemus, aut alio Græcorum quoq̃, præter Achillem, deteriorem. Quid quod etiam frater eius, Teucer ſagittarius, fortunæ appendicem conſecutus eſt, cũ funem quidem cõtigit, columbã uerò alteri, ſimiliter deteriori, capiẽdã reliq̃t. At hæc[x] oĩa q̃ ſe deinceps ſic habẽt, nõne ſunt, p oraculis de rebus humanis prolatis habẽda? Itaq; nec robur corporis, nec magnitudo, nec equorũ præſtãtia, nec cuiuſquã celeritas eſt

Iliad. ψ in fine.

x πάντα pro μετὰ.

aut pulcritudo cuiuſquã propria, ſi dijs aliter uideatur. Quocirca ſiue amicis ſiue opibus uales, ſiue gloriam inter ciues es conſecutus, noli te extollere, nec plus tibi, ꝗ̃ liceat, tribuere. Vt omnia tibi ſuppetãt, à Fortuna uinceris. Hæc ſibi uult certamen iſtud: hæc Homerus dicit. Nihil eſt in rebus humanis ſecurũ, nihil æquabile, nihil ſibi ſufficiens: uerũ, cum tẽpus feret, fortẽ uincet imbecillior, Babylõ una cum mœnib. capieť, Perſas rurſum popul abunť alij. Hæc em̃ oĩa uiciſſim in orbẽ feruntur. Nec aliter tuũ quoq; illud, Plato, hominem eſſe Dei ludicrum, cõprobatur. Etenim cum auriga de curru decidit, in quo prius firmiter conſtiterat, & gubernator ignorat, quomodo nauem ſeruet, ꝗd iam ſæpe fecerat, ac potẽtior ab imbecilliore cogiť æſtuare, *—celerem tarduſq́; prehendit,* atq; omnia ſurſum ac deorſum feruntur; tum dictio tua locũ habet, tũ oraculi uicem habere uidebiť illud, Deum & Fortunã cuncta moderari, res aũt noſtras eſſe planẽ ludicras. Quodſi gubernatores oẽs cunctos uectores ſaluos pręſtarent, ac medici oẽs cunctos ſanarent ægrotos, & maiores ac potiores uincerent, atq; hi oẽs ſemper florerent, nec quiſquã eorũ, qui recte cœpiſſet agere, erraret, neq; uotum à facultate quicq; differret; immortales forent res oẽs humanæ, nec precib. fortaſſis opus eſſet, neq; nos, ut nunc, dolium alterum perfudiſſet. Nunc uerò poetę cũ in alijs rebus multis proſunt, tũ heic nobis imminent, ac naturæ noſtræ ſem per nos admonent, & diurnos atq; humi repentes uocant, atq; arrogantiã quouis modo tollunt, ne quis, etiã qui ſibi felix uideatur, efferat ſe, nec alteri, qui quid offenderit, temerè fortunam obijciat. Quid aũt de rebus alijs attinet dicere? qualia primum fuerunt ipſa iudicia? tandẽ enim ad id, quod eſt proximè cũ cauſa coniunctũ, ueniamus. Palamedes Græcorũ ſapientiſſimus eſt, ꝑditionis condẽnatus. neq; eum dices ab Athenienſib. fuiſſe cõdemnatũ. uerũ & Græcia tota cõuenerat, & publicè agebať cauſa, & peccaſſe uiſus eſt, ut ipſe in Socratis apologia cõfiteris. At qs nõ ualdè hoc abſurdũ cẽſeret, ut ipſe, q ſapientior erat Vlyſſe, ꝗd ait Pindarus, à deteriore m̃ uinceretur, idq; non manuum, nec aliarũ rerum certamine, ſed eius ipſius, in quo præſtabat; Græci rurſum, qui tam multa magnaq; ab eo beneficia conſecuti erant, propter quæ amare illũ ac uenerari debuerãt, tam ingratã & inæqualẽ referrent ei gratiã, qui quidẽ & ſeria ipſos & ludicra ferè oĩa docuerat. ꝗd aũt maximũ eſt & pfectiſſimũ, maximiq; momẽti, ʸrationẽ inſtruẽdę aciei reperit, qua ſimul & ipſi ſeruari, & hoſtib. potiores eſſe poſſent. Vt em̃ narrãt tragici, nihil à pecorib. antè differebãt, ꝗ̃ cũ illo cœpiſſent uerſari. Quin tantũ aberat, ut exercitũ totũ, aut nauiũ, quas adduxerant, copiam numero cõplecti poſſent, ut nec quot haberẽt reges, Agamemnonẽ & Menelaũ, nec illorũ uterlibet, ꝗt pedes uel manus haberet, nedũ quot milites, cõputare poſsẽt. Verũ in his Plato ad tragicos alludit, ac nos ſimul luſimus. Ceterũ qui plurimum

Septimo de Legib.

Hemiſtichiũ Homeri, ex Odyß. θ

Quarto de Leg.

Alterum) malorũ. Vide Iliad. ω.

ʸ τὰ τακτικὰ pro στρατηγικὰ.

Septimo de Rep.

plurimum Palamedi debebant, ac meritò id etiam cũ fenore repēdiſſent, eos ne ſaluti quidē illius pepercisse, omnino prorſus alienũ uidetur; & illũ ipſum, qui reliqs in rebus ſaperet, defenſionis inopē fuiſſe, cũ præſertim ea tam facilis eſſet, atq; à rebus ipſis adiuuaret. Sed alijs quidem ſapuit, ſibi non potuit, cum tamen capite periclitaretur; cuius erat tanta prudentia, ut uel à Troianorum iudicio ſe illæſum conſeruare potuiſſet. Verũ hic amicos, ſocios, & de quibus erat benè meritus, hoſtibus difficiliores expertus eſt; & cùm reliquas omnes rationes excogitaſſet, unã ſalutis non inuenit. Iam poſtq; eum ſceleris condemnarant, non, ut Athenienſes, fecerunt, neq; pecunia eum uel exilio multarunt, nec in annos decē ablegarũt; ſed funditus interemerũt. Ita uſq; ad certaminis offenſionē & calumniatorũ uictoriã cõmunē habent Palamedes & Periclis curia fortunã; in reliquis aũt differunt, ac tum Athenienſes Græcis uniuerſis lõgè manſuetiores fuiſſe, tũ oratores oratorib. leuius offendiſſe deprehendunt, & hac quidē ratione prudentiores Palamede fuiſſe, q̃ id ſaltem perſuadere, ſe mortem meritos non eſſe, potuerunt, non quemadmodũ ille ne in multa quidem ſibi ꝓdeſſe quicq; potuit. Verũ, ut arbitror, Palamedes, Miltiades, & Pericles, & oẽs alij cõmunis ſunt defenſionis participes, q̃ ipſe ſuppeditat Plato, de qua mox dicebam; nempe fortunã ac tēpora res humanas moderari. nã & id, q̃d per correctionē Deo fortunæq; adiecit, ac tertiã conſtituit artem; nec immeritò. Sic enim ferè ait: *Erit aũt humanius, ſi tertiã concedamus poſt hæc artē debere ſubſequi.* optimè ſanè ac diuiniſſimè ais, Plato. Ergo ſi tertiã feriem & facultatem ars obtinet, q̃uo queat ſola ſufficere? aut cur quis id, quod minimum eſt & uiliſſimum, pluribus ac maioribus præſtare uelit? Non poteſt cõmodè fieri. Ne mireris igitur, ſi Pericles, cum ſcientiam & artem habebat, à Deo & fortuna uincebatur; neq; temporum obliuiſcere, quibus ipſe nõ parum tribuis, & ille nõ optimis, ut apparet, uſus tum fuit. Multa inter homines facta ſunt & fient mirãda; inter quæ ſunt etiã, quæ his uiris contigerunt; ut nemo negat. Verũ ea nondum cõuincunt, illos nec boni quicq; ſciuiſſe, nec meliorem quenq; reddere potuiſſe; ſiquidem poterant & artem tenere, & probi eſſe, quanq; eo quidem tempore maioribus carebant adiumentis: neq; eos aduerſarijs ceſſiſſe dicamus, nequaq; ſed quaſi uacillaſſe, cum re tota ſuperiores eſſent. Vicit Periclem Cleon. idem & Lacedæmonios olim, ut putabat, ac uinctos Athenas deduxit, cum etiã ſub exitum tempus prædixiſſet (q̃d maius uidetur) idq; non longũ, ſed circiter dierũ uiginti. At eum nõ prorſus fuiſſe Lacedæmonijs ſuperiorē, oſtendit Amphipolis, ad q̃ cum prœliaretur, nõ multum exhibuit Braſidæ negocij. Quid quod illo mortuo, ualuit eum Myrcinius peltatus fugientē [z] cõprehendēs conficere, quemadmodũ ait Index. Idem uerò numerum quoq; cæſorum non admodũ parē narrat utrinq; fuiſſe. etenĩ ſeptē cũ ſexcentis,

Quarto de Legib.

z λαβὼν pro βαλών.

Index) Thucyd. 5 initio.

ni fallor, cõparat. Eadem igĩt ratione & in iudicio non eloquentiam nec ſcientiã Periclis uicit, neq; ut imperitũ ſuperauit, ſed fauſtis eſt uſus, ſicut & in Pylo, tẽporib. Alioqui Pericles Cleonẽ ſuperabat etiã mortuus, ſi uerũ eſt dicendũ. cuius rei magnũ eſt hoc indicium, quod illũ nemo non cupiebat reuiuiſcere, adeò ut uel in fabulis, cũ eum quaſi reuixiſſe conſpicerẽt, gauderent; hunc nemo nõ pro illo uolebat eſſe mortuũ. tantũ illi uiuo pſtabat Pericles mortuus. Quapropter hæc calumniatorib. dimitte; ac rurſum tua quædã in memoriã reuoca. Nã quod nec factu difficile, nec abſurdum ſit, ut populũ offendant etiã ij, qui optime populi cauſa loquantẽ, ſed & hæc ipſa meritò fiat ærumnarũ cauſa, cũ de optima ſententia nolũt decedere; id nõ e uatib. eſt cognoſcendum, ſed is, qui multis populis eſt ac ciuitatib. æqualis, Plato Ariſtonis F. apertè teſtatẽ, idq; in eo ſermone, in q Socrates apud ipſum

In Apologia. iniuſtè periclitatur. Quæ ſunt ergo uerba? *Non poteſt hominũ quiſquã ſeruari, qui uobis, uel alicui multitudini uerè ſe opponat, & iniuſte multa atq; contra leges in Rep. fieri prohibeat: ſed eum, qui re uera iuſtitiam tuebitur, oportet, ſi uel paululum uicturus eſt, ſuã rem, non publicã gerere.* Eſto, amice. Et miraris, Miltiadem, Themiſtoclẽ, Periclẽ, & Cimonẽ populũ offendiſſe, cum ei optima quæq;, ſuauib. omiſſis, proponerẽt? Atqui hinc naſci pericula confiteris ipſe, nec ea uel paululũ euadi poſſe. Verũ ergo mirabimur eos offendiſſe, idq; culpabimus; an illud potius admirabimur, quod tanto tẽpore perdurarunt, nec uel citius cladẽ ſuã acceperunt, uel, poſtq; offenderant, morte ſunt multati, ſed mediã quandã uiam tenuit populus, & partim pudore ductus eſt, quippe q rectè ab illis gubernatus eſſet, atq; aliquã retinuit mãſuetudinis ſpeciẽ, partim rei naturã non potuit effugere, uerũ inſitorũ populo peccatorũ quandã cõſecutus eſt partẽ. Libenter aũt quæſierim, ſi quis p Platone uelit reſpõdere, cur ipſe Plato Remp. nõ adminiſtrarit. Nũ quid cauſæ quiſquã dicet pręter id, quod apud ipſum dicit Socrates? Quid enĩ aliud? Ergo ſi in ea, quorũ tu metu publica nõ curabas, illorũ aliqs incidit, cum nõ optima quæq; ſuaſiſſe cõtendis? Atq; ſi nihil erat periculi, cur patriã nulla in re iuuiſti? ſin erat paratus interitus, cur miraris illorũ quenq; in cladẽ incidiſſe, &, cũ optima conſilia cũ periculis ipſe cõiungas, illos, poſtq; offenderunt, optimi fuiſſe cõſilij negas? Iam & illud ſpectemus; cũ rectè factis talis eſſet merces propoſita, utri animo cõmuniore, ut honeſtè dicã, &, ut nõ prorſus meliores, ita ciuitati quidem utiliores fuerint; ijne, qui coniuncto periculo perſpecto, de medio ſe remouerunt, an qui cognitũ non reformidarunt. Nã ego quidem exiſtimo cõmune id habere utroſq;, quod nihil turpe dixerint; qui aũt optima quæq; dicere (quod nõ paulo melius eſt, quàm nihil dicere) conati ſint, hos fuiſſe. Vt enĩ peccarint, inſtituto tñ uiciſſe dicentur. Quod ſi non ſolũ hoc inſtituerunt, ſed etiã multas res pulcras, honeſtas, & publicè utiles rectè geſſerũt, ne id eis fraudi ſit. hoc enĩ poſſint

utiq; dicere. Quid ſi etiam hoc quæramus, utri magis cõſentanea Socratis ipſius atq; Platonis ſermoni tum inſtituerint tum peregerint. Cui uerò ſermoni? qui eſt omnium, ni fallor, pulcerrimus. Quis iſte? *Non rectè dicis,* inquit, *ſi putas uirum, qui ſit alicuius preciꝫ, mortis periculũ debere prætexere, nec hoc unum ſpectare, cũ quid agit, iuſtè an iniuſtè, benè an malè faciat.* Cum igitur illi nullam ſecuturam cladem iuſtitiæ prætexuerint, uerũ largiter ac ſimpliciter communi bono ſe impenderint; Socratis ſermoni obtemperarunt. Itaq; uel eos nec iuſtis nec bonis rebus oſtende ſtuduiſſe, uel probos fuiſſe concede, quicquid conſecutum ſit, atq; eò magis, quò minus rei difficultatem reformidarunt. *Eſſent enim ſecundum tuam rationẽ temerarij* (ſunt aũt Platonis hæc uerba) *cùm alij ſemidei, quicunq; ante Troiam occubuerunt, tũ Thetidis filius, qui tantopere periculũ neglexit, ne quid turpiter ageret, ut, cum dixiſſet ei mater,* & quæ ſequuntur. Nec enim Græcos, qui ad Troiam uenerũt, quoniã fortiter mori uoluerunt, laudabimus; de his autem, ſi quam ex adminiſtratione moleſtiã perceperint, poſtq; optima quæq; non reformidarunt, ex euentis iudicabimus: nec eos, qui mulierem unam raptã fuiſſe ægrè tulerunt, probo uſos conſilio dicemus; qui uerò toti præfuerunt Græciæ, cum de liberis, uxoribus, templis, ſepulcris, ac tota rerum natura certabãt, eos non inter ſemideos, ſed inter coq;s referemus: neq; ſi quis ob amicũ ulciſcendũ mori ſuſtinuit, in beatorũ inſulas mittemus; ſi qui cũ toti ciuitati, tum omni Græciæ cuiuſuis loco fuerũt, eos, ſi quid forte pòſt accidit, maledictis inſuper onerabimus; minimè uerò, donec aliquã iuſtitiæ cognitionem habuerimus. Etenim potius auferendæ fuerant à bonis uiris clades, ſi fieri poſſet, q̃; cum hoc non poſſet, mortuis, quòd aiunt, inſultandum. Verũ Demoſthenis etiã Pæanienſis uolo nonnihil meminiſſe (nec enim peior fuit) cum præſertim de oratoribus agatur. id aũt faciam, quantũ ad hos pertinet. Quid igitur ille de his pronunciauit, cum accuſaſſet eũ Æſchines, quaſi corona indignum, & cum prioribus comparaſſet, ac propemodum coegiſſet, ut etiam preter uoluntatem cum Viris, propter illius maledicta contenderet, Ille uerò moderatè admodum atq; clementer, &, ut ipſum decebat, uehementia in Aeſchinẽ detorta; laudem ſuam Viris integram ſeruauit. Sic enim, credo, ait: *Deinde proborum uirorum, qui olim uixerunt, meminiſti; & rectè facis.* Ac primũ quidem nonne generoſa eſt & humana parua hæc appendix, *& rectè facis;* non, ut inquit Plato, Non rectè facis, Callicle, quòd horum uirorum, ut bonorum, meminiſti: nec enim tales erant. Deinde tantum abfuit, ut illorum gloriam diminuere conaretur, quo maior ipſe uideretur, ut ſuam adminiſtrationem ad illos retulerit, atq; [a] eodem ſpectaſſe dixerit. Nam ſic ait, ſi benè memini: *Quodſi etiam hoc dicendum eſt, meam adminiſtrationem & uoluntatem ſi quis rectè conſideret, eam ijs, qui tum celebres fuerunt, conuenire comperiet; tuam autem ijs, qui tum*

In Apolog.

Ibidem.

Amicum) Menelaum.

De Corona, in fine.

a ταὐτὸ pro ταῦτα.

illos calumniabantur. Atqui tria poterat maxima ſuæ gubernationis adiumenta proferre. Primum enim non eodem in loco tunc erant res Athenienſium & aliorum Græcorum, atq; olim fuerant: uerùm

b ἀλλ' οἱ μὲν pro ἄλλοι.

[b] illi florente Rep. uirtutem ſuã exeruerant; hic laborantibus ac penè iam confectis omnibus, ad Reip. præfecturam acceſſit. Deinde nec hoſtes erant iidem, uerùm contra uehemẽtes, acres, & accinctos

c ὁμόρους pro ὁμήρους.

uiros, eosq; [c] uicinos & finitimos, & caduceo pariter ac ferro utentes, & pleraq; furtim auferentes, cùm ſe ipſe, tũ Vrbem conſtituit, & quæ ne uates quidem uel præuidere uel prædicere potuiſſet, ea ſimul & præſcire & prohibere cogebatur. Deniq; ſolus, ut ita dicam, contrariæ fortunæ ſe oppoſuit, cum pauci admodum eadem ſectarentur ac ſtuderent, multi contrariam partem tum uerbis tum factis tuerentur, qui quidem difficilius, quàm exteri & aperti hoſtes, ſuperari poterant. Veruntamen inter tot ac tanta incommoda ſocios, facultates, & copias recenſet, quos ipſis iuſtiſſimè collegerit; idq; in alia ſermonis parte, priuſquam horum uirorum mentionem faceret. Vt autem ad eos uenit, nihil iã tale protulit, & quãuis haberet ea, quæ dixi, adiumenta, non fuit moleſtus, uerùm, ſi ſuam gubernationem cum illorum adminiſtratione compararet, ſufficere putauit. Immo priores inſuper illis detulit, his uerbis: *Atq; illud animaduerte & conſidera, nũ potius Vrbem deceat propter maxima ſeu potius ineffabilia maiorum beneficia, ea, quæ ſunt in præſens tempus collata, cũ ingrato animo & contẽtu excipere, an omnes, quotquot aliquid beneuole faciunt, honore, & humanitate proſequi.* Atq; hæc quidem hoc loco. Alibi uerò multo antè liberè ad populum loquens, atq; eum optima ſuauibus iubens præponere, cùm poſſet etiã ſine priorum oratorum mentione ſuum exequi argumentum, iſtam quaſi digreſſionem inſeruit, & cùm Periclem, tum alios in memoriam ipſis reuocauit, ſic inquiens: *Sed iuſti ciuis eſt, rerum ſalutem dictionis ſuauitati præferre. Nam & maiorum noſtrorum oratores audio, quemadmodum & uos fortaſſe, hoc in Rep. more uti ſolere, Ariſtidem, Niciam, cognominẽ meum, Periclem, quos laudant cuncti, non etiam imitantur.* Duo ſunt igitur in his uerbis notanda. Vnum, quòd non per neceſſitatem, ſed obiter & animi æquitate ductus hos uiros citauit atq; laudauit. Alterum, quòd etiam ea, quæ ſunt Platonis criminationibus maximè cõtraria, illis tribuit. Nam ille adulatores eos, ſeruos, libidinis miniſtros eſſe, nec aliud quicquam ſpectare dixit: hic eos, tanquã qui iuſtiſſima in dicendo libertate ſint uſi, & gratiam honeſtati longè poſtpoſuerint, laudauit, atq; idem, quod Thucydides, pronunciauit. Nã & ille, ut ſuprà oſtendimus, maxima libertate Periclem & audacia dicendi tradit uſum fuiſſe, nec populo magis paruiſſe quàm imperaſſe, neq; tam quid, quod gratum foret, diceret, quàm quid optimum ſuaderet, conſideraſſe. Quin & Niciam laudat, quòd omne uirtutis genus ſectabatur. Vſq; eo Demoſthenes ea, quæ tum honorifica tum

Olynth. tertia.

Lib. ſeptimo, in fine.

teſtata

teſtata eſſent, pro Viris dixit. Iam quæ ſequuntur, cū omni beneuolentia diſcutiamus, uelut in cōmuni quodā Græcorū cōuentu. Vterque certè uir ſummus eſt; nec de paruis rebus agit̃. Verū quod ad dicentē attinet, eū quiſq;, quocunq; uolet loco, nunc ponat. ſed, q̃d uolebā dicere, uter erit humanior, & in dicendo dexterior hoc loco cenſendus; is'ne, q nulla cogente neceſſitate malè de Viris loqui ſtuduit, an qui nec alterius ſtimulis eſt excitatus, neq; ut ſeipſum laudaret, alios uituperare uoluit, & rurſum, cū nihil eſſet neceſſe, data opera mētionem eorū fecit honorificentiſſimā? Niſi fortè cuiq; uilior Rhetorica, q̃ Dialectica, uidebit̃. Atqui putabam ego nō admodū hæc eſſe diuerſa, uerū Dialecticā partē quandā eſſe Rhetoricæ, quemadmodū eſt interrogatio ſermonis totius; & ſicut curſores norūt incedere, nō itē oēs, qui incedunt, currere, eodē prorſus modo ad dialecticos habere ſe oratores. At Platonem excipio, ſiquidē in utraq; re præſtat. Veruntamen ſuis de Viris diſputationib. nos non capiet. Quòd em̃ nō abſurdè, nec præter rationē facultates illas cōiunxi, Plato mihi teſtis erit, quandoquidē nec hoc fortaſſis extra rem uidebit̃. Cū em̃ de nominum recta ratione diſputans, heroas dicit eſſe oratores, atq; iterū dialecticos; utrunq; teſtatur, nec Rhetoricā adulatorū ſed heroum artem eſſe, itaq; nō coquis potius q̃ heroib. eius ſtudioſos eſſe cōſerendos, & Dialecticā rurſum ad Rhetoricā ꝑtinere. Etenim cum ꝑ medium oratorum nomen dialecticos cū heroib. cōiungit; omnino, q̃d uolumus, uerū eſſe teſtat̃. Verū de his nō diſputo. ꝙ aūt nō ex Demoſthenis, Thucydidis, & Æſchinis teſtimonijs modò, ſed ex ijs etiā, q̃ Plato ipſe in hoc ipſo dialogo ꝓtulit, atq; etiā in ipſa dialogi parte, in qua de Viris diſputat, cū fruſtra cuncta dicta, tū falſa eſſe crimina efficiat̃, id iam uolo oſtendere. Quod ſi cui nimius uideor, dū ſingula nimis diligenter examino, is hoc ſibi p̃dictū habeat: Si mētitus eſſē deprehendar, oīa delere cuilibet permittā, atq; inſuꝑ gratias agā: ſin ueritate dicēda nō oēs delectauero, alia res erit. Veritatē certè colendā eſſe ut multi dixerunt, ita maior Platone nullus. Qđ aūt dico, nunc inſpiciendū proponit̃. Omnis em̃ de Viris ſermo hāc habuit originē; cū de duobus ſtudijs alterū ad uoluptatē referri, alterum ad honeſtatē cenſeret̃, oratores in ijs eſſe, qui gratiā captarēt, atq; ita ſui cōmodi cauſa cōcionari, nec aliò ſpectare quoq;. Cum aūt horū quoq; Virorum mentionē feciſſet, qm̃ eos Callicles exceperat; ꝙ uolebat illos alijs ſimiles, non meliores, uerùm & ipſos miniſtros, & ad uoluptates ſuppeditandas aptos eſſe oſtendere, poſtq̃, quæ uoluit, obiecit crimina, & clades eis exprobrauit, deniq;, quaſi priorum, atque etiam totius argumenti oblitus eſſet, hæc adijcit: *Quapropter ſi illi oratores fuerunt, nec uera Rhetorica ſunt uſi (nec enim offendiſſent) nec adulatoria.* Mane, obſecro. poteſt'ne quiſquam ſibi ipſe magis contrarius deprehendi? qui tum, quos adulatores eſſe contenderat, deinde

In Cratylo.

negat adulatoria uſos fuiſſe;tum ea,de quibus eos abſoluerat, reprehendit. Itaq; quibus eos argumentis conabatur conuincere, iiſdem coactus eſt abſoluere;quibus autem abſoluit, quos adulationis inſimularat,iis Rhetoricam uult adulationem eſſe conuincere;ac pariter eos & aliis ait ſimiles eſſe, & adulatione negat uſos fuiſſe, quam aliis imponit. Atqui ſi miniſtri ſunt & adulatores iure dicendi, cur eos negas adulationem exercuiſſe? ſin adulationem nuſquam ſectati ſunt, cur eos inter adulatores ponis? Vide ne hæc inter ſe diſſideant, ac re uera poſſit Amphionis dictum regerere Callicles, diſſidere ſecũ Platonem in his quidem. Sed utri ſermoni credendum eſt? eiúe, qui Viros accuſat & calumniatur,an qui abſoluit? Nam ut accuſator, incepit;ut teſtis,deſiit. Quinimo,ut ad firmiſſima ueniamus,ſi eos adulatores quodam modo per crimina fuerat effecturus, atq; ita ſermonẽ abſoluturus;quamuis etiam ficta protuliſſet crimina, aliquid tamen dixiſse uiſus fuiſset; cum autem omnibus, quæcunq; putaret contra eos dici poſſe, prolatis, poſtea uelut iudex, qui alterum audiuit loquentem,eos abſoluit;quis eſt uſus uerborum; quin omnia ſint fruſtra pariter falſoq; dicta. Etenim ſi tales,quales eos eſſe uolebat oſtendere,non poterant uideri,quorſum tot conuicia? Iam cum,ut illi maximè conuincerentur,Rhetorica tamen ipſa talis eſſe negari poterat; cur eam,dum alii abſoluũtur, in reprehenſionem uideri incurrere ſit æquum? Quod autem dicit eos neq; uera Rhetorica fuiſſe uſos,quoniam non erant offenſuri; id iam abſurdum eſt, & præter hoc dictũ, quod paulo antè citabamus, nõ poſſe uidelicet eum, qui pro iuſtitia cum populo agat, ſeruari. Sed iterũ uerba proferamus, & inter ſe cõparemus ea, quæ tum illic, tum heic dicit. *Non poteſt hominum quiſquam ſeruari, qui uobis uel alicui multitudini uerè ſe opponat, & iniuſte multa atque cõtra leges in Rep. fieri prohibeat: ſed eum, qui re uera iuſtitiam tuebitur, oportet ſi uel paululũ victurus eſt, ſuam rem, non publicam, gerere.* Heic autem quid ait? *Etenim præfectus urbis nunquam quiſquam iniuſte pereat per eam Rep. cui præfectus eſt.* Quomodo, per deos immortales, hæc eiuſdem dicamus eſſe ſentẽtiæ, aut eodem ſpectare, ut ſimul & q iuſtitiam tueatur, neceſſe habeat per eam Remp. cui præfectus eſt, perire, & ſi pareat, nunquam id iniuſtè ab ea, cui præfectus eſt, Rep. patiatur. Quæ eſt in his ueri ſimilitudo? quæ cõſenſio? Verùm ut eos maximè demus nec uera nec adulatoria Rhetorica uſos fuiſse, ne ſic quidẽ, opinor, calumniis erant excipiendi. Cur enim adulatores & improbos eos habeamus potius, quòd uera Rhetorica non utebantur, quàm probos & bonos, quia non utebantur adulatoria? Nam ſi inter has medii fuerunt eorum ſermones & conatus, non erant utiq; adulatorum nec improborum ſermones neq; conatus. Tu certè, quæ ſunt inter bona & mala, ea nec ipſe mala uocas. Nam quomodo hoc ipſum etiam illis reſtaret, ut mediũ tenerent locum,[d] ſi alterutro tenerentur? Quocirca

d εἰ pro ἢ.

non

non magis contumeliam quàm laudem merebantur, ſiquidem nec bonæ fuerant, nec malæ rei participes. Miror autem quid facturus, aut qua eos laude proſecuturus fuerit, ſi fuiſſent adulationis conuincendi, poſtquam eò euadente ſermone ipſo, ut uideretur eius rei participes eſſe non poſſe, tamen ea, quæ minimè decebat, obijcere non eſt ueritus. Iam poſtquam ipſe duas poſuiſti ſpecies, & alteram uerã Rhetoricam, alterã appellas adulatoriã; quomodo Rhetoricã prorſus adulationis inſimulas? & cũ Viros accuſatos abſoluis, Rhetoricã accuſas, quam etiam ipſe probam uocaueras? Age uerò, qua denicꝫ dicendi forma utebantur, aut quomodo concionabant? Etenim ſi nec ut conſulentes populo, nec ut gratificantes dicebant, alius neceſſariò modus relinquitur. Nam ſi quis eſt etiam præter hos tertius, tu quidẽ eum non poſuiſti, uerũ hęc duo ſtatuiſti genera, alterum ad uoluptatẽ, alterũ ad utilitatẽ loquendi. Itacꝫ ſi nec ad uoluptatẽ nec ad utilitatem loquebantur, quo denicꝫ ſpectabant, aut quõ fines tuos non trãſilierunt, quos eis poſueras, quaſi certò capiendis. At uide, ne quis illorum uirorum ſtudioſus, in uos philoſophos hoc potius retorqueat, quaſi omnium maximè nec uera nec adulatoria Rhetorica cum populo egeritis. id enim cum quiete coniunctum erat. Quodſi uos neutra fuiſtis uſi, quid illi commiſerunt, cum etiam concionantes neutrã exercuerunt? At neceſſariò, ni fallor, alterutra utebantur, quandoquidem prorſus loquebãtur, nec poterant utracꝫ carere. Iam eos ad miniſtrandum pro ruiſſe, ſolus dixit Plato; ceterum rem ita ſe non habuiſſe, cùm omnes, tum ipſe inſuper Plato cõfeſſus eſt. Quapropter ſi crimen hoc, quod ſolus impoſuit, ipſe diluit; antiqua confirmatur opinio, probos eos ciues fuiſſe, & optima quæcꝫ pro concione ſuaſiſſe. Atcꝫ ego quidem hoc potius dixerim, quàm eos, cum oratores eſſent, neutra fuiſſe Rhetorica uſos. Sed & illud conſidero, ſi Rhetorica ſit adulatio, omnino hos adulationem exercuiſſe, quandoquidẽ oratores erant. cur igitur uel hos abſoluit, uel quandam dixit eſſe ueram Rhetoricam? Sin bona res eſt & expetenda Rhetorica, nimirũ hi optimarum rerum curam geſſerunt. cur igitur uel hos optimè dixiſſe negat, uel Rhetoricam uocat adulationem? Quodſi duplex eſt Rhetoricæ genus, quorum alterum ſit adulatio, turpiſcꝫ concio, alterum iuſtitiæ cura; alterutrum in his manifeſtò cerni oportet. cur igitur aufers utrumcꝫ? Sin utrumcꝫ rectè aufers, tertia quædam præter utrancꝫ erit Rhetoricæ ſpecies. Itacꝫ non iam duplex erit Rhetorica; necꝫ tñ Plato, quæ eſſet tertia, oſtendit. Atqui ſi qua eſt inter eam quę ad uoluptatẽ & quæ ad utilitatẽ referẽ, media dictio, ne ſic quidẽ hos malè [e] decebat audire. Etenĩ ut nõ optimè, ita necꝫ peſſimè loquebãtur. Quid quod non ex eo ſolũ, quòd eos de adulatione abſoluit, fruſtra maledixiſſe conuincitur, ſed & quòd Ariſtidem poſt hos magnificè laudauit. Etenim ſi neminem uſquam laudare potuiſſet, nec

[e] [illegible] pro [illegible].

orator ullus iuſtus ac probus fuiſſet repertus, exiſtimaſſet eum quiſpiam obiter in hanc ſermonis partem, qua Viros refellit, deueniſſe, ut undiq; Rhetoricam oppugnaret: cum autem aliquem laudaturus eſſet, quid attinebat his maledicere? Nec enim, quis optimè Remp. gubernaſſet, neq; an his præſtaret Ariſtides, quærebatur, ſed hoc, num poſſet iuſtitiam Rhetorica tueri. Quocirca cum erat aliquis talis iuuentus, id perinde fuerat, ac ſi etiam horum aliquis talis fuiſſet. Cum autē is, qui & alios cū Athenis tum alibi diceret extitiſſe, atq; etiam extituros eſse adijceret, tantam tamen cum his contentionem ſuſcepit, id omni caret ratione. Vt enim illud erat cauſæ ſtudentis, ita hoc propriè quibuſdam uolentis maledicere. Quamobrem ſi meritò fuiſsent accuſati, nihil id Rhetoricæ nocuiſset: cum autem fuerint mendacijs oppreſsi, ſuperuacua deprehenditur utrinq; maledictio. Verùm, ut arbitror, cum pariter & conuiciorum in hos iactorum ipſum puderet, & à ueritate uinceretur, non malo malum ſanauit potius, nō rectè ſaltem, quàm bono malum refutauit, poſtquam Ariſtidi debitum tribuit honorem. Atqui ſi nullus eſt bonus orator, cur hunc laudas? ſin hic manifeſtò iuſtus eſt, quid ex illorum malitia lucraris? Nec enim, etiamſi eos conuiceris, quod uoles, efficies. ſiquidem non ideo peior erit in uniuerſum Rhetorica. Vnde ergo huc perductus eſt, & quomodo tum hæc tum illa dicit? ex illa quæſtione: *Vtrum tibi ſemper optimè uidentur oratores dicere, & id ſpectare, ut ex ipſorū ſermonibus quamoptimi ciues euadant; an hi quoq; ciuibus gratificari ſtudent, ac bono publico propter priuatum neglecto, cum populo tāquam cum pueris uerſantur, gratiam tantūmodo ſtudentes inire, nec meliores per hæc an peiores euadant, curantes.* Nam oportebat eum, ſi Rhetoricam plurimum calumniari uoluiſset, eam quæſtionem fugere, quæ reſponſuro duplex eſſet, & quaſi exempla (gubernatoris & machinarij ac reliquorū dico) ſimpliciter concludere. At nunc, cum nec alterutrum eſset neceſsariò reſpondendum, nec utrunq; poſset dilui, diuidit quæſtionem, & ſecūdas partes Callicli tribuit, atq; ait: *Non eſt hoc, quod quæris, unius generis. Etenim quidam cum cura ciuium dicunt omnia, nōnulli etiam, ut tu ais.* At, inquiet aliquis, hoc ipſum ſtudes, ut oſtēdas duplicem eſse Rhetoricam, alteram honeſtatis, alteram uoluptatis cauſa inuentam. Ego uerò, ſit'ne duplex an non Rhetorica, tunc quærendum cenſebo, cum de Philoſophia quoq;, & Medicina, atq; etiam arte gubernādi, num propter eos, qui ſingulis in artibus peccant, duplices ponendæ ſint, inquiremus. Cùm autem permulta ſunt dicenda, tum hoc primùm, non ita te, quando cum Polo diſputabas, dixiſse, uerùm ſimpliciter Rhetoricam ciuilis ſcientiæ partis ſimulacrum uocaſse. Deinde ut maximè duplicem putaret eſſe Rhetoricam, non tamen in ea ſermonis parte, qua contra illam dicere ſtatuerat, laudibus eam proſequi debebat, neq; cum reprehenderet, abſoluere. Eſt enim aliud, du-

plex

plex aliquid eſſe dicere, & cũ improbum prorſus eſſe coneris demõſtrare, nõ poſſe. Eſt etenim abſurdũ, cum, ſi adulationẽ eſſe conuiciſſet, id ratum fuerit habiturus; poſtq̃ id oſtendere non poteſt, ad diuiſionem confugere. Quod aũt eſt longè maximũ, ſi putabat oratores alios laudandos, alios uituperandos eſſe, cur Socrates, cũ hæc reſpõdiſſet: *Sufficit. nam ſi & hoc duplex eſt, alterũ eorum erit adulatio, turpiſq́; cõcio, alterũ honeſtum, cũ quã optimos reddere ciuiũ animos conamur, & optima quæq; certatim dicimus, ſiue ea grata ſint auditorib. ſiue ingrata:* cur igĩt poſt hanc diuiſionem, rurſus in alteram partem inclinat, & ſubijcit: *At nunquã tu Rhetoricam talem uidiſti, aut ſi quem potes oratorẽ talẽ nominare, cur eum mihi, quis ſit, non indicas?* nec enim duntaxat ad uerbum dicit, *nunquã uidiſti.* Nam primùm quid tua refert, an uiderim, ſi nominare poſſum. Deinde nec ij, quos reprehendit, erant eius ætatis oratores, aut quos Callicles uiderat, uerũ de quibus eum audire potuiſſe ait. Itaq; cum hos ſtudet conuincere, contra cunctos habet in animo dicere. Quocirca dum Rhetoricam in uniuerſum conatur condemnare, duplicem cogitur eam ponere: poſtquã autem duplicem poſuit, rurſus hoc tollere conatur; dum contra omnes uult dicere. id quod etiã ex reſponſionibus patet. ſic enim ferè habent: *At per Iouem nullũ equidem poſſum huius ætatis oratorẽ nominare. Quid aũt? num potes ex antiquis aliquem dicere?* quaſi nec illorum quiſquam probus fuerit. alioqui cur uel illos, qui erant antiqui, culpabat, uel ex ipſo, ſi quem omnino nominare poſſet, quærebat? Verũ nónne hæc apertè ſecum diſſentiunt, ſi, cum dixerit nondum talem extitiſſe Rhetoricam, ſiue nondum talem extitiſſe oratorem (hoc enim uult dicere) rurſum dicat Ariſtidẽ fuiſſe talem. nam horum alterutrum neceſſariò falſum eſt. Et eouſq; ſecũ pugnat, ut ſimul neget Athenis ullum bonũ extitiſſe ciuẽ, ſimul etiã alibi tales extitiſſe cõfirmet, atq; inſuper extituros eſſe prædicat. Iam nec illud admiratiõe caret, quòd quatuor oratorib. deinceps maledixit, ijsq́; non peſſimis Græcorum; unũ duntaxat laudauit, & Niciam primũ præterijt, Nicerati F. idq́; ſibi æqualem, niſi & huius per calumniam potius mentionem fecit in quadam dialogi parte. neque enim ipſius adminiſtrationem magni fecit. Atqui Nicias tantum aberat, ut ad gratiam populi loqueretur, aut eius cupiditates impleret, ut eos partim Lacedæmonijs ex bello priore ſuperiores, pacem facere coegerit, nec amplius quicq̃ appetere; partim cum quidam, qui Socratem ſæpe quidem de his diſputantem audierant, uerũ eius uerbis non admodum obtemperabant, expeditionem in Siciliam iuberent Athenienſes, & negocium cum omnibus hominib. capeſſere, omnẽ mouerit lapidem, & pro Rep. quaſi ad faſtigiũ Philoſophiæ perueniſſet, contradicendo contenderit. Verũ ſi alios, quaſi populares, uocabimus adulatores, alios clam, quaſi ſint paucorum principatus appetentes, inſimulabimus; & partim quæ non ſunt, eſſe probabimus,

Quidam) ut Alcibiades.

partim ea, per quæ refellimur, ſcien es omittemus; fieri nō poterit, qn alicui oratori anſam demus. Debebat igit etiā Niciā aliquo loco habere, &, ſi nolebat eum laudare, mentione ſaltem facta ſecū erubeſcere, & eius adminiſtrationē integris eſſe maledictis cōtrariam arbitrari. Nam ſiue huic eadem, quæ ceteris, imponeret, falſa diceret; ſiue, cū nihil poſſet in hoc reprehendere, cunctis æque malediceret, ne ſic quidem [f] uerus erat eius ſermo futurus. Sed hunc quoq; reprehēſum fuiſſe conſtat. Nam cum omnibus ſuæ ætatis oratoribus maledixerit, hic etiam eo numero continetur. Veruntamen ſi Niciam quoq; contemnendum putabat, nō debebat obliuiſci, Solonē ſaltem olim ciuitati nonnihil profuiſſe. Nec enim de illo quoq; quæſiturus erat, quē uel ſeruum uel liberum meliorem reddidiſſet, neq; quòd abſq; ordine & modeſtia tributis ac nugis Vrbē repleuiſſet, obiecturus. Qđ ſi nec ille probos & modeſtos reddiderat, quoad eius facere poterat, ciues, alius tñ aliquis occurriſſet. Attamē ille, cum poſſet in ciuitate ſeditione laborante alterutri parti imperare, ab utriſq; maluit propter æquitatē odio haberi, ac tum à diuitib. quantū opus erat, abſtulit, tū populo nō, quantum uolebat, conceſſit, ac mediū fortiſſimè pariter & iuſtiſſimè ſeruauit, quaſi geometricos quoſdā circūſcriptos intueretur terminos; nec uel potentiorū metus, uel honor populi, uel aliud eū quicq; dimouit, aut incitauit, ut aliqđ præter id, quod optimū uideretur, ageret. uſq; eo nec ipſe priuati cōmodi cauſa cōcionandū putabat, & ut aliorum cupiditati ſeruiret, ab eo aberat lōgiſſimè. At Plato quid ait? inter poetas eum ſe collocare. Propter Trimetra, credo, [g] & elegias, eſto. Sed ſi quis poeſi carmen ac numeros detrahat, orationem fore reliquā ipſe cōfiteris. Quapropter ut nunq; fuiſſet è ſuggeſtu locutus Solō, & carmina duntaxat ceciniſſet, nihilominus tuo iudicio orationes habuiſſet. Niſi forte cum erit per Poeticam reprehenda Rhetorica, eandem dicemus eſſe utranq;, uel parum diſtare; cum re uera dicunt poetæ, & optima quæque atq; utiliſſima recitant, tum [h] aliud eſſe quiddam, multumq; diſtare dicemus. At hoc nec iuſtum erit, nec æquum. Veruntamē Solon ea quidem, quæ ad Megarenſes pertinebāt, ceciniſſe dicit; ſed nec leges, nec ſermones, q̄s tū pro diuitib. ad plebem, tū pro plebe ad diuites habuit, nec quæcunq; geſſit alia, cecinit, uel carmine complexus eſt, uerū oratoriā adhibuit formam, ac ſe iuſtiſſimè oratorem ſimul & ſapientem eſſe pulcerrimè oſtendit (utranq; certè appellationem & facultatē obtinuit) & Rhetoricam [i] atq; artem legum ferēdarū eiuſdem eſſe naturæ. At nō adeò Rhetorica legum ferendarū arte deterior eſt, ut ſecūdæ ac deterioris rei fictum ſit ſimulacrum. Quapropter ut alius nemo ſuos æquales effecerit meliores, Solon quidem etiā poſteros Athenienſium uidetur meliores, quantū fieri poterat, reddidiſſe, idq; in ĳs, quæ maximi facit Plato. Etenim legū obſeruantes, iuſtos, & ordinē ſeruātes cona

tus

[f] ἀληθὴς pro ἀληθὲς O.

[g] deeſt καὶ ante τὰ. In Gorgia.

[h] ἄλλο τι pro

[i] deſunt καὶ ἀ-... (Greek marginal note, partly illegible) O.

tus eſt ciues ſuos reddere; nec eos tantũ, ut arbitror, ſed & alios Græcos multos, qui fuerant ipſius legib. uſuri. Et hoc omiſſo Plato, nõnullos examinat alios. ac poſt Ariſtidem quidẽ laudatũ, alios quoq; dixit extitiſſe, hoc duntaxat addidiſſe contentus; uerũ in his non eodem modo ſe geſſit, neq;, ſi fortè continere ſeipſum non poterat, uno aliquo petito deſiit, ſed per omnes ordine decurrit. Quid autem uetabat, ne quemadmodũ heic uno nominato reliquos præterijt, ita nec ibi nominatim omnes carperet. Nunc autem quaſi re uera quartã ciuilis ſcientiæ partem ex adulatiõe tribueret, unius cum laude, aliorum aliter meminit. Quòd aũt nec eum, quem laudauit, ad utilitatem argumenti ſui laudauit, neq; uel heic eius mentionẽ cõmodè fecit, quanq; magnum quiddã uideatur, facilè tamẽ & hoc me oſtenſurũ confido. Etenim quia populum offenderant, Miltiadẽ, Cimonem, Themiſtoclem, Periclẽ accuſauit, atq; hoc maximo ſigno confirmauit, nihil ab ipſis meliores eſſe factos Athenienſes, ut debuerant, ſi quidẽ ipſi iuſti erant, ac iuſtos reddebant alios. deinde Ariſtidem pro bono, probo, ac iuſto uiro habuit. Atqui nec hic Athenienſes eſt erga ſe clementiores expertus, uerùm & ipſe fuit egregiè oſtraciſmo expulſus, idq; ante Cimonem & Themiſtoclem, ni fallor. Igitur & heic, utrum uelis, elige. Etenim ſi ex calamitatibus Viri ſunt ſpectandi, & ſi quem condemnauit populus, is mox improbus cenſendus; non eſt hic illis melior, quandoquidem nec ipſe impunitus euaſit, uerùm idem, quod illorum quidam, perpeſſus eſt. Sin Ariſtidem nihil uetat haberi probum, etiamſi teſtularum ſuffragio ſæpius fuerit cõdemnatus, cur offenſam contra hos ratam habes? Eodẽ enim gaudent utriq; iure, nec uel ille ipſe, ſi ſupereſſet, aliter diceret, quandoquidem, ut ais, iuſtus eſt. Quocirca uel hunc quoq; reprehendi, uel nec illos accuſari debuiſſe, ex ijſdem efficitur. Iam quòd etiam cunctos laudet ſplendidè, nec ex eo tantum, cum uel ipſos de crimine, quod intenderat, abſoluit, uel Ariſtidi laudem debitam tribuit, omnia diluũtur delicta, ſed & cũ apertè de his eadẽ, quæ nos, loquitur, breuiter patefaciam. Nam qui eorũ, qui Marathonium diſcrimẽ ſubierunt, uirtutem laudat, eosq; libertatis parentes Græcis, atq; adeo toti cõtinenti ait extitiſſe; qui rurſum ſecundarum partium actores prædicat, qui nauale prœlium ad Artemiſium & Salaminam commiſerunt, atq; inſuper in Cyprum & Pamphyliam nauigarunt, ac libertatis terminos Græcis firmos defixerunt; qui deinde Grẹcorum arguit ingratum animum, qui contra illos expeditionem ſuſceperant, & eos, qui principes ipſorum uiuos ceperãt, laudibus iuſtis proſequitur; qui deniq; ſermonẽ funebrẽ de ipſis non rogatus habet: quid ille aliud, q̃ Miltiadẽ, Themiſtoclem, Periclem, Cimonem laudat? Nam cũ eorũ gubernationẽ prædicat, ipſos utiq; prædicat. Neq; ẽm q̃ eorũ, qui paruerunt, uirtutis ponunt indicia, conſultorib. debent uitio uerti; neq; cũ ij, q minis-

In Menexeno.

Principes) Lacedemonios in Pylo.

k εἰσηγησαμένοι pro εἰσηγησάμενοι.

ſtrarunt, ob fortitudinem laudantur, qui earum rerum [k] autores & ſuaſores fuerunt, miniſtri ſunt uerbis reddendi; necꝫ quorum cõſilia libertatem Græcis pepererunt, ĳ ciuium cupiditatib. paruiſſe dicendi. Quodſi hæc ad gratiã ſunt & uoluptatem omnino cõficta, cur accuſat Rhetoricã, & ex adulatorib. unum ſe facit, dum iucunda pro ueris refert, nulla præſertim neceſſitate impulſus? ſin iuſtè ſunt & uerè dicta, quæ requiritur maior criminum ſolutio, aut quis commodior ipſo Platone teſtis, qui heic quidem eos cõtinuò abſoluat, alibi uerò prorſus laudet etiã, & Steſichori palinodiã imitetur. Quid quod etiã in legibus ferendis [l] cùm alia de horum oratorum adminiſtratione, quæ adulationis criminibus nequaquam reſpondent, dicit, tum illud, niſi Athenienſium ac Lacedæmoniorum cõſilium Græcos tunc ſeruaſſet, reliquæ certè Græciæ nullam poſſe honeſtatem tribui; ac iuſtè quidem & uerè. Quapropter hæc honeſtè fecerunt Athenienſes. ſi honeſtè, etiam compoſitè: ſi compoſitè, etiam modeſtè. igitur eos modeſtè regebant principes, nec uel ipſi quicquam temerè dicere, uel illos quidlibet agentes negligere uolebant. Non igitur abſcꝫ modeſtia tributis, ſocĳs, ac ſimilibus rebus Vrbem impleuerunt, ſi quidem Platonicis dictis ac legibus eſt credendum. Sed idem clarius demonſtrabo, & ad uerbum perſequar. Si enim ait:

Tertio de Leg.

l τῶν μαθητῶν additur.

Tertio de Leg.

Nam eo tempore, quo Perſæ Græciam, ac totam propemodum Europam inuadebant, nos antiqua fruebamur Rep. & principatu iuxta cenſum quadruplicẽ inſtituto: nec deerat herus pudor, quo tum ducti, legibus parere uolebamus. igitur cum eos pudibundos facis, probos facis. *Deinde exercitus tum terreſtris tum marini magnitudo, timore dubio concitato, magis etiam nos principib. ac legibus coegit ſeruire.* Euge, Græcorum cariſſime. Nã & populum ais principib. ac legibus, quibus oportebat maximè, ſeruĳſſe, & principes illi imperaſſe, nõ adulatos eſſe nec paruiſſe. *Ac propterea uehemẽs inter nos extitit amicitia.* Hæc omnia laudem plenã tam populi quàm præfectorum cõtinent. paulo pòſt addit: *Hac aũt ſpe lactati, ad ſeipſos ac deos duntaxat ſibi confugiendũ eſſe uidebant.* itacꝫ ſapiebant omnes, ni fallor. *Hæc igitur omnia mutuã inter ipſos efficiebant amicitiã, tam qui tum erat exortus metus, quã qui ex legibus priorib. extiterat, [m] quemq; legibus priorib. obtẽperatione conſecuti fuerãt; quẽ ſæpe in ſuperiorib. pudorẽ appellauimus, & cui ſeruire diximus eos, qui probi eſſent futuri, oportere.* Omnem uerò ſuſtuliſti dubitationem, cũ probos eos appellaſti, nec ipſos modò, ſed & qui ipſos attendebant. Cur igitur uel illos corruptos, uel hos corruptores eſſe clamas? aut quomodo non poſſint nõ eſſe boni, quibus laudi ſeruitus ducitũ? Et cõmuniter quidem de ĳs, qui tum Reip. præfuerant, ita locutus eſt, partim declamando, partim leges ferendo: propriè aũt de Pericle, cui heic ſtudioſiſsimè maledixit, ubi, & quomodo? Locum quidem nihil attinet referre; uerba ipſa proferentur. *Cum enim in Anaxagoram, qui talis erat, incidiſſet, ſublimi ſcientia repletus, & naturã men*

m ἣν pro ᾗ ex Plat.

Heic) in Gorgia Verba Socratis ad Phedrum in Phedro.

tu

tis ac ſententiæ, de quibus plerunq; diſputabat Anaxagoras, aſſecutus, hinc in arte dicendi, quod ei conueniret, tranſtulit. Duo quædã igitur hcic affirmat; nec Rhetoricam eſſe arte carentem experientiam, ſed artem dicendi, & in ea Periclem excelluiſſe. cuius etiam rei cauſam addit, ne dum ei adulationem uel miniſterium obijciat. Quocirca non propter gubernationem Periclis improba deprehenditur eſſe Rhetorica, uerũ optimus orator fuiſſe Pericles in his cõfitetur. Itaq;, quantum apparet, cõmuniter quidem Viros miniſterij & adulatiõis accuſauit, rurſum aũt eos abſoluit, cum ideo accuſaſſet, ne quis uideretur Athenis probus orator extitiſſe. deinde unum ex Athenienſib. oratorib. laudauit, Ariſtidem, qui tamen ijſdem, quibus illi, fuerat obnoxius, & uel ipſe laudari non debebat, uel illos immeritò fuiſſe reprehenſos oſtendebat. præterea non hunc ſolũ, ſed & alios omnes deinceps alibi laudauit, quando cũ nemine contendebat; ac rurſum Periclem ſeparatim, perfectiſſimũ fuiſſe oratorẽ dicendo. Non eſt igit̃, quòd nobis quiſquã iraſcatur, quibus ipſe ſuffragatur Plato. Etenim quæ ille Viris imponit crimina, nos non cõcedimus; quas nos tribuimus laudes, eas ipſe cõprobat. Quo fit, ut noſtra uictoria utroq; nitatur teſtimonio, ſuam ne ipſe quidem ſibi tribuat. Adeò aũt contrà, ꝗ̃ ſe res habebat, ait, ut dicat Athenienſes Periclem, quos mãſuetiores acceperat, ferociores ac difficiliores reddidiſſe, idq;, quod minimè uolebat, in ſeipſum. Qui ſic, obſecro. Nam ſi rectè ais tu, Miltiadẽ propemodũ in barathrũ fuiſſe cõiectum; iam contrà Themiſtocles eos ex ferociſſimis mãſuetiores reddidiſſe deprehendit̃, ſiquidẽ oſtraciſmus, &, ſi uis, exilium nõ ſunt cũ illa miſeria cõparanda. Cimõ aũt oſtraciſmo quidem expulſus, nõ etiã exilio multatus fuit, uerũ ante tẽpus redijt. hic igitur etiã clementiores expertus eſt. Pericles deniq; minus etiã, ꝗ̃ hic, infortunium paſſus eſt, cũ pecunia duntaxat multatus eſt, ac rurſum in integrũ reſtitutus. Ita fit, ut ex aſperiorib. ac difficilioribus clemẽtiores ſemper & faciliores redditi fuiſſe uideant̃, & omniũ ferè æquiſſimos Pericles exꝑtus, ac mãſuetiores, ꝗ̃ acceperat, reliqſſe. Proinde ſint iuſti manſueti, & accedat Homeri teſtimonium. Non igitur iniuria cũ uiuum colebant, tum mortuum deſiderabant, & eorũ, quę temerè fecerant, pœnitentia ducti ſunt. Quod aũt eſt obſeruandum maximè, cũ Periclem hoc modo rectè & apertè laudauerit, eum rurſus alibi deteriorem facit. Cum eñ dixiſſet, Alcibiadem inſcitia laborare,[n] nec ipſi ſoli hoc accidiſſe, ſed & multis Reip. gubernatorib. heic quoq; uia quadã contra Periclẽ munita, illũ etiã conat̃ eodẽ crimine inuoluere, nec rectè, ſed quaſi eũ nec litterarũ nec nãdi peritũ, ꝗđ aiũt, uellet euincere. Atq præterq; ꝙ hæc illis repugnãt, nõ, ſi cõtraria de homine erant dicenda, corã Phædro Myrrhinuſio atq; alieno, uituperãdus, & apud Alcibiadem laudãdus potius, ꝗ̃ apud illũ laudatus, corã hoc reprehendendus fuit. Equidẽ illud cenſeo. Etenim utrunq;

In Gorgia.

n deeſt ū poſt ꝗ; In Alcibiade priori.

uult refutare, tam Phædrũ ꝙ Alcibiadem. Quocirca ſi apud unũ accuſauerat Periclem, debebat & apud alterũ. Deinde nõ eſt exiguum inter eos diſcrimen. Nam primũ de cognato ac tutore apud hunc malè loquebatur, cum nõ deberet ut patrẽ, ꝙuis peſſimus fuiſſet ciuis, ita nec auunculum criminari, neq; etiamſi talis rei conſcius fuiſſet, ea tum locum haberet. Nec enim hunc æquè malè audire decebat, atq; illum eius audire crimina. Deinde cum eo ſermo habebatur, qui nõ Periclem modò facilè contemſiſſet, ſed etiã, quod ait de ipſo Aeſchines, uel deos duodecim libentiſſimè criminatus eſſet. adeò ſuperbus erat, & qui neminem in aliquo haberet precio. Itaq; nec illius Socrates eãdem eſt ingreſſus uiam; ſed quid ait? *Cum igitur uiderem eum Themiſtocli inuidere.* Tum ſequitur laus Themiſtoclis, quæ duabus, ut opinor, de cauſis rectè ſe habet, cũ quòd eſt uera, tum quòd erat iuueni utilis. Neq; uerò coram illo Themiſtocli maledicit, ne magis etiã corrumpatur; neq; ſanè hac eum reconſolatur, quòd non ipſe modò laboret inſcitia, ſed & omnes Reip. gubernatores eodem ſint morbo correpti; minimè uerò; ſed eum capite in genua inclinato plorare cogit præ animi ægritudine, ut qui longè abeſſet à Themiſtocle. Quin etiam ſermonem ſatis extendit. ait enim inter cetera, nec ipſi ſcientiã tãtam ſuffeciſſe, ne indigeret. Ita factum eſt, ut ſublata maledictione, id quod ad hortationem cõducebat, in utroq; cerneretur, tum in laude, tum quòd nec iſta Themiſtocli ſuffeciſſe dixerat. Vſq; eo Aeſchines, licet in reliquis à Platone ſuperetur, hoc ſaltem aliquo pacto melius tractauit. Atqui eum negete ſſe Græcorum optimum, is quidem peſſimus & Græcorum ſit & Barbarorum. Veruntamen nõnihil etiam ingenio utitur, quemadmodum poteſtate reges; ſicut & in ipſa dictione facit aliquando, dum libertatem uſurpat loquendi, atq; etiã in argumentis ipſis, ut ex eo ſermone, quem paulo antè citauimus, licet animaduertere. Facit enim Socratem funebrem orationẽ habentem, & eorum qui Corinthi atq; in Lechæo perierant; tum pacis, quæ ſub Antalcida dicitur, mentionẽ facientem. Atqui Socrates quidẽ imperante Lachete obierat: Eubulides aũt inter Corinthiacã & eã, quæ fuit in Lechæo cõmiſſa, pugnã imperauit. Iã à Lachete ad Eubulidẽ numerantur imperatores ſeptẽ; ac rurſum ab hoc ad Theodotũ, ſub quo pax eſt facta, octo. Nam in uniuerſum à Lachete ad pacẽ uſq; ſedecim ponunt imperatores. Quocirca nõ modò Socrates horũ nihil uiderat, uerũ nec, ſi futurũ eſſet, ſciebat; neq; ipſi res tam remotas dæmoniũ ꝑdixiſſet. At in Sympoſio primũ Ariſtophanẽ, Socratẽ, & Agathonẽ etiã tũ iuuenẽ, ut ait, eodẽ cõgregat. Deinde ſic ꝑducit tẽpora, ut Ariſtophanes, poſtq; ſingulti re deſierat, ꝓpoſitã quæſtionẽ tractãdo, ipſe quoq; Arcades à Lacedæmonijs fuiſſe diſſipatos dicat. At Mãtinenſes à Lacedæmonijs fuerũt diſſipati, pace iam iuramẽtis cõfirmata. Quo fit, ut hæc etiã ſint illis recẽtiora. Quõ igitur uel Ariſtophanes

illius) Aeſchinis Philoſophi, cuius uerba ſuprà ſunt prolata.

ſtophanes hæc dicat, uel Socrates audiat, uel etiã iuuenis hoc tẽpore ſit Agatho? Quo uero uel Alcibiades ad eos comiſſatum eat, isq; iuuenis etiam tum & pulcer, qui ante Socratem, cũ tot annos uixiſſet, obierat? niſi forte in Elyſijs campis fuit habitum ſympoſium. Quis autem eſt Ariſtophanis ſingultus? aut ubi hoc obſeruaſti tu? Sed, ut opinor, eum ſingultire oportebat, ut gulæ argueretur. Quod ſi quis autoritate Platonis in ſingulis nitatur, ac dicat uixiſſe Socratẽ, cum, qui Corinthi & in Lechæo perierant, fenebri ſermone celebrabantur, compotaſſe poſt pacem apud Agathonem, Ariſtophanem in conuiuio ſingultiſſe, Alcibiadem ueniſſe comiſſatum, adoleſcentes tum fuiſſe Agathonem & Alcibiadem, ac ſimul eſſe permiſta omnia; non ne nugabitur, quippe qui non conſideret, ſi quid liberius dictũ ſit, uerùm inſtar pueri, quicquid Plato dixerit, id breuiter pro uero habeat? aut ſi quis Ægyptium deum, Theudũ (ſic enim eum appellauit ipſe) ad Naucratim Ægypti credat extitiſſe, nec exiſtimet ° Græcè eam dici Mercurij urbem, nec paucorum eſſe dierum nauigationem ab hac urbe ad cognominẽ, & in qua omnes eum Ægyptij natũ confitentur. Non igitur eadem eſt Naucratis & Hermopolis, quamuis Græcorum facilè princeps eſt Plato; neq; Mercurius Naucratim potius habebit, quàm ſuam urbem, patriam: nec Euripidis Iambicum illud eſſe dicemus:

Sapientium commercio princeps ſapit:

quamuis id ſapientum quidam dixerit; cum ſit ex Aiace Sophoclis, qui Locrus inſcribitur, ſumtum. Sed hæc licentiæ dialogorum & cõſuetudini tribuuntur. Etenim cum ſint omnes figmenta, & quocunque quis uelit modo, poſſit nectere; ſit, ut nec ipſa uerba ſint admodum ueritati conſona. Simul & libertatem uidetur atq; magnificentiam nõnihil ſectari, nec ad exactam rationem referre cuncta; uerùm, quod iam dicebam, ingenio concedit. Et hæc nos ita temerè recipiemus? non igitur eum cognoſcere uidebimur. Neq; uero Platonicum ſcriptum ullum Platonis eſt, aut erit; minimè uerò: ſed ea iuuenis & pulcri ſunt Socratis, nec autor ea cõſcripſit. Reſtat igitur, ut id ei erato nomine perſuadeat. at non nobis quidem, ſi ſapiemus, atq; eius luſus agnoſcemus (cur enim nõ dicamus, quod uel ipſe de ſe dixiſſet?) qualis etiam in hac diſputatione, ne longius diſcedamus, de Gymnaſtice & Medicina ponitur ſententia ualde facilis & ſimplex, qua traditur, Medicina præſtantiorem eſſe Gymnaſticem. At ego ſæpe medicum audiui, cum diceret, Gymnaſticen ad athletas in uniuerſum pertinere, Medicinam ſimul omnium curam gerere, nec eſſe paruum diſcrimen. Cum enim ne ipſi quidem athletæ ſine ſanitate poſſint corporis uiribus uti, quomodo ars ea, quæ id omnibus ſuppeditat, ab ea, quæ paucis, in eo, quod ſine hoc conſtare non poteſt, uincatur? Omnino autẽ negabat hoc duntaxat efficere Medicinam, ut curaret

In Phedro.

° ἑλλήνων φωνῇ ἑρμοῦ πόλις, pro ἑλλήνων ἑρμοῦ φωνῇ.

Quidam) Plato in Theage, & octauo de Rep.

Alludit ad uerba Platonis in fine ſecundæ epiſtolæ.

ægrotos; uerùm eam duplicem ponebat. oportere enim medicum & præſentem ſanitatem conſeruare & abſentem conſtituere. Neq; enim alius athletas exercet, alius ad id eos præparat; ſed idem magiſter eſt, ars eadem. Quod ſi ſic eſt, iam Gymnaſticen Medicina poſteriorem eſſe, ac ſub ipſa prorſus collocari, facile efficit. Vt enim ſcias, cui quando, quantis & qualibus cuiq; ſit opus exercitijs, illud ipſum te medicus docet, atq; hic ad gymnaſtem, cum opus eſt, mittit. Ille uerò ſerui fungitur officio, neq; cum medico contendet, ſed aurigæ inſtar ſe geret. Nam & ille, cum aliquem à medico ſuſcepit extollendum, miniſtrum ſe præbet, atq; illum ſuo more exercet. utrum autem conducat eum extolli, nec ne, id medicus conſtituerit, oportet. Quin etiam nauta naui impoſitum uehet præter litora, uel in altum, ſi uolet, & remigio mouebit ſurſum ac deorſum circumactum, uel etiam uelis utetur, ac tanquam imperator quidam ſedebit, pro arbitrio gerens omnia. ſed an conducat alicui nauigatio, uel eum ſaniorem ſit redditura, medici, non nautæ ars exponit. Cum autem permultos hæc ſæpe iuuiſſe, nec minus quàm palæſtricos motus, omnes ferè ſciamus, non tamen aurigæ cum medicis ideo ſe cõponunt, neq; ſe dicunt nautæ mirabiles eſſe quoſdam ſanitatis conſeruatores, & cũctos, qui uelint, exercere, illos autem nihil ſcire aliud, niſi ut incluſos perimant. Atqui ſi præſtat Medicinæ Gymnaſtice, quid uetat, quo minus hi quoque, cum & ipſi Gymnaſtices partem aliquam tractent, eadem ratione medicos excellant? an hoc potius contra omnes has artes dicere ſufficit, niſi hæc faceret, illarum nullam utilem fore, uerùm & uſum earum & neglectum ab hac pendere. Nec aliter in cibis, quid ſit utile, iudicat medicus, apparat coquus. non tamen cum medico de principatu contendet, non magis quàm cum hero. Tale quid etiam Gymnaſticen cum Medicina collatam eſſe dixerim, ſecundam uidelicet & miniſtram, nec quicquam ſe minus, quàm potiorem. Verùm de his quidem medici, de ſe autem, quod ſentiunt ac uolunt, dicant. Ceterum iuſtitiæ quoq; artem legum ferendarum præfert. Præſtat autem hæc ars iuſtitię, an pars eius eſt? Nam equidem & [p] legumlationẽ, & ſententiæ dictionem, & rerum iuſtarum comprobationem, & cõſultationem, & ſuffragationem, & ipſam erga deos pietatem, ac reliqua ſimilia ad unam communem iuſtitiam referri, cunctos conſenſuros arbitror. At hic maiori rem minorem, ac toti partem præfert ac præponit. Quod ſi pietatem diceret iuſtitia meliorem eſſe, poſſet hoc tolerari, quaſi de duabus ſummis iuſtitiæ partibus antiquior ac potior eſſet ea, quæ ad deos referretur. Nunc autem aliter ſe res habet, ac ſimpliciter, quaſi legem ferret, non excuſſam proponit ſententiam. Deinde duas ponit artes, quæ corpus curant, Gymnaſticam & Medicinam; duas item, quæ animum, artem legum ferendarum, & iuſtitiam. Vbi uerò, per deos immortales, eſt prudẽtia? ubi temperantia?

Hæc) Medicina.

p νόμων θέσιν pro id.

ubi

ubi fortitudo? Nam hæ quatuor ferè celebrantur ubiq; uirtutis ſpecies; prudentia, temperantia, iuſtitia, fortitudo: quarum unam, iuſtitiam, duplicem fecit, aſſumta parte eius, quæ eſt ars legum; reliquas omnes omiſit. Quomodo uerò rectè hæc uel iuſtè in ipſo de iuſtitia ſermone ponuntur? Iam quæ nam eſt ſimilitudo? Etenim Gymnaſtica & Medicina corporis uirtutes non ſunt, ſed corporearum neceſſitatum ſcientiæ; iuſtitia uero uirtutis animi propria ſpecies eſt. Nihil igitur aliud Socrates, quàm Polum tanquam puerum ſecundum nominis rationem q decipit. Neq; tamen hęc ſunt pulcerrima, ſed quòd etiam Sophiſticam Rhetoricæ præfert, ſicut Medicinę Gymnaſticā, & artem legum ferendarum iuſtitiæ; ut eadem in omnibus ſeruata ratione, ita eodem in omnibus delicto commiſſo, quemadmodum qui primū in deſcribendis figuris peccāt, quod quidem Platonicū eſt exemplum: & nunc idem facit eſſe ſophiſtam atq; oratorem, nunc Sophiſticā Rhetorica potiorem eſſe, atq; ab ea differre. Verùm ne cuncta uidear curioſius perſequi, demus eum ſemper idem dicere, præſtare Sophiſticam; & quorſum hic ſermo tendat, conſideremus. Nam heic quidem apertè maxima, ſi dicere licet, patefiet contumelia. Etenim ſophiſtas ponit Protagoram, Hippiā, Prodicum, & eorum aſſeclas; oratores autem hos, Miltiadem, Cimonem, Periclem, Themiſtoclem. Iam ſophiſtas inſtar eorum, qui apud inferos puniuntur, recenſet:

Secundum) nam Polus Græcè ſignificat equuleum.

q σοφίζονται pro σοφία λογίζονται In Cratylo ſub finem.

In Protag. ſub initium.

Tantalus eſt etiam uiſus: — &,
Poſterius uidi: —

Parodiæ Platonis ex Odyß. λ.

atq; Inferorum eos afficit honoribus, Prodicum inſtar Tantali, Hippiam inſtar umbræ Herculis habens. Protagoras quoq; cum his uerſatur, ædium parte quadam occupata, & coram ipſis declamare conatur, eſtq; mirabili & ipſe prudentia. Tum quærit ex Apollodoro Socrates, num quid ipſum pudeat, qui ſophiſtam uelit inter Græcos agere. Quid multis? Quiuis facilè cognoſcat, quantopere ſemper Plato ſophiſtas derideat, quantiq; eos faciat. Ergo ſi præſtat Rhetoricæ Sophiſtica, ſophiſtæ autem ſunt hi, quos dixi, inſtar Tantali, atque ex his unum effici, & eorum nomen uſurpare manifeſtum eſt probrum: quorſum abibit Rhetorica, quidūe Miltiadi, Cimōi, Pericli, Themiſtocli relinquitur? nū quid aliud, quàm ut re uera pro umbris habeantur? Quis autem hoc ferat? Atqui cum ſophiſtæ nihil ab ijs, qui apud inferos puniuntur, diſtant, oratores his etiam ſunt deteriores, nec multum coquis potiores; cum comœdia uel tragœdia prorſus docenda non eſt, uerū è bona Rep. exterminanda; cum dithyrambus adulatio quædā eſt, chori uiles, etiamſi pæanas canant; cum Homerum unguento delibutum dimittimus, ut ineptum iuuenibus, ac potius præſtigiatorem, & uoluptatis ſtudioſum, nec quiſquam habetur ullius precij: non'ne pereunt res Græcorum, uel ſaltem corrū-

Inferorum) partis Odyſſeæ ſic dictæ.

Apollodoro) cuius heic nomen pro Hippocrate F. ponitur, memoriæ lapſu.

punctur: aut quo tandem dicemus eſſe meliorem Socratem, ſi ſic omnes deinceps traducemus, ac tanta peregrinorum eiectione Græcos proſequemur, quanta nunquam Lacedæmone contigiſſe fuit audita. Non ſunt hæc manſuetorum & iuſtorum, ut aiunt Homerus & Plato, Græcorum principes. Neq; uerò hæc ad Platonis dico contumeliam: minimè uerò. quin mihi quidem nec commilito ſit, ſecundum Æſchylum, nec propinquus, quiſquis hũc uirum non amat, aut pro merito honorat. Sed quemadmodum dicere ſolebat Lyſias, communem ſe ciuitatis eſſe amicum, ſic nos quoq; communes quidam eſſe Græcorũ amici, & nunc pro cõmuni iure contẽdere cenſeri debemus. Nemo certè, qui ſolam prædicet Academiam, reliquam Atticam hoſtilem & inimicam habeat, Athenienſes amare dicatur: neq; cum reliquos omnes ridendos propoſuerimus, tum fore ſperandum eſt, ut Platonem quiſquam admiretur. Id enim non in honorem Platonis, ſed aliorum potius omnium ignominiam, atq; adeò Platonis ipſius cederet. Nam cum putamus eum non poſſe, ſi quis alius probus habeatur, pluris fieri, tale quiddam efficimus. At ſicut Homerus laudans dixit:

Iliad. χ *Antè fugit fortis, fugat autem fortior ipſum:* & rurſus,
Optimus eſſe uirũ longè Telamonius Aiax,
Donec Pelidem, qui fortior, ira domabat.
Et ualidi fuerant, ualidis & cominus ibant & alibi,
Iliad. α *Monticoliſq; feris, cædem patrare parati:*

ita nos quoq; in laudando nos gerere conuenit, actum quem uolumus, quiq; meritus ſit, prędicare, tum neminem immeritò traducere, neq; contractum cum alijs odium fideri apud alios occaſionem fore credere, ſed ita nos iam facere, ac ſi quis, amicis communibus in conuiuio pugnantibus, cum neutris uelit ſe coniungere, quamuis iniuriam pati uideantur, uerùm autores rixæ ſedare, quantumq; poſſit, in gratiam redigere conetur. Nam ſi Platoni non maledicendo, debitã Viris laudem tribuimus; nemini, credo, facimus iniuriam. hęc enim ciuilia ſunt, humana, ac dijs ab omni æuo placita. Etenim debes, Plato, & tragœdiam laudare, & comœdiam, quantum opus eſt, & dithyrambum & choros Apollo conſtitui iuſſiſſet, ſi prorſus nequam fuiſſent; neq;, quod maius eſt, Archilochi interfectorem, qui poeta præſtantiſſimum ac difficillimum poeſeos genus, iambos, tractabat, è templo exegiſſet, & impurum uocaſſet, quanquam fuerat in bello cædes facta. ueruntamen Archilochum honorauit, & Muſarum famulum, non hominis cuiuſquam miniſtrum appellauit. Iam nec Archilochus, quamuis conuicijs indulgebat, optimos & celeberrimos Græcorum inſectabatur; uerùm Lycambem, Chidum, uatem quẽdam, & æqualem ſuum Periclem, non illum ſummum, atq; horum ſimiles petebat. Ne igitur nos illum ſuperemus, neq; Timocreontem imitemur

Timocreôtem) de quo Plutar. Themiſt.

imitemur, uerùm debitam cuiq; laudem tribuamus, cũ id poſſimus facillimè, & Homericum illud rectè ſe habere credamus:

Namq; honor haud æqualis erit uel tempore paruo; Iliad. a.

ſed & aliud poſſit tale contingere. quocirca partem quiſq; ſuam iure conſequatur. Quod ſi laudare non poſſumus, tacere tamen licet. Sin reliqua contemnimus omnia, tamen erga Rhetoricam non debebamus tam acerbè affecti eſſe: ſin erga ceteros oratores, non tamen erga Græcorum præſtantiſſimos; quibuſq; maximæ pro maximis rebus gratiæ debentur, nec ab ipſorum tantum æqualibus, aut proximis poſteris, ſed & ab omnibus, ut ita dicam, reliquis. Deinde comœdiam accuſas, cum ipſe Hippiam, Prodicũ, Protagoram, Gorgiam, Euthydemum, Dionyſodorum, Agathonem, [r] Cineſiam, ceteros omnes comicè traducas. Et quanquam de alijs mirandum non eſt, at ipſum Ariſtophanem quis eſt qui ſugillat? qui multum ualet in comœdia, dixerit aliquis. Iam tragœdiam inſectaris, & ipſe dum ſcriptum quoddam tuum commendas, leges, ni fallor, tragœdiam uocas, & optimam ponis, ac te tragicum eſſe ipſe confiteris; nec iniuria, meo iudicio. Verùm ſi res eſt improba tragœdia, atq; improborum hominum ſcriptum, quis te dicat eſſe tragicum? Quod enim prorſus eſt turpe, id nullo modo poteſt honeſtum fieri. Deinde negas quenquã debere improbos imitari, uel ad exemplum deteriorum ſe componere; nec ipſe hoc ubiq; præſtas, uerùm imitaris ſophiſtas, ſycophãtas, Thraſymachum, qui nunquam erubuit, ianitores, pueros, cunctos homines. Sed, ut arbitror, Græcum illud, facile, gratioſum, uarium, ac diuinum, quod ad hæc omnia te ducit, ingenium fateri te cogit, horum quoq; ſingula ſuum habere uſum cum tempore & gratia coniunctum. Quid quod in auguſtiſſima Rep. uideo te, cum huius quoq; rei mentionem facis aliquam, Græcam cenſere ponendam eſſe ciuitatem, quaſi in eo præclarum aliquid cerneretur. At hæc quidem ſunt Græcis uſitata. Cum porro de rebus obſcuris conſulendam putes Pythiam, abſurdum eſt ea, quæ multis ac ſæpe Pythia reſpondit, transgredi ultro, nec cuiuſquam facere. Quid igitur illa multis ac ſæpe reſpondit? optimè geri ea, quę ſecundum ciuitatis leges fierent. Ne nos igitur, quæ ſunt his de rebus leges, eas mutemus, cum præſertim ĳſdem ſæpe ipſi utamur, ac propterea nonnihil etiam celebremur. Etenim cum dithyrambum quoq; uideatur reprehendere, tanti tamen eum facit, ut utatur ipſe, & id, quod etiam pulcrius eſt, ipſe fateatur. Ait enim alicubi, ſe, quæ non multum à dithyrambis differrent, eloqui. Atqui ſi dithyrambus omnino turpis eſt, ignobilis, & illiberalis, cur eum tu componis, aut ſaltem imitaris, præſertim cum inter pedeſtres cenſeare ſcriptores. alioqui quid hoc ſibi uult, quæ non multum à dithyrambis differrent, eloqui? Nec enim hoc ais, quæ nõ multum ab adulatoribus & miniſtris differãt, eloqui: id quod nec tu di-

[r] κινησίαν pro κιχησίαν.

Septimo de Legibus.

Quinto de Rep.

In Phædro.

xeris, nec nos de te dictū ſimus credituri, niſi omnia ſurſum deorſum uertātur. Quapropter ut Platonem optimum quoq; dithyrābicum poetā libenter facio, ita nec poſſum de Pindari dithyrābis ſecūdum Platonis criminationes ſentire, non tantum quò uideam dithyrambos ipſos eſſe firmiores ac uiriliores, quàm ut ille cuiquam cedere uideatur, ſed & quòd in hymnis, dum calamitates ac fortunæ mutationes, quæ ex omni memoria contigerāt, deſcribit, Cadmum ait Apollinem audiuiſſe rectam muſicam proponentem. Ex quo fit, ut Pindarus quoq; rectā amet muſicam. quam uerò amat, eam procul dubio tractat. Neq; enim, quam Apollini tribuit, eam ipſe negligat, & aliam ſectetur is, qui ſemper Apollinem & Muſas inuocet. Atq; hos omnes uoluptati ſtudere affirmas. Vtrum te igitur minus, an plus, quàm deceat, ponere dicemus. Etenim uoluptati quoq; illos ſtudere creditur. quapropter cum id, quod adijciēdum erat, auferS, minus, quàm decet, dicis. Cum autem ex eo adulationem illis imponebas, plus profectò, quàm requirebatur, tua continebat oratio. Tu uero mediusfidius nunquam quicquam uoluptatis cauſa dicis nec facis, neq; orationem diſponis, abſolutis, aut digreſſionibus locupletas, uerùm ſic Scytharum more nobiſcum loqueris? Ego certè ſuauiorem adhuc me non uidiſſe, uel apud ipſos dithyrambicos ac tragicos poetas, ſi quęrerent, affirmarem. Ergò tu cum ſimiliter, ut Neſtor, loquaris, ſi talis quoq; credenda eſt illius fuiſſe dictio (nam ego quidem Sirenas quoq; tibi conceſſuras arbitror) ſi quid etiam alij iucundè dixerint, reprehēdes? Caue ſodes, ne quis te ludere potius, quàm ſeriò uel contentioſè loqui exiſtimet, qui in his etiam ipſis ſermonibus, in quibus hos homines uellicas, tantum gratiæ & ſuauitatis uſurparis, quantum unquam potuiſſes, ut in inſuaui argumento, acerbitatis.

Quapropter maiorem, quàm ceteris, prudentiam equidem Platoni non inuideo; uerùm in alios illatam, ſi dicere licet, contumeliam ſi uel coram iuberem eum deponere, non eſſem, credo, iniurius. Quin etiam Socrati arbitror iuſſiſſe hoc Apollinem, cum eum iuſſit muſicam tractare, ut ſtudium acerbitatis in dicendo deponeret. Vt enim aliud nihil in eo quis facilè reprehēdat, ita hoc ſępe multis diſplicuit. Quid quod in crimine, cuius agebatur reus, hoc ei maximè uidetur nocuiſſe. Neq; mihi ſophiſta quiſpiam reſpondeat, nihil fuiſſe lęſum Socratem. Poſſet enim ad id alius hoc retorquere, iudicibus eum, qui condemnarunt, ſi non rectè fecerunt, nocuiſſe. Præterea ſi mortem prorſus appetebat, primùm quo malo tanto laborabat? deinde non fuerat omnino quicquam reſpondendum iudicibus. Sin fuiſſet non inuitè abſolutus, hoc ipſum, quòd maledicendo multos offenderat, impedimento fuit. Videtur autem Homerus quoq; longè ante uaticinari iſtud & prædicere, ceu Apollinis famulus, ni fallor, atq; aſſeſſor. Etenim quę in Precibus ad Achillem dicit Vlyſſes à patre Peleo fuiſſe

Initio Phedonis

Precibus) parte Iliadis, ita dicta, prout olim ſingulæ ſinguli habebant nomina.

fuiſſe eum admonitum, ad ea ſingulos Homerum tanquam patrem communem, hortari debemus credere:

At rixam maleſuadam aufer, cariſſimè fili, Iliad. 1.
Quo te plus celebrent Græci iuueneſq́; ſeneſq́;.

Valet enim grauis contentio tam conſtantem beneuolentiam mutare, quàm noua creare certamina. Atq; equidē donec in Rhetoricam incurrebat, ac tyrannos criminabatur, & reliqua tractabat; ſequebar, ut debebam, nec horum quicquam ad Rhetoricam euertendam ſciebam pertinere, uerùm quanquam habebam, quod iuſtiſſimè reſpōderem, tamen audaciam amplectebar, uehementiam & copiam admirabar, &, ut ipſius utar uerbis, quaſi leonem exultantem animo cō plectebar, atq; hominem propemodum loquentem uidebam. neq; mihi Meles & Cineſias, ſi ſit hoc etiam addendum, diſplicebant, uerùm ioco fruebar, & hactenus etiam nominatim aliquem perſtringi patiebar, quandoquidem hos pro cariſſimis omnino non habebam. Vt autem ad Miltiadem, Themiſtoclem, & horum æquales deuenit, atq; his ualere iuſſis, eandem canebat cantilenam, ac Thearionē adiūgebat, omniaq́; miſcebat & ioca & ſeria, quibus Viros refutaret, nec quicquam ſe comprimebat, uerùm impudenter maledicebat; tū uerò quiddam me offendebat, & ne quaſi proditor uiderer, ſi Viros negligerem, metuebam. Quid ais? nō abſoluis orationem tuam, ſed in medium profers nomina, ac relicta quæſtione, quibuſdam maledicis? Ac Solon quidem ne legem quidem de quoquam ferri ſinebat: librum tu de Viris conſcribas? Et Socrates quidem atq; Pythagoras ne ſermones quidem ipſos, quos uiui habuerant, litteris mandarunt, uerùm apud ſeſe philoſophabantur: Græcorum tu ornamenta publicè traducas? cumq́; ſæpe comici à nominibus abſtinuerint, & ſine cuiuſquam nomine perſtricto fabulam potuerint abſoluere, tu de Græcorum principibus Ariſtophanis fartorem effeciſti, idq; temerè, nec In Equitibus. ulla dicēdi neceſſitate compulſus. Cum enim iam fatigatus eſſet Callicles, & Socrati ceſſiſſet, quorſum fiebat inſuper horum mentio? Nam etiamſi de his reſpondiſſet Callicles; quanquam hoc ridiculum eſt. quis enim neſcit, & Socratem, & Callidem, & Gorgiam, & Polū ex Platonis ore loqui, ſuo arbitratu ſermonem mutantis. ſed etiamſi re uera profectus inde ſermo fuiſſet, & Callicles de induſtria Virorum ad Socratem refutandum meminiſſet, ita potuerat ſine maledictione reſpondere; id quod eſt animaduertendum præcipuè. ſic enim ferè, meo iudicio, ſubieciſſet: Quapropter, amice Callicle, ſi hos quoque inter adulatores, & qui ad gratiam concionantur, recenſes, contra ipſos quoq; hæc eſſe dicta pone. neq; enim propter Miltiadem, Periclem, uel quemcunq; melior erit adulatio, quippe quæ natura ſit improba. Itaq; cum Euripide dicam:

—tu dicis iſta, non ego;

non fuiſſe hos noſtris meliores. Sin alterius erant partis, & uirtutē pro uoluptate ſectabantur, ipſi quoque eos, de quibus diſputauimus, improbos eſſe uincunt, neque propter hos Rhetorica, quam tu hactenus laudaſti, mihique commendaſti, melior, uerùm etiam horum iudicio turpis erit; atque eos contra me teſtes uideris, qui mecū uidētur ſentire, pducere. Sic, arbitror, licebat orationē finire, nec opus erat ullis conuicijs. neque enim ulterius ſermo proceſſiſſet, uerū ibidem cōſtitiſſet. Quid enim ait, antequam ad Viros ueniat? *Sufficit. nam ſi & hoc duplex eſt, alterum eorum erit adulatio, turpiſq; concio, alterum honeſtum.* cum de Rhetorica uidelicet loquereť. Atqui ſi hoc ſufficiebat, poterat de his tacere. Nam quòd hi probi fuiſſent, id non tollebat duplicē Rhetoricam, uerùm admodum etiam confirmabat. nam alij fuerant adulatores, alij non item. Etenim ſi non eſt duplex Rhetorica, cur eam diuidis? ſin eſt, quid prodeſt hos conuincere? Iam cum iſtis reprehenſis, alium rurſus laudabat, non multum quæſtionem ſuam iuuabat. Itaque potuerat Callicles ad eaſdem anſas redire. quibus uerbis? Sufficit. nam ſi duplex eſt, & alios laudas, alios uituperas, quid proficis, niſi forte hos odio habebas. Age enim, per deos, ſi mox Ariſtidē Callicles primum obieciſſet, eumque uel ſolum uel cum illis, quando quærebat Socrates, ſi quem poſſet ex antiquis dicere; quomodo, quæſo, eum excepiſſet, aut quid ex eo ſermone fuiſſet effectum? Nam ſi illum quoque, ſicut hos, calumniaturus fuit, eodem uitio etiam horum ununquenque calumniatus uidetur. itaque quem laudauit, eum, ſi res ita tuliſſet, uituperaſſet. Sin eum criminari nō potuiſſet, quid erat hac opus contentione, Num potes ex antiquis aliquem dicere? Etenim poſtquam cunctos refellere non poterat, quorſus omnes prouocabat? Iam ſi nihil ex eo naſcebatur incommodi, ſi Ariſtidem non reprehenderet; neque his erat neceſſe maledicere. Quodſi ergo laudauit alium, alium uituperauit, nihil eſt lucratus. Manebat enim uctus illud *Sufficit*, &, *duplex eſt.* Non enim præuidebat Socrates fore, ut omnes potius, quàm iſtum, produceret Callicles; nec ideo confidenter quærebat, cum potuerit iſtum Callicles & ſolum, & cum alijs producere, atque ita quæſtionem totam euertere. Quid enim refert, inter illos reprehenſos laudetur, & à Callicle ſit initio productus, an poſt illorum reprehenſionem ab eodem Socrate citatus laudetur? equidem nihil intereſſe dixerim, quantum ad quæſtionis confuſionem pertinet. Iam ſi quis eum ſolum protuliſſet, non potuiſſet, credo, nec illum nec hos criminari. Ex quo fit, ut eum nulla neceſſitate ad horū reprehenſionem compulſum acceſſiſſe appareat. Sed ſic, ut arbitror, ſe res habet, idque manifeſtò eum Viros reprehendere, & Ariſtidem non primum atque ſolum citare uoluiſſe indicat, atque illum præuidiſſe, nec à quoquam Callicle coram perturbatum fuiſſe, quo minus arbitratu ſuo ſermonem abſolueret. Nam ſi mox ab initio citaſſet Ari-

ſ deeſt μὴ ante πρῶτον. illum) Ariſtidē.

ſtidem

ſtidem, nullam habuiſſet cõtra hos dicendi occaſionem, uerùm pariter & quæſtionem euertiſſet, & contra ſeipſum ſine ullo profectu diſputaſſet. At nunc ut hos accuſaret, excepit Ariſtidem. rurſus poſtquam, de quibus uolebat, diſſeruit, ne uideretur omnino contentioſus, quem non potuerat initio reprehendere, eum ſub finẽ, quaſi iam liceret, laudauit, admodum ſimpliciter, ut quidam putarent. Quod autem firmiſſimum eſt, poſtquam illorum abſoluit accuſationem, & hæc ad finem exultans adiecit: *Rectè igitur, ut apparet, in ſuperioribus diximus neminem ſcire nos, qui in hac urbe præſtans in Rep. adminiſtranda fuerit:* poſtquam igitur hæc dixit atq; inſuper confirmauit, poſt multa uerba intermedia laudem deniq; Ariſtidis ſubiecit. Hoc autem habemus adiumenti, quòd eum Socrates, non Callicles, citauit. Non igitur, poſtquam ei maledictione opus fuit, quod erat ſuperfluum habiturus, conſeruauit, ſi nemo ueterum probus extitiſſet. Atqui cum ipſum quoq; Calliclẽ, cum quo diſputabat, nullius in Rep. gubernanda momenti eſſe conuiciſſet, ijs omnibus, quibus ad horum refutationem fuerat uſus, quæſtionibus uſurpatis; quis ueterũ accuſationem requirebat? Pulcerrimum enim atq; aptiſſimum erat ſortita finem oratio, cum aduerſarius, quicq; ad Remp. uel miniſterium ſuſcipiendum hortabatur, nullius eſſe precij, quodq; diceret, non intelligere demonſtrabatur: atque hoc ipſum tu dicis ſufficere, cum aduerſarium confitentem exhibemus. Ille uerò, ut apparet, *In Gorgia.* non modò concedebat, ſed etiam per ea, quæ in ipſo cernebantur, coarguebatur. Itaq; finem habebat congruum diſputatio. Neque parum intererat, utrum hæc de Callicle, an de Pericle uel Themiſtocle dicerentur: minimè uerò. Tamen hic etiã hoc ſtuduit, ut hunc eodẽ, quo illos, haberet loco. At non idem eſt, uir bone, Iphicles & Hercules. Quinimo plus etiam inter hos & Calliclem intereſſe dixerim. Quapropter his quidem parcendum fuerat. Etenim ſi uiuis ipſis haberetur ſermo, uideretur fortaſſis admonendi cauſa inſtitui: mortuos uerò qua ratione increpemus? Cum enim non debuerit, etiamſi uiuos reprehendere uoluiſſet, uel abſentes accuſare, uel coram alijs, quàm ipſis, ſermonẽ inſtituere; abſurdum profectò ſit, ita deſertam cauſam agere. Etenim quorum neceſſarios propter ipſos decebat eum reuereri, eos non oportebat ipſos contemnere. Quin etiam, quàm ſit humana Solonis lex, conſideremus; quæ uetat mortuo maledici, etiamſi quis à liberis ipſius malè audiat. Itaque qui tantopere ſtudeat eos, à quorum nec liberis nec propinquis alijs malè unquam audierit, improbitatis conuincere, eum longè dixerit aliquis ab huius legis obſeruatione diſtare. Quid quod, qui coram liberis illorum non erat eos auſurus inſectari, eum abſurdum eſt inter poſteros omnes, ciues, & peregrinos hæc obijcere crimina; quique eos, quorum parentes obierant in Sicilia, reuereatur, ac dona- *Parètes) Dionẽ dicit, de quo Platonica prima.*

tiones ĳs procuret, eorum, qui in Græcos atq; Vrbem maxima contulerunt beneficia, ne nomini quidem parcere. Et ſi quidem eorum ſtatuas à populo poſitas moueret, omnes indignarentur: poſtquam bonam famam, quæ fuit illis carior, tollit, quid dicemus? Iam ſi pictorem profeſſus, turpiter eos & ridiculè expreſſiſſet, abuſus arte diceretur: cum eos uerbis interpretatur peſſimè, & ueras mentis imagines corrumpit, & cum alieniſſimis eos comparat, quis lætetur? Quinimo ſi ſtatuis uel ſepulcris eorum impoſita exculperet elogia, uel maledica pro fauſtis reponeret, eos à plebe propter adulationem & improbitatem dicens eiectos, magnam ipſis iniuriam quiuis & contumeliam diceret illatam: cum in opus tam ſerium talia inſeruit probra, atq; hæc pro priore ipſorum laude reſcripſit, & omnibus audienda præbuit, num parum uidetur à muſica ſua diſſenſiſſe? Ac Themiſtocles quidem Arithmiĳ nomen in columnam retulit, quòd aurum Perſicum in Peloponneſum detulerat; Plato uerò Themiſtoclem, Miltiadem, & quos eodem habuit numero, tam infames reddidit. Atqui illius columnam ſoli poterant accolæ & aduenæ conſpicere; tu per omnes homines, per terras ac maria contra hos inſtitutas criminationes diſperſiſti. cumq; neminem unquam famulorum tuorum inuſſeris, Græcorum præſtantiſſimos, quiq; pro libertate publica contenderant, non minus quàm inuſſiſti: cumq; Gorgię peperceris, ac dicat alicubi Socrates, timere ſe Gorgiæ cauſa loqui, ne putaret artem ſuam traduci, Pericli nō parcis, quamuis mortuo. ſed Gorgiam præter Calliclem reuereris; Themiſtoclem & ceteros non item, uerùm eos ponis omnes æquales, atq; adeo plus contra hos, quàm contra illum, dicis, quamuis non ignorabas, ſermonem quemuis, poſtquam ſemel conſcriptus eſt, inter homines uolui, & à quouis cognoſci, ſiue eum intelligat, ſiue non, qui quidem ne corrumpatur, ſit metuendum; quemadmodum in hoc quoq; libro contingere quiuis animaduertat. Etenim ut omnia rectiſſimè dixerit Plato, quod quidē multi ſunt negaturi, ex ĳs tamen ferociores, audaciores, & confidentiores fieri lectores eſt neceſſe, tales q;, qui principibus & ſenioribus & quibuſcunq; cedendum fuerat, facilè ſe opponant. Rectè enim & utiliter iubet lex Laconica ſenioribus omnino cedere, non quò ſemper meliores ac iuſtiores ſint ſeniores omnes, ſed ut aſſueſcant, nec ordinem confundant. Similiter in dicendo [t] prouectioribus, quantum licet, honeſtum eſt parcere, ne facilè uulgus eos aſſueſcat inſectari, quos colere debebat. Nam cum maximi & grauiſſimi quique temerè ab ĳs, qui ſapientiſſimi habentur, malè audiunt, reliqui leges facilè contemnunt, itaq; non plus emolumenti, quàm damni accipiunt. Iam tu Homerum exigis, non quaſi nihil rectè dixerit, aut ubiq; peccauerit, ſed quòd eius lectio non ſit [u] iuuenibus pleriſq; tuta, quamuis alioqui rectè dicantur pleraq;: nos autem ut exigere te nullo

illum) Calliclē In Phedro.

t προηκόντων pro προσηκόντων.

u νέων pro νόμων.

te nullo pacto uolumus, ac potius in thronũ, ſi uoles, collocabimus, ita ſermones tales non dicam inducere (nec enim tam temerarij ſumus) ſed ſubducere uelimus. Quin nec hoc uel Plato, uel alius ignorat quiſpiam, magnorum & præclarorum uirorum memoriam atq; gloriam præter præſentem laudem etiam poſterorum fortunis ſolere prodeſſe, nec rarò ciuitates quaſdam ex maiorum alicuius memoria adiumentum in cladibus ſenſiſſe, ut & ipſis Athenienſibus ſæpe uidemus contigiſſe. At hic etiam hoc, ut apparet, commodo Vrbem, quantum in ſe eſt, ſpoliat. Etenim ſi hoc ſingulis apud ipſos perſuaſum fuerit, non modò Miltiadem, Themiſtoclem, Periclem, Cimonem, atq; omnia Athenienſium decora nihil fuiſſe coquis ac piſtoribus meliores, ſed me quoq; famulos quoſdam eo habere ingenio, ut eodem modo mihi, quo illi populo Athenienſi, ſint ſeruituri, niſi quòd illi plures habebant unius loco dominos; ſi hãc de illis opinionem habuerint, neq; hæc dicis cauſa, & per contentionem atq; exaggerationem prolata animaduerterint, uix alium quenquam uel uenerabuntur, uel honore publico propter hos afficient, quibus ipſis nullam deberi reuerentiam ſit effectum. Dolendum eſt igitur, cũ Lacedæmonij Miltiadem ac Themiſtoclem ſint reueriti, & Vrbi, quã ceperant, propter illorum gubernationis memoriam pepercerint, te hæc omnia tuis diſputationibus ſubuertere. Atqui ſi nec mœnia, nec nauạlia, nec ſocios ipſis acquiſiueras, ne uidereris miniſtrare, uerùm hæc omnia quaſi te indigna contemſeras; tamen occaſionem poſteri temporis, & ut aliquo ſtudio digna uideretur, debebas patriæ relinquere. niſi forte præſens quidẽ, ſi poſſes, eòs, ſi quid offendiſſent, ac perituri eſſent, non tantum libens deprecareris, ſed etiam propter ſacra, ſepulcra, atq; ipſum ſolum, quantum poſſes, iuuares, quamuis aliquam ſuſtinerent culpam; cum autem eorũ, quos maximè deprecari te decebat, honorem ſubuertis; hoc tuum ſtudium ad ciuilem facultatem pertinere iudicas. Quid quod præter hunc uſum non parũ uidetur ad perpetuam omniũ beneuolẽtiam & cum Vrbe animorũ concordiam conferre, ſi horum uirorũ memoria conditione priſtina conſeruetur. Debebant igitur oẽs, qui quidem ſe probos haberi uellent, ſiue priuatam rem ſiue publicã gererent, maximã omnium, quãtum poſſent beneuolentiam patriæ conciliare, uel ſaltem conſtitutã non euertere. nec enim hoc quoq; miniſterij poſſit illiberalis habere ſpeciem. Sed miror, cum in ferijs nunquam fuerit Viros Plato uolẽs priuaturus, cur eorum memoriam, & omnium cõceſſu ſtabilitã laudem deletam in lucro poſuerit. Quodſi æqualia debent eſſe in Rep. ſupplicia, ipſa certè ignominia longè æqualitatem ſuperauit. Necenim eos exiſtimo, ſi quis eſt in mortuis ſenſus, etiamſi non modò iuſtis, ſed etiam ſepulcris ipſis priuati fuiſſent, atq; etiam omnem in poſteris calamitatẽ percepiſſent, hoc eſſe tam ęgrè laturos, q; ſi adulatio

niſ à Græcis condemnarentur, & quæ ſeruitutis probra uiui fugerāt, ac ne ſub rent, omnia tum dixerant tum fecerant, ea mortui, & rebus omnibus, quas inſtituerant, peractis paterentur, atq; eius rei autor eſſet Plato, qui ſolus eorum uirtutes pro dignitate poſſet exornare, atq; adeò exornaſſet. Iam ſi uiri fortes naturali quodam inſtinctu bonum nomen expetunt, magnam quiſq; merito dixerit iniuriam fieri, ſi, poſtquam omnia diſcrimina gloriæ cauſa ſunt aggreſſi, uel eorum partem ſaltem aliquam, póſt finem uerborum & factorum atq; ipſius uitæ, contrariam ſortiantur opinionem. At quo pacto magis eos mercede priuemus, quam ſolam natura probis uiris tribuit, quãque bonis tum uiuis tum mortuis deberi confitemur. Poteras enim, uir præclare, ſimul & iuuenes ad iuſtitiam adhortari, & ſenioribus ſuum tribuere. Etenim ut laudari non potuiſſent, ſilentio tamen poterant præteriri, neq; fueras ob eam rem rationum nō relatarum accuſandus. Sed non hoc aliquem ad indignationem commoueat maximè, quòd Plato, Græcorum facilè primus, & qui meritò plurimum ſibi tribuat, magnitudine quadam & ingenij libertate quoſdã accuſare uoluit; ſed & quòd nonnulli nullius precij homines, hac occaſione ſumta, rem in conſuetudinem trahunt, atque etiam de Demoſthene, quem ego Mercurij cuiuſdam eloquentis ſpecie in terras arbitror deſcēdiſſe, nihil non audent effutire. Quis uerò uiuus hos ferat, qui ſæpius ſolœciſmum committunt, quàm loquuntur; alios contemnunt, quãntum erant ipſi contemnendi; in ceteros inquirūt, in ſe nunquam; uirtutem extollunt, non exercent; uagi obambulãt, *uita ſimulacra carentum*, Heſiodi fuci, Archilochi ſimiæ, duabus formis pro tribus uaccæ tragicæ præditi, nihil à conſutis ueſtibus differentes, ut extrà graues, ita longè ſecus intus affecti, non [x] per diem continentes, ut ait Demoſthenes, ſed eodem loco diem atq; noctem, cum poſſunt, habent; qui cum ſe Ioui negent cedere, pecunia tantopere uincuntur, & alijs conuiciantur, non quòd res ipſas condemnarint, ſed quia, cum paria facere non poſſint, inuident. Quod ſi quis ipſis de continentia diſputantibus oppoſitus, placentas oſtendat & monilia, linguam demittunt, ut enſem Menelaus. Nam ſi Helenam uideant ipſam; Helenam autem? ſi uel ancillam, qualem finxit Menander Phrygiam; Sophoclis Satyros reuera pro ludicro curant haberi. Iam ipſorum [y] inſatiabilem & auaram naturam nihil eſt opus aliquid apponendo cognoſcere, cum per ſe, quicquid poſſunt, rapiant: qui priuationem uocant communionem, inuidiam autem philoſophiam, & inopiam, pecuniæ contemtum. Cum autem humanitatem profiteantur, neminem iuuerunt unquam, & qui uolunt ipſis uti, eos infeſtant. Et alios quidem uix occurrentes aſpiciunt, diuitum autem gratia ad fines regionis occurrunt, quemadmodum Phryges propter oleas, eosq; mox & accedentes olfaciunt, & acceptos

Homeri hemiſtich. Iliad. 4.

x μεθ' ἡμέραν pro μίαν ἡμέραν.

Priore contra Steph. ſub finem.

Menelaus apud Eurip. Andromache.

y ἀπληστίαν pro πλεονεξίαν.

acceptos deducunt, ac uirtutem ſe tradituros pollicentur. cumq́; ceteros ne ſalutati quidem beneuolè reſalutent, coquos tamen & piſtores ac reliquum diuitum miniſterium, antequam commodè conſpiciantur, eminus mox ſalutant, quaſi hanc ob cauſam è lecto ſurrexiſſent, & in ueſtibulis uolutantur, plus cum ianitoribus quàm cum heris uerſantes; adulationem impudentia corrigẽtes; hoc uno ſigno non ad gratiam ſe quicquam facere probantes, quòd omnia iniucunditate inficiunt; ſtatim ut uiſi ſunt, poſtulantes; citius quæ non merentur, petentes, quàm alij, quod ſuum ſit, poſtulent. Etenim hi ſunt, qui impudentiam & offenſam putant eſſe libertatem, humanitatem autem in accipiendo ponunt. Quid quod ad eam ſapientiam peruenerunt, ut pecuniam non exigant, quod autem pecuniam ualet, accipere norint; ac ſi quis minus forte miſerit, in ſententia perſeuerent, ſin turgidior ſit effectus ſacculus, Gorgonem ceperit Perſeus. Neq; ſtultum habent prætextum. Nam liberi & uxor. O miſerrime propter familiam. Ergo propter hos cauponaris? Quin igitur uxori quoq; concedis, unde facilius quidem poſſit, accipere? Noua certè ratione magnanimitatem uidentur definire, non ſi magna dent, uerùm ſi non parua capiant. nec enim donationibus magnis eam, ſed magnis poſtulationibus exercent. Quid quod hoc iã quidam, ut audio, pro decreto habent, ut quod datur, accipiant, ſumant autem per conuicium. Hi certè ſoli nec inter adulatores nec inter liberos cenſeri debent. Decipiunt enim ut adulatores, conuiciantur ut meliores, duobus extremis & maximè contrarijs obnoxij malis, humilitati & confidentiæ; non alieni ab impiorum Palæſtinorum moribus. Nam & illi hoc habent impietatis ſignum, quòd deos eſſe non putant, & hi à Græcis, atq; adeo bonis omnibus quodam modo diſſentiunt, in reliquis quidem rebus umbra ſua magis muti, cum autem aliquis criminandus & calumniandus eſt, uix æri Dodonæo, uerùm culicibus potius in tenebris perſtrepentibus conferendi: ad rem aliquam neceſſariam peregendam maximè inutiles; ad ædes perfodiendas, & perturbandos atq; inter ſe committendos domeſticos, omnemq́; adminiſtrationem ſibi arrogandam omnium aptiſſimi: qui ſermonem adhuc utilem nullum nec inuenerunt nec habuerunt, non ferias publicas exornarunt, non deos honorarunt, non ciuitatibus conſilium dederunt, non ægros conſolati ſunt, non diſſidentes in gratiam reduxerunt, non iuuenes uel alios ullos adhortati ſunt, nec decorẽ in dicendo ſeruarũt; ſed in latibula ſubmerſi, miranda quædã cõminiſcuntur, ad umbrã neſcio quã uerba eructãtes, inquit Sophocles, anthericũ metẽtes, funiculũ ex arena nectẽtes, telã neſcio quã retexentes. Quantũ enim in ſapientia proficiunt, tantundẽ amittunt; magnopere ſibi placentes, cũ Rhetoricæ maledixerint, quaſi nõ etiã famuli ſæpe, ac præſertim maſtigię dominos intra dẽtes

In Aiace.

execrentur. Quin etiam Satyrus quidam ſcenicus olim eſt Herculi imprecatus, ad cuius aduentum confeſtim ſuccubuit. Nec immeritò uidentur mihi cunctis maledicere, quandoquidem hæc re plurimum ualent; qui ut nullius hominis mentionem faciant, male tamen dicunt omnia, itaq; quod habēt, in mediū conferunt. Et iam principes Græcorum, quaſi id ipſis liceat, audent citare; à quibus ſi quis mendacium & malignitatem auferat, quaſi præcipuas uitæ partes abſtulerit. Atq; etiam pulcerrimum Philoſophiæ nomen ſibi tribuūnt, quaſi locum in theatro præoccupaſſent & reliquis mox eſſet cedendum, aut hæc ſecundum nominum mutationem, non ſecundum res ipſas iudicarentur; uelut ſi Phrynondas ille Æacum ſe faceret, ut ita mox gemellus, & extra culpam omnem eſſe uideretur. Hoc uerò maleficiorum occaſionem prębet, tanquam ſi fur putaret ſe id, quod omnes uiderent, [z] cælare poſſe, ſi ſe Hyacinthum uel Narciſſum [a] uocaret, aut Lycaon Hectorem, aut Corœbus Palamedem, aut Margites Neſtorem, aut Battus, qui uocis cauſa Delphos petijt, Stentorem. Quin ego ſeruos nequam uidi, qui inter canendum ſe hoſtium nominibus ornarēt, eamq; ob rem uapularent, ac meritò magis inuiſi dijs redderentur. Neq; profuit Boſcyptæchmo nominis mutatio, quin, cum ſe felicem uocaſſet, magis etiam plecteretur. Hi quoq; putant ſe Philoſophiæ prætento fauore ea, quæ intus latent, cęlare poſſe. dein de uulpes pro leone emergit. Quid quod ne hoc quidem ſcire prorſus uidentur, quæ fuerit inter Græcos Philoſophiæ nominis ratio & notatio, quæq; huc pertinent alia. Non Solonem Herodotus ſophiſtam uocauit; non Pythagoram. Non ſeptem, quos dicimus, ſapientes Androtion ſophiſtas appellauit. non Socratem illum ſummū ſophiſtam. Iſocrates uerò ſophiſtas dicebat eos, qui contentionibus uacabant, quosq; illi dialecticorum nomine donarent; ſe autem Philoſophum, atq; oratores, & qui Remp. curarent. Nec aliter eius æquales nominantur. Non Platonem Lyſias & Æſchinem ſophiſtas uocat. at hoc inter accuſandum, dicet aliquis. Veruntamen ceteris alij extra accuſationem idem tribuerunt nomen. Deinde ſi Platonem quoq; licebat inter accuſandum ſophiſtam uocare, quo nam hos nomine cōpellabimus? Sed, ni fallor, & ſophiſtæ nomen erat commune, & Philoſophia ſignificabat ſtudium quoddam uirtutis & litterarum, non eum, quo nunc utimur, morem, uerùm [b] diſciplinam communem. Id autem Demoſthenes & alij probant ſexcenti. Neq; ſolum hoc in ſoluta oratione ſic ſe habet, ſed etiam in poetica. Etenim eos quoq;, qui aliquid mali excogitarent, per iocum philoſophari dixerunt, quemadmodū & ſophiſtæ nomen in malam traxere partem. Quinimo Plato ipſe, qui hoc nomen amplexus eſt maximè, ac ſuum & Socratis ſtudium Philoſophiam uocauit, eorum tamen mores bifariam ſecernit. Nam & uirtutis ac doctrinæ ſtudioſos uocat

[z] κλέψαι pro κλέψας.

[a] ἀγνοοῦντων pro ἀγώντων.

[b] παιδεία pro παιδιά.

Quinto de Rep. in fine.

ſecundum

ſecundum uulgi morem philoſophos, & rurſum alicubi per diſtinctionem eos propriè ſic nuncupauit, qui corporibus neglectis, ideas contemplarentur. Ex quo factum eſt, ut nec alijs Philoſophiæ nomen detraxerit, & quibus hoc propriè tribuit, non ij ſint omnes, qui nunc philoſophantur, uerùm qui ad Pythagoræ Platoniſq; doctrinam proximè accedunt. Nam reliquos quidem Plato non tam ſapientiæ q̃ corporis ſtudioſos dixerit. Quinimo cum ſophiſtas inſecta ri ſemper uideatur, & hoc nomen odiſſe maximè (cuius rei cauſa eſt, quòd & uulgus & ſuos contemnit) nihilominus etiam [c] hoc uocabulum in ſumma laude poſuit. Quem enim ponit ſapientiſſimum deū, & omnis ueritatis conſcium, perfectum utiq; ſophiſtam uocauit. Sed omitto ſophiſtam, & ad id, unde ſum digreſſus, redeo. Etenim neutra Philoſophiæ notatio poteſt his conuenire, neq; quam communis, ut dixi, Græcorum ſermo uſurpat, cum non hoc, ſed diſciplina quædam ſit Philoſophia, cuius ipſi partem nullā ab ipſo nomine uſque habent, neq; quam Plato ſeparatim quibuſdam tribuit. Neq; enim omnes hac appellatione dignatus eſt, [d] nec qui ſpeciem aliquam præberent, ſed eos duntaxat, quos dixi. Veruntamen antequam de nomine quicquam poſſint dicere, ſuperbiunt, & philoſophari ſe aiunt, ac ſolos præſentia futuraq; cognoſcere, & artes ſub ſe cunctas habere: [e] quos non examinare nominatim, ſed aceruatim oportet in plauſtris, uelut Corcyræorum cadauera, efferre. Quid enim hominibus hi proſunt, quibus ne pro piaculis quidem, quod inquit Comicus, uti quis uelit. Veruntamen hoc illis impertiamur, nec inuideamus, ut eum ciuitatibus uſum ſolum adferant, educati ut eijciantur. Nec enim melius aut purius eas poſſe quiſquam dixerit à moleſtijs & malis liberari, quàm ſi has feras à ſe remoueant. Quod niſi cum eorū militia atq; aſtutia Deus imbecillitatem & ignauiam cōiunxiſſet, nullus præ ipſis, quemadmodum de ſerpentibus ait Herodotus, locus habitari poſſet. Nunc uerò uel ibis poſſit his eſſe ſuperior. Neq; hæc quiſpiā ad Philoſophiam criminādam, aut cū acerbitate aliqua dici putet; ſed pro Philoſophia potius, & contra eos, qui illam ignominia afficiunt, proferri. [f] Ærarij quoq; fabri calui mentionem faciam, qui herilem ducit filiam. Hunc ſanè Plato non in contumeliam Philoſophiæ finxit, ſed ut pro ipſa quoſdam pulcerrimè compararet, qui inſtabant, & pluris, quàm erant, fieri ſe poſtulabant. Nam & hoc habet eius philoſophia diuinum & admirabile, quòd non omnibus patet facilè, ſed habetur hominum delectus, & examinantur ingenia. Nec enim Olympicum abolent, aut deſpiciunt morem, cum non oēs athletas admittūt facilè, niſi præiudicatos; [g] uerùm etiam augent magis atq; ornant, meo iudicio, cum tantum ſingulis metum incutiunt, & omnia ſua publicè prædicari uolunt, & ablata [h] caligine conſpici. Similiter nec nos Philoſophiam contemnimus, uerùm, ut ęquū eſt,

c ταύτῃ εἰς pro τέτοις. Deū) Plutonē, in Cratylo.

d δεξιὰ ante τοῖς.

e ὡς pro ὅς. Alludit ad uerba Thucyd. 8. Ariſtoph. Ranis.

f καὶ συνηγορῶν τῇ φιλοσοφίᾳ τῶν ἡμᾶς ἀφασὰς κατηγορῶν, εἴπερ τι χρηστὸν αὐτοῖς τῷ δοκεῖν addit. Sexto ad Rep.

g ἀλλά μοι pro ἀλλ' ὅμως.

h ἀχλὺν pro αἰγλήν.

defendimus. Etenim exiſtimo Platonem & Pythagoram, ſi reuiuiſcerent, procul ſumto ſophiſta, his ut ſederent, imperaturos eſſe, atq; ita ſe pulcerrimè Philoſophiam defendiſſe arbitraturos, & eos, qui petulanter in eam impetum faciunt, ab alijs ſeparaturos. Neq; nos omnibus maledicimus aut maledicimus, ſed quibus oportebat [h] ſcœptrigeris, quiq; dicta agnoſcerent, nō qui ſeipſum primus accuſaret. Philoſophiæ certè me pudebat, &, ſi quem alium, [i] tenebat coniunctio. Nam & ego me puto cum præſtantiſſimis atq; perfectiſſimis huius ætatis philoſophis uerſatum eſſe, nec in eo multis concedere, cū fuerint quaſi nutricij mei. Quocirca cum domeſticis potius, quàm cum philoſophis, contenderim. Sed abſit hoc, & nobis quoq; debeat nonnihil Philoſophia. Nam & Rhetorica tam delectari me, quàm qui maximè, facilè dixerim, nec fortaſſe prœlij ſim rudis; uerùm non idcirco, qui eam inſectantur, laudandos cenſeo, nec prorſus oratores appellandos; ſed quo magis Rhetoricam admiror & amplector, eo magis ijs, qui de ipſa peſſimè mentiuntur, iraſcor, & ipſam Rhetoricā libentiſſimè defenderim, atq; illos nullo minus quàm hoc dignos eſſe nomine, quantum poſſem, oſtenderim. At nō erga Miltiadem, Themiſtoclē, Periclem, & Cimonem eodē ſum affectus modo. Ad te enim iam conuerſos, Plato, [k] tempus eſt hos miſſos facere, ſi quid forte artis habent, quod non puto. Sed hæc nullius ſunt momenti. nos autem noſmetipſos agnoſcamus, neq; ut in nocturno [l] prœlio cō miſceamur, nec hoc imitemur Græcorum uitium, ut de principatu ſeditioſè contendamus; uerùm diuino contenti iudicio, noſtrū quiſque ſeruemus ordinem, & ita ſimus erga maiores affecti, ut erga nos affici poſteros uelimus. Etenim turpe ſit, ut ait Demoſthenes, quos nec hoſtes uel inimici laude ſpoliarint, eos à nobis amicis debita reuerentia & humanitate priuari. Atq; equidem & Platoni debitum honorem tribui, & Virorum dignitati opem tuli non ignauiter. Quod ſi quis hęc refutare poteſt, ſi id eadem ſeruata mihi beneuolentia, qua Platonem ego ſum proſecutus, fecerit, eum ego nunc & in poſterum amicum, non hoſtem iudicabo.

b σκηπτόχων pro σκηπτούχων O.
i μετιῶ pro μέθιεν.
k δεῖ τούτους χαίρειν ἐάσαι pro δεῖν τ. χ. ἐάσας.
l νυκτομαχία pro ἡμερομαχίᾳ.
De falſa legat.

ORATIO

ORATIO PLATONICA TERTIA
Ad Capitonem.

DEFENSIO PRIMAE
orationis Platonicæ.

NVNC te magis etiam amamus, cum Platonem tanto ſtudio proſequeris, quem ego dixerim colere me, ſecundum Homerum, *Non ſecus atq; meum caput.*— Etenim quamuis omnes illius comparatione nihili ſint, ſibi tamen quiſq;, ut aiunt, eſt cariſſimus. Sed quid aio? Equidem neſcio, an ſis [a] crediturus; dicam tamen, quod eſt uerum. Nam ſi eum nobiſcum ne comparandum quidem eſſe dixiſſes, non ita lætatus eſſem, ac poſtquam te præoccupatum oſtendiſti. Adeo mihi amicus eſt uir, & amicis omnibus potior. Simile autem circa Demoſthenem quoq; mihi quiddam cõtigit, quod iam narrabo. Senator quidam Romanus, ex Africa oriundus, Maximus nomine; uir grauis, & orator inter Romanos primus, ut aiunt, quibus hæc ſunt curæ; is & Demoſthenis orationibus mirificè erat addictus, & noſtris quoq; iſtis neſcio quo pacto capiebatur; cumq; Æſculapium unà uiſitaret, ac nullum rerum honeſtarum ſtudium omitteret, intererat quotidie noſtris declamationib. ita ut quiddã etiã ad ipſum obiter hoc modo cõfecerim. Tertiã ad Leptinẽ orationem forte conſcripſeram tali occaſione. Cum in manibus haberem Demoſthenis orationem, poſtquam ad capita ueni, quæ à Leptine dicendà ipſe intercipiebat, depoſito libro, mecũ eorum quoddam conſideraui. Poſtquam autem duo uel tria, quæ ad rem pertinebãt, inuenerã, ad alia deinde perrexi. atque ita tẽtanti ſemper idem cõtigit, donec à fimbria tunicam tandem, aut, ſi mauis, ab ungue leonem abſolui. Hanc igitur orationem cum ei uellem recitare, prædixi futurum,[b] ut ad Leptinem adinuenta cum oratione ad Leptinem inueniret. Num, inquam, iniuriam facio? Tum ille generoſè, & ut quiuis ſe geſſiſſet philogus, An ignoras, inquit, à Demoſthene me ſtare? Et ego, Eundem igitur, inquam, quem ego, colis, ita ut, ſi me uicerit, non ſit inimicus coronandus, ſed is, cui ſimul uterq;[c] libemus. Vt autem libellos recitari iuſſit, & ſeria res agi cœpit, ita ferè dixi: Equidem, ni fallor, idem de Demoſthene, quod tu, exiſtimo, difficulter eum ſuperari poſſe. Veruntamen ſi quis mihi deorum opitularetur. multa autem in Æſculapij templo acciderunt miranda. Nec enim, dicebam, præmium propoſuiſti, ut certarem alacrius. Nã ſi quidem falſus fuero, dicar inſanire, nec habere quicquam eloquentiæ. ſin cauſam obtinuero, quid erit præmij? His auditis ille lætatus eſt, quemadmodum ego lætatus eram, cum eum Demoſtheni eſſe addictum cognouiſſem; & orationis recitãdæ copiam fecit. Qualiter

Iliad. σ ſub initium.

a πισεύσεις pro πισευεῖς.

b ὅτι πρὸς λεπτίνην ἐξευρημένα καὶ τῷ πρὸς λεπτίνην ἐξευρήσει

c συσπένδομεν pro συσπεύδομεν.

autem deinde fuerit affectus, ipſe norit, & tu, ſi quando in eum incides, memineris. Adeo mihi mirificus amor quidamomnium quidem antiquorum, horum tamen pręcipue à pueris eſt innatus. Quo fit, ut tibi quoq; nunc non tantum, quam habes opinionem, non inuideã, ſed & gratuler, & ea de cauſa te ſemper uelim amare, atq; adeo, quãtum potero, adijcere ſententiæ tuæ, pro ſocio te ac ſodal; re uera habens. Nec enim

—neci dantes nigrum
Tauros ſuper ſcutum,—

In Septẽ ducib.

ut fecit Æſchylus, ſed in Platonis orationes tanquam conciliatrices quaſdam & communes * reſpicientes, meritò nobis inuicem de re qualibet fidem habuerimus. Quinimo nos etiam ad Platonem pertinemus, ſi non quantũ philoſophi, at quatenus eum amare poſſimus. Nam nec eloquentiæ ſtudium uetat nos ab ipſo quicquam accipere, nec ullum nos oraculum [d] à myſterijs abigit, & uitam aiunt, qui norunt, non prorſus ab eius abhorrere ſententia. Verum ſiue ego tunc ſecundum [e] ipſum dixi, ſiue ipſe nunc ſecundum me, non puto dari poſſe mediũ quenq;, qui alterum apud alterũ ſuperet, beneuolentiæ & conſenſionis ratione. Age uero per ipſum amicitiæ præſidem Iouem, quandoquidem Plato quoq; ueritatem ubiq; colit, & ſtudiorum commercia ueræ ſtatuit amicitiæ originem, uideamus apertius, quid te in ijs offenderit, quæ ad ipſum à nobis prolata quidam aibãt. Equidem conabar demonſtrare, ipſum ubiq; [f] nobis ſuffragari. Nam ſiue quid ineptiuimus, nihil eſt opus Steſichori palinodia potius, quàm ſpongia; ſiue etiam melius aliquid diximus, quàm quod tale mereatur præmium, tu nihilominus ne lauda, ſi nolis, uerùm ſaltem ignoſcere dignare. Dicebas autem, ut audio, ægrè te ferre, quòd Siculæ peregrinationis memineram, atq; ita Platonis uitam carpere uidebar; cum hoc ſeorſum à diſputatione poni debuerit. atq; hanc non amantis tantum, uerùm etiam in dicendo temperantis eſſe accuſationem. Sed uide, ne me inculpatum culpes. Nec enim ego de Platone tanquam in iudicio malè loquebar, nec eius peregrinationes accuſabam, quò deterior haberetur; ſed per has eum quoq; mihi & Rhetoricæ teſtimonium perhibere affirmabam. Etenim ſi parua res fuiſſet, iniuriam accipere, uel acceptam referre, [g] nemo nec ipſum coegiſſet tantum nauigare pelagus, idq; ad tyrannum pro Dione, nec inde reuerſum, in omnibus Dionem adiuuare, qui redire cupiebat, & pœnas eorum, quæ paſſus fuerat, ſumere. Nnnc autem re ipſa teſtatur, inquiebam, non eſſe uile, nec facile, ſi quis lædere uolentes prohibeat. Atq; hæc ita ſe habere, partim qui dicẽtem audiuerunt, partim, qui extant, ſermones teſtabuntur. Et alia quidem omitto, quanta cum reuerentia & lenitate de his rebus diſputauerimus, tãta uſi uehementia, quanta nec illum calumniabatur, & noſtram cauſam reddebat

d ἐκεῖς pro ἐκεῖ.
e ἐκεῖνον pro ἐκείνῳ.
f ἐμαυτοῦ pro ἐμαυτόν.
Tale) ut dicamur ineptiuiſſe.
g οὐδ᾽ ὂν pro οἷς.

bat meliorem. uerùm ipſi proprium locum quaſi Parabaſim inſeruimus, quem ſi audiſti, recordare; ſi minus, ne temerè iudica. Age igitur, ut ſolent, qui in iudicio contendunt, ex libello tibi ea proferam. *Sed iam uolo paulum reſpirare, ne quis omnino putet me hac diſputatione Platonem accuſare, aut de ipſo ſumta occaſione male loqui. Ego etenim nec ipſe hoc Platoni crimini uerto, ſi quò proficiſci uoluit, nec ſi quis id alius obiecerit, ſanum credidero, nec omnino quicquam præter ea, quæ ad rem pertinent, curioſè ſector, quandoquidem nullum*[b] *tanti ſit uictoriæ præmium; ſed ea quæ fecit ipſe, & quæ de cauſa fecerit, ipſe clarè dixit, pro Rhetorica facere affirmo. tantumq́ abeſt, ut in his eum reprehendam, ut, ſi hoc etiam dicendum eſt, in his ipſis quoq; extollere me putem, ſi, poſtquam hæc aliquantum cum illis pugnant, nec facta illius nec opera calumnior, ſed ex vita & factis, quæ pro nobis noſtriſq́ facere confirmo, iſta ſe aliter habere, quàm quis exiſtimet, oſtendo.* Num hæc eum reprehendere, aut cum aliqua contumacia uel temeritate coniuncta uidentur? equidem non puto. Quin ſi quod his crimen imponendum eſt, maiorem iuſto prouidentiam potius appellauerimus. At ille quidem, ubi uel minimum quid poteſt in antiquis uel ſui temporis claris uiris reprehendere, nihil omittit. Sed nondum de his. Verum quid nic, obſecro, facere oportebat? utrum prorſus omittere Siculam peregrinationem, tanquam arcanum quiddam? At nec decreti conſcius eram, quod uetaret, & cauſæ conducebat, atq; etiam uerum erat (etenim nō ſemel nauigauit, ut Dio ius ſuum conſequeretur) & in Gorgianis ſermonibus dixerat, iniuriæ acceptionem parui eſſe momenti. Quodſi hæc imbecillia ſunt, & nullius ponderis, in medium propoſita ſoluāt, ſi uolunt, ſapientes, etiamſi mihi maledicant. Omnino uulgarius eſt malè quàm benè loqui: An uerò lenius erat & moderatius de ijs dicendum? Non igitur deprecationem audiſti ſi non tum, at nunc ſaltem? Nec ea poſtea fuiſſe à nobis inſerta, quaſi tuam timeremus accuſationem, uerùm ab initio fuiſſe adiecta, teſtes uoca, ſi uidetur, auditores. An uero Platonis amicis hoc dolet? Alius hic eſt ſermo, non ad me, ſed quemuis alium prolatus. Num etiam hac in re iniuriam feci, quòd ex eius legibus quædam deſcripſi? ac uide, ut, quoniam indignantur, hoc etiam oſtendant, non ipſum ſibi, cum quid ait, contradicere. *Iis autem, qui beatè uiuunt, illud primùm ſuppetere debet, ut nec alios afficiant iniuria, nec ab alijs ipſi afficiantur. Horum autem illud quidem non eſt admodum difficile, alterum autem conſequi, difficillimum: nec id aliter quis perfectè poteſt habere, niſi perfectè fuerit bonus.* Ad hæc uerba quid nos in libello rurſum diximus? *Io io teſtimonium. hoc quærebam. hæc dicit Plato, in quem epigramma conſcriptum eſt, & per quem diuinum eſt redditum Ariſtonis genus. Tandem ergo, bone uir, præclara res eſt Rhetorica, nec eam quiuis uel conſequi poteſt, uel habere. Nam tu quoq; id uideris concedere, eam ad repellendas iniurias eſſe inſtitutam. Quapropter cum nec lædere cogat, nec lædi permittat, & ut ex præcedentibus eſt effectum, nec lædere nec lædi quenquam per-*

[b] ποιῶν pro ποιεῖν.

mittat; ſi quidem eadem eſt etiam Philoſophiæ definitio, Philoſophiæ quoddam genus erit Rhetorica; ſin Philoſophia ſufficit, ut neminem lædat, perfectior eſt Rhetorica, quæ id, quod eſt comparatu difficilius ac maius, addit, ne ab alijs ipſe lædatur. Qua igitur ratione idem & perfecte bonum ac maximum erit bonum, & maximum malum atq; adulatio? aut quomodo minimum ualent oratores, ſi id, quod eſt conſequi difficillimum, ipſis ſuppetit? equidem non uideo. Felices igitur ſecundum Platonem ſunt oratores, non miſeri, ſi quidem is, qui perfecte bonus eſt, felix erit cenſendus; illud autem conſequitur nemo, niſi perfecte fuerit bonus. Vtrum hæc rectè ac neceſſariò ſunt in medium prolata, an hoc quoq; ſi non adoramus, ut[i] ciſtam myſterijs plenam, iniquè facimus? At ego non putabam hoc eſſe, myſteria proferre. Acuide, ne me rurſum dicas acerbius, quàm deceat, loqui. Nec enim horum in me cauſa hæret, ſed excipiendus erat prouocator, ita ut, uelut in curia, auderetis audire, æquales utriq; & communes uos præbentes. Verùm ego præclarè, ut apparet, hæc præuidi, ac prædixi fore, ut niſi quis totam audiret orationem, non tantum, quo decebat, honore non proſequeretur, uerùm nec de re ipſa quicquam cognoſceret. Quocirca iubebam ad finem uſq; auſcultare, quiſquis controuerſiam totam cogniturus, & rectum atq; æquum ſuffragium laturus eſſet. Nec enim ita iudices, uir optime, iudicant, nec procemio alicuius uel narratione audita diſcedunt, neq; his[k] omiſſis, ad aliquod argumenti genus conueniunt, aut ut teſtimonium aliquod, uel repetitionem dictorum audiant: uerùm ab initio ad finem poſtquam auſcultarunt, ita demum ſententiam ferunt; id quod etiam illis, ut arbitror, conducit. Quin nec uos, per ipſos iuriſiurandi præſides deos, cũ Olympia celebratis, ita præmia proponitis, ut alterius omnia auſcultetis, alterius initium tantum, aut[l] aliquid ex medio, uel ex fine. Quorſus hæc igitur dico? Quia, cum exiguam quandã orationis partẽ audiuiſſes, ex ea de tota iudicaſti, nec procemio audito, nec tota cauſæ conſtitutione cognita, quæ non minoris erat, q̃ oratio tota, facięda. Mores etenim in hac integri ap parẽt, utrum laudaturi potius an depreſſuri uirum acceſſerimus. Adeò enim omni reuerentia ac honore ſumus eum proſecuti, ut ſi ipſe contra [m] ſe dicturus fuiſſet, non potuerit ſibi magis, credo, parcere. Quinimo nec filius eius, ut exiſtimo, ſi contra illum dicturus fuiſſet, aut potuiſſet magis deprecari, aut eum illuſtrius inter Græcos laudare. Quibus cũ tu defueris, ſimilis es ei, qui ante auditam utriuſq; orationem iudicat. Alius uerò tenore ſeruato, etiam ſui, non modò aduerſarij eſſet oblitus, & cum quæſtionẽ probaſſet, nihil ſtuduiſſet aliud. Verùm ego quaſi metuerem, ne ille deterior in his haberetur, eius honori per totam orationem ſtudeo: cumq; demonſtrationes tam continuæ ſint atq; denſæ (hoc enim mihi liceat dicere) non minus admirãdi ſunt habiti ad uirum ſermones, quodq; non aliter poſito fundamento, aliter adduxi reliqua, ſed cum

i κίστην pro κύστιν.

k παρέντες pro παρόντες.

l τὸ pro τοῦ.

m αὐτοῦ ῥητορῶν pro αὐτῶν ῥητορῶν

Alludit ad Heſiodi carmen, μήτε δίκην δικάσῃς, &c.

cum oratione ſemper coniunctum eſt uiri ſtudium; & cum neceſſariò contradicamus, obiter inſuper eum laudamus. Ac uellem equidem eum ita mihi reſpondere, ſi adeſſet; uerũ id ille minus forte curaret. Nunc etiam finem orationis ſpecta, quàm fuerit exordio conueniẽs. Et de ueris quidem oratoribus loquentes, *Verùm Plato*, diximus ferè (nec enim accuratè memini) *qua in chori parte collocabitur? nam nos quidem in pulcerrima eum collocare cupimus:* de alijs autem homuncionibus quibuſdam dicentes, *At Platoni, oratorum patri & magiſtro*, cum præpoſuiſſemus, ita demum reliqua ſubieccimus. Atque hoc eſt eius uitam & orationes, quantum fieri poteſt, extollere: & hæc omnia pro ueritate diſputo, inquit Demoſthenes. Alioqui Pindaricũ illud multi laudant: *Oportet autem quidlibet agendo, hoſtem deprimere.* Hoſtem autẽ dicit aduerſarium. Quin & in pugilatu, & gymnicis certaminib. atque etiam equeſtribus uidemus eos, qui de uictoria contendunt, non ad uoluntatem aduerſariorum ſe cõponere, ſed quæ ſibi ſint utilia, tum dicere tũ facere, donec lex nulla prohibuerit. Itaque ut maximè fuerint iniucundi quibuſdam ſermones, & uel orationes, uel uitã eius reprehenderint; antiqua id lex iuſſit, nec à me lata, ſed uetuſta prorſus, niſi, quod uereor dicere, Plato eam tulerit. Atque ego quidẽ crimini ſatis, ni fallor, reſpondi. illum autem non admodũ curare, ſi quis uellicandus ſit, quanquam tu, qui iſtis uacas, melius ſcire debes, referam tamen & ego, quæ memini. Neque uerò dicas me Platonẽ rurſum accuſare. non enim ad eum accuſandum, ſed ad me defendendum, ipſius utar exemplo. Quàm inuitus autem in hos incidam ſermones, non ignoras. nã nec initio ſic pro Rhetorica dixi, ut indigerem defenſione. Nónne Alcibiades eius cum inſtituat eos, qui ſunt ad Remp. acceſſuri, ad ſui curam adhortari, progreſſu ſermonis Periclem reprehendit, cũ res non admodum requireret. Loquar enim liberius ad te, atque ipſum Platonem. Conſidera uero hæc uerba: *Extrema enim laboras inſcitia, uir optime, quemadmodum ratio te conuincit, ac tu teipſum. Quare & ad Remp. antequam ſis inſtitutus, proſilis. Sed hoc non tibi ſoli accidit, uerùm & alijs multis; qui hanc Remp. gubernat, præter paucos, ac tuum fortaßis tutorem, Periclem.* Hæc, ſi uidetur, neceſſaria ſint hucuſque: *Sed hoc non tibi ſoli accidit, uerùm & alijs multis, qui hanc Rempub. gubernant.* Eo autem, quod ſequitur, quid ſibi uult, obſecro, uir ſapiens? *præter paucos, ac tuum fortaſſis tutorem, Periclem.* Eſſe autem hanc digreſſionem ſtudio quæſitam, ut Pericli malediceret, ipſe teſtatur. Ac ne rurſum eius cauſa indigneris, caue. Conſidera uerò quæ dicat: *Ac fertur quidem, Socrates, non ſponte doctus extitiſſe, ſed cum multis doctis eſſe uerſatus, ac Pythoclide, & Anaxagora; & nunc*[n] *etiam, cũ ſit eius ætatis, Damonis cõmercio hanc ipſam ob rem utitur. Quid ergo? num uidiſti quempiam in*[o] *re aliqua doctum, qui non poſſet alium facere ſuæ doctrinæ participem? quemadmodum is, qui te litteras docuit, & ipſe doctus fuit, & te, atque alios tales reddidit. nónne? Etiam. Itaque*

De Coronâ. Iſthm. 4.

Verba Socratis ad Alcibiadem in Alcib. priore.

n ἔτι pro ὅτι ex Plat.

o ὁποιῶ pro ἐνποιῷ ex cod.

& tu, qui ab illo didiciſti, aliũ poteris docere. Etiã. Et cithariſta ac pædotriba ſimiliter. Maximè. Eſt enim hoc doctrinæ cuiuſuis locuples teſtimonium, cũ poteſt etiam alium doctum reddere. Equidem puto. Quid ergo? num Pericles aliquem doctum reddidit, à filijs exorſus? Quid autem, ſi ambo filij lapides fuerunt? At Cliniam, fratrem tuum. Quid autem Cliniam dicas, inſanum hominem. Ergo ſi Clinia inſanit, Periclis autem filij lapides fuerunt; quam in te dicemus hærere culpam, quòd te ſic affectum contemnat? Ego, ni fallor, in cauſa ſum, qui ipſum non attendam. At ex alijs Athenienſibus ſeruum aliquem uel liberum nomina, qui ſit ex Periclis conſuetudine doctior redditus, ut ego tibi Pythodorum Iſolochi, & Calliam Calliadæ F. [p] *recenſere poſſum; quorum uterq; minis centum Zenoni perſolutis, doctus & celebris euaſit. At per Iouem non poſſum.* Videor tibi moleſtus eſſe: at mihi etiam magis, & amanuenſi. Etenim hæc ad primam facem quærebantur, & antequam cubitum me reciperem, abſolui oportebat. Ergo, quid dicam, uide. Hæc ſi quidẽ ad orationem neceſſariò pertinebant, noſtra quoq; in illum prolata, eandem habent defenſionem: ſin minus, uides magnitudinem beneuolentiæ. Nam ego ne tum quidem, cum erat neceſſe, præfracto ſermone ſum uſus, ſed parco & modeſto: uerùm hic uirum ſui temporis celeberrimum tam facilè inſcitiæ condemnauit, idq; corã eo adoleſcente, qui quemuis poterat contemnere, cuiq; auunculus ac tutor etiam patris erat loco. Quapropter ut nihil ego nec reprehendo nec conuinco, ita uereor, ne quis ferocius intuens, hæc dicat ijs eſſe criminib. affinia, quibus adoleſcentes Socrates ad ſeniorum contemtũ dicebatur adhortari. Quod ſi Periclem dicerem & domi tam grauiter, q; Socratem, uixiſſe, & militiæ utiliorẽ fuiſſe, cum adeſſet; diceres me rhetoricari. Itaq; hæc in tuam gratiã omittã. uerũ hoc ex te uelim quærere, ubi'nam iſta dialogis inſerere neceſſariũ fuerit. Nec enim demirer, ſi nemo queat demonſtrare. Etenim, ut paruum adducam argumentum, ſi quis hoc totum tollat, ab hoc loco, *Sed hoc non tibi ſoli accidit, uerùm & alijs multis, qui hanc Remp. gubernant;* aut etiam ab hoc, *Quare & ad Remp. antequã ſis inſtitutus, proſilis;* uſq; ad hunc, *At per Iouem nõ poſſum:* hoc ſublato, qua in re peior fiet oratio? Aut quid minus Alcibiadem [q] hortabitur, ſi ſermo ita continuetur: *Extrema enim laboras inſcitia, uir optime, ſicut ratio te conuincit, ac tu teipſum, Quid ergo de te facies? utrũ,* [r] *ut nunc es, relinques, an curã adhibebis aliquã?* Hæc ſi ita ſe haberent, quod eſſet orationis damnum? equidem non uideo. Nam ſi alios quoſdam de plebe uolebat incuſare ad excitandum adoleſcentẽ, poterat, id quod dixi, facere. De his enim propriè quoq; alicubi diſputauit, non eſſe quenquã ſcorſum reſpiciendum, niſi ueros luctatores. Ergo Periclẽ Plato nulla motus neceſſitate traducet; nos ne hoc quidẽ ſine crimine, Platonẽ in Siciliã fuiſſe profectũ, dicere poterimus? Quanq; quid nos, eius ſtudioſos, horũ pudeat? Parmenides utiq; illius extat, liber diuinus. Quid ergo ad unum & multa, reliquaqúe

ſimilia

[p] deeſt αὐτοῦ poſt οὐ.

[q] ἀσκητέον pro ἀσχρέτει.

[r] πότερον ἐᾶν ὡς νῦν ἔχεις pro ἐᾶς ἂν νῦν ἔχεις ex Plat.

ſimilia pertinebat, Zenonem Parmenidi in delicijs fuiſſe? Vbi'nam hoc tanto uiro neceſſarium erat obijcere? ueruntamen dixit ornatus cuiuſdam cauſa. An uerò quemadmodum ipſe Homerum unguentis delibutum, & hirundinis honore affectum dimittit, ita nos Platonem ex urbibus emitti iubebamus, aut ipſi tanta cum licentia maledicebamus? An rurſus, hos Gorgianos ſermones ſi antiquemus, iram deprecabimur, quẽadmodũ ille Homerica iſta uult antiquare, quaſi iudex carminum conſtitutus eſſet. An etiam Platonis ſodales traducimus, quemadmodum ille Homeri, idq; nulla cogente ratione, quã equidem poſſim animaduertere. Num cuſtodes ſeorſum habitare nõ poterant, niſi Homerus malè audiret? an uxores hoc iubebant cõmunes? an etiam iter annorum mille minus rectè fuiſſet expreſſum, niſi Creophylus malè audiſſet? Verũ cur Homerum fruſtra uellicabat? Atqui nullam petierat omnino ueniam nec initio ſermonis, ut nos multis uerbis fecimus, nec in poſterioribus; niſi quòd hoc unum breuiter dixit; non eſſe ueritati præferendum uirum. At ueritas non cogebat Creophylum in diſputationem inſerere. An uerò Platoni licebit etiam nominatim, quos uolet, tangere, & per hos rurſum alios; nobis nec è factis quidẽ ipſius diſputationes eius licebit refutare? Ac de carminibus quidem permittamus ei, ut Remp. conſtituat, diſceptare: quanquam & heic poſſet eum quis ita excipere: Quid autem hoc eſt? Etenim ſi prorſus eras hoc poeta uſurus, oportebat prorſus, quæcunq; non admitteres, expungere. ſin eum prorſus dimittis, nec quoquã ipſius etiam laudato permittis uti Remp. tuam, negocium tibi faceſſis, dum alia tollis, alia relinquis. Verũ concedamus, ſi uidetur, hæc ab ipſo ad ſermones condiendos eſſe accita. atquid opus erat, omnib. abſolutis, ad ipſum reuerti? Nónne hæc eſt, ut apertè iam dicam, manifeſta contentio? *Dic nobis, amice*[ſ] *Homere, ſi quidem non es à ueritate tertius, cũ circa uirtutis ſimulacrũ uerſeris, quem nos imitatorem definiuimus; ſed etiam ſecundus, & quæ ſtudia meliores homines uel peiores tam publicè quàm priuatim reddant, nouiſti, quæ'nam urbs per te melius fuit gubernata, quemadmodum per Lycurgum Lacedæmon, & per alios multos aliæ tum magnæ tum paruæ. Quæ uerò ciuitas legiſlatorem te fuiſſe dicit, ac ſibi profuiſſe? Nam Charondam quidem Italia habuit ac Sicilia, nos autem Solonem. te uerò quæ'nam ſe dicet habuiſſe? Non arbitror, inquit Glauco. Itaq; nec ab Homeridis ipſis refertur. Verum quod bellum Homeri tempore, ductũ ipſius uel conſilio præclarè geſtum memoratur? Nullum. At quæ'nam inuẽta induſtriè excogitata, ceu docti mechanici, uel alia facta narrantur, quemadmodum Thaletis mileſij, & Scythæ Anacharſidis? Nihil uſquam tale. Verùm ſi non publicè, num ſaltem priuatim quibuſdam diſciplinæ magiſter fertur Homerus fuiſſe, qui eius amarent commercium, & poſteris Homericam quandã uiuendi rationem traderet; quemadmodum Pythagoras tum ipſe ob hanc rem egregiè carus fuit, tum etiamnũ poſteri eandẽ uitæ rationẽ appellantes, illuſtres*

Initio Parmenides.

Tertio de Rep.

Iter) de quo in fabula de Pamphylo, poſtremo de Rep.

Initio decimi de Rep.

ſ deeſt εἴπερ poſt Ὅμηρε ex Plat.

Decimo de Rep. ſub initium.

inter alios habentur? Nec[t] tale quicquam, inquit, proditum eſt. Etenim Creophylus, Homeri ſodalis, nominis cauſa magis etiam forte ridiculus uideretur, ſi uera ſunt, quæ de Homero traduntur. Aiunt [u] enim permagnum fuiſſe ipſius contemtum, dum uiuebat. Certè, inquam ego. Sed ſi re uera potuiſſet homines Homerus docere, ac meliores reddere, quaſi qui hæc non tantum imitari, ſed etiam cognoſcere poſſet, putas'ne, Glauco, futurum fuiſſe, ut multos pararet ſodales, ab iiſq; coleretur & amaretur? An uerò Protagoras Abderita, Prodicus Ceus, aliiq; permulti ſuis priuatim perſuadere poterunt, eos nec ciuitatem nec familiam ſuam rectè unquam adminiſtraturos eſſe, niſi [x] ab ipſis inſtituantur; & ob hanc ſcientiam ſic amantur, ut eos ſuper capita propemodum circunferant amici: Homerũ autem uel Heſiodum æquales illorum, ſi quidem ad uirtutem potuiſſent homines perducere, uerſificantes permiſiſſent uagari, nec iis potius, quàm auro, adhæſiſſent, & ut ſecum domi eſſent, coegiſſent, uel ſaltem eos, ubi morabantur, uiſitaſſent, donec affatim fuiſſent inſtituti? Omnino uideris, inquit, rectè dicere, Socrates. Itaq; poetas omnes, ab Homero exorſi, ſimulacrorum uirtutis atq; aliarũ rerum, quas decantant, imitatores eſſe ponamus, ueritatem autem non attingere. Hæc, obſecro, cuius erant neceſſitatis, uel quem habent decorẽ? Quis autem Charõdam, Protagoram, Prodicum, atq; alios permultos Homero præferri patietur? At idem Prodicus apud eundem admodum ridiculè decumbit, & Protagoras ad Hippiam reſpicit, atq; Hippias nugatur. Quid hæc, dicat aliquis, ad eius admiranda dogmata? Veruntamen hos, quos alibi deridet, heic collaudat, non ut ipſos prædicet, ſed ut Homerũ (ueritas enim, quãuis dictu ſit inſuauis, nõ eſt tamen abſcondenda) infeſtet. Quis enim eſt, qui dicit,

t ἴδ' ἂν pro priore ἰδὼν ex Plat.

u deſunt λέγεται γὰρ ὡς πολλή τις ἀμέλεια περὶ αὐτὸν ἦν ἐπ' αὐτοῦ ἐκείνου ὅτι ἔζη ante λέγεται ex Plat.

x σφεῖς αὐτῶν τῆς παιδείας pro ὁ φεῖς αὐτῶν τῆς ὁσίας ex Plat.

In Protagora ſub initium.

Tantalus eſt etiam uiſus: — &,

Poſterius uidi.—

Parodiæ Platonis ex Odyſſ. λ extremo.

Itaq; ut illos per Homerica, ita per hos Homerum traducit. Heſiodũ quoq; pro additamento habuit. Quocirca mirari ſubit, quibus eos conuiciis fuiſſet proſecutus, ſi ciuitatem eius eſſent calumniati, [y] uel Remp. deſtruxiſſent; poſteaquã, cum nihil eis obiicere poſſit aliud, niſi quòd plures fortaſſe, quàm opus erat, laudauerint, tam diſſimilib. modis eos excipit. Verũ hoc quoq;, optime Capito, aliud agens conſideraui, nihil aliud hominem, quàm ſimulacra, in ore habere, ac tum poetas ſimulacrorum uirtutis imitatores eſſe, tum Rhetoricam Ciuilis partis ſimulacrum.

y ἢ pro εἰ.

Aula ſimulacris ſcatet,—

Odyſſ. υ extremo.

diceret ad ipſum Homerus. Non hæc audaciora ſunt ac magis temeraria, quàm noſtra, cum Platonem peregrinatum eſſe diximus, idq; non peregrinationem ſugillantes, ſed ea cauſam noſtram confirmantes. An uerò Philoſophiæ priuauimus eum opinione, quemadmodum ipſe tragicos quidem nihili facit, Homerũ autem tragicũ uocauit, nõ tam honoris gratia, quàm ut & illos [z] per hunc mutilaret, & hunc, dũ honorat, deprimeret. Etenim plus, quàm tragœdiam, tribuebant Homero, ni fal-

Decimo de Rep.

z διὰ τοῦτον pro τοῦτον.

ni fallor, Græci. An etiam Epicharmū iure ſummum comicū ſtatuit, apud quem hæc eſſe optima dixerim, quæ ſunt Atticæ dictioni ſimillima. Indignum erit igitur, ſi tragicos ipſe & comicos, & ciuitatē ſibi & Remp. atq; leges cōponet; nobis aūt ne de dicto quidem aliquo licebit cum ipſo diſceptare, idq; non unguentis delibuto, ſed laudibus maximis, quibusq; nec ipſe de ſe maiores audire ſuſtinuiſſet. Si enim hoc tantum initio ſermonis ad ipſum dixiſſemus, *Inuoco autem ad hoc facinus & Mercurium Eloquentem, & Apollinē Muſarum præſidē, & Muſas omnes*; ſi illud *omnes* tantum adieciſſemus, quis ita Platonem unquā extuliſſet? Nec enim exiſtimare debes, hanc uocem temerè aſſutam eſſe, uelut eſt apud Homerum,

Muſæ deinde nouem cunctæ:—

Odyſſ. α initio.

ſed, ſi de meis mihi licet loqui, magna eſt huius appendicis uis. An uerò in hiſce ſolis curioſum ſe præbet, in reliquis cautionis eſt plenus? Nónne tum Ariſtophani ſingultum tribuit, nihil ad rem pertinentē, ac potius ingratum prorſus, & ſermonibus de Amore ineptū; tum à ueritate aut neceſſitate tantum abeſt, ut conuentum utiq; totum ſit mentitus, & mortuos, quaſi uiuerent, ſimul cōiunxerit? Id autem ex ijs, quæ dicuntur, facile ſit perſpicere. Nam Mantinenſes quidem, de quibus tanquam de Arcadibus loquitur, quodam Athenis imperante ſunt diſſipati; Socrates autem tanto antè tempore diem ſuum obierat; Ariſtophanes uerò ſingultit apud ipſum, & coram Socrate declamat. Et illi quidem etiam ea, quæ nequaquā congruūt, quāuis nihil ad rem pertineant, licebit coniungere; nos uerò ſi quod de factis eius in medium protulerimus, quiuis indignabitur?

In Sympoſio.

Quodā) Dexitheo. Diodor. li. 15. initio.

ORATIO AEGYPTIACA.

Refutatis aliorum opinionibus de cauſis Nili creſcentis, prouidentiæ diuinæ rem totam tribuit.

QVANDOQVIDEM ad ea, quæ nuper ex me de Nilo quærebas, breuiter atque obiter reſpondi, ſimulq; qui ſuperuenerant, ſermonem interruperunt; uolui ea repetere, totumq; ſermonem quaſi debitum aliquod perſoluere. quāquam & hæc, quàm poterit fieri, breuiſſimè dicentur. Poſteaquam enim, cum ad Aethiopiam uſq; progreſſus fuiſſem, & Aegyptum ipſam quater totam perluſtraſſem, nec quicquam reliquiſſem intactum, non pyramides, non labyrinthos, non tēpla, non alueos, ſed partim, quarū rerū menſuræ poterāt è chartis peti, inde adeptus, partim quarū non erant obuiæ, eas cū ſacerdotib. ac uatibus in locis ſingulis ipſe dimenſus eſſem; ea tñ integra tibi præſtare nō potui, quādoquidem cōmentarij, quos pueri tui meo iuſſu confecerant, perierunt; hanc ſaltē unā

atq; paruam quæſtionem explicare potero, quomodo Nilus creſcat, quaq; de cauſa contrà, quàm alios fluuios, eum afficiant anni tempora. Et quemadmodum tunc etiam ſtatim reſpondere nos meminiſti, neminem ferè quicquam de Nilo poſſe certi dicere, uerùm nugari pleroſq;, ac partim ſuis opinionibus inniti, partim, cum nihil admodũ ipſi cognoſcant, apud uulgus nonnihil ſimulare, quò uideãtur aliquã habere rerum incertarum notitiam: ita nunc quoq; non tam, qua de cauſa id contingat, explicabo, quàm non ijs de cauſis, quas prętexũt ſinguli, fieri docebo. Ceterum ea quoq;, quæ refellit Herodotus, ex

Initio Euterpes. parte ſunt recenſenda. Ac primum Eteſiæ fluxionem retundentes, inundationem non faciunt. Etenim ſi cauſam rei continerẽt Eteſiæ; ijs non flantibus, nihil tale fieret; quod quidem aliter ſe habet. Deinde ſi Eteſiæ flantes in Meridiem, Nili curſum inhiberent; oporteret etiam eos, qui flant uerſus Septentriorem, uentos hoc idem in ulterioribus fluminibus efficere, Tanaide uidelicet ac Phaſide, & quicunque ſunt cum his coniuncti. Atqui multi ſæpe tum Auſtri tum his uicini uenti ex Africa per ęſtatem totam atq; hiemem ſpirarunt, neque horum fluuiorum, qui quidem ſint illuſtres, ullus quicquam tale ſenſit. Nam ſi hoc dicent, Eteſias continuatos Nilum reppellere; ut omittam illos quoq;, quos dixi, uentos millies diu perduraſſe, certè Nilus

a μεσαύτων pro μεσέντων. nõ [a] medio tempore, nec extremo, quæ res incrementum tempori tribueret, ſed primo quoq;, ac nonnunquam ante illorum exortum impletur. Quocirca non poteſt uentorum continuatio motum eum efficere, qui ante illos extiterit. Quid quod non tam Eteſiæ uerſus oſtium Nili ſpirant, quàm uerſus orientis ripam. ſiquidem illorum pleriq; ſunt Zephyri, qui ab occidente ad orientẽ tendũt Solẽ. Quapropter nec ab Eteſijs retundi poteſt, & ſi ab his, cur non idem cunctis accidit, qui ſimiliter, ut Nilus, fluunt? Quinimo ridiculi prorſus iam fiunt Eteſiæ. Etenim ſi hanc recipiemus cauſam, illud iam credẽdum quoq; erit, Subſolanos flantes Eridanum ſiſtere, & quicunque cum Ionio congruunt; ſpirantibus Zephyris, Rhenum retrocedere, neq; in exterius mare excurrere; Boreæ flatu, quę ſunt ad Meridiẽ flumina, creſcere, atq; Auſtri ſimiliter, quę ad Septentrionẽ: atq; ita, q̃d cur in uno ſolũ cõtingat, quęrimus, id omnib. undiq; tribuemus. At q̃uo nõ ſit abſurdũ; aut potius obliuioſum, cũ quærimus, cur Nilo ſoli, id omnib. eadẽ cõtingere ratione oſtẽdere? Quinimo ſi nullus alius huic eſt rei obnoxius, falſum eſt argumentũ; ſin oẽs, cur Nilum ſolum dicimus? Aut enim quærenda non eſt, aut hæc non eſt cauſa. Quid quod nec hoc eſt obſcurum, non eſſe minimum inter fluuios Nilum, aut ita præter ceteros tractabilem, ut eius oſtia ſolius uento retundantur, ac reſiliant. Cum enim ne minima quidem ita prorſus occludantur, ut nõ effluant; quis Nilum credat, qui totam poteſt Ægyptum inundare, uentis coactum id pati? Iam nec maris litora uidemus,

mus, nec uada uel ſtagna uẽtis magnis atq; crebris quicquã inhiberi potius, quàm longiſſimè ultra locum ſuum procedere: cumq; fluctus alludentes recedant, immota remanent uada; cum tamen ea, quę planum occupant locum, facilius impelli poſſint, quàm quæ deorſum fluunt, repelli. Neq; uerò dici hoc poteſt, aſperrimos in hæc loca Eteſias incumbere; cum ij, ſiue Zephyri, ſiue Boreę, ſiue qualeſcunq; ſint, proxima quæq; uiolentius ac grauius urgeant; quorum cum nulli contingat idem, cur ſolus hoc patiatur Nilus, qui præterquam quòd ab Eteſiarum exortu diſtat longiſſimè, fluxione quoq; nõ parum præſtat. Deniq; res eſt etiam planè impudens. Neq; enim, quoniam Eteſias cauſam continere uolunt, idcirco Nilus in mare non effluit, uerùm ſi quis ad ipſa ueniat oſtia, fluxionem uidebit manifeſtã flantibus Eteſijs. Quapropter non eſt hæc amplius apud eos proferenda cauſa, qui uel tantillum habent Nili notitiæ. Quamobrem ſi abſurdum eſt, præſentibus rebus non intellectis, de remotis diſputare; certa quoq; incertis potius, quàm hæc illis cõfirmare, ſi liceat, ineptum fuerit. Iam oſtia cuncta, uelint nolint iudices, excurrunt (atq; id uiſu, non ratione comprehenditur) neq; id breui ſpacio, aut quouſq; aliorum fluminũ oſtia, uerùm quouſq; maximi oſtia fluminis eſt ueriſimile procedere; idq; magis æſtate ferè, quàm hieme. Illud *Olynth. 2.* certè de uiro nequaquam mendaci, quod ait Demoſthenes, audiui, de Dione amico noſtro, rerum & uerborum perito, cum diceret, quã do in Ægyptum æſtate nauigabat, nec etiam apparebat terra, uerùm aberat longiſſimè, tum nautas ſiue per neceſſitatẽ ſiue per oſtentationem, puram & potabilem aquam ex imo fundo hauſiſſe, uſq; eo Nilum extra regionem ſuam in mare profluere. Atqui ſi eius oſtia ſiſterent Eteſiæ, quomodo poſſent, qui medijs Eteſijs ſoluerunt, aquam Nili in medio mari nanciſci? Quid quod ſtagna, poſtquam ſatis humoris terra concepit, rurſus ab Ægyptijs emittuntur in mare. quomodo autem effluerent, ſi obſtarent Eteſiæ? Eſt enim illud abſurdũ, ut ad oſtium, quo loco fluxio cernitur, & rapidiſſimus eſt fluuius, *b τὸ pro ἰὸ.* uenti impedimentum præbeant; [b] ubi in ſtagna diffuſus quieſcit, nuſquàm effluuio reſiſtant. Sed hæc quidem opinio, uelut exceptionibus, eo refellitur, quòd omnibus eſt perſpicua fluxio, eaq; rapidior, ut dixi, æſtate, quàm hieme. nam ſi de induſtria contrà, quàm ſe res habet, eſſet dicendum, non poſſet id confirmari melius. alter autem uir atq; ſermo diſcutiendus eſt, qui ſic ait: *Euripides initio Helenæ.*

Nili fluenta pulcra ſunt hæc uirgine,
Qui rore pro dio locorum candida
Aegyptiorum niue liquente agros rigat.

quánam liquente? num quę eſt in Scythia? quid autem illi cum Nilo? an quæ eſt in Æthiopia, uel etiam ulterius? at hoc etiam magis eſt ridiculum. Oritur enim Nilus è calidiſſimis terræ partibus, & ad mi-

nus calidas ſemper procedens, in Ægypto, quæ nobis eſt de ijs etiam ferè calidiſſima, nobis demum apparet. Qui poteſt igitur in tali regione nix cadere, tanta præſertim, ut Nilum excitet? Vbi enim ne habitare quidem aiunt quenquam propter æſtum poſſe, qualem ſit eſſe niuem ueriſimile, quæ tantum flumen faciat? Etenim hoc perinde dicitur, ac ſi quis Ætnæ crateras defluuium eſſe cryſtalli contenderet, aut ſi niuem calefacere, ignem refrigerare auderet dicere. Nam cũ in ipſa caloris regione quis niuem ponit, non aliter loquitur, quàm ſi ab Odryſis aut Biſaltis ueniret Nilus, nõ autem ex eo loco, quem uix nominare poſſumus, niſi quòd ad calidiora loca ſemper eouſq; peruenitur, donec iam æſtus ferri non poteſt. Cum autem Ægyptij, qui nunquam ſunt peregrinati, niuem ne uiderint quidem unquam, neque quid ea ſit, intelligant (nos quidem cum hoc illis inſtar portenti cuiuſdam exponeremus, nunquam eos docere potuimus, uerùm tanquam interprete erat ad eorum barbariem opus; adeo res erat illis nota) an qui initium Meridiei occupant, plus niuis quàm caloris habẽt? Quod uerò magis tragicum reperiatur mendacium, ſiue Euripides, ſiue Aeſchylus eius ſit autor. Iam ipſius Aegypti primæ partes à poſtremis amplius ferè differunt, quàm ab ipſa Aegypto gens alia; quãdoquidem ſuperiora multò plus caloris habent. Quare quæ in extrema Aegypto nunquam cernuntur, nec à quoquam audita ſunt, ea quis unquã in ortu Meridiei reperiri dixerit? nempe frigus, ac niuẽ tam copioſam, ut eius aqua maior ſit, quàm aluei: cumq; uentos, qui flant à Meridie, ſciamus omnium eſſe calidiſſimos, & ipſum Solem meridianum ſubiecta pleraq; comburere; quod eſt extremi frigoris, atq; hiemis aſperrimæ, & noſtri cęli, cum eſt hiemale maximè, id nos illis tam copioſum præbere non pudebit, ſiue noſtra ſit oratio, qui tã impudenter mentiamur, ſiue aliorum crédamus ſermoni, qui tam facilè fallamur? Quinimo dixerim illud propemodum in eam regionem ne importari quidem poſſe, quaſi natura ſit inimicum. Et quanquam æſtate, ut nouimus, ſtudioſè conquiritur, omnia tamen faciliùs in magna Alexandri urbe, quàm hoc, reperias: cum tamen is Ae-
In Theſeo. gypti limbus cum Euripide iure poſſit appellari. quod igitur per æſtatis uim ne importari quidem poteſt, id Nilum per æſtatem tam copioſum adducere, minimè rationi uidetur conſentaneum. Et ad Euripidem quidem atq; Aeſchylum hæc forte plus quàm ſuffecerint, cum tam manifeſta ſit probatio, quæq; rem prorſus fieri non poſſe doceat, quemadmodum in effluuio ſuprà contigit. nunc autem ad uulgarem accedamus opinionem, & qui eam eleganter ſubiecerunt. Aiunt hi in ſuperioribus partibus, cum flant Eteſiæ, pluere, & à nobis abactas nubes illic diſſolui. tum ex imbribus auctũ Nilum, maiorem æſtate, quàm hieme, cerni. Itaq; quod in incremento Nili contingit, eſt cognoſcendum. Nilus enim, cum tempus eſt, creſcit, idq; non

manefeſte,

manifeſtè, nec ut uiſu deprehendi poſſit; uerùm à paucis digitis exorſus, adeo creſcit, ut intra menſes ferè quatuor cubitos quatuordecim aut quindecim apud Memphim contineat, cum interim incrementum ſemper habeat obſcurum, atq; eo duntaxat perſpicuum, quòd regionem deinceps inundat. At cur hoc dico? Quoniam Nilum aiũt æſtate, ſicut noſtros fluuios hieme, imbribus augeri. Iam ſi id uerum eſſet, primùm oporteret eum ſubitò creſcere. Nam quemadmodum ſuper terram uel aliud quid ſolidum fertur humor, ita ſuper aluei aquam pluuia decurrit. Cur igitur idem Nilo nõ cõtingit? Neq; enim ſimul & eodem aliquid oportet referre, atq; confirmare. nec eodem in utranq; partem uti teſtimonio. Etenim ſi id ſemel duntaxat contigiſſet, aliquid dici poſſet. ſi ne eo modo ſemper auget̃, qd adferemus? Atq; hoc primũ eſt & maximũ argumentũ, pluuia Nilũ nõ creſcere, quoniã nec ſubitò, nec raptim, nec temerè augetur, uerùm, quod Aegyptij dicũt, quaſi aliud quid ageret; atq; eius opus ratione ſua procedit. Deinde poſtquam ceſſauit pluuia, ſolet etiam non longè pòſt fluuiorum defluere moles. Quis igitur hunc tali de cauſa tam diu dicat perdurare? Nam dum eum cum alijs comparamus, alia ratione diſſimilem facimus; ac duas res maximè abſurdas cõmiſcemus. Poſtquam enim alijs diſſimilem poſuimus, deinde ſimilem conamur efficere: rurſum ſimili poſito, diſſimilem iterum facimus. Etenim ſi tribus, uel quatuor, uel etiam alteris tot diebus incrementum eius abſolueretur, nec hoc tempus à toto, quo creſcit, multis ſuperaretur partibus, feſtiuum fortaſſis eſſet hoc commentum. [c]ut autem per quatuor menſes quotidie creſcat, hoc imbribus tribuere quis poſſit? Iam ne noſtri quidem fluuij per totam hiemem augentur; uerum ſi pluit, creſcunt, ſi non, decreſcunt; ac maiores uel minores uiciſſim pro pluuia per ipſam hiemem redduntur. Quocirca Nilum quoq; oportebat, ſi imbribus incrementum debebat, id non habere perpetuum, neq; ad maximam altitudinem à minima primaq; continenter progredi, donec iuſtam eſſet aſſecutus, uerùm inæqualiter nunc aſcẽdere, nunc deſcendere. Quare non iam eſſet, quod dicitur, Nili incrementum, ſed eſſent incrementa multa defluuiaq; æſtatis cuiuſq;, quemadmodum ex imbribus accidit. Huc accedit, quòd ſicut non continenter hieme fluuij inundant, ſic etiam æſtate nonnunquam pluuia cadente creſcunt. Quamobrẽ quod his cõtingit, Nilo quoq; ex altera parte contingeret, ut aliquãdo hieme, queãdmodũ hi æſtate, creſceret. Itaq; pariter & hi tum æſtate tum hieme augerentur, & Nilus, aut hic etiam [d]magis, quàm utriq; utroq; tempore. At ſi nunquam creuiſſe Nilũ hieme eſt auditum, noſtri autem fluuij æſtate per imbrem creſcunt; alia eſt incrementi, ſi uidetur, quærenda ratio, quandoquidem quæ de pluuia profertur, nuſquam congruit Quid quod non ordine tantum creſcit Nilus, uerùm etiam decreſcit certa menſura, nec minore

c εἰς τέταρτον δὲ μῆνα pro εἰς τὸ δ᾽ ὅλον.

d πλέον ἢ pro πλείον.

e ἢ pro ἤ. ferè temporis ſpacio priſtinum recuperat ſtatum,[e] quàm quanto fue rat extra alueum progreſſus. Sed fluuijs, quos auget pluuia, nunquã id accidit, nec in eorũ ulla mutatione ordo cernitur; ac meritò, quandoquidem nec in ipſam pluuiam cadit. Quapropter tũ quòd ſemel quotannis creſcit, alijs hoc pro tempore facientibus, tum quòd ante iuſtam altitudinem non deficit, tum quòd eam conſecutus iterum defluit, ac poſtea quieſcit; ea non ſinunt imbribus cauſam tribuendam uideri. Quinimo, ſi hoc etiam dicẽdum eſt, ultra cataractas arena Nili ripam utrinq; occupat, atq; in Africa quidẽ uaſti prorſus aggeres. Quo fit, ut etiamſi plueret, nõ facilè decurreret aqua, quoniã eam exciperet arena. Nam qui quidem alij ſunt aggeres maiores, id faciunt. Etenim qui ſunt ad oſtia, quæ ex Arabia decurrunt in Aegyptum, nunquam patiuntur pluuiam, quantumuis copioſam, defluere. At qui ſunt in Africa, decliues etiam ſunt in auerſam à fluuio partem, ut iam omittam utriuſq; rei diſcrimen, tum arenæ longè copioſiſſimæ,

f ὅσον εἰ καὶ [illegible] θαυμαστὸν ἦν. tum fluuij tantæ altitudinis,[f] quanta uel in torrente foret admirabilis. Iam cum apud Meroen dicant pluere, ſi ea res incrementum faceret, hoc eos, qui id uident, non lateret, nec illi ipſi de cauſa inquirerent, cum inde Nilus manifeſtè creſceret. Nihil igitur huius eſt, nec poſſunt Æthiopes pluuiam dicere apud ſe cadere. utrumq; certè de ipſis audiui. Cur igitur ex pluuia creſcat? Quid quod cum inferior Aegyptus magnam ſæpe pluuiam accipiat (nam minuta quidem pluuia nonnunquam etiam in ſuperiore cadit, uerùm ad mare non rarò maior) id nuſquam in Nilo apparet. Quomodo uerò fieri poſſit, ut Aegyptia pluuia quantacunque illum excitare non poſſet, uerùm ſi ne ſenſu, quaſi in mare delapſa, conſumeretur; ex ſecretis autem orbis terrarum partibus incrementum acciperet, quaſi uafrè nobiſcum ageret Nilus, aut metueret, ne hac de cauſa uideretur augeri. Sin hæc ſunt ridicula, nihil proferunt melius, qui cauſam in imbribus ponunt. Sed etiam de nubibus aliquantum tibi narrare uolo. Etenim cum ſecũda nauigatione in Aegypti uerticem aſcenderẽ, in Hermunthina præfectura circa Thebaidem in exulem quendam de urbe inferiore incidimus, Draucum nomine, quem amicus quidam noſter ex conuectoribus, ut uidit, nobis commendarat. Atq; poſtquam eius exilium expirarat, & ad mare uenit, ſæpe nos accedebat, ipſoq; familiariter utebamur. Cũ itaq; forte in magno curriculo, quod eſt iuxta porticus, ſera ueſpera ambularemus, & ualidè flarẽt Eteſiæ; tum ad nubes reſpeximus. & quidam qui aderat, Hi inquit, ſunt Nili uenti. ſic enim eos uocabat, ac ſimul alter ridebat. Tum ego, quid hoc ſibi uellet, quærere. An ignoras, inquit, me tribus annis continuis in Aegypto ſuperiore uixiſſe? Scio, inquam; ſed quid hoc? Quoniam, inquit, cum tanto tempore diligenter in omnẽ partem circumſpexerim, nũquam æſtate nubem ullam cõſpicere potuí, uerùm

uerùm immotum ſemper acrem, tanquam picturam, obſeruaui. Et quanquam, inquit, puto nō me minus, quàm alios, uidere, nubes tamen nullas uidi, quas uos hinc delatas, ibi diſſolui creditis, & Nilum augere. Atque hoc ego cum admiratione & gaudio tunc intellexi, & nunc tibi commemoro, ut eos à ueritate lōgè ſcias aberrare, qui huic uel innituntur rationi, uel fidem habent; ac Nilum prorſus ita ſe habere[g] intelligas, ut ſolus ferè inter fluuios nunquam ſit idem, uerùm æqualiter, aut potius inæqualiter perpetuò creſcat ac decreſcat, quēadmodum dies ac noctes, atq; Luna. Nam & inter aſcendendum pedetentim incrementum ſumit, donec ad ſummam peruenerit altitudinem; & poſtquam totus eſt collectus inſtar orbis Lunæ, rurſus incipit decreſcere, quaſi alteram quandam efficeret conuerſionem; ſuccedit q; alter defluuij ambitus, quanquam non rarò de priore nonnihil remanet, uix ut animaduerti poſſit. Quapropter nec in aſcenſu eſt idem, quoniam augetur ſemper, donec ac perfectionem uenerit; nec etiam in deſcenſu, quandoquidem continenter, donec omnia refuderit, deficit. Atq; ita Nilus prꝫter ceteros fluuios uideť diuinus ac ſingularis eſſe: cuius rei ſi cauſam quærimus, eorum quoq;, quę dicebā, rationes inueſtigemus, cur dies unus altero ſit paulo maior, donec eſt ad longiſſimum peruentum, cum quidem uſq; ad breuiſſimum decreſcit, primùm ſeſe, deinde nocte minor poſt æquinoctium reddi tus; ac rurſum nocti creſcenti idem contingat, ut addito detractoque ſpacio creſcat ac decreſcat, donec eo redierit, ut uocant geometræ, unde primùm cœpit, eodem pariter ſe & contrario, atq; dies, modo ſemper habens. Nam ut hæc maximè quis eſſe manifeſta ponat, & Solari meatui cauſam tribuat, cur tamē hunc ordinem ſeruet meatus, atq; hæc ita neceſſariò iam olim ſint conſtituta, tum ut ſingulis tribus mēſibus eueniant mutationes, tum ut diei noctiq; tantum ſit attributum ſpacium, tum ut certos habeat Sol ad Septentrionem atq; Meridiē terminos, quos tranſire nequeat; horum nullius poterit cauſam, niſi fingat, reddere. Atqui hoc eſt in exemplo commoditatis, quòd Solis quidem duplicem uidemus motum, ſi de terminis integris eſt loquendum, unde liceat breuitatem ac longitudinem ſingulorum temporum colligere; de Nilo autem cum ab omnibus confiteatur, nondum adhuc eius ortum, atq; Auſtralem terminum repertum eſſe, quis cauſam quærat, aut, unde oriatur, dicat? Sed non huius tantum rei fortaſſe, quemadmodum dixi, uerum etiam aliarum difficile ſit inuenire cauſam. Poſtquam autem quatuor in uniuerſum argumenta dixero, cur nec nubes nec Eteſiæ fluxionem augeant, eius qui eſt hac de re, ſermonis finem faciam. Ac primum quidem eſt, quòd nō rarò ante exortos Eteſias creſcit fluuius; alterum, quòd etiam planè non exortis. his autem conſentanea ſunt tertium atq; quartum, quòd nec tunc apparet maximus, quando ualidiſſimi ſunt Eteſiæ, nubesq; plu

[g] ἴσχειν pro ἔχειν.

rimas commouent, neque contrà, cum leuis eſt uentus, minimus. quæ quidem omnia ſe aliter, quàm nunc, meritò haberent, ſi Eteſiæ incrementum darent, uel oſtijs obturatis, uel excitatis imbribus. Age uerò, Herodoti quoque ſententiam, ne uideamur eam prorſus, quaſi refutatione indignam, contemnere, conſideremus. Solem is ait à noſtris brumis abactum, ſupra Libyam ſuperiorem decurrere, & aquam conſumere, atque ita Nilum hieme minorem, quàm eſt ætate, reddere. At hoc non eſt, quomodo creſcat Nilus, exponere, uerùm quomodo deficiat, comminiſci. Etenim cum hieme puriſſimum eſſe fateantur omnes, prorſus æſtate, cum eſt maior ac magis limoſus, creſcit. Quapropter adhuc manet quæſtio, donec incrementi cauſam nullus oſtendit, quandoquidem hæc eius eſſe prima propriaq; fluxio, q̃ hieme cernimus, uidetur. Iam ſi tantū faceret Solis hiemalis meatus diſcrimen, ut illic æſtas eſſet, cum heic eſt hiems, & rurſus hiems, cū heic æſtas; aliquid fortaſſe dicerent. nunc autem ut illa loca noſtris eſſe non paulo per hiemem calidiora, negat nemo, ita nihil etiam ſecundum ipſos uetat, minus habere Solem hieme, quàm æſtate, uirium. Non enim ſi æſtate circa Boream & huic ſubiecta loca uehemens eſt, ab Aegypto atque Africa recedit; uerùm illic eſt etiam calidior, ac maximè quidem in ſupremis locis, deinde pro portione in ceteris. Nam & in Scythia atque Ponto nihil prohibet eſſe frigidiorem noſtra æſtatem, ac multo quidem; quamuis Boream uerſus Sol iter inſtituat ſuum. Quod ſi his in locis anni tempora illis ex oppoſita parte reſponderent, ſimiliter & ad Meridiem diſcedente Sole, atq; hiemem heic faciente, Nilus atque Aegyptus æſtatem haberent, & ad Boream redeunte, calidior eſſet huic ſuppoſita regio; quod quidem ſecus cōtingit; nec iniuria. Quanquam enim uerſus Boream tendit, non tamen ad eum peruenit. Quocirca quandoquidem æſtate Nilum apparet augeri, manifeſtum fit, hieme conſumi non poſſe. Etenim ſi eſſet eius rei Sol autor, æſtate magis etiam, cum eſt uehementior, atque illic multò quidem, incrementum prohiberet. Hoc igitur per ſe diſſoluitur. Nam ſi cum [h] exiccaret, minus etiam nunc permitteret creſcere. ſin hieme non exiccat, non propterea creſcit æſtate. Ac mihi ferè ſimiliter dici uidetur, Solem à brumis abigi, & Nilum à Sole conſumi. Quinimo nec brumæ Solem abigunt, ſcriptor præclariſſime, quandoquidem ad Solis regionem non pertingunt, uerùm Sol pro ratione motus diſcedens, uentos permittit frigidiores atq; aſperiores fieri; nec Nilus à Sole, uelut à Vulcano Xanthus, exiccatus, flumē contrahit. Quid quod in alijs etiā uidetͬ, quæ de Ægypto atq; Nilo dixit præclariſſimè, pauca uerè tradidiſſe, nō quaſi omnia maiora faciat, quandoquidē etiā maiora quædā reliquit, de q̄bus nunc non dicā, uerū quæ aliter, q̃ ſe habebant, tradidit, uelut cū

[h] ἐξίκμαζεν pro ἐξίκαζεν.

Iliad. φ.

ait,

ait, quatridui ſupra Heliopolim itinere rurſum dilatari Aegyptum, quæ ſanè adeò deinceps in anguſtum angulum deſinit, ut in eam Nilus per montem utrunq; iam coeuntem incidat; quod quidem Nili inter montes defluuium cataractas facit, Aegypti totius quaſi uerticem. Quocirca etiam inter nauigandum præter Elephantinem, Nili flumen concluſum dixeris, ac[i] propemodum eum ſubter rupē credideris fluere. Quin etiam neſcio quanto ante Elephantinem ſpacio ſic uidebis coire montes, ut nihil, præter flumen, interiectum cernas, atque eadem ſit Aegypti, quæ Nili, latitudo. An uerò ſit alios ipſius ſermones refutare difficile, qui de fontibus etiam Nili ſe à quodam ſcriba Saita dicit accepiſſe, duos eſſe inter Syenem & Elephantinem mōtes, è quorum medio fons erumpat, cuius altera pars in Aethiopiam & Auſtrum, altera in Aegyptum atq; Boream diffluat. Atqui Elephantine, ad quam ſe dicit nauigio perueniſſe, ſub ipſis ferè cataractis iacet, nec ab ijs ultra ſeptem diſtat ſtadia. Etenim ego quoq; eò nauigaui, & rem perſpexi diligētius, ut aiunt, quàm fuit neceſſe. Atq; ſi cum Herodoto quadam licet uti digreſſione, delectandi cauſa, neq; ſermonem ab argumento deducendo; ſic ferè mihi contigit. Cum ad aras aſcendiſſem, in quibus eſt Aethiopum præſidium, longè à ripa delatus, conſcenſo portu, qui primus eſt ultra cataractas, in Philas traieci, quæ eſt inter Aegyptum & Aethiopiam inſula, tantæ magnitudinis, quantæ eſt eius oppidum. circum eam uerò fluit Nilus, atq; illam ſui prorſus mediam facit. In reditu autem eadem uia ſum à Philis reuerſus, ac tum ſaltem cataractas me uiſurum putaui. uerùm cum de uectoribus quærerem, illi rem ignorabant. Quare Syenem relatus, quam ab Elephantine ſeparat Nilus, præſidij præfectum obſecro, quanquam inualetudine premebar, ut me cum actuariolo quopiam remittat ad inſpiciendos cataractas, & ſimul hominibus aliquot, qui cogerent eos, qui ſunt in inſula cataractarum (ij ſunt nautæ, fluminis periti) tum cataractas ipſos, tum ſi quid eſſet aliud uiſu dignum, nobis oſtendere. At ille quamuis rem eſſe operoſam diceret, atque conſilium admiraretur, quandoquidem ipſe nunquam hoc auſus tentare fuerat, negare tamen non potuit, quin poſtquam à ſententia me non ualuit abducere, ſic remitteret, alioqui nobis familiaris ac beneuolus. Quapropter aſcendi, & cùm illos ſuper ſcopulos, ut ſolebant, deferri è ſumma uidi inſula (nam hæc è medio eminens flumine, cataractas undique conſpicuos præbet) tum ipſe uolui lembo conſcenſo nauigationem inſtituere, nec per ea tantum loca ferri, per quæ illos delabi uideram (atque hæc inſulæ ſunt ad orientem) uerùm indidem exorſus, circum cuncta, quæ forent in conſpectu, nauigare, & ſecundum alterum inſulæ latus amne ſecundo ad urbes deuehi. Hoc igitur dico, quod non audiui, ſed manifeſtè

[i] σχεδὸν pro στενὸν.

uidi, Elephantinem ſub ipſis iacere cataractis, nec inter Syenen atque Elephantinen quicquam, præter flumen, eſſe interiectum, utraque urbe ripæ adiacente. Iam ſi Herodotus unquam Elephantinen, ut ait, ueniſſet, num & ex auditu narraret ea, quæ uiderat, & falſa; ſicut & de antiquis Nili fontibus inquirens, ac nondum ſe ueritatẽ cognouiſſe confeſſus, hoc de ſcriba ſe audiuiſſe ſcriberet, idque in Saitide præfectura de rebus ad Elephantinen conſpicuis; nec, ſi nihil, quod audiuerat, poterat tacere, iiſdem, quibus nos, argumentis eum ſermonem refutaret? nunc autem ut ridiculum ſibi uideri ſcribam teſtatur, ita quibus eum debebat refellere, prætermittit. Primùm enim aliquam duntaxat fontium partem explicabat; ſiquidem multorum [k] etiam menſium ſupra hunc locum itinere, notus eſt Nilus. Deinde fieri non poteſt, ut, ubi fluuius nequit ſuo more delabi (nam de rupibus uiolenter deſcendit) ibi fluminis pars altera ſurſum feratur, ſicut uolant aues. Non enim hoc eſſet, quod dicitur, aduerſo flumine procedere, uerùm aduerſo monte fluminum fontes audire procedere. Sed nec Elephantinen profectus, nec certi quicquam expiſcatus, hæc retulit, ut credulis grata, ita apud alios ad autoritatem referenda. Poſt hæc ait, ſi illa uera ſint, uortices quoſdam & refluas fluxiones heic ſibi eſſe uideri. Quid autem hæc opus eſt dicere, cum nec inde Nilus oriatur, uerùm hinc magis locus ſuperior, quàm mare, diſtet, nec ultra cataractas aqua poſſit aſcendere, niſi cum Aeſchylo feratur ex æthere deturbata, nec inter Syenen & Elephantinen mons ſit ullus, uerùm inter montes potius & Syene iaceat & Elephantine. Veruntamen haud omnino falſum dixit. ſunt enim re uera fontes inter Syenen atque Elephantinen, cautes uidelicet magnæ duæ, quæ ex medio eminent uado, quarumque medium dicunt Aegyptij fontes continere. At hi non ſunt antiqui, nec ad fluuium totum pertinent, uerùm ad inferiores Aegypti partes. Quin etiam altitudinem illorum aiebant ſub menſuram non cadere, neque eam dimetiri expedire: quod quidem me, cum id iam agerem, deterruit, quandoquidem tantum diſcrimen non erat. Atque hi fontes ſecundum naturam fluunt; eoſque ibi eſſe, non uerbis modò perſuadeor, ſed etiam re ipſa maior hinc fit, & latior fluuius, ac multo ſanè maiores porro fert naues. Contrarium autem fluuijs accidit; qui progreſſu minores fiunt, niſi alia ſuccurrat aqua. Quodſi etiam ulterius digrediendum eſt, paucis tibi, quid ex Aethiope quodam, qui illic habebat imperium, cognouerim, recenſebo. Nam cum Præfectus abeſſet eo tempore, quo nos locum conſcendebamus, huic homini rei curam commiſerat, qui quidem per interpretem mecum locutus eſt. Et ut ea, quæ nihil ad rẽ faciunt, omittam; dicebat, inde Meroen uſque, quæ eſt Aethiopiæ urbs

[k] inproln.

urbs maxima, atque etiam Regia, quatuor aut etiam ſex menſium iter eſſe nauale, quod cataractæ plurimi deinceps interciperent, ac ferè ſex & triginta Meroem uſque ſupra Pſelchim. atque hoc totum eſſe, quod de Nili flumine cognitum eſſet. Iam ultra Meroen poſt neſcio quantum ſpacium aiebat non eſſe fluxionem unam, uerùm duas, alteram terræ, alteram aeris colore. quæ cum conſ[?]ſent, hunc Nilum efficerent. ſuperiora uerò nec ſeſe iam, nec alium Aethiopum quenquam cognoſcere, niſi quòd in ijs eſſent homines nigri, & inter ſe, prout altius habitarent, nigriores. denique ſe, unde primum oriatur fluuius, affirmare non poſſe. Quomodo uerò fieri poteſt, ut non ſit abſurdum & arrogans, cum Aethiopes negent ſe Nili fontes indicare poſſe, nos, cum ea res nondum ſit reperta, cauſam incrementi quærere, & primo, quod aiunt, ignorato, ſecundum inueſtigare. Atque hæc ego non ad Herodotum increpãdum retuli (nam nec ego ſic ſoleo, neque alios, qui faciũt, laudo; & Herodotus cùm propter Aegypti amorem, quẽ nobis primus iniecit, gratiam meretur, tum in ceteris, ut liberè loquar, eſt amicus) ſed quia nihil adhuc de his rebus habemus compertum. Nunc autem ad reliquas me confero rationes, ut quaſi præcipuo concluſa confirmetur oratio. Etenim cum circa ſolſtitium æſtiuum incipiat Nilus creſcere; tum profectò ſupra Aegypti partem, quæ eſt ad Aethiopiã, & Africæ quæ eſt ad Aegpytum, Sol mouetur. Atque id è duobus patet ſignis maximis, quorũ neutrũ in ulla orbis terrarum parte, quam nos incolimus, reperias. Nam de duabus Aegypti ſuperioris urbibus, quarum modò memini (Philas enim, quæ ſunt ultra cataractas, inter Aegyptũ & Aethiopiam pono) Elephantinæ quidem colluſtrantur omnia, templa, homines, columnæ; nec ulla conſpicitur in meridie umbra, cum Sol diem facit longiſſimã: Syenę autem eadem die atque hora medius in medio ſacro puteo Solis orbis apparet, inſtar operculi, quod undique labrum æquè colluſtret. Hoc uerò utriuſque eſt rei teſtimonium. nam nec hieme propius ad Africam Sol, quàm ęſtate, accedit, quandoquidẽ de duabus Aegypti partibus Africam Elephantine occupat: ſiquidem heic omnia concurrũt, Aegyptus, Arabia, Africa, Aethiopia; partim hinc partim illinc eodem tendẽtes. deinde ut maximè Solem demus Africæ propinquũ, aquam conſumere, hoc ipſum eum oppugnabit. Nam ſi hieme fluuiũ per acceſſionem exiccaret, æſtate profectò, cũ ſupra illum conſiſtit, totũ abriperet. Neque enim alio poteſt modo, ꝓpius ad terram dici Sol accedere, quàm cum ad perpendiculum fuerit ſublatus. alioqui nec ad Africam unquam, nec ad aliam terræ partem accedere Solẽ, facilè demonſtrari poteſt. Non enim tam aliquam terræ partem luſtrat, nunc hieme, nunc æſtate, quàm illius conuerſionis partem aliquã occupat terra. Itaque cum ſemꝑ æquè diſtet à terra; ſupra quos in

meridie conſtiterit, ijs calorem adfert maximum. Iam eo tempore nõ cohibere illum, nec ſiſtere, nec abripere fluuium, neque diminuere ap paret, uerùm perpetuis creſcentem incrementis [1] quaſi mirabundum deſpicere. At quando tandem dicemus Nilum calore conſumi, ſi per tantum æſtum aſcendere conſpicitur? Iam reuerſus à ſolſtitio Sol ad Aethiopes diſcedit, ut cum Herodoto loquar. quocirca ſuperioribus eundem ſemper ſe præbet. hic autem eſt fluuij curſus. Quare nõ exiguam aquæ partem ſemper auferret, & paulatim eum exiccaret; quod non facit, niſi potius id Nilus uel non facere uel non pati dicendus eſt. Nam cum paulatim deberet ad motum Solis decreſcere, poſt initium incrementi deinceps in eodem progreditur; atq; idem tum initium tum extremum ille feruoris, hic fluxionis exhibet. Verùm age, tranſcurre, & Ephori, philoſophi ac ſophiſtæ, dic ornatum, quo ſeipſum atq; hiſtoriam ille exornauit. Quanquam ne magis ridiculus ipſo uidear, dum eum uolo refellere, metuo. Etenim niſi longè ſupra cataractas & nobis cognita loca Nilus incrementum acciperet, illius fortaſſe commentum aliquis admitteret, quo uult, aquam ex Africæ & Arabiæ montibus defluentem, cauam & mediam Aegyptum implere, calori cauſam tribuens. Nunc autem etiam ij, quibus nondum fuit Ephori auditum nomen, ſciunt, eum dierum multorum itinere ſublimem è ſuperioribus locis deſcendere, ac tum ad cataractas permultum creſcere, tum inter Syenem & Elephantinen (unde pars Aegypti ea, quam nos Mercurium uocaremus, initium ſumit) immenſo tranſire ſonitu, nec minus quàm triginta continere cubitos. Quo igitur pacto de montibus Aegyptum utrinque claudentibus aqua tam longè infra aſcenſum delata, aſcenſum efficiat; atq; eadem ſimul & Aegyptum defluens impleat, & ſupra Aegypti uerticem tanta ſuper aluei aquam cernatur decurrere? niſi forte hoc etiam dicet Ephorus, & commento adijciet, aquam, ut ex altioribus locis in cauernas defluit, ita rurſum è cauernis in altum aſcendere; & è mari prodeuntem fluuium ſurſum ad cataractas & Meroen, quaſi à calce ad carceres, redire. At id ne ſuis quidem, credo, ciuibus perſuaſerit. Iam ut hoc omittam argumentum, quanquam hactenus dicunt eſſe furta conuincenda, donec in manibus res furtiua deprehendatur; alterum quidem eſt ineptum, quòd uel hanc Arabiam montoſam, uel Africam aquæ plenam putat. Qui enim uel heic ſunt, uel illic fontes? quæ uel minima his in locis aquæ ſuſpicio? cum adeò ſicca ſint atque rara, ut in Arabia quidem celebris hæc ſit lapicidina Porphyritis, quam colunt, ut & alias, rei, qui tamen nullo cuſtodiuntur præſidio (adeò eſt aquæ inops locus, quam etiam ob rem deſertus iacet) uerùm ne uiui comburantur, quæ eſt fugitiuorum pœna, plerique metallici manent. quidam tamen etiam hoc malunt, quàm ſemper uri, quaſi hoc

[1] ὡς θαυμάζων pro ὡς θαυμάζει, niſi forte plura deſint.

Alludit ad Homer. uerſum, ἀλλ᾽ ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον, Odyſſ. θ.

Ciuibus) Cumanis ex Aeolide, quorum fuit olim celebris ſtupiditas.

hoc re uera ſit uiuum comburi. adeo prorſus eſt arenoſus & ſiticuloſus locus. Cur autem non omnes fluuij ſolito maiores hac ratione fiunt æſtate? Etenim ſi Sol in terræ cauernas aquam abſtrudit, ac repleta terra ſeipſam denique inundat; cur non æſtu ſummo maximi cernantur fluuij, cum ſinguli ſuos habeant ſub terra ſpecus? at non maximi tum, ſed minimi ſunt. Quid quod iuxta fluuios alios alij ſunt montes, ijq́ non maiores modò, uerum humidiores etiam; id quod & arbores enatæ, & palam profluentes declarant riuuli. Non igitur ea, quæ permiſceri nequeunt, miſcentur, ſi in terræ fundum aqua reiecta, tunc eandem ob cauſam extolletur; atq́ idem, ut uidetur, Sol Arabiæ Africæq́ montes torret, & aquã deprimit, atq́ eandem in Aegypto patitur extolli. Vnde uerò ab inferiore parte aquam terra concipiat, ô ſapientiæ columen, quæ mox à ſolſtitio uerno ſic hiat & conniuet, ut propemodum tota ſpeluncis & hiatibus conſtet, nec eam uel iumenta ſine periculo peragrare poſſint.

Quomodo igitur, inquit, à Nilo remotæ ſcatent paludes, ſi ex imbribus uel niue ſoluta creſcit? At hoc ut maximè fieri nequeat, nihil tñ id ad Ephori rationem facit. Etenim fieri poteſt, ut nec pluuia nec nix fluuium augeat, neq́ tamen liquori ſit in eum fluenti cauſa tribuenda. Quid quod mihi quidem contrà prorſus uidetur, quàm illi, nec defluuium ſuperius hæc ratio magis euertere, & ex eodem ſumtum loco complementum prorſus eſſe ridiculum oſtendere. Nam fluuius quidem poteſt, dum nihil obſtat, & niue augeri & imbribus, eoq́ aucto, terra tumens ac repleta riuulos in obliquum demittere, nõ tam propter calorem aut ſiccitatem (foret enim ridiculum, cui aqua ipſi non ſufficeret, ſi ea, quod eſſet ſuperuacuum, aliò trãsfunderet) quàm contrà, quod ſupereſt, eo meatus obſcuros [m] irrigando. Verùm ſi terra inter montes concaua rei cauſam contineret, nunquã profectò remotæ à Nilo paludes ſcaterent: quod quidem ipſe teſtatur Ephorus. Dum enim reprehenſionem cauet, ait hoc in alia nulla poſſe regione contingere, quoniam conuaca non ſit, nec accreuerit, uelut Ægyptus, uerùm antiqua ſit, &, ut ipſe uocat, αὐτοπαγὴς, ſiue, in ſe compacta. Hoc ut aliquatenus uerum eſſe demus (nec enim eſt) iam quæ prope fluuium, & in Ægypto ſunt paludes, non à ſe quidem, uerùm à fluuio ducunt initium, riuulis in ipſas delatis, uelit nolit Ephorus. quapropter hæ quidem incrementi fluuij cauſam participare iure poſſint (nam & Mœris palus, & inferiores ad Græciã, & quæ prius ultra Pharum, nunc poſt Alexandriam uiſitur, Maria, cùm Nili ſunt ſinus, tum incrementum participant, fluminis parte per riuos delata) uerùm Serbonis palus extra montes hos manifeſtè iacet. Vltra Peluſium enim, & montium, qui Ægyptum cingunt, alterũ, ad Oſtracinem ſita eſt, Aſpari Arabicæ media. Quare num in hanc quoq́ Nili pars aliqua ſuperioribus ex locis deueniat, nihil eſt opus

[m] βρέχων pro ποτίζων.

quærere: ueruntamen eam Ephori trāſire terminos, fit ex ijs, quæ dixi, manifeſtum. Quocirca in alterutrum neceſſariò recidit. Etenim ſi ue hanc rationem ſatis firmam non putat, quæ paludem extra cauernas poſitam docet; cur idem per omnem terram non oſtendit euenire, ſi calor duntaxat eam uim habet? ſiue idē negat alibi quærēdum, ꝙ alia ſit regionis natura; palus quidem extra montes hos iacet. quomodo igitur impletur? Quapropter antequam prior quæſtio, quæ de Nili eſt incremento, decidatur, quomodo palus hac ratione creſcat, prius eſt inueſtigandum. Iam ne ſic quidem eum uero uti prætextu, facile ſit cognoſcere. Cum enim permultæ ubiq; aliæ regiões è fluuiis accreuerint, eas hac eadem ratione cauas & raras eſſe efficitur. Atq; ut alias omittam, una certè ante patriæ ipſius portas iacebat, & in oculis erat. Nam quæ circa Lariſſam eſt regio, mare quondam fuiſſe, multa ſunt indicia. Iam ut Hermum aliquam eſſe Nili partem, aliò reijciam, ita hunc quoq; eadem ratione ęſtate creſcere debere, per ſe clarum fit. Nam & montes undiq; regionem cingunt, & ipſe per eam fluit raram, quamq; primum aggeſſerit. Cur ergo non tantum æſtate non creſcit, uerùm à multis etiam ſuperatur, quibus hieme fuit longè ſuperior? quinimo ſæpe ne fluere quidem poteſt. Nec pauca poſſent adferri ſimilia. Atqui cum quibus ipſe diſputat, ijs uel uno ſatisfacit exemplo; nonnunquam etiam prætermiſſo uel fluuij uel regionis nomine, uictoriam ſibi nihilominus uindicat. Eſt enim Aegyptus rara, quæq; facilè fontes tranſmittat. At ut omittā, quod uel ſolum ſufficeret, ne aliam quidem eſſe uberem; quid de hac, quæ ultra Caſium montem eſt, cuius modò memineram, dicemus? Neq; enim hanc quoq; fluuij opus eſſe dixeris, quanquam incrementum participat; neq; ab alio fluuio congeſtam eſſe, cum tota ferè ſit circa paludē arida. Quid quod qui hoc docent, Aegyptum totam non comprehēdunt, uerùm eam ſanè, quæ eſt ad inſulā Delta, totam excipiūt, & antiquam confitentur; neq; tamen ſimpliciter aut communi modo antiquam, ſed adeo, ut homines prima totius Aſiæ, ne quid maius dicā, protulerit. Quocirca ſi in Delta duntaxat incrementum cerneretur, hæc una res meritò fidem faceret. ſin per totam regionem pertinet, ac tantum loci ſuperioris ſpacium, quantum fluuius, occupat; quid hoc ad rem, ſi nouam Nilus terram facit? Huc accedit, quod neq; Aethiopiæ eſt & Aegypti eadem natura; cum illa ſit arenoſa & arida, atq; minutatim concreta, hæc adeo profunda atq; compacta, ut non facilè ſimilem reperias. ueruntamen idem utrobiq; contingit. Cur igitur utriq; tam diuerſæ eandem tribuemus cauſam? Etenim ſiue Aegypti natura cauſam continet, non poteſt Aethiopiæ cōtinere, ex qua iam olim defluit: ſiue in Aethiopiæ natura poſita eſt cauſa, quid attinet Aegyptum cauam & intra montes concluſam dicere, cum nec in hac, neq; hęc ſit cauſa. Quid quod ſupra cataractas iuxta Pſelchim ita con

cluditur

cluditur occidentis pars, ut longè fluuio ſit inferior terra. Eſt enim ibi collis arenoſus, qui fluuium ad inferiorem regionem abigit, ac demiſſiſſimè ad occidentem deſinit. Quare ſi terræ ſtillæ flumen efficerent, non tam in fluuium poſſent confluere, quàm ad utranque partē cogerentur effundi. Iam Scychopoli in Palæſtina cognoui, ad eum locum, qui Phœnicobalanum celebrem atque ſuccum fert, paludem eſſe, quæ Nili ſignificet incrementum. ſic enim illi loquebātur, cū eam augeri indicarent. Quodſi ergo hæc quoque inter Africam & Arabiam iacet regio, quæ plures habeat, quàm reliqua, cauernas; demus ueracem eſſe Ephorum, quanquam hoc mentitur, quòd alibi quærendum id negat, quaſi nō idem foret. Sin aliæ multæ, quæ pluribus abundant ſpecubus (ſi non multò, tamen aliquatenus) hoc non efficiunt,[n] alia tibi quærenda eſt incrementi cauſa, quandoquidem nec raram potes nec cōcauam terrā pro cauſa proferre; atque adeo minimè omnium. Etenim ſi hinc incrementum naſceretur; nec paludes extra fluuium ſcaterent, nec ipſe in tantam creſceret altitudinem, ut omnē terram inter montes comprehenſam tam manifeſtè inundaret, ut id etiam, qui nocte nauigant, ad ſtellarum lumē aliquando animaduerterēt. Hoc enim perinde eſt, ac ſi quis ex hemina ſola uellet amphorā ſolam impleri docere. Sed, ut arbitror, cum fluuius magno deſcendit cumulo, nec terra ſufficit; penetrat aqua, quouſque poteſt, ac ſibi uiam ipſa parat. Tum uerò fontes exteriores riuulos è fluuio concipiunt, & ad uicinas gentes incrementi peruenit ſenſus, & quæ uacant, ſimul implētur, quemadmodum cum eſt referta domus. Atque hæc nobis ad Ephori ſapientiam nouamque opinionem dicta ſint, quādoquidē ſolū ueritatē ſe aſſecutū prędicat. Sed me mare dulce, quod ultra Libyā flantib. Eteſijs influit, & huius crocodili, fabulæque Maſſilienſes pro Sybariticis delectarunt. Etenim ſi non intelligis, Euthymenes lepidiſſime, ſi uera dicit, ut putas, Ephorus, te non tam quæſtionem ſoluere, quàm maiorem atque magis abſurdam mouere: nonne tibi re uera extra columnas atque Gades eſſe animum per iocum quis dixerit, quemadmodum Threſſam ferunt Thaleti dixiſſe, qui non uideas te, dum fluuium uitas, in mare incidere? Cur enim, obſecro, ſi quis fluuius æſtate creſcat ſolus, mirabimur, atque eius rei cauſam quęremus; ſi quod ſit mare ſolum dulce, non multo miremur magis? Atque fluuij, quanquam omnes eodem fluunt modo, ſinguli tamen ſeparatim fluunt, niſi cum in progreſſu concurrunt: mare uerò totum eſt permiſtum, & perpetua conſtat natura; quam ſi quis uerbo diuiſerit, mirari, quid ſit acturus, reſtabit. Eſt autem de his quoque, ut apparet, ſeparatim dicendum. Etenim quatuor ferè ſunt Oceani profluuia. Eorum primum ab occidente per Gades & proximam Africam in Phaſim influit: atque hic ſinus noſtrum eſt hoc mare, quod cum palude Mæotide & ſuperiore Tanaide bifariam orbem terrarum diuidit, atque u-

[n] ἄλλων pro ἀλλ' ἐπ.

trumque ſegmentum aqua circunfuſa reddit inſulam: niſi Phaſidem malis ac Tanaidem utriuſq; continentis ponere terminum. Atque hic quidem Oceani ſinus ita ſe habet: alterum autem profluuium à Meridie uenit, quod Rubrum dicitur mare, atq; Africam, Ægyptum, & ſuperiorem Arabiam facit peninſulam, tridui per Iſthmum ad utrumq; mare itinere relicto. Tertius eſt his ſuperior Perſicus ſinus, qui poſt Rubrum mare ſeſe retorquens, Arabiam felicem & Perſiæ partem aliquam reddit peninſulam. Quartum à Borea, Caſpiaq; fauce in noſtra loca influit mare, quod Caſpium uel Hyrcanium uocatur. Quorſus hæc igitur? neq; enim ſine cauſa fabulam Alcini recito. Quoniam primùm hæc ſunt atq; tot maris loca, præter quæ nullum aliud uel Græcorum quiſquam uel Barbarorum norit, qui quidem intra hos habitet terminos: uerum quæcunq; alia ſinus occupat aqua, palus, lacus, ſtagnum, uel alio ſimili appellatur nomine. Nam quod in Syria Phœniciam uerſus mare uocant quidam, quod eſt ſterile; eius nominis mox cauſam reddemus. Iam hæc omnia eandem habent inter ſe & cũ fonte naturam, nec eorum aliquod quiſquam dulce dixit, uerùm pariter mare uocarunt. Atq; hæc adeo ſolius eſt maris propria natura, ut etiam puteos, qui aliquam habẽt ſalſuginẽ, maris nomine pleriq; donẽt, & paludis eius Syriacę, cuius modò meminimi, aqua ſalſa maris cognomentum in uulgus ſibi pepererit. Neq; uerò quod circum Africã fluit mare, dulce eſt atque potabile; quod autẽ ad Gades eſt, noſtro fit ex permiſtione ſimile. Etenim primùm non magis propter hoc debebat ſalſum, quàm propter illud eſſe dulce, quandoquidem etiam cum illo miſcetur, idq; paſſim, non per fretum. Deinde uectorum teſtimonium rem eſſe fictam uincit. Sunt enim nunc quoq;, qui ultra Columnas nauigent, non pauciores quã illo tempore; neq; ſemel atq; iterum per longa interualla, uerùm quotidie propemodum & naues onerariæ & mercatores per utrumq; mare quaſi unum atq; continuum uehuntur, poſtquam inferior locus totus eſt apertus, & ſub hoc principatu facta eſt nauigandi poteſtas. nos autem eo tendentes morbus inhibuit. Ceterum nec piſcatores, q ſunt ad Gades, dulce dicunt eſſe mare exterius, nec q in magnã inſulam, quæ contra Iberiam iacet, traiecerunt; quamuis in eam exercitus plerumq;, nec nõ principes & priuati homines innumeri ultro citroq; cõmeent. Neq; enim totũ parti debet reſpõdere, uerũ talis eſſe pars, quali totũ fuerit natura. Iam nõ ex noſtro profluit exterius mare totum, quodq; eſt in alterã partẽ infinitum; ſed noſter hic ſinus ab exteriori oritur mari, ac longè naturã deducit ſuam. Quidquod neq; Carthaginenſes, qui ultra Gades nauigarunt, & in Africæ ſolitudine urbes condiderunt, hunc rumorem retulerunt domum, uel deſcripſerunt, uel in templo ſuſpenderunt, cum alia multa deſcripſerint atq; abſurda; quem tamen nec ignorare potuerint, ne cælare cognitum, quando-

Fretum) Gaditanum.

quandoquidem ſtudioſè ſolent propter ea, quæ uiderunt, ſe efferre, nec poterant maius quicquam, quàm ſi mare uidiſſent dulce, dicere. Hoc præterea miror, quomodo hic homo tam lõgè ſit à locis cognitis profectus, quęq́ ſit eius potentia, uel quis peregrinationis prętextus. Nam neq; ſolus uidetur enauigaſſe, neq; ſi cum plurib. redijt, ſolus hunc inſtituere ſermonem debuit, aut literis mandare, quaſi id ſufficeret, aut ad neceſſariòs duntaxat referre, uerùm publicè enunciare, atq; etiam in aliquo templo celebri, ſicut Carthaginẽſium duces fecerant, ſuſpendere. Quinimo ſi hæc eſſent uera, quem tandem Græcorum laterent? Poſſent etenim quiuis Maſſiliam profecti, id cognoſcere, atq; hanc quidem dubitationem per Maſſilienſes deponere. Sed neq; dicunt hoc Maſſilienſes, neq; tam facilè fidem, q̃ blandè loquuntur, merentur, uerùm paulo ſunt ſimpliciores, ac fabulis addictiores. Neq; uerò, ſi crocodilos & equos marinos in diſputationem inſeruit, hac de cauſa magis ei ſit credendum: uerum heic uel maximè figmentum atq; feſtiuitas deprehenditur. Neq; enim tam quia crocodilos atq; equos uidit, ideo refert, quàm ut alia uerè uideatur dicere, crocodilos atq; equos addit, & ad res notas confugit, atq; alterius figmenti uerìſimilis additamento fidem ſuo quærit. Sed hos profectò ſermones atq; has fabulas nutricibus relinquere præſtiterit, ut habeant quod infantibus, qui dormire non poſſunt, narrent, mare dulce uidelicet, equos marinos, mare in fluuium influens, & ſimilia uigilię remedia. Aliorum autem eſt confuſa ratio. ſiquidem alterum uate non indiget, alterum ne uates quidem cuiquam perſuaſerit. Etenim in locis eſſe calidiſſimis Nili fontes, negat nemo, quãdoquidem à Meridie proficiſcitur. at hos ait æſtate exuſtos humorem propinquum ad ſe attrahere, quo copioſo collecto, repleantur, & incrementum Nili efficiant. Sed ego ne dicam fore, ut hac ratione fluuijs omnibus, qui ſunt in locis calidis, idem neceſſariò contingeret; hoc abſurdum cenſeo, ſi fontes in calidiſſimis ponantur locis, in alijs aqua uicina. Quare cum in ſimilib. cernantur locis, ijſdẽ debẽt rebus æquè aſfici. Cur ergo Nili fontes aliam potius aquam ad ſe attrahant, quàm alia inde humorẽ ipſa requirat? Quod ſi utraq; deficiet aqua, primũ æſtate minor erit utraq;, quàm hieme. deinde iuuare alteram altera non poterit, quã calor utrinq; ſepararit. Quapropter utranq; minui oporteret, non creſcere. Atq; ut fontes cõcedamus humorẽ propinquum ad ſe per ſiccitatẽ attrahere, neq; contẽtioſius rixemur; tamen ne tantum ut ſumant, quo non alueum modò repleant, uerum etiam in mare Nilum tanta mole deducant, &, quod maius eſt,* quiſquam poterit concedere? Vbi enim tandem illos exiccari dicemus, ſi tantum ac tam diu quotidie creſcent? Quare uel ſimul conſumantur, nec aquam poſſint ſuppeditare; uel ſi tanta ſuppetit, cur aliam præ ſiccitate attrahant? Etenim ſi etiam ab initio illam attraxerant,

pleni profectò debebant exundare. ſin eos rurſum Sol exiccauit, nõ poſsint eadem de cauſa creſcere, cum id, quod accederet, more dolij poetici ſemper ſubtraheretur. Itaq; non tam creſcere quàm minui tẽporis progreſſu illos oporteret. Iam alius aliud nugatur: ac uidentur mihi omnes hi aliquid ſinguli dicere uoluiſſe, tãtumq; à ueritate abeſſe, ut pleriq;, cum ſe mentiri ſciant, opinionem ſuam pertinaciter tueantur, actum, quaſi in tenebris iacularentur, alij aliò aberrent. At ego non magnæ ſapientiæ duco, res incertas [o] curare; neq; ineptias in prudentiæ parte pono. Sin aliquid ad omnes eſt communiter dicendum, ijs quidem, qui per Eteſias mentiuntur, hieme dico plures ac uehementiores Septentriones commouere nubes atq; congregare, & Meridiem uerſus pro natura ſua propellere. ueruntamen nihil non potius dixeris, quàm Nilum unquam hieme creuiſſe. cur tamen æſtate potius, quàm hieme, creſceret, ſi à uentis excitaretur? Iam cunctos inter ſe dico ſingulos imperitiæ deinceps conuinci. Etenim cũ alij uẽtos, alij imbres, alij niuẽ, alij Solẽ uel hieme conſumentẽ, uel æſtate aquam abigentem, alij aliud aſcenſum dicunt efficere, & ut omnes cõijciunt, ita nemo rem nouit; non ſingillatim tantum refelluntur, uerùm cuncti etiam communiter ſe mutuo mendacij conuincunt, & ſingulos aliquid uoluiſſe dicere demonſtrant. Atq; ego nunc, qui uideor omnes reijcere, teſtes propemodum nanciſcor omnes. Nam quæ in alijs refellunt ſinguli, ea mihi contra omnes ualent. Quare ſi quid benè ſentiunt, id confirmans, ſi quid imperitiæ uelut in pugna prę ſe ferunt, aufero. Quo fit, ut non tantum in meliore cauſa, uerum ſæpius etiam & ſeparatim ſingulis, & communiter omnibus ſuffrager; ſiquidem partim ſuam ſinguli dicunt ſententiam, partim reliquis omnibus repugnant. Verùm ſi non pauciora nos, quàm illi impẽderant, adinuenimus, ea res, credo, reprehenſionẽ non meretur. Quid quod ne Homerus quidem fide dignus eſt, cum ait:

o φροντίζειν pro φροντίδων.

Odyſſ. δ. *Rurſus ad Aegypti à Dio delapſa fluenta.*

Etenim ſicut omnia Ioui tribuis, ſic Nilum quoq; facilè dederim à Ioue delapſum, atq; illius opus eſſe; quandoquidem eum patrem etiã diuumq; hominumq; appellas. [p] quanquam ſi deorum, non tamen omnium eſt deorum ſecundum poetas ipſos pater, neq; Neptunum quoq; hac de cauſa quiſquam Iouis dixerit filium, & Iunonem filiã, aut id Homerum ſentire, cum ipſe aliud præ ſe ferat. Atqui ſi pater diuumq; hominumq; Iupiter, fluuiorum quoq; ſit pater; & ſi omnium, quæ ſunt in hoc uniuerſo, Nili quoq; pater non minus, quã Xanthi Troiani, uocari debet. Atq; ita quidem Nilũ quoq;, ut dicebam, Iouis opus ac filium eſſe dederim. ſin de hoc Homerus uel alius quiſquàm, uelut de Scamãdro, Simoente, uel Granico loquatur, meritò res Troianas eum, quàm Ægyptiacas, melius cognoſcere dixerimus. Etenim Pharum quoque diſertè Homerus dixit diurno itinere ab Ægypto

p καὶ τοῦτο τὸ ῥῆμα φθεγγόμενοι additur.

Ægypto

Aegypto diſtare, atq; ut hoc figmentum confirmaret, addit:

—ſtridens quam uentus pone ſequatur, nauem uidelicet. Odyſſ. δ.

Atqui Pharus à continente non ultra ſeptem diſtat ſtadia; atq; hoc eſt Africæ & Ægypti quaſi confinium. uerũ tantum itineris uno die nauem conficere, &

—ſtridens quam uentus ponè ſequatur,

non facilè credam. quanquam aiunt quidam, qui alios libenter defendunt, procul tunc ab Aegypto Pharum remotam fuiſſe, quã poſtea fluuius oblimatam propiorem fecerit. Quapropter & hæc nunc ita ſe habent, & illa rectè, ni fallor, in contrariam partem Homerus ipſe profert. quomodo? quoniam & ipſe Menelaum per Aegyptum cum Helena tradit alicubi nauigaſſe. Certè Canobus gubernatoris eſt Menelai nomen, ut Hecatæus & fama communis teſtantur, qui mortuus loco nomen dedit, ut aiunt Græci. Nam ego quidem in ipſa urbe de ſacerdote quodam non infimo cognoui, multis antè ſæculis, quàm appelleret eo Menelaus, locum nomen hoc habuiſſe. Neque tamen hoc idem nomen diſertè proferebat, ut Græcis literis ſcribi poſſet, uerùm ut quaſi alluderet, & Aegyptium eſſet, ac minus poſſet commodè ſcribi. Iam illud noſtra lingua ſonare dicebat, aureum ſolum. quemadmodum enim ſolerent Aegyptij ſuis locis talia dare nomina, ut Elephantinen, Dioſpolim, Heliopolim; ſic etiam hoc nomen de aureo ſolo ductum eſſe. Sed hoc omitto, quanquam Aegyptijs ſuas eſſe res notiores ſit ueriſimile, quã Homero Smyrnæ, uel Hecatæo Mileti, nõ tam propter id, quod communiter dici poſſet, quã quia, quod eſt horum proprium, propter antiquitatem temporis, & regionem, quæ ſemper à cæleſti iniuria fuit illæſa, alienarum quoq; rerum mirabilium teſtes ipſi ſunt & interpretes fide digni, cunctaq; incolumnis templorum quaſi opes conſeruant. ſed hoc etiam omitto argumentum, fateorq; Menelai gubernatorem, ſecundũ noſtros ſcriptores, mortuum nomen loco dediſſe. uerũ ſi hæc ſunt credenda; Canobus à Pharo per centũ & uiginti diſtat ſtadia. Atqui nauis per integrum diem uento ſecundo procedens, eoq; ſtridente, nõ cẽtum atq; uiginti tantũ conficiet, uerũ ducẽta potius & mille ſtadia: nec rarò nos tantum ſpacij, cum fuit cõmoda nauigatio, confecimus, poſtq; totum pòſt ad dies retulimus. Sed poetæ profectò fabulas cõfingere, fluuiorum atq; urbium nomina receſſere, & ſimilia cõminiſci poſſunt facillimè; quæ aũt hoc modo rationem requirunt, earum rerũ teſtes nõ ſunt idonei. Nam uel Pindarus, qui maximè uidetur hiſtoriæ ueritatẽ inter poetas obſeruare, nõ procul, uerũ ex ipſis etiam locis refutatur. Ait enim: *Mendetem Aegyptiam iuxta maris præcipitiũ.* At nec ullum eſt ibi præcipitium, neq; aſſonat mare, quãdoquidem agrum ſpacioſum & amplũ tota præfectura Mẽdeſia tenet, atq; eius urbs, Thmuis nomine; ſic ut nec ab utraq; extremitate, nec ex media,

aliáue parte uel oculis illud uſurpari poſſit. Hic uerò, Cithæronis & Heliconis atq; Phicei montis[q] plenus cum eſſet, cum ſuis illa compa rans, hæc liberè protulit, quæ nec uiderat nec audiuerat, uerũ pro arbitrio ſecundum antiquam poetarum & auitam his in rebus licentiã confinxerat. Quid autem miramur, ſi de ijs, quæ ne indigenæ quidẽ, ńq; Aegyptij, ſciunt, tam lõgè remoti poetæ nihil poſſunt certi proferre. Sed profectò, quod paulo antè dicebã, parum abeſt, quin priua ta ſit Nili natura, & ab alijs fluminibus omnino diuerſa. Etenim cur ſolus è fluuijs auras non emittit? Nam ſi niue uel pluuia creſceret, non ſolus auris careret, uerũ quo maior eſt, eo maiores ac plures emitteret. Cum enim terra quoque irrigata uaporem proferat, quid facturum dicamus Nilum, ſi tantum eum imbres facerent, uel, ut alij uolunt, nix liquefacta. Iam quid de eius ordine atque harmonia, quam inter creſcendũ ſeruat dicemus? qui ad Syenã & Elephantinã octo & uiginti compleat cubitos; ad Coptum, quod eſt Indorum & Arabum emporium, unum & uiginti; ac rurſum demtis ſeptem, quatuordecim ad Memphim teneat, quos iam ſupputant Græci; infrà deinde inter Græcos ad ſeptem deſcendat, ac duos deniq;. Num hæc Iſtri, Phaſidis, aut Strymonis, nec ſolius Nili ſunt inuenta? [r] Iam quis fluuius, quem norimus, tempori non obnoxiam aquam tanto [s] præbet cum flumine? Nam nec ibidem, cum ſeruatur, computreſcit, nec in aliam regionem aduecta. uerũ quæ in Italiam pergũt ex Aegypto naues onerariæ, poſtquã inde ſolutæ fuerint, reliqua, quo in loco col locata fuerit aqua, manet integra; quamq; inſuper hauſerint, citius, ut in longo itinere, corrumpitur, quàm antiqua, quam ſecum uexerãt. Quare ſoli ferè Ægyptij lagenas aqua, ſicut alij uino, replent, ac triũ, uel quatuor, uel etiam plurium annorum reconditam ſeruant aquam, & à uetuſtate, ſicut nos uinum, commendant. An hoc quoq; imbribus fluuium augentibus quis tribuat? At cur omnibus idem fluuijs non contingit? ſiquidem in cunctos pluit, neq; id coniectura nos [t] oportet aſſequi, cum à pluuia non procul abſimus, & ipſas, ut ita dicam, ripas accolamus. Atque eorum quidam, poſtquam ad minimam aluei aquam imbrium acceperint incrementum, ne tum quidem eundem præbent uſum. At hic & æſtate creſcit, & hieme ſuus eſt, atque optimus. Iam dulcedinem huius aquæ quantam eſſe credis? quantam nunquam dixeris. quæ uerò cauſa? Quid quod seducti ex illo riui ferè ſemper fontibus ſunt æquales & pares. Quid autem non eſt in illo mirandum? aut quomodo fieri poteſt, ut non totus è miraculis conſtet? Nam primùm aqua eum nulla iuuat, uerùm & rupes præ ſiccitate dirumpuntur, & montes propemodum flammam emittunt. hic autem inter has defluens anguſtias, & paludes & ſinus omnes aquæ copia[u] refercit, idq; non modò cum creſcit, uerũ alio quouis anni tẽpore. Deinde toti regiõi fontis unius

uicem

[q] πλέος pro πλέως.

[r] χῶρ μὲν ὁ τῇ φύσει τ῀ χώρας additur, ac uidẽtur etiam plura deeſſe.

[s] περιέχεται pro παρέχεται.

[t] δῦ pro ἀεί.

[u] κατέχει pro κατήρχει.

uicem præbet,nec eius uſu atq; ui uel urbs, uel domus, uel locus ullus deficitur,cum æquè ſit commodus ijs urbibus, quæ uel mediam uel extremam regionem occupāt,atq; his qui ripas accolunt, aut potius qui in medio nauigant flumine. At meſſis tempore, cum eſt aſcendendum, tum, ut omittam reliqua, quæ uerbis exprimi nequeunt, tanta arenæ & hiatuum terræ copia non magis cum, quàm Tempe uel paludes, impedit; uerùm prorſus inſtar ſtellarum, quæ contra Vniuerſi motum feruntur, contra tempus ac naturam regionis extollitur. Quis enim uel hoc unum non putet incredibile,ut cauernis ſufficiat,& hiatus repleat;aut potius,[x] ut antea per arenam ſuperiorem eluctetur. Ille uerò quaſi cum obſtaculis contenderet,uiam ſibi facit,ac primùm ſpecus & hiatus,terram ſubiēs urinatorum more,replet,& incrementi principia deorſum conuertit: deinde ſuper illa,totamq; regionem ſe eleuat, ac longiſſimè procedens in menſuram cadit. Quod ſi quis occulta cognoſceret opera, magis ea, quàm quæ palam fiunt, miraretur. Etenim permultos exiſtimo fluuios, qui nunc pro præcipuis habentur, nunquā inferioribus locis poſſe ſufficere,ucrū delapſos ibidem abſconditum iri, quemadmodū narrāt Euphratem in progreſſu euaneſcere. Nunc autem ſicut pyramidum uertices cum admiratione ſuſpicimus,quòd autem ſub terra eſt alterum tantū oppoſitum,ignoramus (dico autem, quæ de ſacerdotibus audiui) ſic Nilum ſublatum quidem tota definit Ægyptus, & pro aquæ copia mare determinamus Ægyptium; unde autem tantum ſumat incrementum,id extra cognitionem noſtrā eſt poſitum. Iam quòd hæc ſola regio,uelut animal quoddā, utrāq; naturā per fluuiū participat,ac nunc terreſtris eſt & ſicca,nunc in aqua degit;id cui tribuamus cauſæ,niſi magnæ Dei ſapientiæ ac prouidentiæ, qui[y] quē in locum nullam erat pluuiam demiſſurus, in eum Nilum,quaſi uicarium ſuum,induxerit,qui pluuiæ uicem[z] huius regionis incolis præſtaret; atq; eo tempore donum hoc in homines conferat, quo tum ipſis oportunum ſit maximè, tum regioni non minorem, q̄ pro neceſſitate,uerū inſigniter copioſum prouentum conciliet. Hanc ego unicam uideo cauſam,cur Nilus per Ægyptū fluat, atq; æſtate ſit maximus. Quin etiam pharmaca nos à dijs Seruatorib. accipere uideo, quorum alteri eſt idem,quod Nilo,nomen. cumq; ultimam hāc eſſe cauſam ſciamus omnes,quoniam ſaluos nos ac ſanos eſſe uolunt,ſingulorum tamen,quæ præcipiunt,rationem quis unquam potuit inueſtigare? quippe qui per ea quoq;,quæ maximè cauenda uideantur atq; contraria,ſanitatem reſtituant. Atq; hæc quidem hactenus obiter dicta ſint,quæ non tam dicentis inſtitutum, q̄ ſermonis,uelut fluminis,curſus intulerit. ceterum Nilus omniū eſt fluuiorū tum pulcerrimus,tum maximus,quiq; uſu,ſpectaculo,& omnib. rebus alios lōgè ſuperet, regionem quoq; optimā & pulcerrimam tranſit; & qui

x ἔπ pro ἔτι.

y ὧν pro εἰμί.

z τοῖς ταύτῃ, καὶ τὸ ταύτης pro τοῖς ταύτης.

Seruatoribus) quos uidetur Aſclepiadas dicere

ſupra ipſum eſt aer, optimus eſt & puriſſimus. cumq́ꝫ tota ſit aquæ plena regio, ſuperiora tamen habet longè ſicciſſima. Iam à terræ motibus, peſtibus, & eluuionibus cæleſtibus eſſe per ipſum terram liberam, ne maiores quidem ueſtros latuit. Quæ cum non ignorent etiã Ægyptij, maioris eum, credo, faciunt. Quantum enim ex quodam, cui hæc uidebantur eſſe comperta, cognoui; ſolemnes illorum feriæ atq; ſacrificia Nilo plerunq; ſunt dicata.

ORATIO DE PARAPHTHEGMATE.

ARGVMENTVM.

Cum poſt habitam in Mineruã orationem, paulo liberius eam laudaſſet, & cum aliorum eloquentia ſuam contendiſſet Ariſtides; poſt ob eam gloriationem reprehenſus, multis exemplis recte ſe feciſſe demonſtrat.

DILIGENTES uerò ſunt in alijs admonẽdis, dum ſeipſos omittunt. Verùm ſi id coram facerent, aliquid eſſet in re cõmodi. uel enim errorem fateret aliquis, uel alijs edoctis, abſolueretur. At nunc alios ſubornantes conſilij ſui miniſtros, re uera cum umbris pugnare nos cogunt. Quin etiam exordia ipſorum callidam habent circuitionem: Quanta eum beneuolentia proſequar; Vnum ex ijs me eſſe, qui illum amant; & ſimilia, quæ quidem plus q̃ nauſeam mouent. Quidquod nuper quidam eodem uſus prætextu, meorum quendam nuuciare mihi iuſſit, non rectè me inter laudandum Deam quædam obiter locutum eſſe. non enim debere quenq; de ſe ſuisúe aliquid proferre, præſertim apud eos, quibus eſſet ea res ſatis perſpecta. neminem etenim ignorare, quanta eſſet orationũ noſtrarũ excellentia (nam hoc addebat) atq; id à nobis, ſi quid à quoq; aliud, abſolutum eſſe: ac ſimilibus uerbis pluribus blandiebatur, ut crimen agnoſceremus. Age uerò, huic quoq; reſpondeamus, quãdoquidem heſternus etiam cõuiuator ſuã conſecutus eſt mercedem. At unde eum inſtruere ordiemur, uirum tam grauem atq; ſapientẽ, ut etiam alios tam facilè corrigẽdos ſuſcipiat. Equidem eo, quod ultimũ eſt, uideor mihi primũ præ ſtudio uſurus, atq; ipſum ſuo teſtimonio calumniæ conuicturus. Adſit igitur homo, ſiue adeſt, ſiue abeſt (neque enim ego qualis ille, aut quis omnino ſit, noui) & quaſi coram huic reſpondeat quæſtioni. Rectè ſanè facis, uir optime, cum orationum conſcriptionem nobis tribuis. ſed hoc ex te quæro, an quorum conſcriptionem tribuis, ea nos intelligere non permittas. Ridiculus uerò fores, qui conſcriberet, quæ non intelligeret. Iam quæ intelligimus,

ligimus, de ijs non licebit iudicare? At hoc ænigma quoddam foret, atque adeo plus quàm ænigma. De quibus autem iudicamus, de ijs etiam loqui decere ſapientes aiunt, niſi quid etiam heic aliter tu ſentis. Quare uides, te primo dato, cuncta conceſſiſſe. Etenim ſi tuo iudicio præclara res eſt orationẽs cõſcribere; nec rectè quis poteſt cõſcribere, quod non intelligat; quæ autem intelligimus, de ijs iudicare neceſſe habemus, ac de quibus iudicare, etiam loqui: certè quæcunque quis conſcribit, de ijs etiam loqui debere concedis. At apud eos, quibus eſſet res perſpecta, uerba fiebant. Quid autem? an me non accuſaſſes, ſi mentitum compериſſes, poſtquam ea, quæ dicis omnes teſtari, reprehendere tanquam indecora es auſus? Ergo ſi Demoſthenem, Miltiadem, Themiſtoclem, uel cognominem agam, tunc melius te, tuo ipſius iudicio, qui ſingulos deceant ſermones, noui; qui mihi de me meiſq; rebus habendi ſint ſermones, eos tu cognoſces melius? At hoc ſi tibi concederem, quid ſaperem? Quinimo illorum mihi imaginādum eſt ingenium; meũ uerò probè perſpectũ habeo. Ac ſi de Mineruа dicendum ſit, id me melius, quàm te, facere poſſe teſtaris ipſe; quid autem de oratione in Mineruam dicendum ſit, id tibi patebit magis? cũq; id alios affirmes ſcire, meipſum negas? ac poſtquam tu nos reprehendis, mihi tui generis homines increpare non licebit, præſertim ut admoneam? cumqúe tu auditor oratoris perſonam ſumſeris, oratorem uis in ſua cauſa tacere, & qui pro alijs dicat, pro ſe ſilere. Quid autem? num[a] excepiſſes nobis,

Maximè pinguis ubi Calydonis campus amenæ, — a ñ pro ei. Iliad. ι.

aut de quo Chalcidenſes quondam cum Eretrienſibus decertarunt, aut medium

Corinthiq; & Sicyonis,

ut eſt in oraculo; poſtquam amicitiæ tantum cauſa rebus pulcerrimis auditu perceptis, qualia ſint noſtra (niſi hoc etiam te forte offendit) ne hanc quidem dignatus es nobis mercedem pendere, ut ſicubi forte inſaniſſemus, id condonares? An ignoras te, ſi uel Ægypti præfecturas componeres, & Babyloniam adijceres ad mercedem ſoluendam (uolo enim te nunc uexare) nunquam tamẽ mihi ſatisfacturum? Quæ autem merces eſt noſtra, quæq; nos deceat? beneuolentia, intelligentia, memoria, mediocris applauſus, oratoris reuerentia. Et quoniam metuis, ne hæc aliquam confidentiam aut arrogantiam ſapere uideantur, ego te conſolabor. Audi igitur, quid ego de his ſentiam; ac ſi fallacem me deprehenderis,

Dic me, quod eſt apud Sophoclem, *nihil iam ſapere*; — In Oedipo rege.

artemq; uaticinandi contemne. Equidem arbitror eum, qui plus, q̃ res ferant, ſibi tribuat, aut etiam in uulgus utatur ſimulatione, ad id uel uerbis uel factis obſtupefaciendum, nihil ſapere, eumq; eſſe arrogantem, prgſtigiatorẽ, & ſi quo ſit alio uocandus nomine: qui autẽ

uiribus ſuis perſpectis, pro ijs ac dignitate ſua de ſe ſentiat, neq; amplius quærat quicquam; eum libertatis aſſequi metam. Ac uelut in diuitijs, qui maiorem quàm pro re, faſtum præfert, & oberrans temerè inſoleſcit, atque id ſtudio habet, ut alios decipiat, eum ſuperbum, laſciuum, ac proteruum dicimus; qui uerò abiectius, quàm pro facultatibus, ſe gerit, & ultro ſe contrahit, ac fortunas ſuas negare mallet, quàm profiteri, nō tam inter liberos habetur, quàm ſordidus, tenax, lucriq; cupidus uocatur: ſic etiam in literis, arbitror, atq; omnib. ferè negocijs ſe res habet, ut pro dignitate ſit de ſingulis ſentiēdum. Atq; hic, meo iudicio, ſimplicis animi uir eſt, non multiplicis, qui plus ac minus tribuere ſibi poteſt, ac tam ſua quàm aliena tum laudat, ſi placent, tum uituperat, ſi merentur, nec usq; ueritati quicq; præponit. Iam hoc animaduerte. nondum enim tu fortaſſe mecum uerſatus es: alioqui quātum in meis deſiderem, cognoſceres. nam quæ induco & muto, quid me de ijs ſentire credis? ſed hoc aio, nihil eſſe magis iniquum, q̄ ut[b] ubiq; quiuis æquè de ſe ſentiat. Quin etiam diuinum dictū, Noſce teipſum, hoc mihi uidetur diſertè iubere. Non inquit ſimpliciter; nihil te eſſe dicas, uerū nec plus nec minus, q̄ ſit opus? Atq; hanc eſſe prioris dicti ſententiam, confirmat poſterius, quandoquidem illud, Ne quid nimis, huc, ni fallor, tendit. Dignitatē igitur & Apollo ceu uates ac poeta, & utroq; modo ueritatis interpres, coli iubet, & tu, ſi ſapies, neq; cum dijs contendes, ubiq; conſiderabis, ac ne contemnere uidearis, cùm reliqua ſuppetāt, curabis, uerùm ea ubiq; perpenſa, ſecundum ſtatum & dignitatem cuiuſq; noſtrū facies iudicium. Eadē enim alios decēt, alios nō item. Velut cū Therſites ait,

b deeſt ἐπὶ ἀν-τε μετρίως.

Iliad. β.

Quencunq; ipſe feram conſtrictum, aut alter Achiuus;

ridiculus fit, opinor. tu conſtrictum? ſi non te alius ex Achiuis ipſis, non ſufficiet? non uides te contra tergum tuū garrire? At cum Achilles ita narrat:

Iliad. ι.

Oppida ter quatuor cepi naualibus armis,
Terrenus unum atq; decem circū ubera Troiæ:
Theſauros quibus è cunctis multosq; bonosq;
Eripui, atq; omnes Atridæ munera feci:

nemo Græcorum indignatur. cur? quia congruunt facta uerbis. Vrbes enim tres & uiginti ait ſe cepiſſe. Quid ergo? tot'ne cepit ipſe? non poſſumus negare. At non alias terra, alias mari, tantoq; utrobique numero. ne hoc quidem ignorant auditores. quare uera ſunt omnia. At etiam communi commodo ſe maximè ſtuduiſſe ait. donec id ſe feciſſe oſtendit, nō nugatur. Quocirca Vlyſſes idem illū uerberabat, huic ſupplicabat. Atq; ut ſcias, antiquum prorſus & Græcum eſſe hunc morē de ſe gloriandi, & abſq; hac gloriatione nec rem ullam inter homines memoria dignam geri, nec ſermones haberi eximios, nec aliud fieri quicq̄; uide, qualia te quātaq; fugerint exempla:

exiſtimo

exiſtimo autem heſternis me gemina uerba facturum, quandoquidem etiam reſponſio ferè eiuſdem eſt argumenti. Atq; ea quidem, quæ uidebatur Homerus de ſe dicere, ſequeſtris [c] ſalute dicta, meminiſti. quamobrem nunc omitto. Illa uerò carmina diſertè propemodum exprimunt, Homerum ſibi ipſum poeticæ principatum tribuiſſe. Sed omiſſo Homero, Heſiodi inſpice gloriationẽ, ſi forte adhuc non animaduertiſti. Etenim ille Theogoniam exorſus, & Muſarum laudes, mox infert:

Quæ quondam Heſiodum docuerunt carmina pulcra.

ac tam improbus eſt & iniurius, ut ne hoc quidẽ expectet, dum exordium abſoluat; uerum dum ait Muſas Iouem canere, &

Latonam, Iapetum, & uerſutiloquum Saturnum,

non ſe continet, quin propemodũ inter diuina nomina hoc inſerat,

Quæ quondam Heſiodum docuerunt carmina pulcra: quaſi multũ de illarum laude decederet, niſi hoc quoque Muſarum uideretur eſſe officij, ut tam Heſiodum poetã redderent, quàm deos canerent. Neq; tantũ ab illis carmina ſe dicit accepiſſe, uerũ etiam *pulcra* addit. Cautè uerò, dixeris; ſiquidem Muſis ſe dedicat. At nos quoq;, ad quæ fuimus dicenda cõpulſi, Muſis ea Deęq; attribuimus. Dicebamus enim, ſi meminiſti, uerba quoq; nonnulla de ijs in memoria nobis hæſiſſe, quæ Dea protulerat, niſi tu non uis. Iam quanto nos æquiores, quàm Heſiodus, ſimus, quoniam nos cogis, cognoſce. Ille enim inter celebrandũ Muſas, hunc inſeruit uerſum, qui laudẽ ipſius contineret. nos abſolutis de Dea ſeparatim ſermonib. de nobis ipſis quiddã [d] memoriter recitauimus. Neq; uerò Heſiodus in eo temerè deſinit, poſtq; ſe carmina dixit à Muſis accepiſſe, neq; in additamento priore de pulcritudine: uerũ ita fuit arrogans & glorioſus, ut etiã ſceptrum ab illis iactarit ſibi datum. At hoc maius quiddam indicat, quàm iners deprehendat auditor. Sed audi, quid Homerus de ſceptro dicat:

—at nunc pubes Achiuæ
Iuridicæ fertur manibus.—

Ego quoq;, inquit Heſiodus, in Muſarum negocio de illis ſum unus. Iam cum magnificè ſe effert, quid ait?

Carpere ſpectandum:—

quaſi non quemuis ramuſculum accepiſſet, uerũ inter multos is, qui fuerat maximè inſignis, Heſiodi factũ ſit ſceptrum. Neq; hæc ei ſuffecit impudentia; uerũ quaſi te rumpere ſtuderet, adijcit:

—uocem ſimul inſpirarunt.

& quamuis carmen abſoluerit, laudem tamen non magis omittit, uerũ ſubiungit rurſum: *Diuinam:—*

&, quod etiam pulcrius eſt, quaſi eximius eſſet ſophiſta;

—ut facta & poſſem memorare futura.

At hoc eſt, quod ait, Muſas canere, facta atq; futura; & hanc ait illarũ

Heſternis) in orat. Contra ineptos hiſtr. quæ uno die uidetur ante hãc habita.

[c] χαίρειν pro καλεῖν.

[d] ἄχαρον pro ἔνσπερον.

Iliad. a.

eſſe artem. Ego quoq; igitur, inquit, eadem, quæ Muſæ, cano. Quare ſi hæc Heſiodi uoles ſugillare, nos etiam culpam ſubibimus. uerũ oſtendes prius, te cum uerſibus paria poſſe facere. Age uerò, ad eos, de quibus hi poetæ loquuntur, redeamus. Nónne Homerus tibi manifeſtiſſimè uidetur Achillẽ feciſſe cũ alia de ſe, tum hæc dicentẽ:

Iliad. σ. *Deſideo ad naues telluris inutile pondus:*

uelis nolis, inquit; ac tametſi peius etiam, quã nunc, perires,

Iliad. τ. *Talis ego, qualis reliquorum haud ullus Achiuum.*

At Achilles iuueniliter inſoleſcit. Vlyſſes uerò ſenex quid ait ad hunc ipſũ m?

Maxime Graiugenum,—

ſi qua in re alia præſtare uis, concedo:

—uerùm ego te ingenio poßim ſuperare. & addit, *Multum.—*

Neq; enim ſecundum ineptos literatores hic uerſus intelligendus eſt, qui eum corrumpunt, & *Multum* à prioribus ſeparatum, cum ſequẽtibus coniungunt, quæ pro uerſus initio præcedit. ſed hi parũ uidentur in literis intelligere, cum hoc expreſsè opponatur.

Ait enim primum: *Me ſuperas certè non paulum & uincis, Achille,*

Haſta: deinde: *uerũ ego te ingenio poßim ſuperare Multum.—*

Iam uide, quomodo hæc opponantur. Quod illic *Haſta*, heic eſt *ingenio:* quod illic *non paulum*, heic eſt *Multum:* uelut ſi ſic etiam ordinem mutaſſet; Tu multum in bello me ſuperas: ego te in his non paulum. Quin etiam fortius te, ſi uis, refellam. Vt enim in ætatibus deſcribendis non admodum his particulis utitur Homerus, quantũ nunc meminiſſe poſſum, ita in iudicijs de uirtute ſæpe. Exempli gratia, de Ioue & Neptuno loquens, ait:

Iliad. ν. *—at prior ortus erat Saturnius heros:*

atq; hoc tantum, nec addit Multo. Id autem etiam non additum, erat perſpicuum, cùm ex iſtis, tum ex alijs eius uerbis. Semper enim uocat eum patrem diuumq; hominumq;. Quo fit, ut longè ſit omniũ antiquiſſimus. Iam alibi ſic ait:

Iliad. ſ. *—prior uerò, potiorq;*
Heros Proteſilaus erat.—

ubi ut priorem uocat, ita quanto, non addit. At cum facit contentionem, addit Multo, Longè, ſimilia.

Optimus eſſe uirum longè Telamonius Aiax,
Pelida irato. deinde quid? *nam multo fortior ille.*

Atq; hunc morem ſibi familiarem Vlyſſi quoq; tribuit, exiſtimans illum quoq; decenter poſſe dicere, multum ſe alteri ingenio præſtare. Neq; hoc, arbitror, niſi confidenter Vlyſſes addebat. Norat enim Achillem quoq; ipſum ea, quæ præſtare non poſſet, ſibi non uindicare, neq; arrogantem ſe præbere. Nam eadem ipſa, quæ modò proferebam ab Achille dicta liberius, cõfeſſionem quandam cũ Vlyſſis

uerbis

uerbis congruentē continebant. Etenim ille quoq; rem ſic diuiſerat:

In bello: nam per fora lata alij quoq; præſtant.

Quare cum haberet illius ſuffragium Vlyſſes pro pignore, nec eum grauatim ueritatem auditurum probè ſciret, ſed eiuſdem eſſe, & dicere & audire uera uelle; tu, inquit, in illis multum me ſuperas, & ego te in his tantūdem. Sed illud etiam pulcrius eſt, quòd Neſtor nō tam ſenex iam, quàm prorſus decrepitus, quando illi

—duo ſæcla uirorum, Iliad α.
Tempore quos tulerat quondam bona mater eodem,
Exierant, & iam nunc tertia ſæcla regebat:

adeo uidebitur iūdicio tuo laſciuire, nihil ut poſſit eſſe loquacius nec inſolentius. Neq; enim ſemel aliquando ſe laudaſſe, iudicat ſatis, uerum eſt ubiq; ſui ſimilis. Itaq; primum dum principes conciliat, ait ſe cum uiris, non quales erant ſuo tempore, uerùm longè fortiſſimis eſſe uerſatum, ſeſe per illos extollens. Quare neq; id celauit, quin apertè diceret:

Atq; illi noſtros monitus audire ſolebant:

cum, inquit, tales eſſent. Quod autem maius eſt,

His ego nempe Pylo ueniens aſſueſcere cœpi
Ex Apia terra longè. ipſi namq; uocarant.

Heic duo ſunt additamenta; quod eum ipſi uocarant & obſecrarant, quodq; inſuper *Ex Apia terra longè*; quaſi adeo celebris atq; admirandus eſſet. Quod ſi modeſtum dices & congruum eſſe illud;

Pro me ego pugnabam: —

fateor, neq; inſanos unquam laudaui; uerùm hoc eiuſdem eſt, cuius reliqua, dexteritatis, atq; utrumq; quodam modo uerùm eſt, ac mecum facit. Etenim ubi illis cedebat, *Pro me*, inquit, *pugnabam*: ubi & illis, & cum quibus loquebatur, erat ſuperior, ab illis quoq; ſe prælatum fuiſſe indicat, & hos poſtulat ſibi cedere, planeq; cum Vlyſſe ſentit, qui ad Achillem dixerat, ſe illi haſta cedere, conſilio preſtare, quē admodum Achilles etiam ipſe de ſeſe antè iudicarat. Quapropter idē uidetur hac de re trium eſſe iudicium, iuuenis, ſenis, ac decrepiti; ut pro dignitate quiſq; de ſe ſentiat ac loquatur. Iam cum Græcos idem decrepitus adhortatur ad conditiones ab Hectore latas accipiendas, nihil aliud quàm laudes ſuas prædicat; atq; heic ſe, quaſi ualidiſſimus fuerit, iactat, neq; poteſt ullo modo ferri, hinc exorſus:

O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos, Iliad. ν.
Qualis eram, Celadon cum prælia dura uidebat.

At quę ſumma eſt arrogantia; non ſuffecit ei, ſi aduerſarium occiſum diceret, uerùm quaſi hymnum ſibi conderet,

Maximus, inquit, ille meo perit & fortiſſimus enſe:
Multus enim iacuit ſimul hinc extenſus & illinc:

nempe in eadem uia, alios quoq; multos, magnos, & pulcros ait ſe in-

teremiſſe. Atq; uide, ſodes, num hæc temerè glorietur, nec potius ad Græcos excitandos de induſtria dicat. Quòd autem ſcopum contigerit, atq; illos commouerit, teſtatur, qui hæc omnia conſcripſit, poeta. Nam poſt concionem ſubijcit:

Sic ille increpuit: tum ter tres ſurgere cuncti.

Neq; uerò publicè modò talem ſe præbet Neſtor, uerùm in priuatis etiam congreſſibus ſuperbum eum iudicabis, qui, cum Patroclus ad ipſum ab Achille miſſus eſſet, ut quem adduceret, quæreret, atq; adeo feſtinaret, ut ne qeſcere quidē ſuſtineret, ne in Achillis reprehēſionē incurreret, de induſtria tamē ſedere illū iubeat, ac ſermones audire, rurſumq; à ſimili exorſus initio, ac iuuentutem priſtinam requirens, longam quandam inſtituat narrationem, cuius ut reliqua uel meminiſſe ſit difficile, ita maximè contumelioſus eſt uerſus ille, neq; cum mea interlocutione comparandus:

Iliad. λ.

Neſtora laudabant hominum, diuumq; Tonantem.

Iliad. δ.

Non enim iam dicam, quid Agamēnoni, ordines diligenter obeunti, reſpondeat ſapiens noſter. Sed illud eſt omnium ſuauiſſimum: Cū Patroli cauſa ludos Achilles faceret, & alij alia referrent præmia, ipſe, qui certamini par eſſe non poterat, ac nihil iam ad iſta, quod dicitur, præ ſenio ualeret, priores narrat uictorias, quaſi hac ratione quicquā poſſet proficere, & ad Græcos ita ait, non iiſdem uerbis, ſed paulo tectius: Alius ueſtrum curſu uictor, alius lucta, alius alibi euaſit uel euadet: uerum ego

Iliad. ψ.

Oenope progenitum pugilem Clytomedea uici,
Alcæum lucta, fuerat cui patria Pleuron:
Iphiclam pedibus celerem præcurrere quiui:
At Polydorum haſta ſuperaui & Phylea fortem.

tantum ego his præſto uictoribus, qui nunc ſenectuti concedo. Iam Phocenſis pugil quanto faſtu ſuperbit:

Prodeat huc, calicem qui curuum forte requirat;
At mulam nemo abducet——
Namq; ita prædico, nec non ita perficietur.
Membraq; diſrumpam, & confringam cominus oſſa:
Atq; ipſi curatores—— inquit, adſint,
Qui noſtris domitum excipiant de more lacertis.

Vtrum ergo minatus eſt, nec perfecit? Imo diſertè, quod facturus erat, uaticinabatur. Quare non hæc erat, opinor, confidentia. Quid quod illum quodam modo [c] ſubſequens, & quaſi defenderet, Homerus, qui non ex odio potius aut importuna ferocia ſic inter alios loqueretur, quàm id, cuius erat ſibi conſcius, præ ſe ferret; percuſſiſſe quidem alterum ait, uelut prædixerat, cum autem capitalem animaduertiſſet ictum, tum curatorem Euryalo ſemetipſum præbuiſſe. ait enim:

[c] παρακολουθῶν pro παρακολουθῶν O.

Magna-

Magnanimus ſed cum prendens erexit Epeus Ipſe manu: —

nempe qua etiam proſtrauerat. Hanc ob cauſam Vlyſſes quoq; nihil inter Phæacas diſſimulat, quin adoleſcenti primum in certamine ſuccēſens, nihil omittat, ac laudi ſuæ tribuat, quòd maximę corporis formæ ac pulcritudini ſermonis uenuſtas ac ſpecies facilè exæquaretur. An uero hæc de ſe tibi dicere non uidetur?

Sed ſpeciem dictis ornat Deus: atq; alij ipſum
Iucundè aſpiciunt. tum dicit firmiter ille Odyſſ.θ initio.
Blandiloquēte pudore, micans in cœtibus unus.
At cum per ciues læta ſpaciatur in urbe,
Suſpiciunt unum, & ceu præſens numen adorant.

Quòd autem hæc de ſe dicat, ex altero contrario fit manifeſtum. Ait enim:

Sic tibi forma quidem præclara eſt. —

Nam de duobus alterum illi tribuit, ſibi ſeruat alterum. Neq; uerò per ferociam hæc uel temerè dicebat ille, at ut iræ indulgeret, ò ſapientiæ columen, & Græcorum decus ingens; uerùm ut adoleſcentem in luxu educatum, & à ueritate longè remotum corrigeret. atq; adeo nonnihil, ut apparet, profecit. ſiquidem paulo pòſt emendat ſe, & patrem illum loco priorum uerborum appellat, cumq; eo componit. Iterum autem de ſua in certaminibus peritia loquens, non aliter ferè, quàm in Iliade Neſtor, quantum in ſingulis excellat, prædicat.

Non eſt ulla mihi, quot ſunt, ignota palæſtra.
Noui equidem tela ex arcu torquere polito,
Ac primus iaculis hoſtem poſſim arte ferire,
Multa licet ſociûm iaculantum copia cingat.
Aſt haſtam iacio, quàm longè nemo ſagittam.

Atq; hæc ait in Phæacum ſpectaculo, priuſquam etiam nomen indicaſſet ſuum. cum autem hoc quoq; inter cœnandum quæſiuiſſent,

Sum Laertiades, inquit, *ex fraude celebris, Vlyſſes,* Odyſſ.ι initio.
Per cunctos, ac iam cælo mea gloria fertur:

cum ſciret fore, ut non eodem modo Phæaces ipſius acciperēt ſermonem, ſi de uulgo quempiam eum eſſe credidiſſent, ac ſi Græcorū præſtantiſſimum nunc audire ſe, prius intellexiſſent. Quare non ueritus eſt ſeipſum laudare, ut nec alios iuuare. Atq; hoc quidem modo tum ipſi ſe iactant poetæ, tum ij, de quibus illi loquuntur, quosq; celebrant maximè. Iam ſi quis ex te quærat, utrum eos, qui falſo de ſe prędicant, an etiam qui quouis modo, reprehendas; ſiue illud dices, mentitos nos fuiſſe doce, ſiue hoc, quid altero facias, uide. Etenim quę hominibus eſſe turpia dixeris, ea multum abeſt ut deos decere poſſis dicere. quæ uero deorum nulli honeſta dixeris, nequaquam illa deum decebunt pręſtantiſſimū. Cur ergo Iouem facit Homerus tot ac talia de ſe dicentem, aliosq; deos ueluti pueros terrentem, ut in deorum

concione primùm, cum in uniuerſum minatur:

Iliad. 8 initio.

Quàm ſim diuorum fortiſsimus, inde ſcietis;

nempe qui præceptis non paruerit: & quæ ſequuntur:

Quare agite, ut mea dicta omnes uera eſſe putetis,
Efficite, e cælo dependeat aurea restis,
Quam cuncti manibus prenſetis dijq́ deaq́.
At non de cælo in terram traxiſſe queatis
Me ſolum totis conniſi uiribus omnes.
Aſt ego, ſi qua mihi naſcatur mente cupido,
Cum terraq́, ipſoq́ mari uos traxero ſurſum.
Tantum homines propria ſupero uirtute, deosq́:

cum tamen ea dij nō ignorarent, apud quos hæc dicebat. Neq; enim tum primum, quantum præſtaret ipſis Iupiter, cognoſcebant. Iā quę cunq; [f] alia generis eiuſdem uel ad Iunonem iratus, uel ad omnem ꝑfert occaſionem, non ſit facile recenſere. Nec eſt, quod heic arguteris, ac ridens quæras, quid ex omnibus Iouem dedeceat. Non enim hoc iam diſputamus, uerum ſi eum, qui quauis in re quantumlibet excellat, non decuerit de ſe loqui uel ſentire, ſed alijs eam rem eſſe perſpectam ſuffecerit, tum Iouem omnium minimè ſui iactationem decere. Nam & latiſſimè illum imperare norunt omnes, & hoc illis eſſe perſpectum, rurſum ipſe nouit. Optionem ergo ſume, [g] utro me modo calumniari uelis; cum negas eos me decuiſſe ſermones, quos aliquis, plus iure ſibi tribuens, q̄ ſciat auditor, uſurpet, an cū̄ nullā̄ prorſus loquendi libertatem concedis. Quomodo uerò mihi pudorē hoc incutiat, quod Homerū Ioui tribuere non puduit? Quin & Iupiter, ut uidet, uerum homines docet, communis ſalutis cauſa, atq; hæc Homerus quaſi congrua finxit, & Apollo non alium ſe in oraculis præbet, ubi iam non per poetam, ſed more ſuo loquitur:

f ἄλλα pro ἀνάλ.

g ποτέρως pro ἑκατέρως.

Herodot. Clione

Menſura eſt maris, & numerus mihi notus arenæ:
Surdum intelligere, & fas eſt audire tacentem.

Etenim quem oportebat potius uerum de ſe dicere, quàm qui de rebus omnibus uerum dixiſſet ac diceret? Sic igitur homines quoque, quicunq; dijs cari ſunt, & ceteris præſtāt, non tam erubeſcunt ueritatem profiteri, q̄ errones putant, qui per inopiā multa mentiūtur, hoc arrogantis nomen, quod inuiſum tibi eſt, per neceſſitatem reperiſſe, à quo certè longiſſimè diſtatis, qui uerum dicit. Quid quod leges etiam prohibent maledicere, non tamen prorſus, uerùm falſo. Quare ſicut de altero malè loqui uitioſum non eſt, niſi falsò fiat; ita ſi quis de ſe benè, modò uerè, nunquam iure reprehendatur. ſiquidem qui uerax eſt, is nec alteri iniuſtè maledicet, nec ſeipſum, cum opus erit, laudare uerebitur. Arbitror autem te Sapphonem quoq; audiuiſſe, cum apud quaſdā, quæ felices uiderentur, multū ſibi tribuit, ac beatā ſe re uera & admirandā dicit à Muſis eſſe redditā, nec uel poſt mortē obliuioni

obliuioni traditum iri. Laconem quoq; audis de ſe atq; choro dicentem: *Muſa ſonat, arguta Siren.* Quid autem ego ſimile de me, meisúe ſum locutus ſermonibus? num eos cum Sirenum cantu contuli? aut maior eſt confidentia, ſcriptum cum ſcriptis contendi iubere, quàm uocem ſuam cum Muſarum conferre? Huc accedit, quod, cum ipſam primũ inuocaſſet Muſam poeta, ut ab ea uires conſequeretur, poſtea quaſi extra ſe rapitur, & ait chorum ſibi Muſę locum occupaſſe. Iam ſi hoc abſq; Muſa effutiuit, non ſum ego criminis particeps; ſiquidem dicẽdi facultatem Deæ ceſſi: ſin accedens Muſa hæc illi in mentem iniecit, uidentur Muſæ quoq; uelle, ut ipſarum cultores talem uſurpent libertatem. Alibi uerò dum narrat, apud quot gentes in gloria ſit, tot ac tales recẽſet populos, ut eos adhuc, ubi ſint terrarũ, miſeri quærãt grammatici, ac longa ſit illis antè ſuſcipienda peregrinatio, quàm de Sciapodibus certũ aliquid referre poſſint. Iam alio loco tam diuinum ſe præbet, ut nõ tam pro nominis ratione diuinus, quã ipſe deus aliquis ex machina loqui uideatur:

Laconem) Alcmanem.

Dicite mi hæc mortalia ſæcula.

Tu uerò, per Iouem, quem te facis? Sed iam hæc quoq;, ſi potes, cognoſce: *Diſcipuli uerò uehementes inſtar coruorum garruli fruſtra aduerſus diuinam Iouis auem clamant.* Nónne heic Poeta, quiſquis eſt, alios poetas coruos uocat, ſe cum illis comparatum aquilam; atq; adeò tanto ſe reliquis præſtãtiorem poetis facit, quãto coruos excellit aquila? Iam ad auditorem quendam, quẽ uidebat dormitare, neq;, cũ quo rem haberet, animaduertere, ſic ait: *Poſt audaces uulpes fuluus iaceo leo.* Neq; enĩ Pindarum quoq; dices hæc meo iuſſu carminib. ſuis inſeruiſſe. Verũ audi & alia: *Iactum eſt aureũ ſacris cãticis fundamẽtũ, prout extruimus iampridẽ uarium uerborum loquacẽ ornatum.* Hæc mehercle ne uerbis quidẽ tenus culpa prorſus uacãt. ueruntamẽ de his quoq; gloriat, ut necta re nõ deteriorib. & addit: *Tamẽ hic* (nẽpe uerborũ ornatus) *quãuis admodũ celebres Thebas magis etiã p deorũ & hominũ exornabit uicos:* quaſi nõ ſufficerent homines duntaxat, niſi dij quoq; per ipſum magis inſup urbem Thebanã eſſent in poſterũ celebraturi. At alibi ſplendidius etiã canit: *Per Olympiũ te Iouẽ aurea uaticina Pytho cũ Gratijs & Venere*[b] *obſecro, ut in ſacroſanctã recipiatis me ſedẽ, illuſtrẽ Muſarũ uatẽ.* Vides, ut inter precandum ſe non cõtinuerit à iactantia. Quid aũt ſibi tribuiſſet, cum eſſet uoti factus compos, qui precũ initio tam magnificè de ſe ſentiat ac loquatur. Omitto iam alios infinitos non magni precij homines, qui de ſe ſtudioſè ſunt gloriati, ne forte contrà, quã uelim, efficiã, ut ornatus iſte ad infimum etiam quemq; pertinere uideatur. Attamen Simonidis noſti modeſtiam, uel alij ſaltem ſciunt, hanc uirtutẽ in eius carminibus ac uita præcipuè ferè elucere. Hic igitur etiam ipſe iuueniliter tibi uidebitur inſoleſcere, & in fine ſenectæ, quod aiunt, arrogantiam delibare. Etenim auſus eſt dicere:

Pindarus Olymp. 2.

b λίσσομαι pro ἄσομαι.

Nemo magis memor eſt Simonide, conſcius aio.

Non enim hæc alius illi tribuit, uerùm de ſe ipſe cecinit. Ac ne uideatur hæc per iuuentutem & laſciuiam dicere, addit:

Cui ſex & fuerant luſtra peracta decem.

quaſi ſic apertè diceret: hæc ego de me ſentio ac loquor, octoginta natus annos, quare non iuueniliter inſoleſco, ſed uerum dico. Quid q̃d uterq́, Simonides ac Pindarus, hymnos triumphales in ſeipſos palã, ut in alios quoslibet, conſcripſerunt. Nondum enim te terra protulerat, uerũ etiam liberis hominib. hæc licebant. Hoc ſanè modo athletas quoq́ ipſos obiurgaueris, qui triumphales hymnos à poetis accipiunt. Nam hi quoq́ ſeipſos laudant quodã modo, dum poetas data pecunia adhortant, & ad extremum hymno cõfecto laudes ſuas ad tibicinem in choro canunt. Eos quoq́, qui trophæa erigunt, arrogantiæ ſic accuſaueris. Etenim his quoq́ ita liceat dicere: Heus uos, quid uultis? ſatis eſt uiciſſe. quorſum uerò titulus; Athenienſes de Thebanis uel Perſis; Lacedæmonij de quibuſdã; aut aliud ſimile. aut eradẽda ſit inſcriptio. Quid aũt? an hæc tibi quoq́ ſuperba uidebuntur:

Attica Graiugenis gens propugnans Marathone,
Perſarum fudit myriadem nouies. &,
Quiq́ mori iuxta Byzantia ſuſtinuerunt
Mœnia, ſeruantes æquora piſcifera.

& reliqua longè tuis præſtantiora ſermonibus: & amplius,

Poſtquam Aſiam Pontus Minoũ matre remouit,
Atq́ urbes hominum Mars truculentus habet,
Nullus adhuc tantum pariter terraq́ mariq́
Edere mortalis uir facinus potuit.
Namq́ hi per terram Medorum examine fuſo,
Centum Phœnicum roſtra tulere mari
Plena uiris: gemuit genitrix concuſſa Promethei
Turmifera belli ui, geminaq́ manu.

& ante horum tempora, *Chalcidis[1] indigenis & Bœotis ſuperatis*
Attica gens,—

ni fallor, habet inſcriptio: & alia ſimilia. At hæc Attica ſunt & feruentiora. Nos uerò non aliã gentẽ in ſtudio dicendi ſequi, nemini eſt obſcurum. Verũ tu Dorica quoq́, ſi uidetur, ac Laconica inſpice.

Iſtic myriades quondam excepere trecentas
Ex Peloponneſo corpora mille quater.

Eſt'ne hæc magna arrogãtia, atq́ inſuper ſplendida cõfidentia? Nos, inquiunt, quater mille uiri, cum decies trecentis hoſtium millib. manum conſeruimus. Iam alij ſic aiunt:

Nos totam in medio uerſantem turbine leti
Eripimus noſtris Hellada corporibus
Seruitio: clades Perſarum mentibus omnes

Intulimus,

1 ἔθνεα pro ἴν-να ex Herod. Terpſich.

Herod. Polymnia.

Intulimus, duræ pignora naumachiæ.
Oſſa tenet Salamis noſtra: aſt opulenta Corinthus
Patria pro meritis hæc monumenta dedit.

Quare tibi mortuos hos cauillari tempus eſt, ut qui ſint garruli, nec poſſint quieſcere. Ac tum aliquis tibi ſic ex Simonide reſpõdebit: Tu uerò, ſuperſtes adhuc, magis es, ꝗ̃ illi ſub terra ſiti, mortuus. Age uerò, hæc quoq; cõſidera: *Neq; enim præſentia tantũ guſtat Muſa tenuiter, uerũ omnia metendo peruadit.* Non heic apertè uidetur ſe Poeta laudare, propter ſuam in carminibus fecunditatem? Quid aũt cum ait: *Neme compeſcite, poſteaquã dulciſona multifida ſuauiſſimos eſt cantus auſpicata tibia.* At poetæ ſoli ſic de ſe ſenſerunt, inquies. oratores igitur conſidera, quos te ſolum dicis mirari, quaſi magna tibi cũ illis intercederet cognatio. Sed eos primũ, qui medio ſunt inter poetas & oratores loco, uolo proferre. *Hæc eſt Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriæ cõſcriptio, ne uel res ab hominib. geſtæ, tẽporis progreſſu in obliuionẽ ueniant, uel magna miraq; tam Græcorum quã Barbarorum facta laude ſua priuentur.*

Initium hiſtoriæ Herodoti.

In te igitur, optime Herodote, tuisq; ſcriptis eſſe ſitum putas, ut Græcarũ ac Barbararũ rerũ memoria uel cõſeruet̃, uel funditus intereat? In me uerò, inquit Herodotus, niſi planè ſit ſomnolentus. Atq; hoc eſt, quod alterũ mihi uidet̃ tacitè urere.

Alterũ) Thucydidem.

Etenim cum ſit inops cõſilij, bellũ extollit; & cũ ſe præſtãtiſſimũ cupiat, ni fallor, hiſtoricũ facere, bello dat ſuffragiũ. Atq; hæc quidẽ eſt illius ſtudij ſumma. uerũ hoc admodũ urbana circuitione declarat, & quæ uiderent̃ antiquiora bella, eleuat. At hoc nihil eſt aliud, ꝗ̃ ſi Herodoto, Hellanicis, Hecatæis, atq; alijs omnibus oſtenderet, ſe in iudicio primũ reliquos excellere, & ſelectis præſtantiſſimis, ea cõſcribere, cũ alia ſint ludicra. Quinimo Thucydidis gloriatio per totã ſparſa eſt hiſtoriã. Primũ enim ſingulorũ oppidorũ cõcionatores hanc apud illum uſurpant: deinde uiritim Periclẽ primũ quis non uidet, quõ ſe gerat, ſi forte Periclis nomen audiſti: qui non in colloquio atq; extra neceſſitatẽ quicq̃ temerè loquit̃, quod tu nos facere uetuiſti, uerũ cum in ea tẽpora tum ipſe tum populus uniuerſus incidiſſet, in quibus cum tu etiã arã iuſſiſſes occupare (qñ ut ager bello, ita ciuitas morbo affligebatur, omnesq; in ipſum, uelut unicũ malorum autorẽ, erant exacerbati) hæc in concione dixit: *Nec præter opinionẽ hæc mihi acciderunt, Athenieſes, nec rectè facitis, cũ mihi iraſcimini. Sum enim,* inquit, *in omnib. ueſtrũ præſtãtiſſimus,* inſtar Iouis alicuius Homerici.

Lib. ſecundò.

Atq; alia quidẽ minus quis miretur: ꝙ aũt cum orator ac dux eſſet, & pro cõcione diceret, atq; propter hanc etiã facultatẽ forte plerisq; ſuſpectus eſſet, ne hoc quidem ipſum quaſi noxiũ cauerit ac cælarit, uerũ cũ excuſare ſe deberet, atq; iſta tegere, & ſic ferè dicere: neq; eſt quod putetis, Athenienſes, me ui dicẽdi uel initio uobis hoc perſuaſiſſe, uel nunc iubere uos cõſidere: tñ hoc quoq; ſe dixerit inter cetera præſtare, ꝙ etiã orator eſſet optimus, idq; ſermonis initio (nam

& hoc meminiſſe uideor) id uerò tuum'ne, Thucydides, an etiã Periclis fuiſſe dicemus? Iam alius apud eundẽ hiſtoricũ ſic ait: *Et decet me, Athenienſes, imperare: nam hinc mihi neceſſariò exordiendum eſt,* [k] *quia me,* inquit, nõ, aliquis tui ſimilis, uerũ, *Nicias perſtrinxit:* qui tuũ ne nomẽ quidem uidetur fuiſſe dignaturus per neceſſitatẽ eloqui. Atqui Syracuſis concionatur Hermocrates, nónne prorſus tibi glorioſus uidetur? Iactat enim ſe atq; Syracuſanos, qui Athenieſibus declarent, nõ Iones ſe nec Helleſpontios eſſe; dum iubet eos extra Siciliã illis occurrere. Atq; hæc quidem ſunt etiã modeſtiora: ſed audi maiora. *Et cum hoſtibus non cũ fidentia modò, ſed etiã contemtu congrediamur.* Tu autem fidentiam quoq; ſuſtuliſti. cumq; ille iubeat pericula cõtemnere, tu ne ſentire quidẽ permittis, à teipſo, ni fallit, exorſus. Age uerò, alterius quoq; tanq; equi ornatum cognoſce. Arbitror enim te, ſi aliud nihil Demoſthenis, ſaltem celeberrimã illam pro Præconio legiſſe orationem. Heic igitur ait Demoſthenes, cuius tu nomen duntaxat mirari uideris: *Atq; ita mihi perſuaſi, non ſapienter fortaſſe, ueruntamen mihi perſuaſi* (uides, quo modo te urat, cum bis ait, *mihi perſuaſi?*) *nec decreta quenquã meliora, quã me, conſcripturũ.* at ego de ijs duntaxat, quæ ſcripſerã, & coram recitarã, nonnihil ſum locutus, idq; dijs, qui ſomniũ miſerant, confiſus. hic uerò addit: *nec alacrius aut iuſtius uel res aliquas geſturũ, uel legationes obiturũ. Quapropter omnib. me rebus immiſcui.* Iam lecta epiſtola, *Huc,* inqt, *Philippũ deduxit, Aeſchine, nõ Athenieſis populus, ſed adminiſtratio mea. hanc ille uocẽ emiſit, qui multis atq; confidentib. uerbis antè cũ Urbe egerat.* ſic enim ait ferè, qm̃ uerborũ non nimis memini. At ſplendidius etiam & quodã modo Pericleo ſtylo loquitur in fine orationis: *Quodſi qualis ego heic ſum in mea prouincia, talem ſingulæ Græcorũ urbes unũ haberent, aut ſaltem ſi unũ Theſſalia duntaxat, & unũ haberet Arcadia, qui mecum ſentiret; nemo Græcorum nec extra nec intra fauces cũ præſentib. conflictaretur malis, ſed omnes liberi ſuiq; iuris facti ſecurè & feliciter ſuas incolerent urbes, tot ac talia bona uobis atq; ceteris Athenienſib. propter me ferentes accepta.* Nec defuerunt fortaſſe quidam puſilli & infelices homines, qui tum Demoſthenem ita loquentem grauiter ferrent, ac ſuperbum uocarent. uerũ poſteriora tẽpora nihil eum præter modũ dixiſſe demõſtrarunt, uerũ toti quoq; Græciæ talis unius uiri prouentũ ſuffeciſſe. Quare nunq; de primatu cũ ipſo cõtenderis, neq; apud eos quidẽ, cũ quibus mihi ſufficere putas haberi ſermonẽ. Sed hoc mihi p deos reſpõde; ſi fuiſſes illius æqualis, nũ Demoſtheni quoq; hæc ipſa obieciſſes, an illum ſaltẽ culpa liberaſſes? Etenim ſi illũ quoq; perſtrinxiſſes, lõgè hinc es calũniator. ſin illũ qdẽ liberaſſes, eodẽ pacto me calũniaris. Neq; uidet à Demoſthenis abludere ſentẽtia, qđ nũc in Ceramico legit elogiũ. Atq; hæc mihi quidẽ ſufficerẽt, poſtq; oratorũ memini, quandoqdẽ in hoc numero nos etiã, opinor, collocaueris; uerũtamẽ ueritatis ſtudio totũ excutere uolo ſermonẽ, ut intelligas, qualis cũ ſis

me

Alius) Alcibiades, lib. 6.

k ἐπειδή μοι pro ἐπὶ δήμου.

Syracuſis) quas pro Camarina poſuit, memoriæ lapſu, quæ etiam in ſeq. cernitur.

Et cũ) Hæc ſunt in Periclis oratione lib. 2.

Sentire) quod heic etiã in malam partẽ Græcè capitur. nam φρονεῖν & fidere ſignificat, & ſapere.

Alludit ad Hom. uerſum, ἀλλά γε δὴ μεταῦθις, καὶ ἵππω κοσμήσαιεν, Odyſſ. δ.

Elogium) in ſtatuam Demoſthenis, ni fallor: εἴπερ ἴσην ῥώμην &c.

me doceas, cum te prouerbium iubeat capras agere. Aliam igitur apologiam uiri ſapientis audi, qui tantum à iactantia aberat, ut etiam ſophiſtas temerariæ confidentię obambulãs argueret. Itaq; minatur Athenienſibus fore, ut, ſi ipſum occiderint, aliũ non reperiant. Atq; hæc ad locupletẽ refert teſtem, deum Delphicũ. *Atq; ego credo*, inquit, *nunquã maius Urbi bonum eueniſſe, quã fuit mea Deo obtemperatio*. Hęc ferè habẽtur in Apologia Socratis. Quinimo propterea condẽnatus eſt, inquies. At etiam pœnituit iudices, dixerint alij. Verũ hos ſermones ipſe Socrates nõ habuit. Sit ita. nã ut ipſe eos minimè habuerit, ſi alius eiuſdẽ cõditionis tanq; illum decẽtes habuit, eodẽ res redit. Quid quod aio Socratem per totam uitã arroganter ſe geſſiſſe, quanq; id multos fugit. alioqui qd perpetuam eius ironiã ſibi uelle dices? Equidem crediderim eum cũ uulgo tanq̃ cũ pueris egiſſe, atq; illos re uera quaſi ſtolidos luſiſſe. Quocirca cum ſeriò quidẽ ſe non admirabatur nec laudabat, quaſi nullius re uera fuiſſet precij, ſermones tamẽ hos habebat, nũ quid aliud relinquitur, dixerit aliquis, q; ut cũ illis tanq; ſecum nequaq; conferendis ſit uerſatus? Sed Socratem quidẽ, ſi uidetur, omittam: uerum Iphicratem ſpecta, nõ uirũ inter oratorẽ ac ducem mediũ, ſed qui utrumq; ſit aſſecutus. An igitur apologiam eius pro Doũo unq; percurriſti? Ac pone uel Lyſię, ſi uis, eſſe, uel Iphicratis, ſi mauis, orationem. nihil tamen eſt in tota cauſa tam illuſtre, quã gloriatio, quæ quidem eam orationem ceteris Lyſię meliorẽ reddit. Ait enim cũ alia ad Athenienſes, quæ tuũ non ſapiunt ingeniũ, tum, *Si*, inquit, *tales haberetis ſeptẽ imperatores, qualis ego ſum, non iam incoleretur Lacedæmon*. At Harmodij & Ariſtogitonis facta mentione, quos Athenienſes optimè omnium de ſe meritos credebant, uel ſe cũ illis, uel illos inquit ſecum fuiſſe ſocietatem inituros, ſi fuiſſet illis æqualis. *Ac uos quidem*, ait, *Athenienſes, has à me inſcriptiones ueſtras, atq; hanc columnam putatis magni fieri: mihi uerò cælum attingens in Peloponneſo columna uirtis mea teſtis eſt erecta*. Atq; in tantã euadit libertatem loquẽdi, ut cum utriſq; ducibus ſe conferat, tum ciuiũ tũ hoſtium. Quodſi te Iphicrates in ea defenſione conſuluiſſet, utrũ quæſo ſuaſiſſes? ut hoc modo ſe excuſaret, an ut genibus flexis ſupplicaret iudicibus? An uero cum in doni defenſione liberè uerba fecerit, aliter in iudicio capitis contra Ariſtophontẽ ſe geſſit? imo naturã ſuam & heic ſecutus eſt. Etenim cum ex Ariſtophonte ſic, ut aiunt, quæſiuiſſet; Tu uerò, ſi nauiũ fuiſſes dominus, prodidiſſes eas, an nõ? poſtq; negarat Ariſtophon, Ergo tu, ait, qui es Ariſtophon, eas non prodidiſſes; Iphicrates ꝓdidit? Iam ſi unum illius dictum inſuper adieccro, alio me conuertam. Cum enim in Ægypto aciem ad pugnam inſtrueret, cetera quidem ferè rectę ſe habere dixit, unum autẽ deeſſe maximum. Et cum aliquis, qd hoc eſſet, quæreret; quòd, inquit, Iphicratis nomen hoſtes ignorant, quo in bellis cum Græcia ſuſceptis maximo uteretur præſidio. E-

paminondæ quoq; ad Thebanos apologiam longè hanc Iphicratis audio ſuperaſſe. Quis autem hæc admiretur, cum nuper me ſodaliū quidam, cum forte nō procul à me ſederet, tale pictoris cuiuſdam docuerit epigramma:

Pictoris) Parrhaſij.

l κἄπειτα κλύων λέγω τάδε pro καὶ ἄπειτα κλύοις οἱ λέγω τάδε.

Atq;[1] hæc non cuiuis dicam credenda repentè:
Huius enim noſtris meta reperta patet
Artifici manibus: iamq; inſuperabilis hæret
Terminus. at quo non proruit inuidia?

Ergo pictorem quidem tam magnificè de ſe prædicare permittis, qui ſilentio poterat artem ſuam exercere; eum, qui inter oratores numeratur (nihil enim aliud nunc de mea dicam eloquentia) uel tantillum audacius loqui graue & indignū iudicas? Quin etiam alium audi pictorem, quem tu quidem ſuperbire dixeris, alīj peritiores non plus, quàm æquum eſt, ſibi tribuere. Quid autem ait?

Heraclea mihi patria eſt: Zeuxis uocor: at ſi
Noſtræ cui partus terminus artis erit,
Oſtendens uincat.—
—nec uideor, inquit, eſſe ſecundus ego.

Atq; hoc epigramma nec ille tanquam ſuperbum recuſauit, nec eum ſociorum quiſquam, poſtquam fuit conſcriptum, iuſſit inducere. At quale hoc etiam egit auſusq; eſt ille contumelioſus inſcribere. Cum enim Helenam pinxiſſet, Homeri uerſus aſſcripſit:

Alludit ad Hō. uerſum, ἀλλ' οἷον τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη κ.α. Odyſſ. δ.

Non erat indignum, Troas forteſq; Pelaſgos
Pro tali, longo frangi diſcrimine, forma.

Iliad. γ.

quaſi eodem modo Helenam expreſſiſſet, quo creauerat eā Iupiter. Sed ut omittam pictores; equidem comicum quēdam mirum in modum ſe iactantem quondam audiui. Si quis tamen ex ījs quærat, qua de cauſa tantopere ſibi placeant; quoniam riſum excitant, dixerint, credo, quemadmodum hoc ipſorum quidā ultro profeſſus eſt. Veruntamen hi quoq; à uulgaribus urbana ſeparant ſcommata. Quidā igitur initio fabulæ quaſi uates hæc gloriatur:

Quidam) Cratinus.

—ſpectatores uigilare opus omnes,
Horum à palpebris uerſificatorum nugis amotis:

quaſi eo die ſapiētes omnes ac doctos redditurus eſſet. Iam datis Chironibus, rurſum hæc admodum ſuperbè finiaſſuit: *vix annis duobus elaborauimus:* at alījs poetis in uitam totam ſe proponere ait, nempe ad imitandum; quaſi id nullus eſſet aſſecuturus. Alius uerò

In Veſpis.

Herculis ait ira ſumta, maxima quæq; inuaſiſſe olim.

ac poſtea congruum his dictum ſubiungit:

Talem nacti regionis Alexicacum huius purgatorem.

Quapropter indignum ſit, ô cælum ac terra, Ariſtophanem quidem ſua ſcommata cum Herculis factis audere cōparare; cum ſerīj oratores, quod nec ipſe quidem negarit, orationes ſuas cum alienis uolūt

contendere

contendere, id iudicio tuo contumelioſum cenſeri. Atque ille quidem alicubi quandam de comœdijs ſuis extollens,

—libans aliud poſt aliud iurat per Dionyſum,
Nondum [m] *meliora audiſſe his carmina comica quenquam:*

tu eum, qui in honorem Deæ, atque eius auxilio ſermonem conſcripſerat, ne iniuratum quidem laudare ſe permiſiſti, idque duntaxat memoriter. Atque ut alios omittã, & manifeſtiſſimè cõtumeliã tuã, & calumniã, atque curioſitatẽ deprehendas, uide quis fuerit, qui ſic orationẽ ſuã laudauit, ut in ipſa de ſeſe non aliter, quàm Comicus de fabula, loquatur. Nam & in exordio promittit ſe pro rei dignitate ac temporis in oratione conſumti, atque etiam [n] uitæ totius eſſe dicturum: & in fine cunctos uelut ad certamen prouocat, quaſi nemo uel aliquo modo paria facturus eſſet. Quid autem? an illi plus, quã deceat, ſibi tribuere licebit; mihi ne tantum quidem, quantum decet? quodque ille orationi inſeruit, hoc mihi ne extra orationem quidem dabitur adijcere? Iam cum tragicis, comicis, atque illis neceſſarijs athletis nõnunquam uideas etiam ludorum præſides ac ſpectatores [o] cõcedere, ut nonnihil de ſeipſis per digreſſionem dicant, ſicut nonnunquã depoſita Muſæ, quã agunt, perſona, grauiter concionentur; tu ne tantillũ quidem nos paſſus es reſpirare, qui tamen nullius es precij, ac probè tecum agi putare debeas, ſi uel famuli loco rebus interſis. Quid aũt dices, obſecro, ſi quis quærat? An grauia profecti uideri hæc & moleſta? atqui ſi auditoribus, cur hi non ęgrè ferunt? ſin tibi; cur ad auditores te recipis? nã hi ferè unus eſt quidam, isque inuidus, aut ſaltem imperitus. Quid quòd ſi ipſe quoque ſermonem laudabas meum, placebant, quę dicebantur. Neque enim, cum ipſe ob noſtra gaudere dignabaris, mea tibi diſplicebat exultatio. Sin te fugiebat ſermonis uenuſtas, optimo iure hæc à nobis dicebantur. Iam ea, quæ ſeparatim dixi, utro excepiſti modo? Etenim ſi ipſe quoque ægrè hæc tuliſti, eam profectò ob cauſam proferebantur. cur enim, cum tu propter meum gaudium doleas, ego propter tuum dolorem non gaudeam? Verũ ſi probaſti dicta; cur ea nunc reprehendis, de quibus tunc mecum ſentiebas? aut utrum te credis hoc modo accuſare? uideris enim nõ ſecus teipſum. Quinimo nõ ſecundũ homines, ac dignitatem ſolũ, ſed etiã tempora, & quoduis occaſionis additamentũ hæc iudicantur. Itaque ſi quis per iniuriam ac ſuperbiam tales ordiatur ſermones, uel quia populũ de induſtria ſugillat ac nihili facit, uel etiã, quod modò dicebã, priuata de cauſa, quales ego ſæpe uidi ſublatis incedere ſupercilijs, tanquam omniũ dominos, eoque habitu, ut mox obuiũ quemlibet percellerent; ijs meritò crediderim aliquẽ ſuccenſere poſſe, atque illos pro Gorgonei capitis poſteris habere, nec eloquentiã, quàm præ ſe ferũt, putare nimis accuratè percepiſſe. Verũ qui & in reliqua uita tã moderatũ & cõmunẽ ſe præbeat, ut hæc ſit ad eum cognoſcendũ inſignis nota (niſi forte nũc etiam maius

[m] ἀμείνον' ἔπη pro ἄμεινον ἐπὶ ex Ariſtoph.

Laudauit) Iſocrates in Panegyr.

[n] παντὸς ἂν pro πᾶν τόσον.

[o] συγχωροῦντας pro ἐπιχωροῦντας

quiddā imprudens dixi, atq; eſt petenda uenia) & cum à Deo mouetur, tum de ſe, quod res eſt, loquitur, atq; id in ipſo certamine atque eo tempore prolocutus, quo nullius oportet rei, quàm orationum, facere mentionem, diſcedit; cur hūc ægrè feras? Tibi uerò per Iouem tantum'ne erat ocij, ut prodigijs illis omiſſis, paruas quaſdam & nullius precij res gallinarum more ſeligeres, habiturus quaſi pro lucro, quod reprehenderes? Hoc ſanè quoq; humanitati meę tribue, ne omnino deſponderes animum, uerùm haberes, cur uelles uiuere. Videtur enim oraculum Pythium tibi mortem prædixiſſe, quandocunq; cunctos laudaſſes. Quare præmium uitæ mihi debes; atq; hoc ſi reprehendis, rectè facis. An etiam Pythiæ uatumq;, cum aliquid ultro prædicunt, geſtum atq; aſpectum diligenter obſeruas, ac ſi quid confidentius uideantur loqui, hoc in illis accuſas? O miſer & impie; an

Septimo παιδεί. sub initium. non hæc omnia tempus fert? Quin etiam Xenophontem tibi proferam, qui de magno Cyro loquens, reliquo quidem tempore compoſitum, & modeſtum, ac minimè arrogantem ait eum eſſe ſolere; cum autem in certamē deſcenderet, & calefieret, nihil paruū nec remiſſum dicere, ſed cum ſe, tum milites extollere, nec iniuria. Etenim cum ſtimulum ex animo ſuſtuleris, fortitudinis tollis uiaticum. Atq; ſic in me inquire, pluribus etiam additis; ſi non futuro certamine, uerùm iam ingreſſus ac decertans, ſi in ipſa neceſſitate, ſi potiorem ſecutus, ſi oratione feruente, ſi cum ipſe primum commotus, tum alijs eodem percitis ſtimulo, hæc ſum inſuper locutus, admonitionis atq; utilitatis auditorum cauſa, id quod etiam in exordijs laudamus, ac requiri dicimus: ac ſi ea, quæ dico, coniuncta repereris, aude dicere;

Iliad. ι. *Non hic iſta furit ſine numine,* —

ſed Minerua præſente, cui primæ debentur modeſtiæ partes. Homerum quoq; audiſti de pugnantibus dicere:

Iliad. ο sub finē.

Atq; ut fulmineus Mars, aut ut noxius ignis
Per denſam ſęuit ſiluam monteimq;, furebat:
Turgida feruebant ſpumis undantibus ora:

noſti cetera, ut aliquid tibi gratificer. At hic barbarus fuit, inquies, quiq; ſeipſum comprimere non poſſet. Quid ergo de altero dicemus Græcorum præſtantiſſimo? an oblitus es, quibus modis etiam hunc poſt iram depoſitam armet?

Iliad. τ in fine.

—in medijs armatur diuus Achilles,
Cui dentes grauiter ſtridere, oculi uelut ignis,
Ardere, ingentem cor concepiſſe dolorem:
Ille minans Troiæ, Diui munirier armis.

Vides, ut omnia ſimul uiro tribuat; dentium ſtridorem, ignem in oculis, iram in hoſtes, dolorem ob caſum, oſtentationē apud commilites. Et Enyonis quidem ac Martis ſaltatores ita conſiſtunt, ut nec animo ſint quieto, ac multo minus quieſcant manus, uerùm inuſitato

quodam

quodam motu tum labra, tum reliqua corporis mẽbra moueantur, atq; ipſos mirabilis quædam occupet permiſtio doloris, iræ, cupiditatis, rationis; qui etiam, ſi inter pugnandum ad uerba ueniant, ſic ferè loquuntur:

Huc accede.— &, Iliad. ζ σ υ.
Infelix, quicunq; meo ſeſe offeret enſi: Iliad. ζ σ φ.

Mercurij uero Muſarumq; ſaltatores, penes quos deorum rex Iupiter uolucrium ſermonum decora uoluit ac facinora cerni, Erembo-rum'ne inſtar [p] uoles in terram cernuos ſua recitare, nihil à cãtherijs equis diſtantes, medios inter uigilantes ac dormientes; an ijs, qui ſunt ab aliquo Corybante, uel alio calido deo poſſeſſi, non ſtupidiores uideri, uerùm ad numerum decẽter moueri? Ac Diomedis quidem galeam & ſcutum igniuoma, ſecundum Homerum, non tam reprehendis, quàm miraris, ac rerum magnarum indicium facis; quorum autẽ ex ipſo capite ignem Dea ſubmittit, ijs ne ueniam quidem concedis? Ecquam uerò pugnam dices tantum præcedere calorem, quantus uiuos ac ueros auſpicatur ſermones. Quanquam enim omnia, ſecundum Darium, exornauit ignis, neq; hoc potentis magis quàm ſapientis eſt uiri dictum, dicendi certè fons unus, uerè ſacer ac diuinus Iouis eſt ignis, ꝙ quicunq; ſunt correpti, dormitare nequeũt. Tu uero te tuosq; oculos reſpici tunc iubes, & quaſi puerum timere, ne quid mutiat, quod aliquo modo tibi ſit ingratum; nec torrenti, uerũ Nilo, qui ſimul cum magnitudine habeat ſymmetriã, terminos ponis. An ignoras, quemadmodũ ille Vulcani inſtrumenta per ſe moueri fecit, & Apollinis ſagittas alicubi, ni fallor, ſpõte ſonuiſſe, illius cauſa iratas; ſic etiam in orationibus in deos habitis multa talia ſermonis ipſius motu quaſi eijci, ac neceſſarium quendam & cum impetu congruentem ſonum inſtar ſagittę cum ſtridore delatæ tunc edi? Quanquam autem metuo, ne cum ſurdo loquar, ac foras ſaltem, quodam modo, proditis profano ſacris; tamen uelut arcanum quiddam in fabula his, qui audire poterunt, id referam, tibi non item. Hoc igitur dico: poſtquam diuinus ignis acceſſit, & per currum, quod dicitur, (quales à poetis tribuuntur Muſis currus) coruſcauit, & oratoris animum inſtar potionis alicuius ex Apollinis fontibus delatæ poſſedit; mox & calore illum atq; contentione cum animi ſerenitate implet, & oculos ſurſum attollit, atq; crines ſeparat; neq; ad aliud quicquam uel præſens uel remotum ille, ſiue ſaltatorem eum ſiue Bacchum uoces, reſpicit, quàm ad ſermones ipſos, atq; eorum præſides, uelut q̃ ad eos, à quibus aliquid è ſuperiore loco porrigitur, reſpiciũt;

p ἀξιώσεις pro ἀξιώσει Ο.

Iliad. ε initio.

Iliad. σ.

Iliad. α.

Foras ſaltẽ) Hoc enim ſignificat ἐξορχεῖσθαι ad uerbũ, quod per Metaph. ſonat, ſacra prodere, quoniã in ſacris olim ſaltabatur.

Ac dictum emiſit, inquit, *tacitum quod*—

non erat ferendum (multa enim tempus fert, nec hoc certamen idiota quiſquam non intelligat) neq; poteſt animo remiſſo, uel auditoribus ſe accommodans, idoneum dicendi ſtimulum conſeruare, quin

Inquit) Homerus Odyſſ. ξ ad cuius uerſum heic alludit.

calor inſtar pharmaci ſolus ſermonem tanquam nauem deducat ac dirigat, nec aduerſarijs ullum det locum. At poſtquam hic defecit, ſubſidunt ſermones, ac ſuperat torpor, cogiturq́ue talis orator [q] per ſtuporē exanimatus, uelut aquila demiſſis alis, deorſum ferri. Quid quod etiam ſermonem quendam ſacrum narrare tibi poſſum, quo me nō ita pridem deus quidam nocte docuit, qualis ſit furor diuinus. Ac ſermo talis erat. Oportet, inquiebat, mentē à rebus conſuetis & cōmunib. primū dimoueri. dimotā aūt & contētu concepto, cū Deo uerſari, atq́ue excellere. ac neutrū, inquiebat, ſit mirū. nam & qui uulgus contēnit, [r] cum Deo uerſatur, & qui cū Deo uerſat̄, excellit. Atq́ue hæc ſunt ſacræ noctis, ut poetæ uocant, monumēta, quæ quāuis per cornu uenerint, omni tn̄ ſint ebore clariora. Quapropter etiāſi nemi nē, qui ſe de ulla re iactaſſet, haberemus, nec eſſet hoc orationū euentū neceſſarium, nos tamē huc iam Deus impelleret; honorem iſtum non parui duceremus. Tu autem dictionis ipſius non tam redarguis. An uerò auditor quidem erit optimus, non qui ſit ualdè modeſtus, uerùm qui moueri poſſit, ac dictis occurrere; orator calidiſſimus ac ſe primum ipſum intelligens non erit præſtantiſſimus, uerū qui auditoribus cedat, aut ab illis, qualia, quæ dicat, ſint, diſcat? Quinimo nonnunquam per ipſam orationem aio fieri, ut neceſſe habeatis, qui quidem uerè ſimplex & humanus ſit, aliquid ſeorſum dicere, niſi uelit ea pleroſq́ue fugere, quæ nō latere præſtiterat. Multa ſunt, exempli gratia, dicendi ornamenta, nec nō poeſeos; ac formæ quædam inter ſe partim remotæ, partim propinquæ, quas ut nemo facile poſſit omnes aſſequi, ita ſinguli partem ſumunt aliquam, in qua excellant. quāquam Homerū de hoc, ſi uidetur, exemerim numero. Cum igitur aliquis per omnem hunc ornatū decurrere conatur, & omnibus modis orationem permiſcere, morib. primū ad tempora accommodatis, deinde coniugationib. ut, cum accurata diſputatione opus eſt, uenuſtatem addat; cum efficacitate, celeritatē; cum abundantia, perſpicuitatē; cum grauitate, gratiam; cum inuentione, confirmationē; cum libertate, firmitatē; & ſuper omnia facilitatē atq́ue curſum (atq́ue hæc me lius mihi, q̄ tibi tuiſq́ue ſimilibus, ſcire liceat) tum, pfectò uertigine corripitur omnis auditor, nec quo ſe uertat, nouit, uerùm uelut in acie circūdati perturbant̄, & q̄d quiſq́ue intelligit, hoc laudat, alius dictionē accuratam, alius argutum ſenſum, [ſ] alius elegantiam. Orator interim hac de cauſa rumpit̄. Quid ais? inquit: non intelligis uel minimā certaminis partem; uerū cum ego utranq́ue ſeparatim inflē tibiam, & omni ſimul harmoniæ forma utar, tu digiti unius motū obſeruas, tā quā ſi in lyra uel cithara ſimul omnib. ſonātib. unam dūtaxat chordā uidereris audire. Docet orator te non tam aliā ob cauſam, q̄ quòd diuino quodā modo tibi atq́ue alijs conſulit, ac præcipuè ipſi dicendi facultati, ut eius cognita ſemina, quātum poteſt, conſeruent̄. Atq́ue hæc

ſunt

[q] ἀντὶ pro ὡς.

[r] deeſt ὁμιλεῖ θεῷ ante θεῷ τι.

[ſ] deeſt ὁ δὲ ante ὁς.

ſunt, ô qui mea cognoſcis, ignoras tua, quæ nos quoq; nuper mouerant. Tu autem legem mutas & inuertis ordinem, quem non hominibus modò, ſed reliquis etiam animantibus tribuit natura (nempe ut præſtantiori quiſq; pareat) atq; aquilam exiſtimas æqualiter cum graculo moueri poſſe, cum illa procul etiam ijs, qui uidere atq; audire poſſunt, appareat aerem fortiter ſecans, quemadmodum remis nautæ findunt mare. Leo quoq; rugitu ſuo, quid moliatur, declarat. [t] Verùm tu equi curſum, aſini caput poſcis, quibus inter ſe nõ conuenit: neq; hæc audiſti: *t μὴ ἐν μέσῳ additur. Iliad. ζ in fine.*

Ex humeriſq; iubæ ſurgunt, ſplendoreq; lætum
Raptim nota pedes ad equorum paſcua tollunt.

At aſino ſatis eſt gloriæ, ſi ſarcina liberetur, quam ad uſum heri quotidianum circumfert, plures accipiens ictus, quàm ponit ueſtigia. Sed ego orationis quaſi fluminis impetu tranſuerſus rapior. Huc igitur redeo, quòd naturæ uis mutare legem, quæ iubet potiorum ferre præſtantiam, & ex principum arbitrio uiuere. Turpe ſit imperatori, ſi ad milites reſpiciat. contrà decet exercitum imperatori morem gerere, ſicut coryphæo ſaltatores, gubernatori nautas, principi populum, oratori auditores. Quare ſi ex auditore nobis orator prodijſti, ſolium tibi occupare tempus eſt. ſin puſillus circa puſilla uerſaris, nihil equidem poſſum de te præclarè ſentire, uerùm cauſam, de qua modò dixi, pluribus explicare uolo, quandoquidem ex hac de pleriſque iudicari ne tu quidem negabis. Etenim ſi ego hanc ob cauſam, ut uel adoleſcentes allicerem, uel parentes aliquot miſeros per fraudem ad ſoluendam mihi mercedem incitarem, tam grauiter hæc[u] extollebã, aut ſi ullo unquam tempore tali impulſus ratione quicquam uel magnum uel paruum dixi uel feci; quin pro libidine tua mecũ agas, cau ſam non dico. ſin ab orationis natura afficiebar, ac meum ſermonem tãquam alienum audiebã, atq; adeo cedebam prorſus ac detinebar, quaſi qui neſcirem bacchari, & uoluptatem ſecurè capere, quemadmodum alio libelli autore, ne ſaltare quidem ueritus eſſem; cur mihi, quæ non conueniunt, imponis crimina, continentiam non miraris? Sed ut maius etiam dicam aliquid; nihil horum dictũ puta: ſed num hoc audebis dicere, me tum nullo cum fructu quicquam egiſſe; tum hæc uanitate ſophiſtica temerè argutatum eſſe? Non omnes hinc me quàm longiſſimè norunt diſtare? non res noſtræ longè aliter ſe habent? non & ſermones meos, & omne eorum argumentum ad exactiſſimam ueritatem, quantũ fieri poteſt, referri omnes uidetis? Quã ego uel manuum motionem, uel labrorum diſtorſionem iuſto maiorem uſurpaui? quod ueſtis genus moleſtius? quemadmodum ſe olim nõnulli tunicis obtexerunt: quod ut illi fortaſſe dignitatis tuendæ gratia fecerint, ita hunc ego prætextum fugi, quamuis pluribus, quàm pleriq;, tegumentis indigerem. An uerò quicquam ſimile un-

u ἀνῆγον pro αὖ ἦγον.

quam confinxi? an bifariam ſalto, ut quidam faciunt? an aliena quicquam ad me mala pertinent? an mihi tantum ſupereſt ocij? an non ſatis duco, ſi ipſius artis dicendi rerumq́ue neceſſariarũ cognitionẽ conſequi poſſum, etiamſi nullum mihi alienum conciliem malum? Qua propter commotus [x] hæc orationis cauſa dicebam. Quamobrem etiamſi minimè eſſet, ut tu ais, nugandum, uerborum tamen impetum etiam hæc res ſequeretur; quorſum inutile conſilium? uelut ſi aliquẽ, qui uento per altum raperetur, iuberes quieſcere & conſiſtere, ſic dicens ex litore: Vides, ut ego quietè ſedeam. Ac uideris mihi à uipera morſum reprehendere, qui nũquam fueris ipſe morſus, ut habet prouerbium. Ac hoc te dicentem nunquam ferret Pœantis F. Philoctetes. Sed unum de ſophiſtis ijs, credo, me putaſti eſſe, quos conciliatores admonent, & rectè quidem. Memini certè quondam ſophiſtam uidere, qui inter dicẽdũ à conciliatore ſic commoueretur, cum & hic melius ſcire ſe, quid illi quantumq́ue dicendum eſſet, putaret, & ille hoc ipſi concederet, nollet tamen omnia ſimul permiſcere, [y] ne ridiculum ſe præberet. At nos etiam in corporis aduerſitatibus ad ignobiles medicorum ſupplicationes non confugimus, uerùm quamuis pręſtantiſſimos medicos, quod pace deorum ſit dictum, haberemus amicos, ad Æſculapium nos contulimus, quòd arbitrabamur, ſiue ſeruandi eſſemus, hoc per illum fieri præclarius, ſiue hoc non poſſet, moriendi tempus eſſe. Quin etiam collegæ mei ingenium meum poſſint declarare. Nam puer etiam, cũ aliquid, quod mihi notum erat, quæſiuiſſet præceptor, ſi quis alius prior reſpõdiſſet, nihil iam loquebar, ne uiderer ab alio ſuggeſtum dicere. Nec his diſſimilia ſunt, quæ nunc in Æſculapij fiunt. Etenim apud uos quoq́ue ueritatem fatebor, quam quiſq́ue pro iudicio ſuo benè uel malè poteſt interpretari. Sic enim etiam cũ illius loci collegis & uerſatus ſum & uerſor, ut ſi quis mihi non aſſurgat, ei non ſuccenſeam; ſi quis aſſurgat, ei non poſſim quin locum dem. Iam tu ſiue huc ad imperandum ueniſti, his perſuade, tibi hoc potius, quàm nobis conuenire; ſiue alteri principatum concedis, Homerica iſta tecum perpende:

Iliad. ſ. *Me ſodes audire uelis, tacitusq́ue ſedere.* &,
Iliad. θ in fine. *Sic ô magnanimi Troiani, ut diximus, eſto.* &,
Iliad. ι. *Patroclus contrà ſolus tacitusq́ue ſedebat.*

neq́ue apud imperatorem impera. Nam hoc utriq́ue turpe ſit, tam tibi, quàm imperatori. Iam ſi parum adiecero, finem faciam: atq́ue hæc de induſtria produxi, non tam quaſi uel unum aliquid horum non ſufficeret, quàm ut uideres, quot argumentis tua conuinceretur inſcitia, quotq́ue rebus nec uiſis nec auditis huc te quaſi profanum aliquem intuliſſes. Et cum ſis myſtes, interpretem ſacrorum examinas? cumq́ue recentior myſtes antiquiore ſit inferior; qui nunc primùm inter myſtas eſſe cœpiſti, de myſtagogo iudicas? Quinimo ueterẽ de Momo atq́ue

[x] ἐξαχθεὶς pro ἀχθεὶς.
[y] ἵνα μὴ pro ἢ.

atq; Venere fabulā uideris mihi renouare. Aiunt enim, cum illa ſederet exornata, rumpi coactum fuiſſe Momum, cum nihil, quod reprehenderet, uideret. tandem autem ipſa relicta, ſandalium culpaſſe; atque ita utrunq; contigiſſe, ut nec Venus audiret malè, nec Momus rectè diceret. Tu quoq; uideris ſcenā admiratus, appendices eius incuſare, & omiſſis ſermonibus, obſeruare paraphthegmata, ſeu additamenta. uſq; eo legem tranſgrederis. Iam ut intelligas, Solonē quoque, legislatorem clariſſimū, proferre paraphthegmata, hunc etiam audi. Atqui adeò me audacia & inſolentia (nam hæc illi nomina per tuam criminationē conueniunt) ille ſuperauit, ut, cum nos extra orationem, & orationis cauſa commoti, nonnihil nugati ſimus, ille quēadmodum nos in Mineruam, ſic ipſe in ſe ſuamq; Reip. adminiſtrationem libellum ſtudioſè conſcripſerit, in quo cùm alia, tum hæc habentur:

Nam [z] *ſimul & inſperata cum dijs egimus,*
Nec egimus fruſtra.—

Vides, quā ferociter, nec de tuo conſilio. Atq; hæc quidē ſunt in [a] Trimetris; in Iambis autem iſta:

Hæc iure mecum temporis teſtabitur
Mater deorum Olympicorum maxima
Nigra probè Terra, cuius olim terminos
Paſſim ſepultos ipſe primus ſuſtuli:
Quæq; antè ſeruiebat, eſt nunc libera.
Multosq; Athenas in celebrem patriam
Iuſte uel iniuſte reduxi uenditos,
Qui dictiones efferebant miſeria
Neceſſitatis, Attico nec amplius
Sermone fari quiuerant, uagi diu.
Alios ibidem [b] *ſeruitutem turpiter*
Tremente iam tum ſeruientes corpore
In ſuaue libertatis aſſerui bonum.
Atq; hæc ego, uim iusq; commiſcens ſimul,
Quondam peregi, nec feſellimus fidem.
Legesq; prauis & bonis æqualiter,
Directa iura ſingulis accommodans,
Tuli. ſed alius tam potente præditus
Stimulo malignus atq; auarus quiſpiam
Populum haud coercuiſſet.—

Quid ſi pro nobis etiam ſic dicat Solon: ſi quis alius hunc dicendi ſtimulum attuliſſet, nequaq; ſe tam modeſtè geſſiſſet. Ac me tum redargues, cum parem nactus dicendi facultatem (quod quidem non facilè tibi, ni fallor, continget) moderatius de teipſo ſentire uideberis. Sin cum ipſe mendices, ac uictu careas quotidiano, duosq; uel tres obo-

z ἅμα pro ἃ μέν.

a τοῖς τριμέτροις pro τετραμέτροις.

b δουλίην pro δουλείην.

los deſideres, regem accuſas, qui nec auro nec argento parci iubeat, atq; id ſuperbiam ac uerborum iactantiam facis, ſimul & pecunia carebis, & mente. Quid autem porro Solon ait?

Nam ſi, placebat quicquid aduerſarijs,
Et quicquid alijs, facere uoluiſſem ſimul,
Iam capta multis urbs fuiſſet à uiris.
Quapropter olim iactitatus undiq;
Canes ut inter plurimas uixi lupus.

Vides etiam Solonem gloriari, ac magis te ſibi placere? Exiſtimabat enim, arbitror, has à ſe conſcriptas in ſe laudes alijs ad exemplum utiles fore. Quare qui manum introrſus habet, uocem extollit, & ſuas res iuſtè exornat. Vt enim manum introrſus conijcere, ita caput non deorſum ferre, credo, uolebat. Age uerò, per alium quoq; [c] celeberrimum uirum te conſoler, quandoquidem timidior es, q̃ oportet, ne dicam confidentior. Quæ autem hic ait, lõgè Solonis uerba ſuperãt. Nam uide: *At locum, qui ſupra cælos eſt, nemo adhuc poetarũ uel tractauit, uel unquam pro dignitate tractabit. ſic autem ſe habet.* Vides, ut cunctos inuidos exibilet, liberè ſuum profeſſus ingenium, atq; ut eum decebat, qui confirmaret hunc, qui in manibus eſt, ſermonem, quo aſſerimus, afflatum diuinum uulgi contemtum adferre. An hæc de triuio ſumta credis? Iam abſoluto, quẽ de Amore inſtituerat, ſermone, quod laudis genus poſtea ſibi non tribuit, aut quid non dixit pulcerrimum? Ac primùm quidem ſe rectè ueritatem quæſiuiſſe ait, quòd alia connectere, alia ſciat arte ſecare: deinde ordinem in ſermone adhibuiſſe, maximè autem de magnificentia ſe iactat, adeò ut etiam diſertè aduerſarium perſtringat his uerbis (niſi forte tam rudis es, ut Phędri putes, non Platonis eſſe uerba) *At ſermonem tuum iampridem admiror, quem tanto priore pulcriorem protuleris. Quare metuo ne Lyſias inferior abeat, ſi forte alium uelit cum hoc contendere.* Iam de his quid dices? *Dij boni, quanto dicis artificioſiores in dicendo Nymphas Achelοi FF. & Mercurij F. Panem, quàm Cephali F. Lyſiam, apparere.* An non hæc ſumma cum laude tibi uidetur de ſe homo dicere, niſi Midæ aures habes, cuius illud epigramma cum ſodalis oratione comparatum ridebat. Quid quod ex omnium uirtutum præcepto hæc neceſſariò de ſe commemorat. Etenim prudentis erat atque temperantis, ni fallor, dignitatem cognoſcere; iuſti, ſibi atq; alijs ſuum tribuere; fortis, ueritatis dictionem non ſubterfugere. At qui ob hæc indignatur, is horum contraria iure ſibi uindicat, niſi oſtenderit, alienos à dicente ſermones eſſe, ac maiorem, quàm ueritas ferat, gloriam ſectari. Cum autem alia poſſim addere infinita, non dicam; ſed quoniam Solonis, & quæ de ſua gubernatione loquitur, memini, quid hic in ipſis legibus à ſe latis dicat, uideamus.

Atque hæc legiſlatorem, quàm poetas omnes, melius ſcire conuenit. An non

[c] ὀνομαστότων pro ὀνομάτων O.

Plato in Phędro

Sodalis) Lyſiæ.

non in his poetarum omnium principem & ſapientiſſimum deſertè ſe pronunciat? hoc uerò neceſſariò hinc efficitur. Nam cum ipſe, qui hoc ſe ſcire dicat, legiſlator ſit, quicꝫ poetas, & omnes quidem, legiſlatori cedere iubeat; fieri non poteſt, quin in hoc poſtremum, quod dixi, res deſinat. Tandem'ne igitur ex his omnibus cognoſcis, quantum ſit hac in re inter te atcꝫ illum diſcrimen? Quare uel omnes Græcorum præſtantiſſimos accuſa, uel etiam nobiſcum deinceps age mitius, ô qui mihi times, teipſum negligis, & cum per beneuolentiam mecum audeas ipſe libere loqui, mihi non permittis apud hos beneuola libertate uti; cumcꝫ tuam ex ignauia libertatem haurias, me nō pateris recta uia per fidentiam [d] incedere. Iam unum etiam atcꝫ alterum imperatorem uolo recenſere. Arbitror enim illud Epaminondæ ingenium non minorem urbi Thebanæ uſum attuliſſe, quàm tu tuis profuiſſe te dices. Huius etenim præter apologiam, cuius modò feci mentionem, extat etiam aliud in Peloponneſo epigramma, ingenij indicium; quod ſi quis abraderet, non'ne indignareris? ego certè admodum, atcꝫ etiã alij, ni fallor, mei ingenij, non tui fortaſſe. Quod igitur hoc eſt epigramma, quòd ab omnibus canitur?

Noſtris conſilijs laus eſt abraſa Laconum,
Pubecꝫ Meſſene floret adaucta ſua.

Hoc igitur quocꝫ, ſi uidetur, emenda his rationibus, quoniam hæc omnes norint; cum tibi ne mutire quidem liceat. Quin etiam Chabriæ dictum quoddam memorant, poſt Naxiam pugnam naualem, ut arbitror, pronunciatum; aut ſi ante pugnam, non eſt ideo peius. Tectè autem de ſe loquebatur, cum diceret magis timendum eſſe ceruorum exercitum duce leone, quàm leonum duce ceruo. Atque ita per omnes & poetas, & oratores, & imperatores, & quicuncꝫ alicuius in Græcia precij fuerunt, oſtendimus gloriationem neceſſariam rem, & præſtantioribus quaſi natura inſitam eſſe; ac rectè à Demoſthene dictum eſſe, pro ſtudio ſuo quenque neceſſariò de ſe ſentire. Mirum uerò ſit, cum in alijs rebus pro dignitate factorum cernatur fidentia, in ipſo ingenio atcꝫ ſermonibus hoc non etiam magis apparere. Nam ſi quis rem attentè conſideret, non alium quaſi fontem & oſtium ſermonum, quàm fidentiam, reperiet. Quid quod hanc iudicij formam totius Græciæ notam ac uelut imaginem prorſus habeo. Etenim artes & conſilia, quę ad manuum opus pertinent, apud Barbaros quocꝫ facilè quis eadem credat extare præſtantia: uerùm animi robur, & fidentia cum leni libertate coniuncta, Græcorum antiqua uirtus eſt & propria. Miror autem te, cum ſis ad inſtruendum natus, non hos uidere, qui pecunia laudem non in concionbus modò, ſed in theatris etiam redimunt. Quid enim hi uidentur aliud facere, quàm ſeipſos laudare, idcꝫ contra ueritatem ac decorum? quo accedit etiam hæc ſtultitiæ appendix, quòd ueritas minuitur. At his ego

d ἴτυαι pro ὕ.

Peloponneſo) imò in Bœotia, ſecundum Pauſan.

Olynth. 3.

ſi nō alia re, ſaltem hac ſum feſtiuior, quòd meipſum gratis laudo, & ob ea, quorum mihi ſum conſcius. neq; id me ſæpe facere norunt hi, quare non tam ſtupiditatis, quàm ſapientiæ cuiuſdam do ſpecimen. Iam nihil me mentiri, tu quoq; concedis. Hoc deniq; ex te quæram, Si quis tibi deorum liberos optanti, eos te habiturum diceret, qui tamen huic (me dicens) in gloriatione & eloquentia ſimiles eſſent; nū acciperes? imo accurreres etiā, ſi te rectè noui. Ergo quæ ſi ipſe conſecutus eſſes, uoti compos tibi factus uidereris, ea mihi obijcis? ac de quibus gratias dijs ageres, hæc in me reprehendis? neq; uel Perſicam & Laconicam iuris rationem ſecutus es, ut parua multis, ac minora maioribus condonares? Ac ſi quidem ſatis tibi reſpondimus: ſin minus, uide, quid agas. ceterū nec tu nos, nec quiſquā ducet alius, quandoquidem Præſes nobis ſufficit.

Præſes) Aeſculapius.

ORATIO CONTRA PRODITO-
res myſteriorum.

Proditores myſter. uocat, ineptos hiſtriones, qui Muſarū ſacra profanabāt.

EGREGII uerò ſunt, qui ſuam in dicendo præſtantiam, ne quid initio ſecus dicam, in auditores reijciunt, atq; ideo ſe concinnitatem omnem & integritatem dicunt negligere, ut quamplurimis placere poſſint. Atqui ſi quidem hac excuſatione ad ueniam petendam abutuntur, cur laudari poſtulant? cum diuerſa ſint inter ſe laus & uenia, & qui nec ipſi ſeſe laudant, uix ab alijs iure laudari queant. ſin eſt in hac re nihil uitij, ſed ea rectè ſe habet; cur ex uulgi accuſatione ſibi defenſionem parant, nec ipſius rei demonſtrāt integritatem? Verùm, ut arbitror, feſtiuè ſe gerunt, ac bifariam pulſant, ut ſi quidem res ipſis ſuccedat, hac ratione ſint ſuperiores; ſin ab aliquo deprehendantur, habeant receptum, ac ſe nec ipſos id, quod erat melius, ignoraſſe, ſed aliorum cauſa peccaſſe dicant. Eſt autem iſta prima & maxima, quam ipſi præ ſapientiæ magnitudine contra ſe ferunt, ſententia. Nam optarim equidem apud alios etiam omnes in bona eſſe exiſtimatione, ita tamen, ut initium à Veſta ſumerem, ac mihi primū ipſe perſuaderē, nec id, quod de cane in fabulis eſt, mihi contingeret, nec interim, dum externam colligo exiſtimationem, eam, quam ipſe de me habere debueram, [e] corrumperem, neq; prius malitiæ opinionem contra meipſum conciperem, [f] quàm probitatis apud alios feciſſem fidem. Tantum autem uidentur à defenſione, cū iſta dicunt, abeſſe, ut duo ſibi pro uno concilient crimina: alterum, quòd ita laſciuiunt in dicendo, alterum, quòd ea de cauſa, quaſi hac ratione præſtantiores uideri poſſent. Quinimo cum nos, tanquam ipſorum figmentis mox fidem habituri, nec ueritatem percepturi ſimus, ſeducere conantur, tertium dant inſuper inſcitiæ ſpecimen, ſi putant

e διαφθῆραι pro διαφθεῖται.
f πρὶν pro πλὴν.

putant ſe latere. Verũ ita ſe, opinor, res habet. Nemo ſponte id, quod eſt optimum, dimittit; ſed Plato & Pindarus cũ alibi, cum hac in re potiſſimum ſapientes extiterunt: quorum hic quidem ſic ait: *Nemo uolens mala reperit*; atq; iterum ſumta de Eriphyle occaſione, *Prò ſuperi*, inquit, *quàm fallitur inſcia mens hominum:* ille uerò in omni ſermone non à uoluntate proficiſci peccata, nec ſponte quenquam malum eſſe demonſtrat. Quocirca nec iſtis nos credamus, ipſos id, quod habebant apud ſe præſtantius, dimiſſum cum peiore ſponte cõmutaſſe. Nam nec aurum, ſi haberẽt, plumbo mutare cũ aliquo uellent, etiamſi omnes eſſent homines applauſuri, nec piſo triticũ, nec uinũ fæce, eaq; putrida, nec tegete, opinor, trabeam; neq; corium uellent olere, cum unguenta poſſent. Sed hæc eorum ſunt, qui malitiæ ſuæ & errori blandiuntur, quiq; cum id, quod uerũ eſt, fateri nolint, ſe rectã uiam nec ſcire nec tenere poſſe; auditorib. iſta ſe gratificari dicunt: quemadmodum ſi hiſtriones cũ exiguntur, nec fabulã plenè poſſunt abſoluere, id in ſpectatorum gratiam facere ſe dicant. atqui pro hoc beneficio ab ipſis exibilari & explodi ſpectatoribus eos quis dixerit. Quin & uos, inquiet aliquis, auditorum cauſa. ſed nondum iſta. Verùm quid prohibet, quo minus mendici quoq; pannis obſiti, domi quidem alias habere ſe ſplendidas ueſtes, apud exteros uerò diſſimulare dicant? Itaque idem, cuius paulo antè mentionem feci, poeta probos inquit ea, quæ pulcra ſunt, foras obuertere. Quocirca ſi quidem de ſermonibus ſuis ut melioribus diſputant, cur eorum ſtudij culpam in uulgus conferunt? ſin peccaſſe ſe confitentur, contrà, quã oportebat, faciunt. Id enim potius auditorum cauſa ſpectare debebant, ut aliquid melius dicerent, quàm ut ijs, quæ ſuppetebant, bonis obſcuratis, peiora, eaq; ſtudio conquiſita, proferrent. Nec uerò in põpam habitu peſſimo prodimus, uerũ, ſi non habemus domi, ab alijs petimus, ut cum pulcerrimis appareamus ueſtibus, utẽſilibus, equis, & quicquid aliud pompa deſiderat. Quare cũ dicunt iſti, hæc ſibi externa eſſe & conquiſita, ueteremq; modum ſponte ſe negligere, interrogare eos oportet, utrum peior is, an melior fuerit. Si melior, omnino uani uidentur, qui proprio ac prȩſtantiore relicto, peiorem ſimul & alienum ſectentur. Sin peiorem fuiſſe dicent, nõ utiq; ſponte ſe id, quod melius erat, reliquiſſe poterũt dicere, q̃d nunq; nec habuerint, nec cognouerint. Ita eñ nõ errorẽ excuſant, ſed etiã peiora ſe dicturos fuiſſe, ſi hæc non potuiſſent, apertè fatentur. Libẽter aũt ex ipſis q̃ſierim, utrũ, ſi ipſos oculis, uel manib. uel alia quauis corporis parte priuatos nõ inuitè uiſuri eſſent auditores, id promtè ſint præſtituri; an, cũ nullũ corporis mẽbrũ ad aliorũ libidinẽ ſint obiecturi, optimȩ animi partis corruptelã in dãno nõ ponant. Equidem cum eos ita loquẽtes audio, uix dubito, quin & claudi propemodum dicturi ſint, ſe nõ inuitos eam accepiſſe cladẽ, ſed ultro crura ſibi depoſuiſſe, ut q̃:

Cauſa) omnia facitis, ſubaudi. de oratoribus loquitur.

Pindar. Pyth. ζ

iucundiſſimum præberent ſui ſpectaculum. Quanquam autem non puto quenquam eſſe, qui alios tam perditè amet; tamē ut omnes eius eſſe demus ingenij, quis tam infelix erit, ut ſponte ſibi conſciſcat infortunium, aut in aliorum gratiam ſeipſum mutilet? Nam cum uideamus ea de cauſa beneficiorum collocationem uſurpari, quòd inde ſecutura ſperetur beneficiorum relatio; nemo ſanè, ut alijs gratificetur, ſeipſum uelit malè afficere. Alioqui magnum foret ſtultitiæ argumentum, ſi quis, cum amici ingrati ſoleant uituperari, ipſe tantum præſtaret, ut ſeipſum prius peſſimè tractaret, quā ab alijs beneficium aliquod accepiſſet; & priuſquā conſtaret, quod nam eſſet conſecuturus alacritatis ſuæ præmium, optimum quodq; ſui ſibi adimeret. Nec eſt, quòd Zopyri nobis & Cephallenij[g] proferant exemplum, quorum ille naribus & auribus ſibi abſciſſis Babylonem intrarit, hic uerberibus à ſe ipſe conſciſſus

Herod. Thalia.

g εἴποιεν pro εἴποιμεν.

Odyſſ. δ.

—latam Troiæ penetrarit in urbem,

cum alter Babylonem, Troiam alter capere uellet. Primū enim non æqualia ſunt præmia, hoſtium potiri, & aures aliquorum titillare. Deinde ipſum in exemplis apparet contrarium. Si enim illi quidem tantæ fuerunt patientiæ, ut ne corpori quidem ſuo parcerent, ſed maximos dolores & labores pertulerint, ne quid eorum, quæ initio decreuerant, omitterent; hi uerò, cum ſine moleſtia ac miſeria poſſint inſtitutum ſuum exequi, ultro molleſcunt; quouis utiq; digni ſunt ſupplicio. Ego certè eam uim, quam illi ſibimetipſis intulerunt, iſtos[h] ab alijs pati debere dixerim propter eam, quam inter dicēdum exercent, nequitiam & libidinem. Alioqui uix illos, ne locum deferant, imitari poſſint, qui nunc ad eum relinquendum omnia faciāt, ac propemodum patiantur. Huc accedit, quòd Vlyſſes quidē & Zopyrus, cū non ſuppeteret alia fortaſſis hoſtium potiundi ratio, ita demum iſta ſunt aggreſſi; hi uerò quid dicent? utrum non poſſe ſe optimis & rectiſsimis ſermonibus homines mouere, & quo uolunt, pertrahere? at iſta turpis eſt oratio, nō tantum falſa. an ſeſe, cum iſto modo mouere poſſint, hoc malle? at ita maximum ſibi dedecus concilians. Sed iterum repetamus. Ponamus igitur uerbi gratia, ſi uidetur, non poſſe homines alio modo, quā iſto, moueri. Itaq; ſi quidem ſeiūctum eſt id, quod eſt optimum, à motione, cur id, quod eſt optimū, relinquamus, cum, etiamſi non moueamus, optimè tamen agamus. ſi uerò coniunctum eſt id, quod eſt optimum, cum motione: iam ſiue illud eſt optimū, illo modo mouere licet; ſiue hoc duntaxat modo poſſumus mouere, hoc eſt optimū. Cur ergo diſtinguūt iſta, & id quod optimū eſt, ab ijs, quæ aliorū cauſa deliquerūt, ſeparāt? mihi quidē aptè uidenī, cū ad iſta cōfugiunt, inſanire. Quinimo nec uera illos nec ueriſimilia dicere, ſed ei, qui alios & moturus & prorſus in poteſtate ſua ſit habiturus, optima & ualidiſſima atq; omnino incorrupta & maximè

h ὑπὸ pro ἐφ᾽.

maximè irreprchenſa uia inſiſtendum eſſe, & multis & paucis uerbis oſtendi poſſit: paucis, quòd res admodum ſit manifeſta; pluribus, quòd infinitis & argumentis & exemplis uti quis poſſet. Ac primùm quidem eos, qui in bello decertant, ſi uidetur, inſpiciamus. Vtrum igitur hi facilius &[i] ipſi ſeruari, & hoſtes fugare atque capere poſſint, ſi firmis ac ſolidis utantur armis, an ſi gladium habeant ſtanneum, thoracem ex cortice, haſtam ficulneam, galeamque & ſcutum, quæ his reſpondeant. Exiſtimo enim eam, quæ in his adhibetur, diligentiam, ut initio ex optimis & quàm optimè apparentur, etiam in prœlio ad ſalutem pariter & gloriam ac uictoriam conducere; atque adeo quæcunque ad hoc genus pertinent, magni eorum, qui iis utuntur, intereſſe. Quòd autem iiſdem fractis uel ruptis, aut alio quouis modo contuſis, uel etiã in firmis ac putridis domo allatis, ipſa ſuccedant in fortunã corpora, atque etiam fortiſſimi quique reddantur conſilii inopes; id Homerus quoque teſtatur. Apud illum etenim heroes, quibus retuſa fuerit cuſpis, ac magis etiam, quibus haſta confracta; nolunt in prœlio perſeuerare, ſed eo relicto diſcedunt, ualidiores allaturi. Nunc ipſum quoque conſideremus prœlium, utrum id melius obeãt, ſi locum ſeruent & ſimul conſiſtant, ac ſe mutuo quàm maximè reuereantur, & mandatis obtemperent; an ſi his omnibus neglectis, & præſente capti uoluptate, clypeos mox ad tubæ ſonitum abiiciant, legemque & ordinem ac diſciplinam pro nugis habeant. Nam Homerus quidem uix turpe quicquam dicere permittit eos, qui prœlium rite gerunt. unde & mirari ſubit, cum prœliantibus dedecori ſit turpiter loqui,[k] ſi in dicentibus idem non obtineat. Age uerò, eos quoque, qui in coronariis excelluerunt certaminibus, inſpiciamus, ut Dorieum Rhodium, Glaucum Caryſtium, Milonem, Polydamantem, ceteros, quorum æneæ extant imagines. Vtrum igitur hi in deliciis & laſciuia cum ſaltatriculis uerſantes coronati ſunt, an cum ludos Iouis Olympii exornaſſent, ac mirabilem quandam animi ſimul & corporis fortitudinem maxima cum ſua & ſpectatorum uoluptate exhibuiſſent. Quid? equi non'ne ii ſunt optimi ac præſtantiſſimi, & maximæ ſpectantibus uoluptati, qui ualidiſſimè ac potentiſſimè intra orbitam progrediuntur, ubique propriam ſeruantes uirtutem. Quin & natura ſic eſt comparatum, ut idem ſit & optimum & ad uſum ſui iucundiſſimum. Nam & corporum formæ eodem ſeſe habent modo. itaque ſiue Ganymedem dixeris, ſiue Pelopem, ſiue quemuis alium;[l] is præter fortunæ ſortem etiam ſpectatores allicit: ac meritò quidem. Vt enim pulcritudini ineſt gratia, ita è gratia ſequitur amor. quod enim alicui gratum eſt, id eum eſt neceſſe deſiderare. Quo fit, ut quemadmodum res turpes amari negant, ita pulcras à diis quoque appeti poetæ tradant. Eodem igitur modo & orationum pulcritudo præter reliquam naturam id quoque habet, ut auditores demulceat. Quo-

i αὐτοὶ pro αὐτῇ.

k λέγειν δ' αἰσχρὸν λέγομαι χεῖρον.

l ἅμα τῇ λέξει τῆς τύχης καὶ τοὺς ὁρῶντας ἐφέλκεται.

circa nihil eſt opus, ut perſuadeamus, peiora dicere; ſed optima dicere conandum eſt, ut moueamus quamplurimos. Etenim ſicut incantationes optimæ ſolent eſſe efficaciſſimæ, ſic orationes optimæ plurimum ad perſuadendum ualent. Quod autem iſtis [m] corruptelis aliquid boni uel gratiæ tribuimus, perinde facimus, ac ſi de corporibus ea, quæ tabe uel aqua intercute laborarent, & uitiligine uel lepra uariata eſſent, pulcerrima iudicaremus, & à multis appeti, quibus interim nemo uel occurrere uelit; quæ uerò ſimul cum ſanitate, ſuprema pollerent pulcritudine, minoris faceremus. Surſum quidem hac ratione laberentur fontes. Verùm non in corporibus tantum, ſed & in ſtatuis ac ſignis quæ'nam nos capiunt maximè? non'ne quæ pulcerrima ſunt ac magnificentiſſima, & exactiſſimè ſunt effecta? ut Iupiter Olympius, Minerua quæ eſt Athenis, ſiue eburneam, ſiue æream, ſiue etiam Lemniam uelis. Iſta enim omnia ut ſummam artificis artẽ indicant, ita maximam ſpectatoribus uoluptatem adferunt. Idem de Apellis quoq; pictura poſſis dicere; ac ſi quem uelis alium extollere, linea obſeruata totam abſoluit opus. Iam templa quæ'nam maxima cum uoluptate & admiratione ſuſpicimus, ac iucundiſſimè affecti egredimur? non'ne quæ maxima ſunt & auguſtiſſima, & proportionis habent plurimum? Nauis porro quæ'nam eſt expetenda, & maximam uectoribus uoluptatem parit? utrum quæ corrupta eſt & confracta, [n] præcq; ſentina ſubſidit; an potius quæ accuratiſſima eſt & firmiſſima, ac iampridem fluctus conſueuit ſulcare? Quod ſi in reliquis unumquodq;, cum ratione ſua conſtat, plurimos mouet ac delectat; quid de ipſis, obſecro, cẽſendum eſt orationibus? Atqui ſi quidem ad aliud quid, quàm ad perſuadẽdum, inuenta eſſet oratio, haberet fortaſſe res dubitationem aliquam. cum autem ad hoc unum oratoriam ſpectare facultatem ſit notiſſimum, alterutrum neceſſariò ſequitur, ut uel minus recta & ſufficiens ſit oratio, uel ſimul & optima ſit & auditoribus perſuadeat. Quo fit, ut eam perſuaſionis gratia non ſit opus corrumpere. uerùm ut machinæ ſolent efficaces eſſe, etiamſi nullus ex inimicis earum compoſitionem intelligat; ita oratio rectè conſtituta munere ſuo fungitur, quamuis in imperitiſſimos incidat. Nec poſſum non mirari, cum uinum, frumentum, oleum, mel, carnẽ, bellaria, lac, [o] unguenta, aquam, ligna, lapides, nemo corrupta dixerit integris eſſe ſuauiora; ſi quis orationes puriſſimas & ſinceriſſimas corruptis inſuauiores iudicet. minimè uerò. Atq; hæc quidem non admirationis excitandæ gratia dici, ſed aliter ſe habere non poſſe, res ipſa clamat. Quis enim optimus poeta, quiq; hominibus maximè placeat ac iucundus ſit? an hoc etiam ipſe de ſe præuidit? Etenim Delia des alloquens in fine procœmij, ſi quis, inquit, ita uos interroget,

Quis uobis multum carus, narrate, puellæ,
Iucundusq; poeta locis uerſatur in iſtis?

Tum

m διαφθοραῖς pro διαφοραῖς.

n ὑπὸ τ pro ὑφ'. Ipſis) l Alluditur Græcè ad homonymiam uocabuli λόγος.

o χρίματα pro χρήματα.

Homerus in hymno Apollinis.

Tum vos huic ueſtrum reſponſum ita [p] *reddite cuncta:*
Cæcus homo eſt, Chius cui ſedes aſperæ præbet.

Iam uerò tragici quiniam ſunt celeberrimi, quicꝫ omnes, ut ita dicam, ferant calculos? optimi, opinor; Sophocles, Æſchylus, Euripides. Nec enim quis horum maximè, diſputo, ſed hos alijs omnibus præſtare. Oratorum uerò, qui hactenus extiterunt, quis eſt celeberrimus, & maximè admirandus, ac maximi apud uulgus nominis? qui in dicendo plurimum excellit. qua de re omnes ij, quotquot præclarum [q] apud ſuos nomen ſibi pepererunt, mihi teſtes ſunt. Verùm, inquiet aliquis, plurimi paucorum iudicium, quicꝫ perfectè primum iudicarãt, ſunt ſecuti. Nihil refert. at hoc certè liquidò apparet, & paucis & plurimis neceſſariò placere meliora, eocꝫ magis, quo perfectiora fuerint. Deinde ſi tanta eſt hominum perfectiſſimorum uis, ut alijs quocꝫ iudicio ſuo fauorem concilient; cur non ubicꝫ ualet id, quod eſt perfectum? aut cur omiſſo perfectiſſimorũ ſtudio, plurimis conamur placere, qui non ſui ſint, ſed horum. Nam iſto quidem modo ab utriſcꝫ iudicabimur & prædicabimur, hoc uerò à neutris propemodum, quãdoquidem nulla uulgi eſt autoritas. Ego uerò quid aio? & optimorum iudicium ſequi plurimos, & per ſeſe mox ſato quodam, quæ præſtantiſſima ſunt, admirari. Admodum enim ridiculum foret, ſi, quos ex aliorum perfectorum iudicio perfectos cognouiſſent, ipſos ignorarent; & cum eos, qui de illis iudicaſſent, ſibi præſtare ipſi cenſuiſſent, illos etiam, qui primùm optimè dixerant, quicꝫ præter ſcientiam perſuadere [r] quibuſuis etiam poterant, non admirarẽtur, nemo id negabit. Quid quod etiamſi non poſſent utrique ſimul moueri, melior tamen pars erat ijs præferenda, qui ſe ceteris meliores haberi uolunt. Cum uerò liceat uel ſimul & his & illis, uel per hos etiam illis perſuadere; utrocꝫ modo ea, quæ ſunt optima, ſuperant. Habemus autem & heic teſtes poetas, qui præſtantiſſimos & firmiſſimos oratores maximæ eſſe uulgo admirationi tradunt. Quid autem antiquos uel poetas uel oratores recenſemus? nobis uerò (propitius autem deducat ſermonem Deus) quis adhuc maiores in concionibus excitauit plauſus? aut quis, quod pace deorum dixerim (id enim à me in omni liberiore oratione præfatum uolo) utrique generi magis placuit, tam elegantium, quàm eorum, quos uulgi nomine complectimur, quicꝫ etiam nulla cogente lege, iurati ſententiam ferunt. Et alia nunc quidem inſuper addere ſuperſedeo, cũ ſit res uobis perſpecta. num quid igitur unquam in auditorum gratiam diximus? ne gry quidem. Atqui multa diximus & uaria. Soli enim ex ijs, qui unquàm ad dicẽdum ſe contulerunt, profitemur nos, quod parciſſimè dictum ſit, quotquot ſunt & putantur orationis uirtutes, in unam facultatem concluſas egregiè uſurpaſſe. Ita ego nec quicquam omnino gratificari me dixero, & nihil nõ gratificari, qua-

[p] ὑποκρίνασθε ἀφ' ὑμέων pro ὑποκρίνασθαι.

[q] ἐπὶ τοῖς pro τοῖς.

[r] ἐπαινεῖν pro εἰδέν.

Poetas) Homerũ Odyſſ. 3 & Heſiod. Theogonia

tenus ea, quæ ſunt honeſta, iure gratificor. An igitur ego, cum & in rebus ipſis & in meis ipſius orationibus obſeruauerim, nunquā gratis optima, quæq; dici, nugones iſtos de uulgo mentiri, quòd eius cauſa inſaniant, permittam? non equidem, donec meipſum cognouero. Sin aliqui, cum quid ipſorum captu maius excogitaſſe ſe dixerint, uulgo non probantur, ſed antequam ignis cuiquam appareat, extinguuntur, id præſtantioribus ac grauioribus orationibus nihil detrahit. Penuria enim rerum maximarum hoc ſ illis accidit, cum nec ſenſuum ſatis nec ornatus in dicendo adhibuerint. Quodſi Muſicam perfectè noſſent, & quod Orpheo quondam, idem & ipſis ineſſet; neminem non mouerent. Nunc illum quidem & ligna & lapides traxiſſe produnt fabulæ; hi uerò lignorum inſtar ipſi & lapidum, neminem mouent. Verùm id nobis propoſitum non fuit, quot eſſent orationis uitia, conſiderare, aut ſi quibus & alijs res malè ſuccedat; ſed ut oſtenderemus, nullum adhuc uitium de uirtute trophæum erexiſſe. id quod non pigebit exemplo uno confirmare. Nam & iſtorum quendam, qui plebem ſectantur, probè aliquando contrà, quàm ſtudebat, facere comperi. Siquidem inflexa uoce, uenuſtior ut uideretur, canebat. finem autem ad ſingula commata, tanquam in cantico, eundem accinebat. Tum uerò auditores & ſpectatores ita ad eius cantum obſtupefieri, ut, cum ad finis uocabulum perueniſſent, id ipſi cum riſu ſuggererent, uocem non, ut Echo, reddentes, ſed præoccupantes. Bellus profectò dux erat poſt chorum ſequens. Quin & aliud quiddam Cordacis cauſa ſubiungebant, ita ut miſerabilis eſſet inter ſophiſtam & ſodales, quos ille demirabatur, uocum concordia. Atq; illa quidem ij, qui optima ſectantur, ab orationis præſidibus dijs conſequuntur præmia; hæc autem illi, qui orationes corrumpunt. Tum perinde faciunt, ac ſi quis effeminatus uel eunuchus non corporis imbecillitatem nec fortunam quereretur, ſed de induſtria talem ſe factum diceret. Attu nec uera dicis, bone uir, nec ſapis, ſi ultro iſta ſectari te dicis. Quid quod ego nunc humanior erga ipſos propemodum, quàm ipſi erga ſe, fio. Nam cum ego ipſos inuitos ac infelicitate quadam compulſos id facere contendam, illi ſe ſponte aiunt uerſutè agere. At leges ijs, qui ſponte peccauerint, duplam eorum, qui inuiti nocuerint, multam imponunt. Omnino autem uideor mihi, quid dicant, ne conijcere quidem poſſe. Etenim & ſponte & inuitos errare ſe uidentur dicere. Cum enim ad auditores confugiunt, & in eos culpam conferunt, inuitos quodam modo ſe peccaſſe dicunt. cum uerò ſcire quidem ſe aiunt, nihil à ſe benè dici, ita tamen malle, ut delectent, dicere; uoluntarium uidentur peccatum confiteri; quemadmodum qui in tragœdijs mala ſua, quæ facient, cognoſcere ſe dicunt, ueruntamen ſibi temperare

ſ αὐτὸ pro αὐτοῖ.

rare non poſſe. Hæc ſunt illorum ænigmata. Et Cratinus quidem turpe cenſet * hi uerò ſi quidem illos pro amicis & æqualibus habent, ſic ut ijſdem rebus delectētur, ſibi utiq; non minus, quàm illis, gratificantur: ſin eos in amicorum numero non habent, cur eorum aucupantur gratiam? Nam ſiue id ut amati, ſiue ut amantes faciant, turpitudinem certè non effugiunt. Verùm & heic obſcurè agunt. a Cum enim ſeſe à uulgo amari dicant, ipſi uidentur eius teneri amore, dum in ipſius gratiam proteruè agunt. Atqui ſi eos non curant, cur ijs gratificari ſe dicunt? ſin etiam, non præſtaret eos inſtruere, & ueram dicendi rationem docere, quàm illorum ſtoliditatem ſequi? uelut ſi quis medicum ſe profeſſus, cum optima quæq; deberet ægrotis præſcribere, eorum ipſe libidini obtemperaret, & gratificatione artem metiretur. Quapropter & illos perdes, & ipſe apud prudētes iudices peribis. Quin etiam à natura præſcriptum eſt, ut militibus dux imperet, non eos ſequatur; choro ſimiliter coryphæus, nautis gubernator, bigis auriga, medicus ægrotis. Itaq; cum & ipſi poſſitis honeſtius uos gerere, & eos, quibuſcum uerſamini, meliores reddere; iam & ipſi peiores euaditis, & illos, quàm ſunt, improbiores uultis reddere. Enimuero ſi quis ſecundum naturæ ſuæ inſtinctum & rationis conſilium dicat, is uerè mouet ac ducit. qui uerò forma uera cedit, ut alicuius eſſe precij uideatur, is ducitur potius, quàm ducit. Quocirca ſiue melius dicere non potes, utroq; modo es infelix, tum propter ea, quæ dicis, tum propter ea, quæ dicere non potes; ſiue cum hoc modo mouere poſſis, iſto mauis, quomodo legibus obtemperas? aut quę eſt orationum tuarum uirtus, qui de ipſis orationibus ita ſentias? Nam nec his, t ut arbitror, oratores ac philoſophi, & omnes liberalis diſciplinæ ſtudioſi eodem modo populum delectare debent, atq; uiles iſti ſaltatores, mimi, & circulatores. Illis enim quiduis & facere licet & dicere: nos autem iſtorum imitari inſolentiam, ualdè ſit indecorum. Etenim cum nec ingenuam mulierem eadem, quæ meretricem, deceant, ac multo minus eadem uiros, quæ feminas; uix, credo, eadem uiris, quæ meretricibus, dicemus conuenire. Quamobrem cum uos fidicinarum u occupatis locum, & Muſarum ſacra publicè profanatis; utrum de uictoria contendere, an potius uiui more Perſico defodi debetis? Quin & hoc conſideremus, quòd ne populus quidem iſta ſpectacula, quibus eum maximè quis capi diceret, toto animo amat & amplectitur. Quis enim non cuilibet ſaltatori ſe præferat? aut quis mimum extra ſcenam loquentem ferat? Sed ad tempus quidem titillantur, abeuntes uerò mox eos derident; aut potius etiam inter ſpectandum ita gaudent, quaſi id ioco faciant. At nulla, ni fallor, res ludicra grauior ſeria cenſeri debet, nedum ea, quæ ſunt ridicula, ſerijs unquam præponi. Iam cum ipſam quoq; gloriam propter poſteritatis memoriam plurimi faciamus, quo loco quis

t κἀκείνοις pro κἀκεῖνος.

u πέπλασθε pro πέπλησθε.

cos,quorum indies ac mox interit gloria, habendos putet? At Hercules etiam apud Lydos ſaltauit. Iidem autem & hoc de Hercule fabulantur, eum uxorem ſuam & liberos occidiſſe, cum eo modo, quem dicere nefas eſt, affectus eſſet: quæ quis ſanus credat? Quin ſi tu id credis maximè, reſponde mihi per ipſum Herculem, an & ipſe huius cauſa tuos non grauatim ſis interfecturus. ſed negabis. Ego uerò an apud Lydos ſaltarit Hercules, dicere non poſſum: ſed ſi ſaltauit, id una die, atq; animi cauſa, & ſimul etiam deridens Lydos fecit, atq;, ut addam quartum, nihilo deterior ex ſaltatione redditus eſt, uerùm, qualis erat, permanſit. Atqui Laconicas quoq; ſaltationes quaſdam extare noui, atq; alias tragicas, quæ Emmeliæ, ni fallor, dicuntur (nec enim turpis eſt ſaltatio, ſed fugienda eſt omni in re turpitudo) uos autem non apud Lydos,[x] nec ſemel, nec deridentes, nec intus ſanos, ſed apud omnes quotidie myſteria prodere: quæ non in Hercule modò, ſed ne in Omphale quidem probari poſſent. Quibus autem conuenit hæc dicendi forma? utrum ijs, qui politicas & forenſes orationes tractant? at contrà, quàm Cæneus Theſſalus, è uiris mulieres fierent. an ijs, qui diſſerendi artem colunt? egregiè ſanè, ardelio, ad temperantiam, fortitudinem, & conſtantiam in iſto cantico nos adhortareris, qui in ratione dicendi tibi ipſe nõ conſtas: ueluti ſi Sardanapalus interim, dum tramam radio duceret, ad bellũ canticis incitaret. an etiam imperatores, aut reges, aut principes deniq; decet hic modus? Quin nec ætati cuiquam conuenit. Vtrum enim iuuenibus? ſeipſos uidebuntur proſtituere, ſi talia ſectentur. an uiris? non uidebuntur nomini reſpondere. an uerò ſenibus? nimium erit intempeſtiua turpitudo. Relinquuntur igitur mulieres, eæq; impudiciſſimæ, cum quibus iſti ſunt conferendi. quanquam autem eas imitantur, longè tamen uincuntur. Miror autem, cum ijs, qui monetam corrũpunt, ut inquit Demoſthenes, mortis conſtituta ſit pœna; cur his, qui adulterinas proferunt orationes, libertatem tribuamus, atq; adeo dicendi facultatem: & cum alicui uerba cadunt, ineptum ſtatim cenſeri; qui autem toto argumento dicendi ordinem corrumpat, nõ omnibus[y] cedere conuenientibus. Quinimo non orationes aguntur tantum, ſed omnis dignitas & concinnitas, atq; utrum legibus obtẽperandum ſit, an cuiq;, quod libeat, per temporariam libidinem agere liceat. Si enim ea, quæ ego uolo, uicerint, uincet lex & diſciplina; quibus non urbes tantũ, ſed & orbis uniuerſus, atq; ipſum cælum conſtat & conſeruatur. Quæ autem iſti perperam agunt, omnibus & diuinis & humanis rebus[z] dedecori ſunt.

x ἰδὲ pro ἀλλὰ Prodere) quod Græcè dicitur ἐξορχεῖσθαι, à ſaltando, quia ſaltabant olim in ſacris.

Contra Leptin. ſub finem.

y ὑπείκοντι pro εἴκοντι.

z αἰσχροῦ ἔχει pro ἐχθροῦ.

ORATIO

ORATIO CONTRA CRIMINANTES,

quòd non declamaret.

NON igitur utroq; excidi tempore, cum & gratum ſit, peregrè redeuntem, præſertim unde optabamus, excipere ac ſalutare; nec omnino nihil ſit, cantico ſimul deducere. Quoniam uerò tu nobis hoc tempus obtuliſti, id accepimus, prout res tulit. Acmonſtrante initium Deo, inquit Pindarus, facile eſt reliqua proſequi. Vt itaq; tu quidem uento atque auibus fauſtis, ſecundisq; melioribus nauigare nobis annũcieris, nos aũt noſtra certamina feliciter obeamus, & ſonoris remis cunctos, quantum maximè licebit, Græcos tranſeamus, Æſculapius noſter & omnipotens Iupiter nobis concedant. Atq; hæc quidem hactenus, nunc ad aliud procœmium cum Steſichoro tranſeo. Nõ ignoro equidem fore, ut umbratilis mihi ſit ſubeunda pugna, quandoquidem ij, contra quos erat dicendum, non adſunt. Quo fit, ut partim fruſtra propemodum facienda ſint uerba, partim ea cum æquitate fore coniuncta manifeſtum fiat. indidem enim patet, nec nunc, nec aliàs unquam in culpa nos fuiſſe potius, quàm iſtorum antiquam omnibus in rebus ignauiam. Veruntamen tanquam aliquod calumniæ iuſiurandum, ſeu accuſationem inſpiciamus. Non rectè facere me aiunt, quòd non frequenter declamem. omnia enim in me poſita eſſe, atq;[a] hoc ab omnibus uno ore dici; Si uoluiſſet; &, Si quando uoluerit. Atq; hæc quidem eſt accuſatio. Si igitur elegantem aliquam ſperatis uos orationem audituros eſſe, quemadmodum cum in conuentibus publicis dico, erratis. ſin uera dicentem feretis, non admodum reprehendendus, ut ſpero, uidebor. Omnino autem neque conuentus nunc quidem, neq; peregrinorum tanta eſt turba, ut uos ægrè feratis coargui (dico autem hæc tanquam coram aduerſarijs) ſed inter pauciores, quàm in Lenæo, libertas exercebitur. Et quoniam olim quoq; hac de re uobiſcũ egi, tẽpore[b] peſtis, cum iuſſiſſet prodire me Deus; hæc etiam in eandem dicentur ſententiam, ut intelligatis, me quidẽ ne periculoſis quidem temporibus uoluiſſe torpeſcere, uerùm alijs quibuſdam parum eſſe curæ eloquentiam. Quod autem prius, quò ſpectaret, non intelligebam, cum dicebatur, fures inſuper accuſare; id nunc mihi uideor cognoſcere. Etenim cum ij, quos oportebat intereſſe declamationibus, hoc omiſſo, neminem dicere criminantur, ſuam utiq; culpam in alios transferunt, uelut ſi quis Sole ſplendente conniuens, neget extare lucem. Sed hæc quidem eorum ſunt, credo, qui dum alios conantur decipere, ſeſe fallunt ipſi. uerùm ut artium omnium ac ſtudiorum tra-

Hæc ad amicum quendam uerba orationi præponuntur.

a ἀπὸ πάντων pro ὑπό.

b λοιμὸς pro [illegible]

ctatio horum eſt, qui illis operam nauant, ita finis non item; cum debeant artes omnes duplicem habere uſum, ſic ut alter eius ſit, qui eas tractet, alter illius, qui ipſis utatur. Si quis igitur opus negligat ſuum, ſubit culpam; quoniam is, qui uti uellet, non poteſt. ſin ille quidem officio ſuo diligenter ſatisfacit, alij uerò deſunt; non ille culpandus eſt, ſed ij, qui non utuntur. Quid igitur oportet medicum bonum facere? habere parata pharmaca, manum, ſcientiam. his autem uti quenquam iubere, non iam artis eſt; uerùm ægrotus eum uel accedere debet, uel arceſſere. Quodſi medicus ægrotos oraret, uel nauta uectores, uel iudex litigantes, uel imperator milites, uel orator auditores; aduerſo flumine res procederent. Nec enim in grauibus tantum, ac tantæ dignitatis rebus, ſed nec in mechanicis artibus uſquam uſurpatur, ut opifices eos, qui ipſis indigent, orent, ut ſeſe uti uelint. ſed & qui uult ædificare, architectum rogat, non ab eo rogatur, & agricola fabrum accedit, ſi ligone, uel ſimili re aliqua eget, ac rurſus ipſum faber, cum frumento indiget. An uerò tonſorem uidiſti unquam ad aliquem accedere, ab eoq; petere, ut ſe illè uel tondendum, uel radendum, uel unguibus priuandum permitteret, quoniam id ſuæ artis eſſet? Quinimo quamuis purpura quis ueſtiatur, aut etiam ſit quantiuis precij, ipſe ad eum, cum opus eſt, accedit, uel arceſſit. Et cur omnes receſeamus artes, cum omnia ferè, ut ita dicam, ſic ſe habeant. Ergo ſi ij, qui nemini ſe præferre uelint, aut nec æquare fortaſſis, ſed & eam exercent artem, quæ ipſos alijs inſeruire cogat; ij, inquam, eos, qui ipſis indigent, expectabunt, nec ultra habitum ſeſe demittent: non eos, qui pulcerrimam & liberaliſſimam profitentur ſcientiam, qua res omnes tum paruæ tum magnæ, tum honeſtæ tum aliæ excutiuntur & examinantur; eos, inquam, ſi nihil aliud, iſtos quidem imitari oportebit, ac dicendi curam & exercitiũ ſibi propria putantes, ut uel ipſis uel alijs homines utantur, id aliorum eſſe exiſtimare? An uerò ſutor quidem atq; textor, ſi opificio relicto, ad alios conquirendos obambulent, non tantum officio non fungentur, ſed etiam artes corrumpent ſuas? orator autem, ſi neglectis orationibus auditores colligat, rectè ſibi conſulet? minimè uerò. quin hac ratione maximum rebus ſuis detrimentum adferet. Iam ſi hoc ubiq;, cum quis ordinem relinquit, turpe & contra leges cenſetur; orator certè ita potiſſimum ordinem relinquet, ſi quibuslibet aſſentãdo, artis dignitatem, quod in ſe erit, diminuat, Niſi forte rectè illud ſe habere, & cum ratione fieri uidebitur, ut ij quidem, qui uxores ambiunt, ad fores puellarũ ſedeant, easq;, uel ipſarum parentes, aut cognatum aliquem ſibi deuincire ſtudeant: qui autem eloquentiæ dicuntur eſſe ſtudioſi, omiſſo dicẽtis ſtudio, ac, ut in cœtum recipiantur, aliqua ſuaſione, oratorem deinde accuſent, qui declamare nolit. At quis, per deos, Calchas uel

Mopſus iſta prædixerat? ſiquidem ipſe nullum feceras periculum. Quid quod nec illud dici poteſt, eos, qui alias tractant artes uel ſcientias, probè, quid de ijs ſtatuendum ſit, noſſe; eloquentiæ doctores id uel ſolum, uel ignorare maximè. Imo hoc ipſum eſt, quod pulcerrimè poteſt ac ueriſſimè de eloquentia prædicari; cum alij opifices, ut artem norint, ita eius ignorare poſſint iudicium, eloquentiam hoc etiam prꝑter cetera cognoſcendum præbere. ſiquidem iure, qui de alijs iudicare ſolent, ſeipſos ignorare non poſſunt. Quæ cum ita ſint, agite, noſtrum iam conſiderate negocium; ac ſi uel ignauia torpere, uel aliud quicquam eloquentiæ ſtudio habere antiquius, uel habuiſſe unquam, aut ſi aliquid omnino, quod ad ſummam diligentiam pertineret, omiſiſſe deprehendar, incuſate & expoſtulate, quantum uultis. ſin autem nihil omiſi dicteriorum, quaſi re uera nullius eſſem precij, ulterius uerò curioſè nihil egi, niſi quantum ad deos pertinebat; id autem, quod ipſorum pace dictum ſit, pro facultate mea feci diligentiſſimè, nec tamen ultrà, quàm oportebat; ſi hæc ita ſe habere deprehendantur, utrinque uos obnubite, qui nec uti paratis audeatis, & mulieres inſuper imitemini, quas aiunt ſolere, poſtquam nihil ipſis è ſententia ſucceſſerit, maritis errata & peccata ſua tribuere. Quinimo tanquam rationes quaſdam ab initio breuiſſimè cōſiderate. Etenim ego, deorum gratia, puer quidem præceptoribus ſum uſus, & ab ijs prima ſuffragia, fore, ut inter omnes excellerem, conſecutus. inde uerò ſemper in ſtudijs artium & eloquentiæ uitam hactenus tranſegi, niſi quantum uel corporis ualetudo, uel temporum ambitus, maiores inſtituto adferentes [c] ærumnas, prohibuerunt. quanquam ex his quoq; ſumus eluctati, cum inſtar Vlyſſis alicuius rati hæreremus, ut qui non ſoli, ſed cum maximo & humaniſſimo nauigaremus gubernatore, qui ſemper ſtudia noſtra, ne perirent, protexit. Iam eloquentiæ ſtudium ſoli, quod ſciam, Græcorum non opum, nec gloriæ, nec honoris, nec matrimonij, nec potētię, nec ullius acceſſionis cauſa perſecuti ſumus; uerùm cum eam propter ſe amaremus, iuſtos ex orationibus honores accepimus. cumq; alij amoribus delectentur, alij lauacris, alij compotationibus, alij equis & canibus; quidam etiam ludendi uel aliarum rerum ſtudio à litteris deficiant: mihi uerò litteræ omnes appellationes ac facultates continent. Nam & liberos & parentes, & negocia & ocia, atq; omnia in his poſui: ad has Venerem inuoco: has ioco & ſerio perſequor: his gaudeo: has amplector: harum frequento fores. & quæ plura poſſim his adijcere, ne ineptus uidear, omitto. De gloria uerò ſic ſtatui, ut occurrentem quidem admittam, ne ſtupidus omnino uidear; nihil autem ad eam conſequēdam moliar aliud, exceptis orationibus, atq; his reſpondente uita honeſta: ac ſi quis iſta uelit admirari, permittam; ſin minus, ualere iu-

[c] ἐπιχεῖσαι pro ἐπιχεῖν.

beam. Iam plurimum omnium, quod ſciam, in concionem prodij: id quod non ex longè præteritis, uerùm ex his ipſis poteſtis temporibus animaduertere. Quas enim nundinas, aut quem conuentum pretermiſimus, quin Vrbem publicè laudaremus, qua nquã gloria non indigebamus. ea enim, quod deorum pace dixerim, tanta contigerat, ut iam non de conſequenda contendendum eſſet potius, quàm, ut collatam tutius conſeruarem, tacendum. Quin & apud eos, qui priuatim agere mecum cupiebant, nõ decertaui modò, ſed & ea, quæ ipſis putarem profutura, benignè expoſui. Et hæc quidem atq; his ſimilia ſunt noſtra. nunc etiam ueſtra uiciſſim perſpicite, ô illepidi amatores;[d] qui cum ita me ametis, ac Græcorum eſſe principem tum credatis, tum per gymnaſia, & fora conclametis, idem tamen (nihil dicam acerbius, confidite) quod illuſtrium uirorum filij, patiamini. Vt enim illis, ex talibus ortos eſſe, ſufficit, licet ipſi plerunq; in delicijs uiuant; ita & uobis, ſi ego adſim atq; declamem, ſufficit, orationibus aũt intereſſe, peregrinorum ducitis. Itaque pro auditorijs plerique piſcinas frequentatis, ac miramini deinde, ſi quis uos dicentium effugerit; quod autem uerum eſt, non uultis, opinor, uobis ipſi ſuggerere, non poſſe uidelicet eos, qui lapidum ſtudio tenentur, & à lauacris pendent, eaq; quæ non oportet, mirantur, dicendi exercitia cognoſcere; ueſtram uerò mihi culpam imponitis, & cum laude criminamini, Si uoluiſſet, ac talia dicentes, quaſi tum dormitaſſem. Atqui cum ſermo, ut Homerus inquit, ſermoni reſpondeat, & qualia dixeris, talia uiciſſim ſint audienda; orator certè ſi, cum iniuſtè ſit accuſatus, proprijs non utatur armis, indignum ſit. Quamobrem equidem ipſa dicendi certamina non admodum, dijs fauentibus, pertimeſco; ſed graues timeo aduerſarios. uultis dicam, quos? iſtos, qui oleo peruncti, cum palma obambulant, nec ad oratores audiendos quẽquam conuocant, quemadmodum ego in iſta Co Meropide, ac Gnidi quodã fieri memini, ſed piſcinas celebrant, &, Huc age naue appelle, ac ſimilia ſoluentibus denunciant, taliaq; commendant. Itaq; cum hinc orator abit declamaturus, illinc nebulo aliquis patrimus ac matrimus uobis talia pollicens [e] adeſt; omnino fit, ut ab illa ſtet parte uictoria, nec uel ſenior quiſquã uel iunior facilè frugi uelit eſſe. Hęc ſũt, quæ dicentes offendũt: hęc inſtar nubis aut caliginis alicuius honeſta ſtudia cũcta obſcurãt. Sophiſtæ præterea ſcelerati uobis perſuadent, id in Homero quoq; maximum fuiſſe, quòd Meletis fuerit filius. Quapropter ad eius patrem ſtudioſè omnes ſe cõferunt, ut ibi philoſophentur; nec id ex eadẽ re poteſtis intelligere, ut maximè uera dicant, nec Homero tamen ipſi ſuffeciſſe, ſi ad patris ripas commoraretur, aut cum piſcibus, fratribus ſuis, unà nataret; ut hi uolunt; cum ita uixerit auſterè, ut ſæpe uix iis, quę eſſent ad uitam neceſſaria, abundaret, lauacra uerò extemporalia

Vrbē) Smyrnã, ubi hæc eſt habita.

d ἢ pro ὦ.

Iliad. υ.

e ἥκει pro ἄκμη.

poralia[f] ad ægrotorum ſalutem, ut ait Plato, concederet, nec ullas ultrà delicias admitteret. At quæ maximum in omnibus rerum omnium contemtum efficit, hæc eſt immenſa corruptela. Etenim unuſquiſq; metuens, ne ab alio corrumpatur, ſe prius ipſe corrumpit, cũ turpiſſima quæq; in lucro, tum optima ponens in damno, quaſi nuſquam ei, niſi & animo & corpore corruptus ad inferos deſcenderet, futurus eſſet locus. Atqui contrà oportebat, ni fallor, honeſtiſſimũ quenq; uitæ fructum percipere, dum licet; ut ſi quidem inter incolumes eſſemus, in pulcerrimis rebus, artibus & eloquentia, ſeruaremur, nec ſuilla temporati harmonia, noctes dieſq; uolutaremur; ſin minus, id omne quidem, quod quis præcepiſſet, in lucro foret. An uerò lauare quidem in uita, quod etiam mortuo continget, commodum erit; orationibus autem, quibus erit poſt mortem carendum, partim habendis partim audiẽdis per uitam frui, inſuaue habebitur? & meretrici adeſſe, ſumma erit felicitas; cum principe Græcorum uel tantillum habere commercij, execrandum cenſebitur? cumq; uẽtri, ex quo plurimi naſcuntur morbi, gratificandum ſit; litteræ pro nugis & umbra ſunt habendæ, ô probi, & orbem prius terrarum, quã uoſmetipſos, docentes. Quaproptèr uel ad ea me, quæ uultis, dicenda hortamini, uel ſuas utriq; res agamus. Nam ego ne hac quidem ratione dicere deſiſtam, donec fauerit Deus: uos autem id perpetuò ignorabitis. Hæc igitur ſiue per defenſionem, ſiue per increpationem beneuolam, ſiue utroq; modo dicta eſſe uolueritis; uera certè, omnibuſq; auditu utilia protuli. Quocirca, quod ait Demoſthenes, uel hos mores deſinere, uel de Hippolyto ac Bellerophonte non tam facilè mentiri debetis.

f [illegible] pro [illegible]. Sexto de Legib.

Philip. 4 in fine.

FINIS TOMI TERTII.

AELII ARISTIDIS
Adrianenſis

Orationum duarum & quinquaginta

Interprete

GVLIELMO CANTERO

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ORATIONVM

TOMVS QVARtus ex ueteribus Græcis oratoribus concinnatus:

Interprete

GVLIELMO CANTERO
VLTRAIECTINO.

ITEM

De ratione emendandi Græcos autores, eiuſdem

SYNTAGMA.

ORATIONES
TOMI QVARTI.

GORGIAE *oratio in Helenam.*

THVCYDIDIS *oratio funebris Periclis.*

LESBONACTIS *hortatio.*

Oratio ANDOCIDIS *de Pace.*

Oratio HERODIS *de Rep.*

ANTISTHENIS *oratio Aiacis.*

ANTISTHENIS *oratio Ulyſsis.*

Oratio LYSIAE *contra Eratoſthenem.*

Oratio DINARCHI *contra Demoſthenem.*

ALCIDAMANTIS *oratio Ulyſſis contra Palamedem.*

GORGIAE *oratio Palamedis.*

Gorgiæ oratio in Helenam.

Helenam iniuſte raptus cauſa reprehendi docet.

VRBEM decent uiri fortes, corpus pulcritudo, animum ſapientia, factum uirtus, & ſermonem ueritas. horum autem contraria dedecent. Iam uirum, feminam, ſermonē, opus, urbem, atq; factum decet, ſi laudem merentur, celebrare; ſi non merentur, reprehendere. Eſt enim eiuſdem delicti atq; inſcitiæ, tum laudanda uituperare, tum laudare uituperanda. Nec non eiuſdem eſt &, quod æquum ſit, dicere, & eos refellere, qui Helenam reprehendunt, cuius cladis memoriam & poetarum fides[a] & nominis fama uno conſeruauit ore. Verùm ego firmis rationibus tum eam, quæ hactenus malè audijt, culpa uolo liberare, tum accuſatores mendacij conuincere, atq; aperta ueritate, inſcitiam illorum tollere. Ac primũ generis ratione primas eã, de qua loquimur, inter uiros ac mulieres tuliſſe, ne paucis quidem eſt ignotum. Quis enim neſcit, ei matrem fuiſſe Ledam, patrem autem alterum deum, alterum hominem, Tyndarum ac Iouem: quorum alter uiſus, alter ex procreatione deprehenſus fuit; eratq; ille uirorum optimus, hic omnium dominus. Ex quibus prognata cum eſſet, diuinam habuit pulcritudinem, quam non obſcurè tulit. Quare multã in multis effecit libidinem, atq; uno corpore multa uirorum corpora conduxit, qui magnas ob res magnificè ſibi placerent, atq; alij diuitiarum copia, alij antiqua nobilitate, nonnulli propria fortitudine, quidam cõquiſita pollerent prudẽtia: qui omnes per amorem contẽtioſum, & inuictum ſtudium conuenerunt. Et quis quidem, ac quare, quoq; pacto amorem expleuerit, qui Helenam accepit, non dicã. Etenim qui, quæ nota ſunt, narrant, ut fidem meretur, ita delectationem non adfert. Ceterum illo tempore nũc reiecto, ad initium ſermonis alterius progrediar, & cauſas eas, propter quas in Troiam Helena uideri poſſit nauigaſſe, exponam. Etenim uel fortunæ imperio ac deorũ iuſſu, & neceſſitatis nutu fecit ea, quæ fecit, uel ui rapta, uel perſuaſa uerbis, uel amore capta. Quod ſi ergo primam recipimus cauſam, debet is, qui cauſam dedit, culpari. Non eñ poteſt humana prouidentia diui-

[a] [illegible]

num impedire conſiliũ. Nec enim tam ſolet ab infirmiore potior impediri, quã ab hoc ille regi atq; duci, præcedente potiore, ſequente infirmiore. Deus autem homini & ui præſtat, & prudentia, & rebus alijs. Quocirca uel Deo atq; fortunæ tribuenda eſt cauſa, uel infamia Helena liberanda. Sin eſt uiolenter rapta, & contra leges uiolata; raptorem uiolentum peccaſſe, fit manifeſtum. quod ſi ſic eſt, is quidem, qui barbarus barbarum ſuſcepit facinus, & per legem infamia, & per uerba culpa, & per facta multa puniri debet: [b] quæ autẽ uiolata fuit, & patria atq; amicis orbata, non potius miſericordiam conſequi, quàm conuicia, meretur. Nam ille grauia perpetrauit, hæc tulit. Quapropter hanc miſerari, illum decet odiſſe. Verũ ſi ſermo perſuaſit, ac mentem decepit; nec hoc difficulter his uerbis excuſari poteſt. Magnus eſt imperator ſermo, qui minimo & obſcuriſſimo corpore diuiniſſimas res perficit. Nam & metum finire, & dolorem auferre poteſt; nec non efficere gaudium, & augere miſericordiam. Hæc aũt ita ſe habere, nunc oſtendã. Equidem poeſim omnem & exiſtimo & uoco menſura conſtantem ſermonem; cuius auditores & horrore ſolicito, & lacrymoſa replentur miſericordia: ſic ut ex aliena felicitate uel infelicitate propriè per ſermonem afficiatur animus. Sed age, ad alium ſermonem nos conuertamus. Etenim diuinæ ſermonum uoluptates, cum delectationem adferunt, tum dolorem auferunt. Vis enim carminis cum animi opinione coniuncta, faſcino eum demulcet, quocp uult, transfert. Sunt autem magiæ & faſcinandi artes duæ, quæ in animi delictis, & opinionis captionibus conſiſtunt. Quot porro quàm multis quantas res confictis uerbis & perſuaſerunt & perſuadẽt. Etenim ſi omnes omnia tum præterita meminiſſent, tũ intelligerent præſentia, tum futura præuiderent; nõ tam [c] diſſimiliter ſimilis ratio nec præterita meminiſſet, nec intelligeret præſentia, nec futura præuideret. Quocirca plerìq; opinionem in rebus pleriſq; in [d] conſiliũ adhibent. Ea uerò cum lubrica ſit & incerta, lubricis & incertis infortunijs nos implicat. Quid igitur uetat, quo minus Helenam quoq; dicamus, cũ eſſet ætate iuuenili, [e] quaſi ui abreptam fuiſſe. Animum enim perſuaſio diuerſum rapit. Iam neceſſitas ut probro uacat, ita uim habet eandem. Qui enim animo ſermo perſuaſerat, eã, [f] cui perſuaſerat, & uerbis credere, & factis coegit aſſentiri. Quo fit, ut qui perſuaſit, quaſi coegiſſet, peccauerit; quæ perſuaſione quaſi coacta fuit, immeritò malè audiat. Iam perſuaſionem cum ſermone coniunctam, animũ quoq; in omnem mutaſſe formam, ex eorum oratione primũ, qui de rebus ſublimibus diſputant, licet cognoſcere, qui opinione alia ſublata, alia effecta, res incertas & incredibiles opinionis oculis approbant: tũ ex forenſibus concertationibus, cũ oratio una, quam conſcripſit ars, non dictauit ueritas, ingenti turbæ quiduis perſuadet: deniq; è philoſophicis diſputationibus, in quibus opinionis mutabilitas omnibus patet.

b ἢ pro εἰ.

c ἀνομοίως pro ὁμοίως.

d σύμβουλον pro σύμβολον.

e ἀναρπεῖ pro ὡς ἀεὶ.

f ὧ pro ᾧ.

pate t. Atq; eandem habet in animo uim ſermo, quam in corpore uenenum. Quemadmodum enim alia uenena aliud corpori demunt, & nunc morbum, nunc uitam auferunt: ita ſermones alij dolorem, alij delectationem, nonnulli metum, quidam confidentiam adferũt, aliqui etiam perſuaſione non recta animum inficiunt atq; faſcinant. Atq; illam quidem, ſi uerbis eſt perſuaſa, non improbam, ſed infelicem fuiſſe, declaratum eſt. nunc autem quartam cauſam quarta ratióne perſequar. Etenim ſi amor hæc effecit; non difficulter culpã, quæ commiſſa dicitur, effugiet. Videmus enim eam ſinguli, quam caſus obtulit, non quam uolumus. Aſpectus autem uariè animum afficit. Nam uel hoſtilia corpora, atq; armaturam hoſtilem ſi aſpectus percepit, perturbatur, & perturbat animum. Vnde fit, ut ſæpe ante periculi exortum nonnulli perculſi fugiant. Fortiter enim legis ueritas metu expellitur, quem aſpectus adfert, cuius aduentus & honeſti, quod lex proponit, & utilis, quod per ius conſequimur, adducit [g] cõtemtum. Quid quod non raro quidã uiſis rebus tremendis, præſentem ſtatim animum perdiderunt. adeò mentem abegerat metus atq; extinxerat. Multi quoq; in graues morbos, ac magnos dolores, & inſanabiles furores inciderunt, uſq; eo rerum conſpectarum imagines animo aſpectus impreſſerat. Atq; ea quidem, quæ terrorem incutiunt, ut omittuntur multa, ita ſimiliter, ac ſuperiora, ſe habent. cum autem è multis coloribus, atq; corporib. unum corpus atq; unam figuram perfectam pictores effecerint, oculos delectant. uerũ ſimulacrorũ & ſtatuarũ conſpectio, prout illa iucundè cõſpicimus, ita aliud fugere, aliud aſpectũ deſiderare facit. Ac multarũ rerũ amore atq; deſiderio multi tenentur. Quod ſi ergo Alexãdri corpore delectatus Helenæ oculus, amoris feruorem animo cõceſſit, quam eã res admirationem habet? [h] Quapropter ſiue Deus diuina poteſtate utitur, quomodo hunc inferior poſſit repellere: ſiue humanus eſt morbus, & animi ignorantia; non pro peccato culpandum hoc, uerũ pro infortunio eſt habendum. Venit enim, uenit animi captionibus, non mentis cõſilijs; & amoris neceſſitate, non artis apparatu. Quis igitur Helenæ reprehenſionem iuſtam exiſtimet, quæ ſiue amore capta, ſiue uerbis perſuaſa, ſiue ui rapta, ſiue diuina neceſſitate fuerit compulſa, culpam prorſus euadat. Suſtuli uerbis mulieris infamiam: quam initio ſermonis legem cõſtitueram, ſeruaui: reprehenſionis iniuſtitiam, & opinionis imperitiam euertere ſum conatus: orationem uolui conſcribere, quæ ut Helenæ laudi, ita mihi eſſet ludicro.

g ἀμελῶσι pro ἀμελίαν.

h ὡς pro δε.

THVCYDIDIS ORATIO
funebris Periclis.

ATHENIENSES, QVI PRO PATRIA FORtiter *in prælio occubuerant, ad publicum ſepulcrum laudantur. Hiſtoriam, & orationem ipſam habet Thucyd. libro ſecundo.*

SOLENT pleriqꝫ, qui ex hoc loco dicunt, eum laudare, qui lege lata orationem hanc haberi iuſſit; quoniam ea magno cum decore ad eorum ſepulcra, qui in bello perierunt, pronuncietur. Ego uerò id exiſtimarem ſufficere, ſi ijs, quorũ præclara facta extitiſſent, factis uiciſſim, qualia ſunt, quę publicè nunc circa hoc ſepulcrũ uidetis apparata, honor haberetur, nec in uno homine, rectè uel ſecus dicente, de multorum uirtute periclitaretur fides. Difficile eſt enim eam rem pro dignitate uerbis explicare, in qua uix ipſa ueritatis ſpecies locum poteſt habere. Nam ſiue conſcius & beneuolus erit auditor, minus quàm pro ſtudio ſuo ac ſcientia; ſiue erit rei ignarus, is plus, quàm ueritas ferat, dici facilè per inuidiam credet, prę ſertim ſi quid, quod uires ſuas tranſcendat, narrari intelligat. Solemus enim ferè aliorum laudes hactenus æquis accipere auribus, quatenus eas putamus etiam poſſe in nos cadere: quæ uerò ſupra nos poſita ſunt, ijs iam cum inuidia fidem detrahimus. Quoniam tamen hæc à maioribus comprobata ſunt, conandum eſt & mihi, ſecundum leges, ueſtrum cuiuſqꝫ ſtudio atqꝫ opinioni, quantum licet, ſatisfacere. Incipiam autem à maioribus noſtris, quandoquidem ipſis in hoc negocio iſte commemorationis honor iure tribuitur. Regionem enim hanc cum ijdem ſemper homines incolerent, eam nobis deinceps per poſteros uirtute ſua liberam tradiderunt. Itaqꝫ cum illi ſunt laude digni, tum etiã magis parentes noſtri, qui cũ ad ea, quæ à maioribus acceperant, hoc imperium, quantum eſt, acquiſiuiſſent, id non ſine labore nobis, qui heic ſumus, reliquerunt. quanquam eius maiorem partem nos ipſi, qui etiam nunc uiuimus, ætate adulta ferè adiecimus, Vrbemqꝫ omnibus tum ad pacem tum ad bellum pertinentibus inſtructiſſimam reddidimus. Eorum porro quæcunqꝫ uel bello comparauimus, uel in prœlijs contra Barbaros aut Græcos uel parentes noſtri uel nos fortiter geſſimus, nolo prolixius apud uos, qui iſta non ignoratis, commemorare. quibus autem inſtitutis ad ea peruenerimus, qualiqꝫ Reip. forma & quibus artibus in tantã illa creuerint amplitudinem, cum explicuero, tum ad hoſce laudãdos aggrediar. ſiquidem ea non indecorè arbitror hoc tempore dictum iri, om-

nesqꝫ

neſq; tum ciues tum peregrinos fructum ex ijs aliquẽ poſſe percipere. Etenim in Rep. noſtra non utimur aliorum legibus, ſed ipſi potius alijs exemplum præbemus, quàm ab illis accipimus. Ea uerò q̃uis Democratiæ nomen obtineat, quòd à pluribus, non à paucis adminiſtretur: omnes quidem æquo iure per leges in priuatis controuerſijs utuntur, ſed honores non tam hominibus quàm uirtuti & induſtriæ publicè deferũtur; nec tenuiores, ſi quid Reip. præſtare poſſunt, ab eo nominis obſcuritate prohibẽt. Liberaliter porro Rẽp. adminiſtramus, nec per mutuam quotidianarum actionum ſuſpicionem alijs, qui animi cauſa aliquid agunt, iraſcimur, neq; moleſtum, licet innoxium, uultu dolorem præferimus; ſed cùm priuatim trãquillè inter nos contrahimus, tum publicè quicquam ueremur peccare, obtemperantes & magiſtratibus, & legibus, præſertim quæ uel iniuria affectis opem ferunt, uel, cum ſcripto non conſtent, certam inurunt infamiam. Quin etiam laborum uacationes multas habemus, partim certaminibus & ſacrificijs perennibus utentes, partim priuato apparatu decoro, qui delectatione quotidiana moleſtiam omnem abigat. Quid quod ex omni regione omnia huc propter Vrbis magnitudinem importãtur, nec minus familiariter alienis bonis, quàm noſtris, fruimur. Iam uerò in ſtudio militari plurimum etiam ab aduerſarijs differimus. Primùm enim urbem præbemus communem omnibus, nec peregrinos expulſos à diſciplinis aut ſpectaculis, è quorum conſpectu poſſint hoſtes utilitatem aliquam capere, arcemus; non tam machinis ac dolis, quàm noſtræ in rebus gerendis fortitudini confiſi. Deinde in educatione, alij laborioſo exercitio mox à pueris uirile robur conſectantur: nos, tametſi laxius nos habeamus, æqualia nihilominus aggredimur pericula. cuius argumentũ eſt, quòd nec Lacedæmonij ſoli, ſed uniuerſi contra nos exercitum ſolent ducere; & nos cum uicinorum agros per nos inuadimus, non grauatim peregrè cum ijs, qui pro laribus ſuis decertant, bellum gerẽtes, uictoriam plerunq; obtinemus. At omnes copias noſtras nullus adhuc hoſtium expertus eſt, tum quòd diligentem ſimul rei naualis curam gerimus, tum quia terreſtri expeditione ferè noſtros huc atq; illuc dimittimus. Quod ſi alicubi cum parte aliqua manus conſeruerint, ac noſtrum aliquot deuicerint, cunctos fugaſſe ſe gloriantur; aut ſi uicti fuerint, ab uniuerſis fuiſſe ſuperatos. Quinimo ſi non exercitati, ſed ſecuri, nec tam ſecundum leges, quàm ſecundum fortitudinis præcepta diſcrimẽ adeamus, fit, ut nec futuris malis affligamur, nec ad ea cũ uentum eſt, alijs, qui perpetuò ſe exercent, ignauiores uideamur; itaque Vrbs tam ob hæc, quàm ob alia, ſummo iure celebretur. Nã & rebus elegantibus cum frugalitate ſtudemus, & ſapientiæ abſq; animi remiſſione operam damus. diuitijs autem potius ad rerũ uſum, quàm ad iactantiam utimur, nec tam eſt nobis turpe, paupertatem fa

teri,quàm non effugere. Iidem præterea & domeſticam rem curant & publicam;nec interim alij,qui opificijs uacant,rerum ciuilium planè ſunt rudes. Nam & eum,qui iſta negligit, non ocioſum, ſed inutilem ſoli iudicamus,& ita uel ſententias ferimus, uel de rebus deliberamus,ut non putemus uerbis res impediri, ſed antequam ad eas accedamus,illis prius nos inſtrui debere. Etenim hoc etiam inter cetera præſtamus,quòd ijdem ſimul & confidentiſſimi ſumus, & rerum gerendarum rationes inimus: cum apud alios ut ignorantia audaciam,ita cõſideratio moram efficiat. Meritò autem fortiſſimi ſunt iudicandi,qui poſtquam aſpera & ſuauia planè cognouerunt, ob eã rem pericula non auerſantur. Iam in uirtute quoq; colenda ab alijs differimus:ſiquidem non acceptis, ſed collatis beneficijs amicos comparamus. Fortior autem eſt,qui gratiam inijt, quam alter beneuolè creditam ſeruet:uerùm qui eam debet,eſt imbecillior,quippe qui beneficium non ut gratiam,ſed ut debitum præſtet. Ac ſoli nos non magis lucri ſpe,quàm liberalitatis fiducia,magnificè aliquem iuuamus. Deniq; totam hanc urbem Græciæ magiſtram appello,& unumquenq; noſtrum plurimas res iiſdem uiribus ſumma cum gratia & dexteritate tractere poſſe dico. quę quidem non tam uerbis à me iactari,quàm re uera ſic ſe habere,hæc Vrbis potentia,quæ iſtis artibus eſt acquiſita,demonſtrat. Sola enim omni fama ſe maiorem præbet periculum facientibus;nec ei uel ſuccenſent hoſtes, quaſi à uilioribus lædantur, uel obtrectant ſubiecti,quòd indigno premantur imperio. Magnis autem exemplis potentiam relinquentes conteſtatam, & noſtris & poſteris admirationi erimus;nec Homeri indigemus præconio, uel aliorum,quorum ut uerſus initio delectant,ita rerum opinio ueritate deſtruitur: quippe qui & terram ubiq; atq; mare nobis per fortitudinem peruia reddiderimus, & æterna fortunæ atq; infortunij monumenta plurimis in locis erexerimus. Pro hac urbe iſti, cum ea priuari nollent, fortiter pugnando perierunt: debentq; alij omnes operam ipſi ſuam quiſq; nauare. Quapropter etiam longiorem de Vrbe ſermonem habui, partim ut oſtenderem, non ex æquo nobis, & iis, ad quos hæc non perinde pertinent, certamẽ eſſe ſuſceptum, partim ut laudationem eorum, quos nunc celebro, ſignis manifeſtam facerem. Ac iam hi ſummopere laudati ſunt;ſiquidem iſtæ Vrbis laudes ab horum & his ſimilium uirtute ſunt ortæ;nec apud multos Græcorum facilè, ut apud hos, facta dictis exæquabuntur. Atq; exiſtimo hanc iſtorum mortem uirtutis uniuſcuiuſq;, quam & prima indicat, & poſtrema confirmat, magnum eſſe indicium. Nam & qui aliàs improbiores ſunt, meritò tamen fortitudinem in prœliis pro patria affectant,ut uirtute uicium obtegẽtes, amplius proſint publicè, quàm nocuerint priuatim: hi uerò nec diuitiarum fructum, nec paupertatis euadendæ ſpem, quaſi ſibi pòſt opes eſſent comparaturi, periculorũ

aggreſſioni

aggreſſioni molliter prætulerunt; ſed cùm hoſtium ultionem longè magis expetendam, cum hoc diſcrimen omnium pulcerrimum ducentes, eo ſuſcepto uoluerunt & illos punire, & hæc conſequi, cum uictoriæ incertum euentum ſpei committerent, de re ad id, quod iam inſtabat, ſibi ipſis confiderent; in qua quidem potius cupientes ulciſcendo etiam perire, quàm cedendo ſeruari, turpitudinem uitarunt, mortem corpore pertulerunt, & breuiſſimo prœlii tempore maiori cum gloriæ quàm metus excellentia ſunt uita defuncti. Atq; iſti quidem dignitatem Vrbi attulerunt: reliqui uerò ut tutius fortaſſe, ita non ignauius in hoſtes eſſe debent affecti, nec uerbis duntaxat utilitatem conſiderare, quæ ex hoſtium ultione prouenit (nam ea uobis eſt notior, quàm ut pluribus explicari debeat) ſed potentiam Vrbis quotidie factis ſpectare, eamq́ue amare, & eius magnitudinem, cum animo occurret, iis acceptam referre, qui fortitudine, prudentia, & pudore excelluerunt, ac ſi quando offenderant, uirtute tamen ſua nequaquam Vrbem, quo minus pulcerrimum ipſi penderet tributum, priuarunt. Communiter enim proiecta uita, ſingillatim æternam laudem receperũt, & ſepulcrum ſimul illuſtriſſimum, in quo non tam eorum corpora, quàm ad omnem tum dictorum tum factorum occaſionem perpetuò celebranda gloria reconditur. Nam uirorum quidem illuſtrium omnis eſt regio ſepulcrum, nec id in patria tã tum columnarum inſcriptionibus extruitur, ſed & in exteris regionibus nuda hominum memoria nõ tam opere quàm animo conſignatur. Vos ergo nunc ad horum imitationem uos componentes, & ut in libertate felicitatem, ita in animi fortitudine libertatem collocantes, nolite bellica fugere diſcrimina. Neq; enim ij, qui cum aduerſa conflictantur fortuna, omniq́; felicitatis carent ſpe, rectius uitam profundant, quàm qui fortunæ mutatione per uitę diuturnitatem etiam periclitantur, & grauiſſimorum caſuum ſunt capaces. Etenim qui ſapiunt, malint cum fortitudine pariter & ſpe communi mortem ſenſu uacuam ſubire, quàm diuturnis morbis languere. Itaq; horum etiam parentes, quotquot adſunt, non deplorabo, ſed conſolabor. Cum enim multis cum ærumnis uitam tranſegerint, in eo felicitatem ſciunt eſſe poſitam, quòd ut hi honeſtiſſimam mortem, ita uos luctũ, ſortiti eſtis, eundemq́; ſupremum egerunt & beatum uitæ diem. quã quam hoc difficulter uobis perſuaderi non ignoro, quippe qui huius rei memoriam in aliorum fortuna, qua uos quoq; aliquando fruebamini, ſæpe refricaturi ſitis, cum præſertim non ea bona magis, quibus perpetuò caruimus, quàm quibus poſt lõgum uſum priuamur, dolorem nobis adferre ſoleant. Veruntamen forti hæc animo ferre debetis, nouorum liberorum ſpe, quibus adhuc ętas ad id eſt idonea. Nam & priuatim unicuiq;, qui poſt modò naſcentur, priorum auferẽt memoriam, & Vrbi bifariam, cùm quòd ſolitudine uacabit, tum

uobis à ſe munitam & multo ſudore defenſam maiores non perdendam, ſed ſeruandam reliquerunt: quam niſi liberam, ut accepiſtis, tenere pergatis, admodum turpe ſit. Neq; uerò, quia periculum timeatis, ac maius, quàm ſit, exiſtimetis, & ueſtram abijcite fortitudinem, & alienam comparate uobis ignauiam. Templa præterea uobis à ſe conſtructa, ſacellis, aris, ſtatuis, ac multis præclaris ornata donarijs maiores reliquere, quę nolite ſpolianda ac diruenda prodere, uerùm dijs pro uirili quiſq; opem ferte, cum præſertim pręter ueſtrum commodum ſuam quoq; uobis beneuolentiam dij in ſacris oſtenderint, pomparum, & publicorum conuentuū, atq; certaminum memores, per quæ tum præſentes obliuiſcebamur ærumnas, tum poſt hanc delectationem alias inter nos per amicitias, cognationes, & ætates collecti excogitabamus, quæ & nobis ipſis minimè moleſtæ, & alijs eſſent maximè iucundæ. At in hoc certamine [a] ſitum eſt, ut uel & hæc ſeruemus, & alia plura, pulcriora, maioraq; nobis comparemus, uel & hæc perdamus, & ipſi miſerias multas tum ſubeamus, tum oculis uſurpemus. Sed ad ea ueſtrum uniuſcuiuſq; cogitationem uolo reuocare, quæ nobis cariſſima reliquimus, patres uidelicet ac matres, qui nos genuerunt; liberos, quos procreauimus; fratres ac ſorores nobiſcum natos: de quibus alij per ſenectutem, alij per iuuentutem nimiam ut corpora non poſſunt hoſtibus obijcere, ita periculorum partem participant maximam. Ex his porro, ſi nos ſtrenuè decertauerimus, felices erunt patres, honorati liberi, celebres & uxores & filiæ & ſorores tum ſingulorum, tum omnium; ſin ignaui fuerimus, nec ad extremum uſq; halitum depugnare uoluerimus, miſeri fiunt patres, qui & conſpectu noſtro, & urbe atq; agro templiſq; priuantur, & pro libertate pulcerrima turpiſſimum ſubeunt ea ætate iugum, quæ uel, quātum patiatur, quæ ſenio nequit cognoſcere, uel, ſi cognoſcit, auxilium ferre nō poteſt (quod quidem rem intolerabiliorem facit, quandoquidē, ſi cognitioni uires corporis ad reſiſtendum [b] eſſent cō iunctæ, leuior uideretur calamitas) miſeræ quoq; fiunt uxores, & infelices fratres ſororeſq;, qui cum ijſdem rebus, tum ſpe, qua fuerāt enutriti, ſpolientur. Etenim qui nunc gloria, honore, & forma pollent, ij per ſeruitutem omni fiunt obnoxij turpitudini. Nam pro pulcerrimis & ſplendidiſſimis coniugiis, turpiſſimis, ac uiliſſimis implicantur. Deformitas quoq; talibus operibus corpora ſubiicit, in quibus & prior educatio commoda damnum adfert, &, poſtquam laboribus pares eſſe non poſſunt, turpi ac uiolenta morte uitā ſpon te commutant. Quocirca quiſquis, talibus propoſitis præmiis, uirum ſe in hoc certamine nō præſtabit, is utraq; ſpe atq; copia, tū quę nunc eſt, tum ſi qua pòſt erit, priuabitur; ſiquidem in hoc prœlio ſita ſunt omnia. Hòc etiam perpendendum eſt, quam ob cauſam uelitis maximè pugnare, & quid nō ſit in eo boni, ſi hoſtes prœlio uincatis.

[a] ἐγὼν τέλος ἔχει ὃ pro ἐγὼ τέλος ἔχειν.

[b] ἀμύνειν pro μὴ.

Virtus bonum habetur: hoc omnem uirtutem, atq; omnium uotorum ſummam complectitur. Pax bonum habetur: hæc eorum arbitrio, qui hoſtes uicerint, componitur. Opes bonum habentur: hoc uictoribus debetur; qui & ſua tutò poſſident, & aliena ſecurè carpũt. Iam iuſtitiæ non parum in hac re cernitur. Eſt enim iuſtum, patriæ, quæ nos aluit, ſacriſq; auitis & maiorum ſepulcris ferre ſuppetias: eſt iuſtum parentum, à quibus eſtis educati, ſenectutem rurſum fouere: eſt iuſtum liberos, quos procreaſtis, tollere: eſt iuſtum, hæc neminẽ negligere. Quod ſi quis ſapientiæ dat operam, is uictoriam in ſapientia ponat, ſiquidem ſapientiæ libertas, non ſeruitus congruit. Si etiã pulcritudo in honore eſt; iidem uictores & pulcri pulcriores, & deformes ferociores uidentur; quandoquidem nihil non, quod liberum ſit, eſt pulcrum. Iam ſi quod eſt nobilitatis indicium, id in hoc opere cernitur potiſſimum. Etenim qui, cum antè generoſus haberetur, nunc depugnare nolet; is & à maioribus relictam nobilitatem amittet, & liberis [c] ignobilitatem relinquet. At qui fortem ſe præbebit, & maiorum reuocabit in memoriam uirtutes, & liberis nobilitatem prodet. Eorum enim, qui periculoſis temporibus ſtrenuè ſe geſſerint, poſteri nobiles habentur. Et quanquam permulta retulerim uictoriæ commoda, non pauca tamen omiſi, quę ſibi quiſq; ſuggerens, fortem ſe præbeat. Nunc autem, quantum in ipſa pugna ſit ad ſalutem uel interitum momenti, uos docebo. Etenim corpus primùm prorſum ire & proſpicere natura ſolet. deinde armorum eſt ea ratio, ut corpori præponantur; ſcutum ad cauenda uulnera, haſta ad inferenda. Quocirca ſi prorſum uoletis in pugnam procedere, cùm iuſſis obtemperãtes, tum bonorum recordatione uos inuicem confirmantes, & ut [d] iram contemnentes, ita pugnam deſiderantes; illos, quantum res humanæ ferunt, deuincetis. Sin aliquis & hoſtes plus, quàm homines, nec uulnerari poſſe exiſtimans, & ſeſe nihili faciens, fugam in ſalute ponet; is primùm conſilio uincetur, deinde, cum repugnet facto corporis natura, contra, quàm ſtudebit, efficiet. Nam retro quidem nec pedes cuiuſquam poſſint procedere, nec oculi proſpicere. Sin bifariam incedat, ac ſimul & receptui det operam, & imminens caueat periculum; uix, arbitror, uel aduerſarium poterit oppoſitum repellere. Si uerò conuerſus, fugam capiet, ut aufugiat; primùm nudas partes hoſtibus oſtendet, & uel uulnera, uel pugnam neceſſariò ſubibit. deinde multi ac leues eum perſequẽtur funditores ac ſagittarij, quos nec ipſos, nec eorum tela prorſus queat euadere. ſiquidem uiro celerrimo tardiſſimum eſt iaculum longè uelocius. Quapropter ſi quis de uobis uitæ ſtudioſus, receptum uel fugam ad ſalutem meditatur; non rectè uidetur, quid ſit uitæ ſtudium, cognoſcere. Qui enim manet & congreditur, is non ſuam tantum, ſed & domeſticorum uitam conſeruat. Iam ſi quis certò ſe ſciret, cum hoc euaſiſſet periculum,

[c] δυσγένειαν pro δυσμένειαν.

[d] τῆ ὀργῆς pro τοῖς ἔργοις.

periculum, reliquum uitæ tempus in gloria atq; uoluptate tranſacturum; aliquam haberet ignauia rationem. Nunc autē pro ignauis habiti, & reliqua uitæ parte non longa miſerè per turpitudinem & infamiam tranſacta, probrum liberis relinquent. Et quoniam immortales non ſumus nati, quonam honeſtius pacto, quā, quos oportebat, defenſis moriamur? quę nam ſit mors iucundior? qui nam glorioſiores mortui? Etenim qui talem oppetunt mortem, in eorum decus publicum extruitur ſepulcrum, ſacra fiunt, celebrantur certamina, procq; mortali corpore monumentum paratur immortale. Ac horum liberi publicè aluntur, & integris armaturis ac primis ſubſellijs honorantur, inq; choris, gymnaſiis, & alijs conuentibus admirationi ſunt. Qui porro periculum hoc per fortitudinem euaſerint, ij reliquam uitam ſecurè cum perpetua per omnes cōuentus ac pompas laude degeant. His amici ſunt amici: pro his inimici intercedunt: hos quiuis hoſpitio uult excipere: cum his affinitatem libenter contrahunt: hi in ſenectute beati ducuntur. Nunc igitur, milites, pro ſe quiſque, nullis omiſſis uiribus, his bonis comparandis incumbite. Atq; uos admoneo, tum exta uobis contigiſſe fauſta, tum ueſtrum quoq; apparatum rectè ſe habere. Quocirca gnauos præbeatis uos, oportet. Ac debetis, poſteaquam pro ueſtra eſtis patria depugnaturi, & in paterna ſucceſſuri bona, uel tales eſſe, uel melius aliquid parare. Quāobrem nec uerba ſunt, nec facta negligenda; uel ſaltem, qui parati ſunt, excitandi: id quod uel maximè mihi faciendum uidetur. Qui enim fortes eſſe nolunt, eos fruſtra uel uerbis uel factis coneris fortes efficere: qui autem cupiunt & uolunt, non item. Omnis enim res incrementi, donec ad finem peruenerit, eſt capax: ac plurimum ibi uirtutem creſcere, ubi maximè præmijs & laudibus extollitur, uideas. Quocirca, quod modò dicebam, nemo ueſtrum quicquam ſibi [c] parabit melius. Quare ſi nunc quoq; ſic & omnes eſtis & ſinguli animati, ut fortitudini ac dignitati ueſtræ ſtudere cupiatis; non tam uos [f] lædet, ſi uirtutem ueſtram, ac ſimul & maiorum & hoſtium [g] ueſtrorum, quam per uos obtinent, dignitatem cognoueritis, quā iuuabit. Veſtri enim & antiqui parentes celebres inter Græcos ob uirtutem fuerunt, & noui: cuius hoc eſt rei teſtimonium. Reliqui ferè Græci cuncti ſuis expulſi ſedibus, & alijs rurſum eiectis, regionem ſuam ſinguli poſſident. Vos autem duplex editis hac in re uirtutis ſpecimen. Nam nec ab alijs eiecti, nec alijs eiectis, agrum ueſtrum incolitis: quorum illud fortitudinis, hoc iuſtitiæ decus patriæ conciliat. Atq; hæc ſunt & antiquorum & nouorum parentum uirtutis indicia, & cum alia [h] præterea plura, tum quòd barbarico cedentes exercitui patria, Salamine cum liberis erumpentes, Græciam totam ſeruaſtis, atq; hos unà, qui nunc ſe uobis opponunt. O magnam impietatem, cum liberatores inuadunt liberati, & cum ſeruitutis auto-

[c] παρεσκευάσατο pro παρασκευάσαιτο.

[f] βλάψει pro βλάψαι.

[g] ὑμετέρων δ pro ὑμέτερον.

[h] ἐπὶ pro ἔτι.

ribus ſubiugare parant, cum ueſtris ſeruis; ac longè ſecus, quàm ueſtri maiores, faciunt, qui Spartam olim contra ſeruos imminentes iuuerunt, cum quidam ab illis cum ueſte purpurea petijſſet auxilium. Hoc iam uobis maleficium pro illo referunt hi beneficio, quos ueſtra uirtus tales, quales uidetis, effecit; ac regionem ueſtram uaſtant, & ſeruos liberant, atq; contra uos præter legem atq; fœdera producunt in aciem, quos nō decebat, Heraclidis ducibus, Atticum agrum cum hoſtilibus armis conſcendere. Verùm nec deos reuerentur, nec homines. alioqui nunquam hæc facerent. At uos eos, ſi uolet Deus, punietis. Hoc igitur cogitate, uos ex ueſtra urbe in pugnā prodire, à Veſta paterna, dijſq; cum alijs tum ciuilib. profectos; nec maiorum homicidas eſſe, ſed eorum cauſa preces ueſtris dijs obtuliſſe, atq; ita tum deorū tum dæmonum habere uindictam adiutricem. At cum impijs & iniuſtis uiris pugnatis, qui ſua regione, in qua ſunt nati, perdita & relicta, uel ira deorum uel ſua ignauia, ueſtram inuadunt, & ex alieno prodeunt, nec tam uel à ſua ſinguli Veſta, uel ab alijs aut auitis dijs profecti ſunt, quàm à Furijs & fraude dæmonum ad pœnas dandas huc impelluntur. Etenim nec numero uobis, nec armis præſtant; neq; ueſtra freti ignauia, tam confidenter ueſtra trāſeunt: uerùm illos deus aliquis ad luenda impietatis & iniuſtitiæ ſupplicia deducit. Quapropter hoc unicuiq; ueſtrum ſit perſuaſum, per multum ad uictoriam facere fidentiā. Quocirca quandoquidem & fauent dij, & licet uobis hos antecellere; hoſtiū armis exiguo tempore perlatis, longam in omne tēpus parabitis uirtutis gloriam, atq; omnib. eorū uos eſſe poſteros ꝓbarbitis, q primū babaris olim, poſtq; Marathonem ueſtrā conſcenderant, ſimul cū clamore deuictis, multas eiecerunt myriades, ac multos occiderunt, cum neq; auxilium ex Peloponneſo expectaſſent, neq; ſuam conſideraſſent paucitatē, uerū propria freti uirtute manus conſeruiſſent: deinde Platæis ſimul cum alijs Græcis, qui eiuſdem partis erant, uicerunt; ut etiā ad Artemiſiū & ante Salaminē prœlio nauali; ſicut etiam nū Græciæ ſeruatores appellenī. Sed & alia multa maiores ueſtri præclara obierunt certamina, quorū uictoriæ præmia terminos habēt urbes magnas, quæ multorū dierū à ueſtra diſtantes itinere, ueſtro parent præconi. Quamobrē dijs inuocatis, qui nobis meritò plus, q̄ hoſtib. tribuunt, cū latronib. congrediamur. Sed cōfidite; &, quæ uos in pugna reddent alacres, exta fauſta & æquitas ut uobis fidentiā, ita metū illis adferēt. Quæ aūt iuuenes excitāt maximè, uoſmetipſos audite, & Vrbis magnitudinē, ac felicitatē ſuā & gloriā unuſqſq;. ſunt etiā iuuētutis ludicra pulcri pueri ac mulieres, gymnaſia, uenatiōes; qbus uos reb. & in libertate maximè fruimini, & nūc defendēdis, ceu ueſtris, operā dabitis.[k] Quare mutuo uos adhortati, & uir uirū, &[l] popularē popularis, & tribulis tribulē, ſecūda fortuna, cū qs in hoſtes uos ducet, utimini.

i τῶν pro τίνων.

k πειθὼ ἀνδράσιν οἷς ταῦτα πάντα additur.

l deeſt δημότῃ poſt δημότης.

ORATIO ANDOCIDIS

de Pace.

CVM ATHENIENSES PER ANNOS *quatuor cum Lacedæmonijs bellum cauſa Bœotorum geſſiſſent, ac Bœoti pacem iam expeterent, nec negarent Lacedæmonij; eam Athenienſibus quoq; cum Lacedæmonijs faciendam, quamuis Argiui diſſuadeant, docet Andocides. Hiſtoria extat apud Xenophontem poſtremo libro.*

NEMO ueſtrum ignorare uidetur, Athenienſes, æquam pacem bello potiorem eſſe: quòd autem oratores nomen pacis admittunt, cauſas repudiant, id nõ omnes animaduertitis. Aiunt enim eſſe metuendum, ne confecta pace, Reip. ſtatus is, qui nunc eſt, diſſoluatur. Quodſi nunquam populus Athenienſis pacem cum Lacedæmonijs feciſſet, meritò iam res ea tum propter ſui nouitatem, tum propter illorum infidelitatem nobis metum incuteret. Poſtquam autem ſæpe olim paci in ſtatu populari ſtuduiſtis, cur ea primùm, quæ tum contigerunt, nõ conſideretis? Decet enim uos, Athenienſes, ex prioribus rebus geſtis coniecturam de futuris facere. Cum igitur in Eubœa bellum gerebamus, ac Megara, Pegas, atq; Troezen tẽenebamus, pacem expetiuimus, & hanc ob cauſam Miltiadem, Cimonis F. oſtraciſmo eiectum & in Cherroneſo degentem recepimus, ut, quoniam illi cum Lacedæmonijs hoſpitij ius intercedebat, Lacedæmonem profectus, de fœdere publicè ageret. atque ita pacem in annos quinq; obtinuimus. Iam illud primũ conſideremus, Athenienſes, an per hanc pacẽ unq̃ ſtatus popularis fuerit euerſus. hoc docebit nemo. quot autẽ per eam cõtigerint bona, uobis oſtendam. Nam primùm eo tempore Piræi mœnia, & magna, quæ ſunt ad Septentrionem, extruximus. Deinde pro triremibus uetuſtis & inutilibus, quibus Græcos, Rege barbarisq; deuictis, in libertatem aſſerueramus, triremes cſitum fabricauimus. Tunc etiam primùm trecentos equites cõſtituimus, & ſagittarios totidem Scythas redemimus. Atq; hæc ex pace cum Lacedæmoniis inita Vrbi commoda, populoq; Athenienſi potentia prouenit. Poſtea bellum propter Æginetas nobis incidit; & multis datis acceptisq; damnis, rurſum pacem expetiuimus. Itaq; decem ex Athenienſibus uiri, in his etiam Andocides auus noſter, legati de pace cum liberis mandatis Lacedæmonem profecti, pacem nobis in annos triginta confecerunt; quod

quidem fœdus utrinq; per annos tredecim conſeruarunt. An unquã tanto tempore, Athenienſes, populus eſt diſſolutus? an quiſquam, qui populi imperium conaretur diſſoluere, deprehenſus? nemo hoc oſtendet. Quinimo contrà pax hæc Athenienſem pop. exaltauit, ac tam potentem reddidit, ut & in arcem talenta mille per hos annos retulerimus, quæ populus haberet lege peculiaria, & alias triremes cẽtum, item peculiares, fabricauerimus, & mille ac ducentos equites, alterosq; tot ſagittarios conſtituerimus, & longa mœnia, quæ ſunt ad Meridiem, extruxerimus. Atq; hæc ex pace cum Lacedæmonijs inita Vrbi commoda, populoq; Athenienſi potentia prouenit. Rurſum porro geſto propter Megarenſes bello, & agro uaſtato, multisq́ue commodis amiſſis, iterum pacem opera Niciæ, Nicerati F. impetrauimus. Neminem autem ueſtrum ignorare arbitror, per hanc pacem nos tum ſeptem talentorum millia in arcem retuliſſe, tum naues plus quadringentas comparaſſe, tum quotannis plus ducentis ac mille talentis tributi accepiſſe, tũ Cherroneſum, Naxum, & Eubœæ plus quàm duas partes poſſediſſe. nam alias quidem colonias longum foret ſingulas recenſere. His autem bonis cum frueremur, denuo bellum cõtra Lacedæmonios ſuſcepimus; id quod Argiui etiã tunc procurarunt. Ac primùm, Athenienſes, quid initio propoſuerim, mementote: nunquam uidelicet popularem ſtatum fuiſſe per pacem euerſum. Hoc igitur ita ſe habere oſtenſum eſt; nec à quoquã refutari poſſit. Sed quoſdã audio dicere, poſtrema pace tum triginta principes eſſe conſtitutos, tum Athenienſium permultos partim cicuta necatos, partim in exilium actos eſſe. Hoc autem qui dicũt, nõ rectè maximum diſcrimen pacis ac fœderis cognoſcunt. Etenim pax æquis utrinq; rerum controuerſarum conuentis conſtituitur: fœderis autẽ leges bello uictis imponunt uictores, quemadmodũ nos Lacedæmonij deuictos euertere mœnia, naues tradere, exules recipere iuſſerunt. Quare tunc quidẽ fœdus per neceſſitatẽ cum imperio fuit initũ; nunc autẽ de pace deliberatis. Atq; hoc è ſcriptis ipſis, tũ quæ ſunt in colũna, tum quę huius pacis conditiones indicãt, cognoſcite. Illic enim iubemur euertere mœnia, heic poſſumus extruere; illic naues habere duodecim, heic quotcunq; uolumus; illic Lemnũ, Imbrũ, & Scyrũ ſuis dominis relinquere, heic noſtras habere. Deniq; neminem nunc exulẽ recipere cogimur, ſicut tũ cogebamur, atq; ideo popularẽ ſtatũ amiſimus. Vbi hæc cum illis congruunt? Quare ſic ſtatuo, Athenienſes, & pacẽ populo ſalutẽ atq; potentiã adſerre, & bello ſtatũ [a] popularem diſſolui. Atq; de his quidẽ hactenus: quoniam autem dicũt nos quidã neceſſario nunc ad bellũ gerendũ cõpelli, uideamus primũ, Athenienſes, quare ſit gerendum. Id enim exiſtimo conceſſuros omnes; tum gerendũ bellũ, cũ uel iniurijs afficimur ipſi, uel iniuria affectis opem ferimus. Iã nos tũ ipſi iniuriis afficiebamur, tũ

[a] δῆμον pro δίκην.

Bœotis

Bœotis affectis ferebamus opē. Quodſi porro nec nos à Lacedæmonijs lædemur amplius, & Bœoti pacē facere, Orchomeno liberā dimiſſa, decreuerunt; quam ob cauſam bellum geremus? Vt ciuitas noſtra ſit libera? hoc ei contigit, poſteaq; urbes per fœdus redduntur liberæ. Vt habeamus mœnia? hæc quoq; nobis pax cōcedit. Vt liceat fabricare triremes, & quas habemus, reparare atq; poſſidere? hoc q̃q; licet. Vt inſulas, Lemnũ, Scyrum, & Imbrũ recuperemus? hæ Athenienſib. expreſsè adiudicantur. Vt Cherroneſum, colonias, ac debita recipiamus? nec Rex id, nec ſocij, quorum auxilio ſunt illa bello cōparāda, cōcedunt. An deniq;, donec Lacedæmonios cũ ſocijs debellauerimus, prœliandũ erit? nō ita mihi inſtructi uidemur. Quodſi etiā id effecerimus, quid à Barbaris pòſt expectãdũ nobis erit? Iam ſi hac de cauſa bellũ gerendũ uideret, ac ſuppeterent opes, nec deeſſent uires; ne ſic quidē eſſet bellũ gerēdũ. cum aũt neq; cauſa, neq; hoſtes, neq; opes ſuppetant; non eſt nobis omnino paci ſtudendum? Illud etiā conſiderandum eſt, Athenienſes, communem uos Græcis omnibus pacem atq; libertatem nunc procurare, omniumq; rerum omnibus copiam facere. Quo igitur pacto maximæ ciuitates bellum deponant, perpendite. Ac Lacedæmonij primùm initio belli nobiſcũ & cum ſociis ſuſcepti terra mariq; imperabant; neq; nunc uel eorum alterutrum ipſis ex pace continget, uel tam per neceſſitatem, q̃ propter totius Græciæ libertatem eadem dimittũt. Etenim ter iam prœlio uicerunt; primũ ad Corinthum ſocios omnes, nullo relicto per ſingularem præſtantiam prætextu; iterum Bœotos, Ageſilao duce; tertio cũ Argiuos & Corinthios omnes, tum de noſtris ac Bœotis, quotquot aderant, cum Lechæum ceperunt. Quibus rebus geſtis, pacem tamen facere ſunt parati, qua & ſua uictores poſſideant, & urbes liberas, ac mare uictis commune concedant. Quam uerò illi pacē à nobis, ſi uel ſemel eſſent uicti, conſequerentur? Iam Bœoti qua ratione pacem faciunt? Hi uerò bellum Orchomeni cauſa, ne eſſet libera, ſuſceperunt. nunc autem tot hominibus perditis, tāta regionis parte uaſtata, tot opibus publicè priuatimq; collatis, poſt quadrimum tamen bellum, libertate Orchomeno conceſſa, pacem faciunt, fruſtra tot acceptis cladibus. Potuiſſent enim etiā initio, relictis liberis Orchomeniis, in pace eſſe. Atq; hi quidem hoc pacto bellum deponũt. nobis autem, Athenienſes, qua ratione, & quā commodis cum Lacedæmoniis pacem licet facere? Neq; uerò quiſquam ueſtrum indignetur, ſi, quod res eſt, dixero. Primũ enim cum naues in Helleſponto perdideramus, & intra mœnia nos receperamus, qualē de nobis ſententiā, qui nunc noſtri, tum erant Lacedæmoniorum ſocii, tulerunt? non ut Vrbs euerteretur, & ager uaſtaretur? id autem ne fieret, quinā prohibuerunt? non Lacedæmonii? qui & ſociorũ euerterunt conſiliũ, nec ipſi de tali re uoluerunt deliberare? Poſtea fide data, colum-

naq́ erecta, quod erat illis temporibus malum amabile, certis legib. fœdere fruebamur. Deinde Bœotis & Corinthijs per ſocietatẽ auulſis, & Argiuis in priſtinam amicitiam receptis, pugnæ ad Corinthũ ipſis occaſionem dedimus. Iam per quos Regem habuerũt inimicũ? per quos maris imperium, ſuppeditata Cononi pugna nauali, amiſerunt? Veruntamen poſt tot iniurias eadem nobis, quæ ſocij, concedunt, ac nobis mœnia, naues, & inſulas relinquunt. Quam igitur pacem nobis offerant aliam, qui ab hoſtibus ea conſequamur, quæ ſolent amici tribuere, quorumq́ conſequendorum [b] cauſa bellum cœpimus gerere. Etenim cum alii ſuis rebus dimiſſis pacem faciant, nos ea, quibus egebamus maximè, inſuper accipimus. Quid igitur, de q́ deliberandum ſit, reſtat, aut propter quod Argiui ſocietatem noſtrã ambiant? Ac primùm, quod ad Corinthum attinet, quid ea nobis proſit, cum Bœoti ſunt Lacedæmoniis amici, nec unà bellum gerũt, ſcire uelim. Quo enim conſilio quondam ſocietatem cũ Bœotis iniuerimus, Athenienſes, mementote: nempe quaſi poſſent illi nobiſcũ coniuncti, reliquis omnibus pares eſſe. At nunc, quãdo Bœoti pacẽ cum Lacedæmoniis faciunt, quomodo ſine his poterimus Lacedæmonios repellere? Si Corinthum ſeruemus, aiunt quidam, & ſocios habeamus Argiuos. At ſi Argos aggrediantur Lacedæmonii, opẽ feremus, an non? alterutrum enim prorſus faciendum erit. Si ergo non tulerimus, meritò nobiſcum Argiui pro arbitrio agent: ſin tulerimus, erit'ne paratum cum Lacedæmoniis bellum? qua ſpe? ut uicti quidem noſtrum agrũ ſimul cum Corinthio perdamus, uictores autem Corinthium Argiuis ſubiiciamus. Non erit horũ cauſa pugnandum? Quin etiam rationes Argiuorum inſpiciamus. Iubent hi nos cõmuniter ſecum & cum Corinthiis bellum perſequi, cum ipſi propria pace confecta, regionem nobis ad bellum gerendũ negent; cũq́ ea fœdera, quæ cum his duntaxat pepigerant Lacedæmonij, nunquã eos fateantur uiolaſſe, cũ ſocijs omnib. pacẽ illis facientib. uetant nos credere; quaq́ ſe dicunt uti pace patria, reliq́s eã Græcis inuidẽt. Sperant em̃ ſe, uigente bello, Corinthũ poſſe capere; atq́ ita ſubactis ĳs, quorum ſemper premunt̃ imperio, uicinos etiã ad defectionẽ perducere. Huius porro ſpei ratione alterutrũ nobis eligendũ eſt, & uel cũ Argiuis bellũ cõtra Lacedæmonios gerendũ, uel pacẽ ſimul cũ Bœotis faciendũ. Atq́ equidẽ, Athenienſes, antiquũ ualdè metuo malũ, q́ ſolemus potiorib. amicis relictis, infirmiores aſciſcere, & ꝓpter alios bellũ gerere, cũ p nos pace frui poſſumus. Vt em̃ p̃teritorũ recordatione rectius in poſterũ deliberemus; primũ poſtquã cum Rege fœdus & amicitiam perpetuam iniiſſemus, opera Epilyci, Tiſandri F. [c] noſtri auunculi; poſtea conſilium Amorgis, exulis ac ſerui regii, ſecuti, & Regis auxilium tanquam contemnendum reiecimus, & Amorgis amicitiam quaſi præſtantiorem arripuimus. qua de re Rex iratus,

[b] deeſt διὰ ἀντεῖπον.

[c] τ' ἡμετέρης pro ἡμέτερος.

ratus inita cum Lacedæmoniȷs ſocietate, quinq; talentorum millia bello gerendo ſubminiſtrauit, donec uires noſtras confregit. Atque hoc quidem unum eſt de noſtris cōſiliȷs. cum autem Syracuſani nos obſecrarent, & amicitiam pro diſſenſione, pacemq́; pro bello nobis offerrent, & quanto ſua ſocietas Egéſtææ uel Catanææ præſtaret, oſtenderent; tum quoq; nos & bellum quàm pacem, & Egeſtæos q; Syracuſios maluimus, & in Siciliam cum exercitu proficiſci, quàm domi ſocios habere Sycuſanos: qua quidem occaſione tum Athenienſibus ac ſociȷs præclaris permultis amiſſis, tum nauibus & opibus multis perditis, reliqui turpiter ſunt conſeruati. Poſt hæc ſuaſerunt nobis Argiui, qui nūc ad bellum adhortātur, ut in Laconicum agrū, cum pax eſſet, nauigantes, indignationem noſtram proderemus, iactò multorum malorum fundamento. Etenim bello peracto, nos & mœnia euertere, & naues tradere, & exules admittere fuimus compulſi. Quæ cum pateremur, cui nobis uſui fuerūt Argiui, belli autores? quod periculum pro Athenienſibus ſubierunt? Hoc igitur iam nobis reliquū eſt, ut nunc quoq; paci bellum, Bœoticæ ſocietati Argiuam, Corinthios, qui urbem nunc tenent, Lacedæmoniis præferamus. minimè uerò, Athenienſes, neq; hoc à quoquam nobis perſuaderi ſinamus. Etenim priorum delictorum exempla ſapientibus, ne delinquant amplius, ſufficiunt. Quid quod inter uos etiam quidam ſunt, qui tanto pacis tenētur deſiderio, ut etiam quadraginta dies, per quos nobis deliberare licet, ſuperuacuos ducant, & nobis uicio uertant, qui cum liberis mandatis Lacedæmonem, ne quid iterum referremus, miſſi ſimus, ac relationis noſtrę ſecuritatem, timorem uocent. Aiunt enim, à nemine unquam, qui quid apertè ſuaderet, populum Athenienſem eſſe ſeruatum; ſed eum per fraudem ac dolum beneficiis affici debere. quæ quidem ratio mihi non probatur. Etenim in bello, Athenienſes, debet, meo iudicio, dux Vrbi amicus & officii ſui gnarus, furtim & per fraudem in diſcrimen pleroſq; adducere; qui autem de communi Græcorum pace legatione funguntur, quam & iuſiurandum & columnæ cōfirmabunt inſcriptæ, eam non fraudulenter tractare, uerùm potius laudare uel uituperare, ſi quid ad uos conſiderandum relaturi ſimus. Quapropter & firmum eſt capiendum, quantum fieri poteſt, conſilium, & conuentis atq; pactis ſtandum. Neq; enim ea tantum, Athenienſes, quæ ſcripta ſunt, uerùm etiam mores ueſtros oportet nos in legatione ſpectare. Etenim ſoletis uos tum, quæ præſtò ſunt, faſtidire, tum quibus caretis, ea ueſtra poſſe fieri fingere: ac ſiue pugnādum eſt, pacem requiritis, ſiue quis pacem uobis impetrat, belli conſideratis commoda. Nam nunc quoq; negant ſe quidam conditiones intelligere, cum naues ac mœnia conceduntur. ſuos enim ſe prouentus ab exteris nō percipere, neq; mœnibus ſe poſſe alere. His igitur etiam neceſſarium eſt reſpondere. Fuit,

Athenienſes, cum nobis nec naues erant, nec mœnia; quibus comparatis, fundamentum commodorum iecimus: quæ ſi nunc etiam optatis, operam, ut comparetis, date. Atq; hac occaſione tantam Vrbi potentiam noſtri pepererunt maiores, quantam adhuc eſt nulla conſecuta ciuitas; idq; partim ſuadendo, partim fallendo, partim redimendo, partim etiam cogendo. Ac ſuaſimus quidem Græcis, ut opum communium Quæſtores Athenis conſtituerentur, ac nauium conuentus apud nos haberetur, & quæ oppida triremes non haberent, iis à nobis pręberentur: Peloponneſijs autem falſis habitis, mœnia extruximus: à Lacedęmonijs uerò huius facti pœnas redemimus: hoſtibus deniq; coactis, imperium Græcorum ſumus adepti. Hæc porro commoda per annos quinq; & octoginta nobis comparauimus. Poſtquam autem bello uicti ſuimus, tum & reliqua perdidimus, & mœnia atq; naues Lacedæmonij pignori acceperunt, & partim aſportarunt, partim ſubruerunt, ne rurſum ad potentiam Vrbi comparandam hæc nobis eſſet occaſio. Iam Lacedæmonij à nobis perſuaſi, cum liberis mandatis adſunt legati, ac tum pignora nobis reddunt, & naues atq; mœnia nos poſſidere ſinunt, tum inſulas nobis relinquunt. Cum ergo idem habeamus commodorum initium, quod habuere noſtri maiores, pacem ſe uelle quidam negabunt? Ad ſint igitur ipſi, ac nos doceant. Huius enim nos rei copiam fecimus, cum quadraginta dies deliberationi præſtituimus. Itaq; ſiue quid minus rectè ſcriptum eſt, tolli poteſt; ſiue quis adijci quid uult, id ueſtro permiſſu aſſcribat. nec non omnibus utentes conditionbus, pacem poteſtis conſequi. Quodſi nihil horum placuerit, paratum eſt bellum. Quæ cum ſint in uobis, Athenienſes, ſita, quod ex omnibus uidetur, eligite. Adſunt enim Argiui & Corinthij, qui bellum aiunt præſtare: adſunt Lacedæmonij, qui uos ad pacem adhortantur. Harum autem rerum exitus in uobis, non in Lacedæmonijs, conſiſtit. Quare cunctos uos legatos nos legati facimus. Nam qui ueſtrum ſuſtulerit manum, is utrumlibet procurat, ac pacem uel bellum creat. Vos igitur, Athenienſes, cum uerborū noſtrorum eſte memores, tum ea, quorū uos nunquam poſſit pœnitere, decernite.

ORATIO HERODIS *de Republica.*

CVM PELOPONNESII AC LA*cedæmonij bellum cum Archelao, Macedoniæ rege, gererent, & ſocietatem Thebanorum expeterent, hos ad eam capeſſendam hortatur.*

DVAS ob cauſas & huic ætati & multo minori de re controuerſa differendum ſit, poſſim dicere: quare, qui differere poſſit, ſilere debeat; neq; ex alio cognoſcere, neq; per me poſſum inuenire. Etenim qui alterius rei cognitionẽ ſibi arroget, is uanitatis uel curioſitatis incuſari poſſit: res autem bellicæ ut omniũ ſunt communes, ita præcipuè ab hac ætate ſunt per diſputationem excutiendæ. Nam quibus eſt periculum proximum, ij maximam neceſſariò curam adhibent. quibus autem cura datur, hi maximam debent inuentioni operam dare. Quapropter & neceſſitatem dicendi permagnam, nec ueniam tacendi ullam uideo. Vellem enim uoſmet ipſos eſſe ueſtrorum commodorum poſt deos autores. quod ſi conamini, nõ minus eſt, cum aliorum opera uobis conſulitis, iucundum. Ac mihi id, quod accidit, deorum alicuius prouidentia uidetur eueniſſe. Nam quæ uobis opum iactura, uitæq; periculo comparanda fuerant, hęc uobis omnia ſine labore atq; ſumtu fortuna ſuppeditat, ſicut hoſtes noſtri ultro nobis dent ſupplicium. Ac primùm quidẽ, quàm ſit commodum ijs parere, qui ad bellum adhortãtur, docebo; deinde, quàm ſit neceſſarium. Poſſumus enim nos ea, quæ ſunt huic regioni natura contraria, cognoſcere, & cognita maturè cauere, cum & illa quouis pacto debilia, & noſtra reddimus fortiora; quandoquidem non ignoramus id, quod eſt natura inimicum, nunquam, niſi cũ deeſt maleſaciendi facultas, quieſcere. Nunc autem è cladibus, quod erat diſcendum, cognouimus, nunquam hunc uirum nobis amicum futurum, aut nobiſcum compoſiturum. Neq; enim quia accepit à nobis iniuriam, uerùm quia uult inferre, nobis hoſtis eſt. Habet autem ea, quæ nobis à ſe conquiſita maiores reliquerunt, quæq; uel per imbecillitatem noſtram retinebit, uel potentiam inuitus reddet. Atque hunc quidem unum habet maleuolentiæ ſtimulũ: alterum, quòd, cũ ciuitatibus Græcis ſufficiat, ſi potentiam ſuam poſteris prodant, hoc tyrannis non eſt ſatis, niſi ditiſſimos etiam quoſq; ſemper euertant. Iam nos nec ipſi uidemur hoc facilè paſſuri, & [a] alios impedituri. Quapropter ille uobis iraſcitur, cum eorum, qui uobis confidunt, ſpem cupiat eludi. Eadem igitur opera ſe & nos exiſtimat, & eos, quo

[a] ἄλλοις pro ἄλλους.

rum per nos imperio priuabitur, ſubacturum. Atq; hæc primùm nobis coniectura licebat aſſequi; nunc autem re doctis firmiter cognoſcere. Qua enim re potiſſimum & urbs capitur & regio, hæc eum nõ latuit, cum ſeditionem noſtram animaduerteret: neq; cum paucis hos omnes aggredi cunctatus eſt. ſiquidem norat ſe, ſi plurimos aggrederetur, nihil, quod ſtuderet, effecturum, quandoquidem debellatis infirmioribus, potiores ad reſiſtendum inſtructos non eſſet ſubacturus; ſin plurimos cum paucis euerteret, omnium facilè potiturum. Atq; ita [b] uidetur ille, ut ſeditione laboretis, optare. quod ſi eſt illi commodum, q̃; ſit uobis hoc illius cõmodum noxium, cũ alio maximo id contendentes, uidete. Nam cũ tam eſſe maximũ malum bellũ, quã eſt maximũ bonũ pax, credatur; eodẽ tamẽ interuallo bellũ ſeditio, quo pacẽ illud, ſuperat. Vt ẽm in externo bello patriã ſeruando, ſic in ciuili noſmetipſos perdendo morimur, ita ut ne homicidæ quidem laudem mereantur. Cum alijs porro prœliantes, pro amicis bellum gerimus: & cum alienis deuictis, amicos comparemus alios; noſtris ſuperatis, etiam priores amittimus. Iam regionis uaſtatio atq; opum pernicies quanta hinc ſequatur, paucis explicari non poteſt. Neq; facile eſt his malis, poſtquam ſemel exorta ſunt, liberari. uix enim conciliatorem inuenias. Nam qui propè habitant, uicinorum ſeditionem non moleſtè ferunt; imbecilliores, ne pareant; pares, ut potiores fiant; ſuperiores, ut imperent facilius. Atq; horum non uideo cur longè petendum ſit exemplum, cum ipſi alijs exemplo ſimus. Etenim cum regionem habeamus inter Græcos maximã & uberrimam, nunquam ijs, qui à nobis deducantur, ditiores uidemur. ſiquidem illi ſibi, quod accedit, reponunt; nos in alienos inſumimus; ac tũ publica reddimus priuata, tũ priuata publica. Quis uerò nõ indignũ ducat eos ali publicè, qui urbẽ publicam nõ faciant? cũq; regionem habeamus ad alios repellendos aptiſſimam, & ſocios atq; equos ex ſe præbentem; non tantum iniurios non remouemus; uerùm adiutores mercede conducimus, & hoſpites uitamus. atq; ita cũ regionis contemnitur potentia, tum ipſi deridemur. Horum autem omniũ atq; aliorũ inſuper malorũ autorem coram uidiſtis, cum tale ſui ſpecimen omnibus ederet, quale nemo quãtumnis durus & inhumanus abſq; lacrymis poſſet exponere. Quod enim de grauiſſimis malis defuit? non & pueri, & mulieres, & ſenes parentes, illi patres, aliæ uiros, aliæ liberos uel in ſuis manibus uel inter hoſtes mori uiderunt? Huc accedebant ædium ſubuerſiones, opum direptiones, &, quod erat omnium grauiſſimum, eo ſæpe, qui ſacrorum eorundem atq; eiuſdem tribus eſſet particeps, autore; quem iuuare ſecundum leges, non contra leges decebat perdere. Atq; horum autorem quis nobis affligendũ, cum poſſimus, neget, ac tum ipſum ulciſcendũ, tũ iuuãdos mortuos, tũ orbatis miſericordiã tribuẽdã? Neq; enim hoc

tantum

[b] πέφυκεν pro πέφυκα.

tantum erit commodi, quòd rerum prçteritarum pœnas expetemus; ſed etiam reliquos hoc exemplo docebimus, ne diſſenſionem noſtrã in lucro ponant, neq; nobiſcum nobis inſidientur. Id porro ſi contingat, nunquam ſeditione nos laboraturos confido, ſi nuſquam inſidiantibus adiutores occurrant. Atq; hi quidem de cauſis commodũ eſt cum ĳs, qui adhortantur, bellum capeſſere: quàm ſit autem neceſſarium, ex ſequentibus cognoſcite. Etenim Archelaus nec Peloponneſios cum Athenienſibus inuaſit, nec per ſuam ire regionem uetuit, neq; pecuniam contra illos ſuppeditauit, neq; ullam dedit inimicitię cauſam, niſi quod cum illis Athenienſes oppugnare noluit, uerùm quietem ſectatus eſt. Quare ſi ſatis eſt cauſæ Peloponneſĳs, cum hoſtes iudicant eos, qui noluerunt unà bellum gerere; cauendum eſt, ne nobis eadem de cauſa bellum inferant, ſi uocati unà pugnare noluerimus. Etenim nullam ab Athenienſibus iniuriam acceperat. nobis uerò quæ'nam eſt reliqua ratio? An, quia læſi non ſumus, idem nos, quod illum, facere dicemus? ſi enim, qui id fecit, iniuſtè non egit, uacat res iniuſtitia. An uerò læſos eſſe fatebimur, ulciſci nos uelle negabimus? admodum igitur ignauos reddemus eos, qui nobis benefacere cogitant. An deniq; uelle, ſed non poſſe dicemus? quis ergo noſtras uires non contemnet, ſi ne Græcorum quidem auxilio poterimus hoſtes ulciſci, &, quod eſt maximum, ſecundam apud Græcos culpam ſubibimus, qui nec in primo bello Perſico, nec in hoc, quod nunc indicitur, ſocios nos præbeamus. Quanquam in illo non deerat nobis excuſatio. pro nobis enim uolebamus unà cum illis periclitari: atq; hoc honeſtius ducebamus, quàm ſi noſtra relicta, de illorum regione depugnaremus. Nunc autem quid dicemus? ſiquidem ipſi pro nobis ac noſtris adſunt periclitaturi. Præterea ſit indignum, ſi ſoli Græcorum in ſocietate Græca nõ cenſebimur. id quod quantum ſit, hic oſtendit ipſe. Nam cum pecunia cuperet Græcorũ ſocietatem emere, non potuit obtinere. quod quidem & commodã rem eſſe & difficilem, ſimul demonſtrat. Ac de his quidem, ſi quis ea contrà proferat, hæc dicta ſint. ſed alium ſeri audio ſermonem, qui ea, quæ dico, optima eſſe perſpicuè oſtendit. Etenim ſi iſtam rationẽ habent firmiſſimam, deponendus iam eſt metus. Aiunt enim præſtare Archelaum, quamuis talem, accolam Peloponneſĳs. Nam hunc facilè, ſi uelimus, repellamus; Peloponneſios non item. quare ſeditione præſtat inter nos conflictari, quã alĳs ſeruire. At ego ſi neceſſariò uiderem eligendum alterutrum; utrum potius eſſet, deliberarem. uerùm quietem nobis cum Peloponneſĳs intercedere uideo. Miror præterea iſtorum contentionem, qui diſſimilia inter ſe comparent. Primùm enim huius facta cognoſcimus apertè; illorũ ſuſpicione cõplectimur: ſiquidem illa ſenſimus, hæc an ſenſuri ſimus, ignoramus. Non igitur æquum eſt, ob res geſtas non indignari; quas aſſequi-

mur coniectura, magis timere. Quibus uerò exemplis metum hunc concipiamus? Non uidemus proximos nobis Græcos, Phocenſes, eſſe liberos? propinquos Bœotos, nec tributo, nec magiſtratu ullo Laconico premi? remotiores etiam Corinthios ſui iuris eſſe, ſuisq́ frui? Achiuos præterea, q nos nec multitudine nec oppidis ſuperãt; nec non Eleos, Tegeatas, & Arcades reliquos eodem ſe habere modò; ſic ut nullus ibi[c] regnarit adhuc Laco, ſicut nec heic Macedo. Iam reſp. ubiq́ cõſtitutas, & leges poſitas nouimus, ac rerũ cõmuniũ uſum eſſe cõmunẽ. Sed eos forte quis paucorũ imperium ubiq́ dicet inſtituere. tale profectò, quale nos cũ diu optaſſemus ac deſideraſſemus, breui ſumus conſtituto ſpoliati. Neq́ enim cõparanda ſunt illa paucorum cum iſtis imperia. Vbi enim tam paruã urbem reperias, in qua non tertia pars præſit rebus? Similiter & armorum gerendorum, & reliquæ reip. adminiſtrandæ facultas non tam per Lacedæmonios, quàm per fortunam eſt ademta, donec exemplum uos[d] edatis. Nam reip. quidem formam uix aliam, arbitror, poſſimus exoptare. exemplis autem propoſitis, ea non debemus timere, quæ non cõtingere ſit, quàm contingere, grauius. Lacedæmonĳ porro non facilè nos inuaſerint. Sunt enim lõgè à nobis remoti, nec nimis ad eam rem inſtructi. nam propinquitas, qua nos ualemus plurimum, non paruum apud illos diſcrimen facit. Quare primùm non temerè nos aggredientur. ſin facient, non latebunt. ſi præſciemus, non negligemus. Quo fit, ut nulla ratione nos commodè queãt inuadere. Quodſi quis hoc etiam dixerit, liberos habere Archelaum, ac propter eos non eſſe ſocietatem ineundam; admirari primum eum libeat, qui decem filiorum mentionem faciat, omnium, atq́ ciuitatis ipſius obliuiſcat; & cũ filiorũ omniũ[e] utilitatẽ negligat, paucorũ rationẽ habeat. Iam ſi neceſſariò filĳs aliqd eſſet expectandũ, nullã hęc uerba admirationẽ mouerẽt. Nunc illo deuicto, liberos quoq́ in noſtra poteſtate fore, manifeſtũ eſt. Ac mea quidem oratio iubet iniuriarum autorẽ ulciſci, mortuos iuuare, [f] neceſſarĳs gratificari, fortunam accipere, Græcis amicos, barbaris hoſtes eſſe, iuuãtib. confidere, alios metuere, lędẽtes pro hoſtib. iuuãtes pro amicis habere; deniq́ res cognitas ſuſpicionib. certiores ducere. Atq́ hęc qdẽ mea uult oratio: qui autẽ ea erunt audacia, cõtrariã ut inſtituant, eorũ[g] oratio cõtraria, neceſſe eſt, iubeat; dãnũ ultro accipere, lædẽtes iuuare, prodeſſe uolentes fugere, amicis diffidere, fidere hoſtib. lõginqua metuere, ꝓpinqua contẽnere, non cũ Græcis, ſed cum barbaris, ĳsq́ inimiciſſimis inire ſocietatẽ, inultos mortuos, inhoneſtos neceſſarios relinquere, remp. leges, iuraq́ abolere. Atq́ hęc oportet aduerſariorũ uelle orationem, quãdoquidẽ hæc ĳs, q̃ ego dico, ſunt cõtraria. Quamobrẽ ſi illis parebitis, hæc uobis non deerunt. ſin ſocietatem arripiemus, & pœnas rerum perpeſſarum expetemus, nec in poſterum ſimilia perferemus.

ANTISTHE-

c ἄρχοντα, pro ἔχοντα.

d δῶτε pro μάθῶτε

e deeſt ἁπάντων ante τῶν

f προσήκει pro προσήκουσι.

g τὸν λόγον pro τῶν λόγων

ANTISTHENIS
oratio Aiacis.

ACHILLIS MORTVI ARMA SIBI, *non Ulyſſi, deberi contendit Aiax.*

VELLEM equidem nobis eoſdem dari iudices, qui reb. geſtis etiam interfuerunt. tum em̄ profectò nec me quicq̄ eſſet opus loqui, nec huic uerba ꝓdeſſent. Nūc aūt qui rebus interfuerunt, nō adſunt: uos aūt, qui notitiā nullā habetis, iudices eſtis. Quale uerò ſit iudicum ignarorū iudicium, præſertim uerbis peragē dum, cum res facto cōſtiterit. Atq; ego quidē Achillis cadauer ſuſtuli, hic aūt arma, cū Troianos nō tam armorū, q̃ corporis potiū deſiderio teneri ſciret. Hoc enim ſi cepiſſent, & cōtumelijs ipſum affeciſſent, & Hectoris preciū recuperaſſent. arma uerò nō dijs obtuliſſent potius, q̃ huius uiri probi metu abſcōdiſſent, qui etiā nuper Deæ ſtatuam nocte per ſacrilegium furatus, Græcis, quaſi præclarum quiddā effeciſſet, oſtentabat. Et ego quidē, ut amicis arma reddā, ea poſtulo; hic aūt, ut uēdat, quādoquidē uti nō auderet. Quis enim ignauior inſignibus utatur armis, cum per ea ſuā prodi ſciat ignauiā. Atq; oīa ferè ſunt ſimilia. Nam & qui certamen inſtituerunt, reges, non inuidi uirtutis iudiciū alijs cōceſſerunt, & uos omniū ignari, de ijs uos, quę non intelligitis, iudicaturos recipitis. Ego uerò hoc ſcio, regem nullum, qui de uirtute iudicare poſſit, id alijs cōmiſſurum; non magis, q̃ peritus medicus ad aliū morborū iudicium deferret. Quod ſi mihi cū ſimili uiro res eſſet, ne uinci quidem puderet. nunc inter me & hunc diſcrimen eſt maximū. Etenim hic nihil apertè faciet; ego nihil occultè. ego malè audire nolim, ut nec malè affici: hic uel ſuſpendi ſe patiatur, modò ſit lucri ſpes aliqua; qui tergum flagris ſeruorum, dorſum fuſtibus, pugnis faciem expoſuit, atq; ita pannis inuolutus, nocte in hoſtiū urbem ad cōmittendum ſacrilegiū irrepſit. Neq; hæc ſe negabit feciſſe, uerū etiam rectè facta, credo, perſuadebit. Ergo ſacrilegus hic & maſtigia ſibi Achillis arma poſtulabit. Equidem uos iubeo, iudices imperitos, nō uerba potius, q̃ facta, ſpectare, poſtq; de uirtute iudicatis. Nam & bellum factis, non uerbis, geritur; neq; cum hoſtibus diſputare licet, ſed uel pugnando uincendum eſt, uel ſilentio ſeruiendum. Hæc uos animaduertite & conſiderate. Si enim nō rectè iudicaueritis, nihil ad facta ualere uerba, nec dicendo quenq̄ uobis prodeſſe poſſe, manifeſtū fiet. ſimul & hoc intelligetis, per factorū inopiā multos haberi longosq; ſermones. Quocirca uel nō intelligere uos, quæ dicantur, fatemini, & ſurgite, uel rectè iudicate: idq; nō occultè, ſed palā; ut ipſos quoq; iudices manere pœnā, ſi ſecus iudicarint, ſcia-

tis. Hoc deinde cognoſcetis, iudices uos dictorũ, nõ arbitros ſedere. Vt enĩ iudicare uobis de me rebusq́ meis pmitto, ita arbitrari nemini, præſertim inter eũ, qui nõ ultro, ſed inuitus ad Troiã uenit, & me, qui ſemper primus ac ſolus & abſq́ mœnibus in acie conſiſto.

ANTISTHENIS
oratio Vlyſsis.

IN HAC VLYSSES EADEM
arma ſibi deberi docet.

NON, mihi tecum ſolum, propter quem ſurrexi, ſed cũ aliĳs etiã omnib. res eſt. Etenim plus ego cõmodi, q̃ uos oẽs, exercitui attuli. Atq́ hoc & uiuente dixiſſem Achille, & mortuo nunc ad uos dico. Vos enim nullũ obĳſtis prœliũ, cuius ego particeps non fuerim. at in meis priuatis periculis nemo ueſtrũ partem habet. Iam in cõmunibus pugnis ne uictoria quidem permultũ proderat: in meis uerò diſcriminib. quæ ſolus ſubibã, ſiue feliciter me gererem, omnia uobis, quorum cauſa huc uenimus, cõtingebãt; ſiue ſecus, uno me fuiſſetis orbati. Neq́ enim ad manus cum Troianis conſerendas huc appulimus, uerùm ad Helenã recuperandã, & capiendã Troiã. Hæc porrò meis in diſcriminib. erant omnia poſita. Poſteaq́ enim non potuit per oraculum Troia capi, priusq̃ Deæ ſtatuam nacti eſſemus; quis eam huc, præter me, deduxit, quẽ tu quidem ſacrilegĳ inſimulas. Imperitus es profectò, qui eum, à quo eſt reſtituta ſtatua, non Alexandrum, qui nobis eam ſurripuit, ſacrilegũ uoces; cũq́ omnes Troiæ excidiũ optaueritis, me, qui eius efficiendi rationẽ inuenerim, appelles ſacrilegũ. Atqui ſi pulcrũ erat Troiam capere; eius quoq́ rei uiam inuenire, pulcrum erat. cumq́ aliĳ gratias agant, tu à probris abſtinere non potes. Nam per imperitiã beneficia non agnoſcis. Quanquã non imperitiæ te inſimulo, quoniam illa tũ tibi tum aliĳs omnibus contingit inuitis, ſed quòd meis probris ſeruari te nõ confiteris, uerũ inſuper minaris, quaſi hos, ſi mihi arma adiudicarint, malè ſis [a] accepturus. ac ſæpe multumq́ minaberis, anteq́ ad rem uenias. Quin etiã, ſi quid eſt indulgendum cõiecturæ, exiſtimo te in teipſum præ rabie aliquid malè cõſulturũ. Iam cũ ignauiã mihi, poſtq́ hoſtes læſi, tribuis; te putas, q̃m palam luctabaris, & cũ reliquis fruſtra te fatigabas, fortiorem eſſe? Deinde mecũ de uirtute diſputas, q primũ ne hoc quidẽ, q̃uo pugnandũ ſit, ſcias, uerũ inſtar efferatę ſuis ira raptus, etiã teipſum aliquando per cladem aliquã occideris. An ignoras, uirũ fortem nec à ſe, nec ab alio, nec ab inimicis lædi debere? Tu uerò, quaſi puer, quoniã hi fortẽ te dicunt, gaudes. at ego te ignauiſſimũ, & mortis metuentẽ maximè dixero: q primũ arma habeas,

a ὀφλέων pro ὀφλήσων.

quæ

quæ nec frangi nec uulnerari poſſint, quorum te ope tradunt inuulneratum ſemper eſſe. Quid aũt feceris, ſi quis hoſtium cum ſimilibus armis te aggrediatur? an hoc inſigne & mirandum foret, ſi neuter ueſtrum quicquam poſſet efficere? Et aliquid intereſſe putas, arma hęc habeas, an intra mœnia conſiſtas? Nam ſolum te mœnib. carere prædicas. atqui ſolus cum ſeptemplici muro obambulas. At inermis ego hoſtiũ mœnia nõ aggredior ſed ingredior, & hoſtiles cuſtodes uigilãtes unà cũ armis capio, ac dux & cuſtos tui ſum, reliquorũq; omniũ, nec minus hoſtium res, q̃ noſtras, cõpartas habeo, nõ per ſpeculatores, ſed per meipſum. Quemadmodũ aũtem gubernatores uectorũ ſaluti noctes dieſq; dant operam, ſimiliter ego te atq; alios oẽs cõſeruo: neq; diſcrimen ullum propter turpitudinem fugio, dum hoſtib. nocere poſſim; nec ſi me quidam [b] cõſpecturi ſint, gloriæ cauſa quicq̃ aggrediar, uerũ etiamſi ſerui ac maſtigiæ natura hoſtes poſſem lædere, id uel nemine uidente conarer. Nam non uideri prœlium, ſed facere quid noctes dieſq; geſtit. Neq; certa mihi ſunt arma, quibus hoſtes ad pugnã prouoco, uerũ quocunq; qs uelit modo, ſiue cũ uno ſiue cũ plurib. ſemper paratus ſum depugnare. Neq; etiam, cum prœliũ me fatigat, alijs arma, quemadmodum tu, trado; uerùm quando quieſcunt hoſtes, tum in eos nocte cum talibus armis impetum facio, quæ & illos lædant plurimum, nec mihi unquam potuit nox demere, ſicut non raro tibi quietem inter pugnandum optatam attulit. ſed cũ tu ſtertis, tum ego te tueor, & aliquam ſemper hoſtib. cladem concilio cum ſeruilib. his armis, pannis, & flagris, quorum tu auxilio ſecurè dormis. An uerò, quoniam cadauer ſuſtuliſti, fortẽ te ducis? quod ſi non tu ſolus, duo certè uiri deferre potuiſſent. Tum aũt illi quoq; de uirtute nobiſcum contendiſſent. Ac mihi quidem fuiſſet idem ad illos dicendum; tu uerò quid in contentione protuliſſes? An duob. ignauiorem te fateri poſſis, uno nõ auſis? An ignoras, Troianos nõ cadauer, ſed arma capere ſtuduiſſe? Nã ut illud redditur i, ita hæc dijs erant in templo dedicaturi. Etenim cadauera non tam eſt turpe non ſepelire, quã ſepelienda non reddere. Quare tu, quod erat facile, ſuſtuliſti; ego, quæ probris erant obnoxia, intercepi. Laboras autem inuidia ſimul & imperitia; quæ ſunt maximè contraria mala. cumq; illa te ad res pręclaras excitet, hæc deterret. Quapropter humanum tibi quiddam accidit, cum te robuſtum & fortem exiſtimas. ſed non eandem habere uim in bello ſapientiam, atq; fortitudinem, non animaduertis? imperitia uerò malum eſt maximum. Ac ſi quis unquã poeta ſapiens extiterit, is me, ni fallor, patientem, [c] prudẽtem, induſtrium, urbium expugnatorem, ac ſolum Troiam cepiſſe dixerit; te uerò cum ſegnibus aſinis, & opimis uaccis, quos ligare ſit neceſſe, comparauerit.

[b] ἐφιδοίμι pro ἐφιδοι.

[c] πολύμητιν pro πολύκητιν.

CC 2

ORATIO LYSIAE CONtra Eratoſthenem.

ERATOSTHENES, CVM VNVS DE *triginta tyrannis eſſet, Lyſiæ fratrem, Polemarchum nomine, indicta cauſa necari iuſſerat. quare nunc de eo ſupplicium uult ſumi Lyſias.*

NON equidem, Iudices, perinde, quod accuſationis initium ſumam, ut, quem finem faciam, dubitari poſſe uideo. Tot enim ab ipſis, tantæq; ſunt res geſtæ, ut nec grauiora quiſquã poſſit crimina confingere, nec, ſi ueritatem ſequi uelit, omnia recenſere, quin uel accuſatio, uel tempus deficiat. Atq; contrà nunc, quàm olim, res noſtræ habere ſe uidentur. Etenim cum ſoleant accuſatores, quæ ſit inimicitiæ cum reis ſuſceptæ ratio, docere; nũc ex reis quęrendum uenit, quænam ipſis cum Rep. intercedat inimicitia, per quã tam grauiter in illam peccare ſuſtinuerint. Quanquam hoc non ita dico, quaſi mihi priuatæ ſimultates & clades deſint, uerùm quòd ampla cunctis non [a] tam ſua quàm Reip. cauſa iraſcendi ſuppetat occaſio. Ego uerò, Iudices, qui nec meas unquã, nec alienas res geſſi, nunc ob ea, quæ geſta ſunt, hunc accuſare cogor. Quo fit, ut ſubinde ualdè metuam, ne per imperitiam non commodam pro fratre atq; me accuſationem inſtituam. ueruntamen conabor uobis omnia breuiter, quantum potero, exponere. Cephalus, pater meus, cum Periclis hortatu in hanc regionem ueniſſet, triginta ferè uixit annos, cum interea nec ille nec nos aut in ius quenquam uocauimus, aut à quoquam ſumus uocati, uerùm ita nos in populari ſtatu geſſimus, ut nec alios læderemus, nec alij nobis iniuriam facerent. Poſt uerò quàm Trigintauiri, calumniatores quidem nequiſſimi, imperiũ ſuſceperũt, & exonerandam ciuibus improbis eſſe Remp. dixerunt, reliquis ad uirtutem & iuſtitiam redactis; neq; qualia dixerant, talia ſunt auſi facere, quemadmodum ego cum in me primùm contigiſſe docuero, ueſtra quoq; uobis in memoriam reuocare conabor. Nam Theognis & Piſo dixerant coram xx x uiris, inquilinos quoſdam eſſe, qui nouam Reip. formam ægrè ferrent. quare pulcerrimum fore prætextũ uerbo quidem ſupplicij ſumendi, re autem quæſtus faciendi. prorſus autem Reip. cura pecuniæ inopiam tectum iri. Neq; difficulter hæc alijs perſuadebant, cum ut hominum cædem nihili ducerent, ita opum copiam plurimi facerent. Quare decem homines uiſum eſt comprehendere, in his pauperes duos, ne uiderentur alijs hæc magis pecuniæ quàm Reip. ſtudio rectè facere. Itaq; partitis ædibus, rem ſibi commiſſam exequebãtur. Ac me quidem cum aliquot hoſpitibus deprehen-

a deeſt ἢ μᾶλλον poſt ὑπὲρ.

deprehenderunt, quibus eiectis, & me Piſoni tradito, reliqui in officinam ſe conferebant, & famulos in tabulas referebant. Tum ego ex Piſone quærere, an me uellet accepta pecunia ſeruare. Ille, ſi multum haberem, annuere. Igitur argenti talentum pollicitus ſum dare, atq; ille ita ſe facturum promiſit. Et quanquam illum nec deos nec homines ſciebam curare, tamen nihil exiſtimaui pro re nata magis neceſſarium, quàm ut ille fidem ſuam interponeret. Poſtquam igitur ſeſe liberisq; deuotis iurauit, ſe talento dato ſaluum me præſtiturum; in cubiculum ingreſſus, arcam aperio. Id animaduertens Piſo, ſubſequitur; & cum, quid lateret, uidiſſet, famulos duos arceſſitos omnia iuſſit auferre. Et quoniam plus, quàm fateri uelit, habebat, Iudices; nempe tria argenti talenta, quadringentos Cyzicenos, centum Caricos, & quatuor phialas argenteas; petebam, ut uiaticum mihi relinqueret. At ille præclarè mecum inquit actum iri, ſi uitam ſeruaro. Poſt exeuntib. nobis occurrũt ex officina Melobius ac Mneſithides, & nos pro foribus ipſis deprehenſos, quo iremus, interrogant. cumq; ille fratris mei ædes petere ſe diceret, ut eas quoq; perſcrutaretur; illo abire iuſſo, me ſecum ad Damnippum deducunt. Piſo uerò tacere me, ac bono eſſe animo iuſſerat, quandoquidem eò uenturus erat. Illic autem Theognidem ut reperiunt, alios cuſtodientem; huic me tradito, rurſum diſcedunt. Quo in loco cum eſſem, aliquid uolui diſcriminis aggredi, ceu deliberata iam morte. Quare uocato Damnippo, dico me in ipſius, propinqui mei, ædes ueniſſe, & cum neminẽ læſerim, opum cauſa perire. quapropter, cum ita ſe res haberet, alacriter, quantã poſſet, saluti meæ opem ferret. Id ille ſe facturum promittit, &, quod putabat præſtare, cum Theognide rem communicaturum, qui nihil non pecuniæ cauſa uidebatur permiſſurus. Dum autem ille cum Theognide agit, uiſum eſt mihi, quoniam domum habebam cognitam, & exitu eſſe duplici ſciebam, hac ratione ſalutem mihi comparare. Exiſtimabam enim, ſi quidem res illos lateret, me ſeruatũ iri; ſin deprehendere, ſiue Theognis à Dãnippo pecunia corrũpi poſſet, æquè ſaluũ, ſiue nõ poſſet, æquè perditũ futurũ. Ita cũ rem perpẽdiſſem, aufugi, dum illi in aula cuſtodiã obibãt. cumq; per tres ianuas mihi tranſeundũ eſſet, omnes apertas offendi. Tum ad Archeneum nauclerum delatus, in Vrbem eum mitto, qui de fratre inquirat. At ille reuerſus, Eratoſthenem nunciauit illum in uia comprehenſum abduxiſſe in carcerem. Quod cum ego intellexiſſem, proxima nocte Megara ſum profectus. At Polemarchum iuſſerunt Principes more ſuo cicutam bibere, priuſquam ſupplicij cauſam dicerent, nedum ei iudicium uel defenſionẽ concederent. Iam cum è carcere cadauer exportaretur, quãuis erant nobis ædes ternę, ex nullis tamen eum efferri ſiuerunt, uerũ in porticu conductitia collocarunt. cumq; ueſtes eſſent plurimæ, nullã pror

ſus ad ſepulturam contulerunt, niſi quod ex amicis alius tunicam, alius ceruical, alius aliud ſuppeditauit. Quid quod, cum haberent ſeptingenta ſcuta de noſtris, argenti auriq́ tantam copiam, ſupellectilem & mundum muliebrem, quantum nunquam ſperarāt, famulos præterea centum & uiginti, de quibus optimos quoſq́ ſibi reſeruarunt, reliquos publicè uendiderunt; tam ſordidè tamen ac turpiter ſe geſſerunt, ut inaures aureas, cum quibus Polemarchi coniux ædes primū erat ingreſſa, Melobius de auribus eius detraxerit, nec uel minima in re miſericordes ipſos experti fuerimus, quin ita in nos opū cauſa ſæuirent, quaſi maximis eos affeciſſemus iniurijs, cum tamen ita de Rep. meriti non eſſemus. Nam & ſumtus omnes publicè feceramus, & multa in commune contuleramus, & modeſtos nos atque obedientes exhibueramus, & cum inimicum habueramus nemi nem, tum ab hoſtibus Athenienſes non paucos redemeramus, neque perinde nos in aliena Repub. atque illi in ſua, geſſimus. Ipſi etenim ciues alios in hoſtilem regionem abegerunt, alios iniuſtè peremtos ſepultura priuarunt, nonnullos honoribus ſpoliarunt, quorundam etiam filias elocari uetuerunt. Et eam ſumſerunt audaciam, ut ad defendendum adſint, & nihil à ſe nec malè nec turpiter actum dicant? At ego uellem eos uerùm dicere, ut ad me quoque pars eius boni non minima perueniret. Nunc autem neque erga Rempub. neque erga me ita ſe geſſerunt. Etenim fratrem meum, ut dicebam, necauit Eratoſthenes, cum nec ipſe ab eo læſus eſſet, nec in Rempub. quicquam eum commiſiſſe ſciret, uerùm nequitiæ ſuæ facilè morem gereret. Atque eum uolo, Iudices, in ſuggeſtu poſitum interrogare. Sic enim ſentio; ſi quis ad huius commodum etiam cum alio de hoc ſermonem habeat, impiè; ſin ad huius damnum etiam cum hoc ipſo, [b] rectè & piè facere. Aſcende igitur; & ad id, quod ex te quæſiero, reſponde. Abduxiſti Polemarchum, an non? Sicut à Principibus iuſſus eram, feci. Eras'ne in curia, cum de nobis uerba fierent? Eram. Aſſentiebaris ijs, qui mortem indicebant, an reſiſtebas? Reſiſtebam. Vt moreremur? Vt ne moreremini. Quia iuſtè nobiſcum agi putabas, an iniuſtè? Iniuſtè. Ergo tu, omnium nequiſſime, quos ut ſeruares, reſiſtebas, eos ut perderes, comprehendebas? & qui, cum ueſter cœtus de ſalute noſtra ſtatuendi poteſtatem haberet, ijs te reſtitiſſe, qui nos de medio tolli uolebant, dicis; poſtquam in te ſolo ſita fuit Polemarchi ſalus, in carcerem eum abduxiſti? Ergo qui, quoniam, ut ais, reſiſtendo nihil profeciſti, probus haberi poſtulas; quoniam comprehenſum occidiſti, pœnas te mihi atque his daturum non cogitas? Quid quod nec hoc uidetur credibile, rem ei fuiſſe imperatam, ſi quidem re uera reſtitit. Neque enim ab eo iuſiurandum exegerunt. Deinde cui hoc [c] minus imperandum

[b] ὅσιον καὶ εὐσεβὲς pro ὅσιον καὶ ἀσεβές.

[c] ἧττον pro πλεῖον.

imperandum uideretur, quàm qui reſtitiſſet, ac ſententiam aperuiſſet ſuam? Nam quis hæc minus uideretur executurus, quàm qui illorum improbaſſet conſilia? Iam ut alij Athenienſes prætextum habeant idoneum, ſi quid triginta Principibus imputent; ita ſi Principes ipſi ad ſe recurrant, quis hoc à uobis recipiendum cenſeat? Etenim ſi quis in Vrbe potentior fuiſſet magiſtratus, qui eum aliquos præter æquum iuſſiſſet interimere, iure fortaſſis ueniam à uobis conſequeretur. Ac nunc de [d] quo tandem ſumetis ſupplicium, ſi triginta Principibus ea ſe, quæ Principes iuſſerant ac decreuerant, feciſſe licebit dicere. Quid quod eum [e] debebat non in ædibus, ſed in uia ſeruare, quem comprehenſum abduxit. At ueſtrum pleriꝗ, ſi quis in ædes ueſtras, ad uos uel ueſtros aliquos inueſtigandos, eſt ingreſſus, ægrè fertis; cum tamen illis facilius poſſit uenia dari, qui aliorum interitu ſuam redemerint ſalutem. Nec enim poterant ſine periculo, quo miſſi erant, non ire, aut quos deprehenderant, inuentos negare. Eratoſthenes uerò nec occurriſſe eum, nec ſe illum noſſe poterat dicere. nam ea ne inimici quidem potuiſſent refellere uel incuſare. Atque oportebat potius te, Eratoſthenes, ſi probus eras, iniuſtè morituros præmonere, quàm comprehendere. Nunc autem te facta tua rebus geſtis non tam dolere quàm delectari declarant. Quapropter hi potius ex factis quàm dictis iudicium facient, & ex ijs, quæ tum acta ſciunt fuiſſe, de dictis coniecturam inſtituent, quandoquidem deſunt earum rerum teſtimonia. Nobis enim non modò adeſſe, uerùm ne apud nos quidem eſſe licuit. Quo fit, ut poſſint hi, cum nihil non mali perpetrarint, omnia bona de ſe prædicare. Sed ut hoc tibi dem; an, poſtquam reſtiteras, Polemarchum occidiſti? Agite uerò, ſi fratres eius eſſetis, aut etiam liberi, num abſolueretis? Debet enim Eratoſthenes, Iudices, duorum alterum docere, uel non abductum à ſe illum, uel rectè abductum. Iam cum illum iniuſtè fateatur abductum, facile uobis de ſe iudicium relinquit. Iam uerò multi & ciues conuenerunt & hoſpites, ut eam, quam de his feretis, ſententiam cognoſcant. Ac ciues quidem ueſtri uel pœnas delictorum ſe daturos intelligent, uel, ſiue res ipſis ſuccedat, Vrbis tyrannos fore, ſiue minus, eódem, quo uos, loco futuros eſſe. Quotquot autem adſunt hoſpites, ij rectène an ſecus Trigintauiros ex urbibus exigant, diſcent. Etenim ſi ipſi, quibus eſt illata iniuria, deprehenſos dimittent; operam ſeſe profectò ludere, dum ueſtra cauſa [f] fatigantur, animaduertent. Indignum uerò ſit, cum duces eos, qui uictoriam naualem obtinuerant, quando per tempeſtatē naufragos colligere non potuerant, morte multaueritis, quoniā hoc ſupplicium uirtuti mortuorū deberi putabatis; ſi hos, qui & priuati naualiū prœliorū offen-

d περὶ τοῦ pro περὶ αὐτοῦ.

e καὶ μὴ ἐν ὁδῷ pro καὶ μὴ δι' ὁδοῦ.

f τειρομένους pro τηρουμένους.

ſiones, quantum poterant, procurarunt, & poſtquam ſunt ad magiſtratus euecti, multos à ſe ciuium indicta cauſa trucidatos cõfitentur, ſinatis impunitos. An non ipſos, obſecro, & ipſorum liberos extremis à uobis affici ſupplicijs oportet? Atq; hanc equidem accuſationem, Iudices, ſufficere crederem, ſiquidem hactenus accuſandum arbitror, donec reus mortem uideatur commeritus. nam [g] tunc ultimũ poteſt de illis ſumi ſupplicium. Quocirca non uideo, cur multa ſint in ijs accuſanda, qui ſingulorum criminum pœnas ne duplici quidẽ poſſint morte luere. Neque uerò hoc eos decet facere, quod in hac Rep. fieri ſolet, ut crimina non refellant, de ſeſe autem alia dicendo, nonnunquam uos fallant, dum uel milites prçclaros ſe fuiſſe, uel multas hoſtium naues in præfectura claſſica cepiſſe, uel urbes à uobis alienas in amicitiam reduxiſſe declarant. Enimuero doceant uos, ubi tot hoſtes, quot ciues, occiderint; ubi tot naues, quot ipſi prodidere, ceperint; quam urbem talem ſibi compararint, qualem ueſtram ſubiugarunt. An uerò uel hoſtium prædati ſunt arma, quot uobis abſtulerunt, uel talia ceperunt mœnia, qualia diruerunt ſua? Quin etiam, quæ circum Atticam erant conſtituta præſidia, ſuſtulerunt. Nam quod Piræum, cum iuſſiſſent Lacedçmonij, non euerterunt, id ad imperium ſuum ſtabiliendum fecerunt. Quo fit, ut ſæpius eorum demirer audaciam, qui pro illis dicunt; niſi quod eoſdem exiſtimo tum ipſos peſſima quæq; committere, tum ſui ſimiles facilè laudare. Neq; enim nunc primum ueſtræ Reip. ſe oppoſuit, uerùm etiam, cum regnarent Quadringenti, paucorum poteſtate in exercitum introducta, relicta naue profugit ex Helleſponto, cum claſſi præfectus eſſet, cum Iatrocle & ceteris, quos nihil attinet nominari. Huc autem reuerſus, popularem ſtatũ tollere conatus eſt. atq; hæc teſtibus probabo.

TESTES. Iam ut reliquam eius uitam non attingam; poſteaq;, commiſſo nauali prœlio, cladem Vrbs accepit, manente etiam tum populari imperio, unde originem ſumſit ſeditio, quinq; ſunt ab ijs, qui Sodales uocabantur, conſtituti prçfecti, ut ciuium coactores, ita coniuratorum duces, ac ueſtræ Reip. infeſti; de quibus erant Eratoſthenes & Critias. Hi porro & præſidiorũ principes conſtituebant, & quid ſtatuendum, uel quis imperaturus eſſet, denunciabant, & pro arbitrio deniq; agebant omnia. Adeo non hoſtes modò, ſed etiã hi, ciues ueſtri, inſidias uobis ponebant, ne uel rectè quicquam ſtatueretis, uel multis afflueretis copijs. Nec enim ignorabant, ſe non niſi ad miſeriam redactis uobis potiri poſſe. Præterea uos credebant, dum præſentibus liberari malis cuperetis, nullam futurorum rationem habituros. Præfectum igitur fuiſſe, teſtibus uos docebo, non qui tum rerum participes fuere (nec enim poſſem) ſed qui id ex Eratoſthene ipſo audiuere. Atqui contra ſeipſos, ſi ſaperent, teſtimoniũ dicerẽt, & ſuorum delictorum magiſtros acriter punirent, nec iuſiurandum

[g] τίνι pro τούτῳ.

randum in damnum ciuium adhiberent, in Vrbis commodum omitterent. Atq; hæc quidem ad hos dicta ſint: tu autem teſtes uoca; & uos aſcendite. TESTES. Ac teſtimonia quidem audiſtis: poſtquam autem magiſtratum iniịt, ut boni nihil, ita permulta geſſit alia. Atqui debuerat, ſi uir bonus fuiſſet, primùm contra leges non imperare, deinde Senatui delationum omnium falſitatem indicare, nec Batrachũ & Æſchylidẽ uera referre, ſed quæ à Trigintauiris cõtra ciues eſſent conficta, deferre. Atq; ịj quidem, Iudices, qui ueſtro cœtui malè uolebant, ſilentio tantundem efficiebant, quandoquidem erãt aliị, qui peſſima quæq; dicerent ac facerent. qui autem ſe beneuolos exiſtimari uolunt, cur heîc nec ipſi optimè dixerunt, nec improbos coercuerũt? At inquiet ſe forte metuiſſe, ne qua uideretur in re xxx uiris contradicere; atq; hoc ueſtrum quibuſdam erit ſatis. Alioqui palam faciet, & illa [h] ſibi placuiſſe, & eius autoritatis ſe fuiſſe, ut nihil ex contradictione caperet incommodi. Sed hoc eum animo pro ueſtra ſalute oportebat eſſe, non pro Theramene, qui multũ uobis dãni dedit. Verũ hic & Reip. infeſtus fuit, & hoſtib. ueſtris amicus; id quod ego multis docebo ſignis, nec nõ diſſenſiões mutuas inter illos nõ tã ueſtra quàm imperij cauſa extitiſſe. Cum enim, [i] ſi aliorũ cauſa ſimultates geſſiſſent, nuſquam præclarius uir princeps ſuam potuiſſet exercere ſocietatem, quàm poſtquam Phylem Thraſybulus ceperat; hic tantum ab illis incitandis aut iuuandis abfuit, ut Salaminem & Eleuſinem cum collegis profectus, ciues trecentos abduxerit captiuos, eoſq; omnes una ſententia capitis condemnarit. Vt autem in Piræũ uenimus, ac poſt tumultus de compoſitione cœptum eſt agi; bona utriq; ſpe eramus, quemadmodum utrinq; fuit [k] oſtenſum. Etenim qui in Piræo erant, cum ſuperiores eſſent, alteros dimiſerunt. at illi in Vrbem reuerſi, xxx uiris eiectis, præter Phidonem & Eratoſthenem, duces alios, qui eſſent illis infeſtiſſimi, crearunt, cum exiſtimaſſent eoſdem ſummo iure tum xxx uiris inuiſos, tum ịs, qui erant in Piræo, amicos fore. Ex his autem Phidon, Hippocles, Epichares, & reliqui, quos Charicli, Critię, ceteriſq; maximè contrarios iudicabãt, poſtquàm imperium acceperunt, longè maiorem ſeditionem ac diſcordiam cum ịs, qui erant in Pirgo, quàm cum Vrbanis exercuerũt; atq; oſtenderunt planiſſimè, non ſe pro ịs, qui erant in Piræo, aut qui iniquè peribant, bellum excitare, nec tam mortuis aut morituris, quàm potentioribus ac ditioribus dolere. Quapropter accepto magiſtratu & oppido, ſimul cũ xxx uiris, qui cuncta mala perpetrarãt, & uobiſcũ, qui cuncta perpeſſi eratis, bellũ geſſerũt. At hoc erat omnib. notum, ſi illi rectè fuerãt expulſi, uos non rectè; ſi uos non rectè, illos rectè fuiſſe eiectos. Neq; enim aliam ob culpam, quàm hanc, fuerant exacti. Quocirca magnam meretur indignationem, quòd Phidon, qui ad uos conciliandos & reducendos delectus fuerat, eadem,

[h] αὐτῷ pro αὐτὸ.

[i] deeſt οἱ ante ὑφ᾽.

[k] ἔδειξαν pro ἔδοξαν.

quæ Eratoſthenes, ſtudebat, eodemq́ʒ conſilio tum potentiores per uos parabat infeſtare, tum uobis iniquè eiectis Vrbem reddere nolebat, uerùm Lacedæmonem profectus, copias conſcribendas ſuadebat, cũ & Bœotos Vrbē occupaturos, & alia, quæ plurimũ ualitura credebat, diceret. Ceterũ ut hoc impetrare nõ poterãt, ſiue q̃ extra nõ addicerẽt, ſiue q̃ ipſi nollent: talenta centũ ſum ſere mutua, quibus milites conducerẽt, ac Lyſandrũ petierunt ducem, qui ut paucorũ poteſtatem amabat maximè, ita Vrbem, ac præcipuè Piræum, maximè oderat. Collectis porro contra Vrbem cunctis militibus, & ciuitatibus ac deniq́ʒ Lacedæmonijs, & quotquot è ſocijs allici potuerant, adductis, Vrbem non conciliare, ſed euertere ſtatuerant, niſi feciſſent uiri boni, quibus uos poſt ſumtum de inimicis ſupplicium gratiam uos relaturos declaraſtis. Atq́ʒ hęc quanquam uobis nota ſunt, nec teſtes opus eſt adhibere, tamē quoniam & mihi interquieſcendũ eſt, & ueſtrum nonnulli eadem ſæpe libenter audiunt, proferentur.

TESTES. Age uerò, de Theramene quoq́ʒ narrabo, quàm potero, breuiſſimè. Ac uos, ut me pro meipſo atq́ʒ Rep. dicentem audiatis, obſecro; neq́ʒ id cogitetis, me, reo Eratoſthene, Theramenem accuſare. Hoc enim prætextu ſe tueri iſtum audio, quòd illorum amicus fuit, & eorundem particeps factorum. Ille uerò, ſi cum Themiſtocle Reip. præfuiſſet, magnopere, credo, mœnium extructionē procuraſſet, de quorum euerſione cum Theramene deliberauit. Neq́ʒ enim par uidentur mihi præmium promeriti. Nam ut ille ea inuitis extruxit Lacedæmonijs, ita hic deceptis ciuibus, ſuſtulit. Ex quo fit, ut aliter longè Vrbi, quàm oportet, contingat. Etenim cum amici quoq́ʒ Theramenis perimi debuerint, niſi ſi quis ab illo fuerat alienus; nunc & ab eo defenſiones peti uideo, & qui cũ illo ſunt uerſati, honorem poſtulare, quaſi bonorum multorũ, nec malorum magnorum fuerint autores. At ille primùm paucorum imperium prius introduxit, cum ad Quadringentorum dominatum uos perduxit. Et pater quidem eius, qui princeps erat Senatus, in hoc erat: ipſe uerò, cum uideretur erga Remp. ſtudioſiſſimus, dux ab eo creatus eſt. Iam donec erat in honore, fidelem ſe præbebat: poſtquam autem Piſandrum, Calæſchrũ, atq́ʒ ceteros ſe [1] ſuperiores factos uidit, ueſtrumq́ʒ cœtum amplius obtēperare nolle; tum partim quòd illis inuidebat, partim quòd uos metuebat, cum Ariſtocrate ſocietatem inijt. cumq́ʒ multitudini uellet fidelis uideri, Antiphonem & Archeptolemum, quos habebat amiciſſimos, accuſatos necauit. Quid quod eo malitiæ deuenit, ut ſimul & uos per eam, qua ualebat apud illos, fidem ſubiugarit, & amicos per eam, qua ualebat apud uos, de medio ſuſtulerit. Iam cum in maxima eſſet gloria atq́ʒ dignitate, quam ultro ſeruaturum ſe receperat Vrbē, ultro perdidit, cum rem magnam ac memorabilem à ſe repertam iactaret. Illud autem promittebat, ſe nec obſidibus

[1] προτέρους pro πρωτέρους.

dibus datis, nec mœnibus euerſis, nec nauibus traditis pacem confecturum. Sed hæc ut nemini uolebat indicare, ita ſibi committi iubebat. At uos, Athenienſes, quanquam & ſenatus Areopagitarum ſaluti incumbebat, & multi Therameni reſiſtebant, nec ipſi ignorabatis, cum ſolerent alij hoſtium cauſa pro arcano aliquid habere, illum ſuis ciuibus, quæ apud hoſtes dicturus erat, declarare nolle; tamen illi patriam, liberos, uxores, & uoſmetipſos credidiſtis.[m] Ille uerò cum promiſſis nullis ſtetit, tum imbecillam & exiguã reddendam eſſe ciuitatem cogitauit. Quocirca quæ nec hoſtium unquam cuiquam in mentem uenerant, nec ciuium ullus ſperauerat, ea uos facere coegit, non à Lacedæmonijs coactus, uerùm illis & Piræi mœnium demolitionem, & Reip. mutationem[n] ipſe pollicitus, quãdoquidem probè ſciebat fore ut, niſi cuncta uobis ſpes præcideretur, celeres pœnas daret. Deniq; non antè, Iudices, haberi concionẽ permiſit, quàm diligenter occaſionem obſeruaſſet eam, qua & Lyſander cum nauibus è Samo euocatus eſſet, & hoſtilis exercitus Vrbem occupaſſet. Tum uerò per hanc oportunitatem, & Lyſandri, Philocharis, atq; Miltiadis aduentum concionem de Rep. curarunt habendã, ut nec orator quiſquam ipſis uel cõtradiceret, uel minaretur, nec uos tam publico commodo, quàm illorum uoluntati ſuffragaremini. Ac tum exurgens Theramenes iubebat uos Trigintauiris Vrbem committere, atq; ea, quam Dracontides introduxerat, uti Rep. Heic uos, quamuis in eo ſtatu eratis, tamen uos non obtemperaturos ſignum dediſtis. uidebatis enim uos ea die concionem de ſeruitute atq; libertate inſtituere. Theramenes uerò, Iudices, quod ipſi teſtari poteſtis, nihil ſe ueſtrum fremitum curare dixit, quippe qui tum Athenienſes permultos ſecum facere ſciret, tum, quæ Lyſandro ac Lacedæmoniis uiderentur, diceret. Poſt hunc Lyſander cùm alia multa dixit audacter, tum uos fœdifragos pronunciauit, nec Remp. potius quã ſalutem ueſtram, niſi Theramenem ſequeremini, actum iri minatus eſt. Tum uerò quotquot erant in eo conuentu uiri probi, cum apparatũ ac neceſſitatem animaduerterẽt, partim remanentes quieuerunt, partim diſceſſerunt, & quòd nihil ſecus de Rep. ſtatuerant, hoc ſufficere putarunt. at pauci quidam improbi atq; maleuoli homines mandata ſuffragio confirmarunt ſuo. Erat autem imperatum, ut decem à Theramene oblatos, decem item à Præfectis conſtitutos, decem deniq; de ſuis principes eligerent. Adeo enim & ueſtram imbecillitatẽ, & ſuam habebant perſpectam potentiam, ut ea, quæ eſſent in concione agenda, antè præſcirent. Atq; hæc non tam mihi poteſtis, quàm ipſi, credere. Nam quæcunq; ſunt à me dicta, olim in Senatu, quãdo ſe defendebat, dixit, cum & exulibus, quòd ipſius opera redijſſent, obijceret, neglectis Lacedæmonijs, & Reip. cõſortibus, quicquid eſſet ijs, quos dixi, modis geſtum, ſibi tribuendum affirmaret, quippe

m ἐπιτρέψαι pro ἐπέμψαι.

n αὐτὸς pro αὐτῆς.

qui hoc & rebus ipſis, & illorum fide accepta teſtatus eſſet. Ergo qui tot malorum tum paruorum tum magnorum & olim & nuper autores fuerunt, amicos profiteri ſe audebunt, cum non ueſtra, ſed nequitiæ ſuæ cauſa perierit Theramenes, ac tum in paucorum imperio, quod iam ſuſtulit, iure pœnas dederit, tum in populari iure daturus fuerit, quandoquidem uos bis in ſeruitutem redegit, cum præſentem ſtatum contemneret, abſentem requireret, & pulcerrimi nominis prætextu res introduceret grauiſſimas. Ac de Theramene quidem ſatis uideor eſſe conqueſtus: nunc autem illud eſt tempus, quo debetis, uenia miſericordiaq; è pectoribus ueſtris expulſa, Eratoſthenem cum ſuis punire; nec in pugna hoſtes uincere, in ſententia ferenda ab inimicis uinci. Neq; uerò maiorem apud uos gratiam, quæ ſe facturos dicunt, quàm iram, quæ fecere, mereantur; neq; cum abſentibus Trigintauiris inſidiati fueritis, abſentes dimittite; neq; peius in uos ipſos, quàm fortuna, quæ hos Vrbi tradidit, conſulite; uerùm Eratoſthenem, & eius amicos, quibus facta ſua tribuit, & cum quibus ea communicauit, accuſate. Veruntamen impar eſt inter Vrbem atq; Eratoſthenem certaminis ratio. Nam ut ille idem erat accuſator & iudex, ita nobis iam accuſandi ſunt ac defendēdi ſuſceptæ partes. Deinde hi inſontes indicta cauſa necarunt: uos Reip. euerſores legibus paratis punire, de quibus ne præter leges quidem dignum delictis poſſetis ſupplicium ſumere. Quas enim poſſint ſatis graues factorū ſuorum pœnas luere? An uerò, ſi ipſos unà cū liberis occideritis, ſatis magnū dederint nobis ſuppliciū, quorū parentes, liberos, ac fratres indicta cauſa necarūt? An etiā, ſi eorū opes publicetis, id uel ciuitati, quā egregiè ſpoliarunt, uel priuatis, quorum cōpilarunt ædes, ſufficiat? Quare cum hæc omnia nequeant eſſe ſatis magna ſupplicia, erit uobis turpe, ſi uel ullum pœnarum genus, quod quiſquam de his ſumi uelit, omittatis. Sed profectò nihil non auſurus uidetur is, qui iam non alijs, quàm iis ipſis, quibus factæ ſunt iniuriæ, iudicibus ſedentibus, apud ipſos nequitiæ ſuæ teſtes defenſionem inſtituit. Vſq; eo uel uos contemnit, uel alijs confidit: quod uobis utrumq; eſt attendendū, & conſiderandum, neq; hos illa ſine aliorum auxilio potuiſſe gerere, neq; nunc obtinendæ cauſæ fuiſſe operam daturos, niſi ab ijſdem ſeruatum ſe iri crederent, qui quidem non tam hos iuuare cupiunt, quàm ſe impunitatem amplam tum rerum geſtarum tum in poſterum gerendarum arbitrātur adepturos [o] ſi maximorum autores malorum deprehenſos dimiſeritis. Sed eorum patronos admirari libet. Vtrum uerò tanquam [p] probos defendent, atq; eorum uirtutem pleniorem, quàm malitiā, facient? at uellem pleroſq; tam alacres in ſeruanda Rep. quàm ſunt hi in prodenda, extare. An ſanè eloquētiam prætexent, atq; horum facta mirificè extollent? at eorum nemo pro uobis unquam, quæ eſſent æqua, dicere eſt aggreſſus. An de niq;

o ἤ πρὸ ἢ.

p ὡς καλοὶ κἀγαθοὶ ἀπολογήσονται, πρὸ ὡς καλοὶ ἢ ἀγαθοὶ αἰτήσονται.

niq́ reſpiciendi ſunt teſtes, qui dum his teſtimoniũ dant, ſe accuſant ipſi, quandoquidem pro obliuioſis & ſtolidis uos habent, ſi per uos xxxuiris ſalutẽ ſe impetraturos exiſtimant, cũ per Eratoſthenem & ſuos ne in funus quidẽ amicorum prodire licuerit. Quid quod hi, ſi abſoluantur, iterũ poterunt Vrbem perdere: illi, qui ſunt ab his trucidati, uita defuncti, ſuppliciũ de inimicis ſumere deſierunt. Quocirca ſit indignum, ſi eorũ, qui moriebantur immeritò, amici pariter interemti ſunt; in ipſorum, qui Vrbẽ euertere, funus multi prodibunt. q Atqui lõgè facilius exiſtimo, factas uobis iniurias accuſare, q̃ horũ facta defendere. At Eratoſthenes, inquiũt, minimè omniũ principũ peccauit, atq́ ideo ſalutẽ meret. at quia plurimũ inter alios Græcos in uos peccauit, morte dignum nõ arbitramur? Vobis uerò, quid de toto ſententiatis negocio, oſtendendum relinquitur. Etenim ſi hunc cõdemnabitis, ægrè uos res geſtas ferre docebitis. ſin abſoluetis, eaſdem uidebimini res, quas hi, appetere, neq́ uos Principũ obtẽperaſſe mãdatis, poteritis dicere. Nã nunc quidẽ nemo uos præter animi ueſtri ſententiã quenq́ cogit abſoluere. Quapropter uobis autor ſum, ne his abſoluẽdis uoſmetipſos cõdemnetis. Neq́ uerò clã ſententiã r feretis, uerũ apertum Vrbi ueſtrũ facietis ſuffragiũ. Anteq́ aũt deſcendo, paucorũ utroſq́ uolo cõmonefacere, tũ Vrbanos, tum qui ſunt in Piræo; ut ad exemplũ calamitatũ, quas hi uobis intulerunt, ſentẽtiã feratis. Ac primũ, Vrbani, cõſiderate, uos horum imperio ſic oppreſſos fuiſſe, ut cum fratrib. liberis, ac ciuibus tale cogeremini bellũ ſuſcipere, q̃ ſuperati, uictorib. pares; uictores, horũ ſerui eſſetis. Iam rem familiarẽ hi per tumultus amplè augebãt, uos ꝓ mutuas pugnas diminuebatis. Criminis enim uos, nõ cõmodi participes facere uolebant, cũ ad eam deueniſſent ſuperbiã, ut nõ tam bonorũ cõmunione fideles, q̃ probris participandis beneuolos ſibi uos reddere ſe putarent. Quibus iã pro rebus uos, parta ſecuritate, & uos & alteros, quãtum poteſtis, ulciſcimini; & cũ his, peiorib. uos paruiſſe, ac nunc inter optimos uiros uerſari, cũ hoſtib. pugnare, de Rep. deliberare cogitate; tum ſubſidiarios, quos hi ad ueſtræ ſeruitutis cuſtodiã in Arce collocarunt, in memoriã reuocate. Atq́ uobis quidẽ, licet plura reſtent, hæc ferè dicta ſint. Qui aũt de Piræo eſtis, hoc primũ cogitate, poſtq̃ multa peregrè obijſſetis prœlia, tum uobis arma non ab hoſtib. ſed ab his fuiſſe pacis tempore ablata. deinde ex ea ciuitate, quã à parentibus acceperatis, eiectos uos eſſe. Quas ob res tum irã, qualẽ in exilio, cõcipite, tũ alias quoq́ clades memẽtote, quas hi uobis procurarũt, qui alios è foro, alios è templis correptos uiolenter trucidarunt; nõnullos à liberis, parentib. atq́ uxorib. diſtractos mortem ſibi coegerunt conſciſcere, neq́ ſunt iuſtis dignati; cum ſuum dominatum uindicta diuina potentiorem crederent. Quotquot aũt in interitum euaſerant, poſt uaria pericula, poſt errationes omnigenas & eiectiones,

q ἰσότητα ... τοσοῦτοι παρανομησάντων additur.

r οἴσετε pro δώσετε.

poſt ingentem penuriã, liberis partim in hoſtili patria, partim peregre relictis, per multas aduerſitates in Piræum cõueniſtis. Tum porro multis ac magnis imminentib. periculis, cum uos uiros præbuiſſetis, alios liberaſtis, alios in patriã reduxiſtis. Quod ſi res nõ ſucceſſiſſet, ipſi quidem, ne ſimiles priorib. uos excepiſſent ærumnæ, in fugã uos cõieciſſetis, nec uos uel tẽpla uel aræ, quæ ſolent etiã iniurioſis prodeſſe, per horum improbitatẽ iuuiſſent: liberi aũt ueſtri qui quidem hei erant, horum contumeliæ fuiſſent expoſiti; qui uerò peregre, propter exiguos contractus per auxilij penuriam fuiſſent in ſeruitutem redacti. Sed nolo, quæ fuerant euentura, dicere, cum ijs, quę ſunt ab his peracta, non poſsim explicandis par eſſe. Nec enim unius hoc, nec duorum, ſed plurium eſt opus accuſatorũ. Veruntamẽ, quantum potui,[ſ] nihil omiſi tum pro templis dicere, quæ hi partim uendiderunt, partim ſuis polluerunt ueſtigijs, tum pro Vrbe, quam fecerunt exiguam, tum pro naualib. quæ ſuſtulerunt, tum pro mortuis, quibus uos poſtquam uiuis opitulari non potuiſtis, ferte mortuis ſuppetias. Atq; eos exiſtimo tum nos audire, tum uos, qui ſentẽtiam feretis, attendere; & qui quidem hos abſoluerint, ab ijs ſe condemnari, qui ſupplicium de his ſumſerint, ab ijs uindicari ſe arbitraturos. Etiam finem accuſandi[t] facio. uos audiſtis, uidiſtis, perpeſſi eſtis; habetis; iudicate.

[ſ] deeſt ἰδίᾳ ἐν- τε ἐλλέλειπται.

[t] παύσομαι pro παύομαι.

ORATIO DINARCHI
contra Demoſthenem.

CVM AB HARPALO PECVNIAM INTER *ceteros accepiſſet Demoſthenes, illud flagitium recte ab Areopagi ſenatu detectum, ac proinde puniendũ Demoſthenem docet. Hiſtoriam tradit Plutarchus Demoſthene.*

ORATOR quidẽ ueſter, Athenienſes, & qui capitis ſupplicium nõ recuſarat, ſi quid ab Harpalo deprehenſus eſſet accepiſſe; is ab ijs manifeſtè cõuictus eſt accepiſſe munera, quib. hactenus ſe oppoſuit. Cũ aũt permulta ſint à Stratocle dicta, & pleraq; obiecta crimina, ac tum detectionis iuſtas ac ueras probationes Areopagitarum ſenatus attulerit, tũ quæ poſt hæc ſequunẽ, tractarit Stratocles, atq; edicta recitarit; reſtat, ut nos Athenienſes, præſertim in tãto certamine, quantũ poſt Vrbẽ conditã nõ extitit, publicè uos oẽs adhortemur primũ, ut nobis reliquis ignoſcatis, ſi in eadẽ incurramus nõ nulla; ſiquidẽ nõ tã ut uos obtũdamus, q̃ ut grauius iraſcamini, bis eadẽ de re dicemus: deinde, ne cõmune totius ciuitatis ius prodatis, nec ſalutẽ cõmunẽ cũ rei ſermone cõmutetis. Etenim uidetis, Athenięſes, queadmodũ uos de hoc iudicatis Demoſthene, ita de uobis alios ingrere, quõ ſitis erga patriã affecti, atq; utrũ priuatas horũ ac-

cceptiones

ceptiones & nequitias in uoſmetipſos recepturi ſitis, an omnib. oſtenſuri, qui contra Remp. dona capiunt, eos uos odiſſe, neq; tā dimittendi cauſa quęſtionē Areopagitis imperaſſe, ꝗ ut poſt horū detectionē pro meritis punirentur: quod quidem nunc eſt in uobis ſitū. Poſtq̃ eñ rectè decreuit populus, atq; oēs cupiunt ciues cognoſcere, qui'nā de oratorib. pecuniā ab Harpalo ſint auſi periculo Reip. accipere; ac tu inſuper, Demoſthenes, cum alijs multis decretum ſcripſiſti, ut Senatus more ſuo de illis inquireret, quærit Senatus, non ex appellationibus ueritate cōperta, neq; ſuam autoritatem atq; fidem in tua cauſa uolens abolere; uerū, quod ipſi etiam dixerunt Areopagitæ, cū horum in dicendo atq; agendo, Athenienſes, perſpecta ui, tum nullum ſibi fugiendum exiſtimans maledictum, ſi quod ingrueret patriæ periculū. Quæ cum de populi ſententia rectè ſint & utiliter peracta, criminationes nunc, & appellationes atq; calumnias adfert Demoſthenes, poſtq̃ uiginti habere auri talenta deprehēſus eſt. quiq; ſenatus de uoluntarijs cædib. idoneè poteſt inquirere, ac de corpore ciuis poteſt ferre ſententiam, ac tum uiolenta morte ſublatis opem ferre, tum criminis alicuius reos uel eijcere uel capite multare; is nunc in pecunia cōtra Demoſthenē detegenda uacat iuſtitia. Mentitus eſt enim, credo, de Demoſthene Senatus. nam hæc eſt ſumma cōfidentia. De te atq; Demade mentitus eſt, de quib. ne uera quidē, ut uidet̄, licet dicere? qui de multis olim rebus cōmunib. eum iuſſiſtis inq̃rere, & propter quæſtiones habitas laudaſtis. Et q̃s ad iuſtè agendū tota nō poteſt cogere ciuitas, de ijs falſa Senatus detexit? Cur ergo caput offerebas in cōcione, Demoſthenes, ſi de te Senatus detexiſſet? cur harū detectionum fretus auxilio multos ſuſtuliſti? quò nunc ſe populus cōferet, aut cui de magnis atq; obſcuris criminib. inquiſitionē ad cognoſcendā ueritatem imperabit? Etenim cōcilium id, quod hactenus fide ualuit, tu, qui te popularē dicis, infringis; apud quod ciues populus deponit, cui Remp. ac popularē dominatum ſæpius cōmiſit, [a] quod corpus tuum, qui illud eras incuſaturus, multorum inſidijs, ut ais, appetitum cuſtodijt, quod arcana pacta, quib. Vrbis continetur ſalus, cōſeruat. Rectè profectò, rectè hoc Senatui quodā modo accidit. dicā enim, quod ſentio. Etenim debebant uel priorē etiam quęſtionem de trecentis talētis à Perſa miſſis, ut populus iuſſerat, inſtituere, quo tum ſupplicio de hac fera ſumto, atq; illarū pecuniarū diuiſorib. deprehenſis, Thebarumq; proditiōe, quā hic fecit, cōperta, liberati iſto cōcionatore fuiſſemus; uel, [b] ſi uos hæc Demoſtheni condonare, pluresq; in Rep. cōtra uos accipere munera uolueratis, hanc de pecunia iam detecta quæſtionē nō ſuſcipere, qui ueſtri periculū antè feciſſent; qn̄, poſtq̃ adeò rectè iuſteq; cōtra hunc atq; alios facta nunc eſt detectio, nec Areopagi ſenatus uel Demoſthenis uel Demadis potentiā reueritus eſt, qn iuſtitiā atq; ueritatē pluris faceret, nihilominus De-

[a] pro ꝙ.

[b] deeſt ei poſt ſi.

moſthenes ubiq; Senatui maledicit, ac de ſe prædicat, quib. etiã uerbis ad uos per fraudẽ mox utet. Ego Thebanos, inquiet, ſocios feci. imo ciuitati utriq; nocuiſti, Demoſthenes. ego ad Chæroneã oẽs in aciem collocaui. imo ſolus ex acie aufugiſti. ego multas ꝓ uobis obij legatiões. quid aũt faceret uel diceret, ſi felicẽ exitũ habuiſſent eius cõſilia, qui poſt infortunia tot atq; clades, maxima tñ poſtulat munera, cõtraq; patriã dona capere, & cõtra populũ dicere quidlibet ac facere ſuſtinet. Ac Timotheum quidem, Athenienſes, qui circũ Pelopõneſum nauigarat, & nauali ad Corcyrã prœlio Lacedæmonios deuicerat, atq; Cononis erat filius, q Græcos liberarat, ac Samũ, Methonen, Pydnã, Potidæã, aliasq; inſuper urbes uiginti ceperat, non excuſaſtis, neq; eius temporis iudicio, quoq; obſtricti ſententiã ferebatis, iuriurãdo tot prætuliſtis beneficia, uerũ, quia ſe pecuniã à Chijs & Rhodijs accepiſſe fatebat̃, centũ talentis mulctaſtis: hunc aũt ſceleratũ atq; Scythã (nec eñ cõtinere me poſſum) quẽ nõ unus uir, ſed oĩs Areopagi ſenatus habita quæſtione pecuniã & mercedẽ contra uos accepiſſe declarauit & cõuicit, nõ in aliorũ exemplũ punietis? qui nõ regiã tantum accepit pecuniã, uerũ ex ipſa quoq; ciuitate quæſtũ fecit; quiq; ne nunc quidem ab Harpali opibus huc delatis abſtinere ſe potuit. Quotã uero partẽ rerũ à Timotheo geſtarum cõficiunt huius ad Thebanos legationes? aut quis nõ uos, ſi hoc audire ſuſtineatis, derideat, collatis cũ ijs, de quib. hic gloriat̃, Timothei Cononisq; beneficijs. Enimuero cũ hoc piaculo cõferendi nõ ſunt, qui ꝓ patriæ maiorumq; uirtute ſe pro uobis geſſerunt. Quare prolato, q̃d eſt de Timotheo factũ, decreto, ad hunc me referã. recita. DECRETVM. Talis uerò ciuis, Demoſthenes, cui ſummo iure à ſuis uenia gratiaq; debebat̃, qui nõ uerbis ſed factis multũ Reip. profuerat, qui in Rep. mãſerat, q nõ ſurſum deorſum, queadmodũ tu, mutabat̃, mortuus eſt, cũ tanta munera nõ poſtulaſſet à populo, neq; uellet iuratos cõtra leges ferre ſententiã, uerũ ſtaret iudicatis, neq; aliud ſentiret ac pro cõcione diceret. Non uos impurũ iſtum hominẽ occidetis, Athenienſes, qui præter cætera multa magnaq; delicta Thebanã quoq; urbẽ ꝑmiſit euerti, trecentis à rege Perſarũ ad eam ſeruandã talẽtis acceptis. Cum aũt ueniſſent in Iſthmũ Arcades, & ut Antipatri legationẽ re infecta dimiſiſſent, ita ſuſcepiſſent miſeros Thebanos (ij uix ad eos mari uenerãt cum ramis oleæ ſupplicantes, ac ſe nõ ad amicitiã Græcorum diſſoluendã dicẽtes rebus incũbere, uel ad aliud quicq; cõtra Græcos agẽdum, uerũ q Macedonũ in urbe ſua tyrãnidẽ ferre amplius nõ poſſent, nec ſeruitutem pati, neq; quę in liberos exercerent̃, cõtumelias) cum igitur ad auxiliũ eſſent Arcades parati, & miſericordia moti fuiſſent, ac ſe corporib. quidem Alexandrum neceſſariò ſequi, beneuolentia Thebanos & Græcorum libertatem malle indicaſſent, ac ducẽ haberent Aſtylũ, quod etiã Stratocles dixit, qui decẽ talentis ad co-

pias

pias Thebas deferēdas adduci poſſet, atq; ad hunc legati, quē ſciebāt habere pecuniam regiam, ueniſſent, atq; eam ad urbem ſeruandā poſtulaſſent; non ſuſtinuit hic impurus, & impius, & lucri captator de magna pecuniæ ſumma, quā habebat, decem duntaxat tradere talenta, quāuis ad ſalutem Thebanorū ſpei tantū uideret, uerū alios ea numerare, quod etiā dixit Stratocles, [c] ne domū redirent relictis Thebanis Arcades, permiſit. An parum uobis toti Græciæ dāni uidet̃ cum auaritia ſua dediſſe Demoſthenes? aut miſericordiā potius, talib. rebus geſtis, q̃ extremū ſuppliciū tum propter hæc, tum propter priora mereri delicta? Audiēt hodie ſententiā ueſtrā, Athenienſes, cuncti homines; & quid eo faciatis, qui talia perpetrauit, inſpiciēt. Vos ꝓfectò de quibuſdā pro longè minorib. peccatis magna, nec exorabilia ſumſiſtis ſupplicia. Vos Menonem molitorē, q̃m ingenuū puerum [d] Pellenæū habebat in mola, occidiſtis: uos Themiſtiū Aphidnæū, q Rhodiā quandā citharistriā ſtuprarat Eleuſinijs: uos Euthymachū, q Olynthiā ancillā in ædicula collocarat. At per hunc proditorem liberi & mulieres Thebanorū per tentoria barbarorū ſunt diſtributæ: per hunc urbs uicina ſociaq; de media Græcia ſublata eſt: per hunc aratur atq; conſeritur oppidum Thebanorum, qui uobiſcum contra Philippum pugnarunt; aratur, inquam, atq; conſeritur, nec urbem hic impurus ita miſerè pereuntem miſeratus eſt, ad quā à uobis fuit legatus miſſus, cuius menſæ libationumq; nō rarò particeps fuerat, quam ipſe ad ſocietatem noſtram ait ſe perduxiſſe: uerū ad q̃s felices uenerat ſæpius, eos infelices redditos prodidit. cumq; illi quōdam, ut ſeniores narrāt, noſtra Rep. perturbata, Thebiſq; exules ad occupandam Phylen cogēte Thraſybulo, ac Lacedæmonijs, qui potentes erant, Athenienſem nullum recipi uel emitti iubentib. tamen reditum populi adiuuerint, ac ſæpius apud uos recitato decreto negligi uetuerint, ſi quis cum armis per Atticā incederet; hic, qui ſocijs, ut mox [e] dicet, communem ſe præbet, nihil fecit tale, neq; quicquam de pecunia, quam ad hos conſeruandos acceperat, uoluit impendere. Quorum uos memores, Athenienſes, & ex proditoribus ortas calamitates in Olynthiorum ac Thebanorum cladibus conſiderātes, uobis nunc ipſis rectè conſulite, & ſublatis ijs, qui munera contra patriam audent capere, ſpem ſalutis in uobis ac dijs reponite. Hac enim ſola ratione, Athenienſes, reliquos etiā reddetis meliores, ſi illuſtres nequam homines conuictos pro meritis puniatis. Etenim cum alij rei plectuntur, nemo, quid fecerint, nouit, uel quærit; cum illuſtres, cuncti, laudantq; iudices, qui iuſtitiam reorum ſplendori non poſthabuerint. Recita decretum Thebanorum, recita teſtimonia, recita literas. DECRETVM. TESTIMONIA. LITERAE. Mercenarius hic, Athenienſes, mercenarius antiquus eſt. Hic eſt, qui legationem à Philippo ad nos miſſam Thebis aduocauit, & primi belli diſ-

[c] deeſt μὰ poſt τὸ.

[d] ἐν πυλῶνι pro ἐν.

[e] φάσι pro φησί.

ſoluendi autor fuit. Hic ſua conſilia cũ Philocrate cõmunicauit, qui pacem cum Philippo ſuaſerat, propter quã fuit à uobis expulſus, & legatis, qui cum Antipatro huc uenerant, uehicula conduxit, ac Macedonib. adulationem primus in Vrbem introduxit. Nolite, Athenienſes, nolite eum, cui Vrbis atq; aliorũ Græcorũ aſſcribuntur infortunia, impunitum dimittere, poſteaq; in manifeſta donorum contra Remp. acceptione deprehenſus eſt; neq;, cũ ad meliora uos bona fortuna ducat, & alterum patriæ perditorẽ eiecerit, alterũ hunc necãdũ uobis tradiderit, utilitatẽ ueſtrã ipſi reijcite, uerũ in hos autores Vrbis clades auertite. Quorſum enim hunc, ubi poſſit uobis eſſe utilis, reſeruabitis? quis ueſtrum, uel etiã auditorum uel priuatas uel publicas res proferat, quas hic aggreſſus non euerterit? Non in ædem Ariſtarchi ingreſſus, Nicodemi morte meditata, turpiſſimis de cauſis Ariſtarchum eiecit, ac talem Demoſthenem amicum expertus eſt, ut eum malum ſuum genium, atq; omnium cladium autorem acceſſiſſe cenſeat? Non poſtq; populo cœpit conſiliũ dare, quod utinã nunq; feciſſet, ut res omittam proprias, quoniã longiorem ſermonem tempus non admittit; nec boni quicquã ferè Vrbi contigit, & cũ periculis, cladibus, atq; infamia Græcia tota, non Vrbs duntaxat, eſt cõflictata? cumq; plurimas acceperit in cõcionib. occaſiones, oẽs, quæ ꝓ nobis facerent, omiſit? & quibus temporib. Vrbis ſtudioſus aliquis nonnihil conatus eſſet efficere, tantũ hic orator, qui ſe utilẽ nobis fuiſſe mox dicet, à re aliqua gerenda abfuit, ut etiam, qui pro nobis aliquid molirentur, ſuis infecerit moribus? Charidemus ad regem Perſarum ſe contulerat, ut uos nõ uerbis, ſed factis iuuaret, & uobis atq; alijs Græcis proprio periculo ſalutem compararet, de quo hic in foro uerba fecit, & ſocium eum rerum gerendarum edidit: atq; ita mutata res eſt, ſic ut expectationem euẽtus falleret. Ephialtem quoque, qui nauigio diſceſſerat, & cum hunc oderat, tum rerum cogebatur eſſe particeps, fortuna Vrbis intercepit. Nec aliter Euthydicus, qui populo ſtudere cœperat, poſtquam huic amicum ſe faſſus eſt Demoſthenes, ſublatus fuit. Quæ cum uos uideatis, ac multo melius, quàm ego, intelligatis, non perpenditis, nec facta de futuris ex præteritis cõiectura animaduertitis nihil ad aliud eſſe hunc utilem, quã ut apparatum alterum hoſtibus contra Vrbem conficiat, qualis ad Ægopotamos extitit, cum Lacedæmonij cuncti expeditionem ſuſceperant, cum Achiui & Elei ſocietatem contraxerant, cum extranei adeſſent infiniti, cum Alexander eſſet, ut aiunt, in India, cum tota Græcia res præſentes propter eos, qui ſingulis in urbib. erant proditores, auerſaretur, ac malorum circumſiſtentium expeteret mutationẽ. Hoc igitur tempore, ut omittam alia pericula, qualẽ ſe præbuit Demoſthenes, cũ haberet cõſulendi atq; decernendi poteſtatẽ; qui mox pręſentẽ ſtatũ reijciendũ dicet. Num quicq; de ullo decreuiſti diſcrimine? nũ

consilium

conſilium dediſti? num pecuniam ſuppeditaſti? num quicq̃ ſalutis publicę ſtudioſis profuiſti? nihil: uerùm obābulando ſermones meditabatur, litcras apud ſe ſcribebat, ciuitatis gloriam auro de digitis ſuſpenſo contaminabat, Vrbis miſeriæ inſultabat, in lectica uehebacur uia, quæ ducit ad Piræum, tenuium difficultates exprobrabat. Ergo uobis in poſterum hic erit utilis, qui præteritum omne neglexerit? Vtinam hera Minerua, ac Iupiter Seruator tales hoſtibus, nec meliores unquam conſultores ducesq́ contingant. Non uobis maiorum res geſtæ ueniene in mentem, Athenienſes, qui in multis atq; magnis Reip. diſcriminib. prò patriæ, ſuæq́ libertatis ac gloriæ dignitate publicum ſunt commodum ſuo periculo tutati? Atq; ut antiquos illos omittam, Ariſtidem ac Themiſtoclem, qui partim Vrbis collocarunt mœnia, partim à uolentibus Græcis in arcem tributa coegerunt; quis ea neſcit, quę paulo ante noſtram ætatem peracta ſunt ab oratore Cephalo, Thraſone Erchienſi, Helio Phormiſio, ceteris probis uiris, qui ſunt adhuc nonnulli ſuperſtites. Etenim horum alij, cum Lacedæmonij Cadmeam tenerent, exulibus Thebanis reductis, urbem uicinam, diuq; ſeruitute preſſam liberarunt, alij perſuaſis, ut exirent, ueſtris maioribus, cum Cephalus nec Lacedæmoniorum potentiam reueritus, nec ſcribentis pro urbe periculum conſiderans, decreto ſcripto iuſſit Athenienſes ad exules, qui Thebas occuparant, iuuandos exire. quod cum illi feciſſent, paucis diebus & Lacedæmoniorum præſidij dux fuit eiectus, & liberatæ Thebæ, & urbs ueſtra pro maiorum dignitate ſe geſſit. Illi certè, Athenienſes, illi erant ueri conſultores ac duces populi, non iſtæ uulpeculæ, qui cum boni nihil nec egerint pro Vrbe, nec acturi ſint, tamen ſecuritati ſuæ conſulentes, & undiq; pecuniam facientes, Vrbemq́ maiore, q̃ qua ſunt ipſi, afficientes infamia, & nunc dona contra uos accepiſſe deprehenſi, uos circumueniunt, & cum tales extiterint, ſuam uolunt oſtentare præſtantiam, quos quidem ſuo decreto poſt flagitia talia decebat interimi. Non uos pudet, Atheniēſes, cum de ſupplicio Demoſthenis ex noſtris uerbis duntaxat ſtatuendum putatis? an hunc ipſi ignoratis munerum captatorem eſſe, & furem, & amicorum proditorem, atq; hac urbe indignum? Quibus hic ex decretis, quibus ex legibus pecuniam non fecit? Sunt in hoc iudicio quidam, qui de trecentis fuerunt, cum hic legem de Trierarchis ferret. hi non alijs indicabunt, eum, tribus talentis acceptis, legem per ſingulas conciones mutaſſe atq; aliter ſcripſiſſe? alia uendidiſſe quæ fuerant perſoluta, alia uendita non confirmaſſe? An hūc, obſecro, gratis creditis, Athenienſes, Diphilo uictum in Prytaneo, & in foro locandam ſtatuam decreto tribuiſſe? an Chærephilum, Phidonem, Pamphilum, Philippum, atq; iterum Epigenem & Cononem trapezitas ciuitate donaſſe? an Beriſadem, Satyrum, atq; Gorgippum, tyrannos peſſimos, à

quibus ad eum quotannis mille frumenti modij mittuntur, æneos in foro poſuiſſe? an Tauroſthenem Athenienſem feciſſe, qui ut ſuos ciues in ſeruitutem redegit, ita totam Eubœam Philippo cum fratre Callia prodidit, nec per leges poteſt Atticum agrum conſcendere, niſi eodem uelit haberi loco, quo rei, qui Areopagum deſerunt. hunc tamen uir iſte popularis decreto ciuem ueſtrum eſſe iuſſit. Ad hos porro num teſtes uocādi ſunt, aut ad alios, quoſcunq; hic ſocios & ciues creauit? An eum exiſtimatis per Iouem argentum libenter accipere, uiginti auri talenta recuſare poſſe? qui ſingillatim parua dona capiat, tantum ſimul munus non accepturum? Areopagi ſenatum, poſtquam ſex mēſibus in Demoſthenem, Demadem, atque Cephiſonem inquiſiuit, non rectè rem apud uos detexiſſe? Multi uos, Athenienſes, multi tum ciues tum alij Græci, ut modò dicebam, ſpectāt, quam ſitis laturi in hoc iudicio ſententiam, atq; utrum etiam aliorum acceptiones in iudicium proferri patiemini, an tutò contra uos accipere dona licebit, & quę antè fida firmaq; fuerant, nūc ex Demoſthenis iudicio cenſebuntur infida, qui propter alia, quæ publicè geſſit, perire debuit, quiq; cunctis execrationibus tenetur, cum & Seueras deas in Areopago peierarit, alioſq; deos, quos ibi ſolent iurare, & ſingulis concionibus fuerit ſacer, poſtquam eſt contra Remp: accepiſſe dona deprehenſus, & populum pariter atq; Senatum deceperit, aliud loquens, aliud ſentiens, & Ariſtarcho priuatim grauia dederit atq; iniqua conſilia. Non olim hic, ſi quod eſt contra periuros & improbos, ut eſt, iudicium, ſed hodierno die pœnas dabit. Sed audite, Iudices, execrationes. EXECRATIONES. Veruntamē adeo Demoſthenes, Iudices, ad mendaciū dicendū prōtus eſt, & pudorē, probationem, atq; execrationē contemnit, ut etiā de me ſit auſus dicere, quantum intelligo, me quoq; fuiſſe à Senatu condemnatum, & abſurdiſſimè facere, cum olim contra Senatus detectionem pro meipſo dixerim, qui nunc illi patrociner, & hunc ob factam detectionem accuſem, atq; mentiri audeam. Quocirca, ſi in hunc euaſerit ſermonem, ne quid ei concedatis, uerùm nec me Senatum detexiſſe, nec detecturum fuiſſe, uerùm ab improbo quodam homine, & à uobis punito læſum ſciatis, audite pauca, poſt quæ ad hūc redibo. Oportet ſenatum Areopagi duobus modis omnes detectiones inſtituere. quibus? uel ſuo cōſilio, uel populi iuſſu. alioqui nihil tale fieri poteſt. Quod ſi ergo populo iubente dicis, impura beſtia, Senatum habita de me quæſtione feciſſe detectionem, decretū & accuſatores oſtende, quemadmodum nunc & decretum patet, ſecundum quod Senatus inquiſiuit, & accuſatores à populo dati ſunt, [f] è quibus nunc iniurias cognoſcunt Iudices: atq; id ſi feceris, mori ſum paratus. Sin eum ſua ſponte dicis me detexiſſe, teſtes profer Areopagitas, quemadmodum ego contrarios proferam. At eum, qui de me

f παρὰ pro ἀεί.

me atq; Senatu, ſicut tu, mentitus [g] erat, deferens, & coram ciuibus quingẽtis Timocli ſuam locaſſe contra me operam uincens, iudicũ ope ſum ultus. Cape tu teſtimonium, quod etiam olim, cum id nemo tanquam falſum recuſauit, protuli, atq; iterum nunc proferam. Recita teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Non igitur erit indignũ, Athenienſes, cum, quòd ſolus Piſtias Areopagita me iniquum pronunciarat, de me atq; Senatu mentitus, præualuerit ueritati mendacium, & propter meam illius temporis imbecillitatem atq; ſolitudinem fides fuerit mendacijs contra me concinnatis adiuncta; ſi, poſtquam totus Senatus Demoſthenem auri talenta uiginti contra uos accepiſſe pronunciat, nec rectè hoc feciſſe, & orator ueſter, in quo ſpem nonnulli ponunt, manifeſtè munerum acceptionis eſt conuictus, nunc illud ius atq; pronunciatum Demoſthenis dictis cedet, & pluris fiet, quàm ueritas, quam iſte contra Senatum proferet calumniam, multorum iniurias detexiſſe Senatum, qui fuerint in iudicio abſoluti, neq; quintam ſuffragiorum partem in quibuſdam tuliſſe. id autem quomodo fiat, facilè cuncti intelligetis. Senatus, Athenienſes, de delictis commiſſis ueſtro iuſſu inquirit, non quemadmodum uos nonnunquam ſoletis (quod pace ueſtra dictum ſit) plus uoluntati ueſtræ, quàm iuſtitię, obtemperare, uerùm ut ſimpliciter eum, qui quouis modo culpæ reus eſt, detegat, quoniam exiſtimat eum, qui puſillis in rebus iniuriæ fecerit initium, facilius in ſe magna ſuſcepturum flagitia. Quapropter eum, qui naulum portitori negauerat, multatũ detexit; nec non eum, qui drachmas quinq; abſentis nomine ſuſtinuerat accipere, quiq; partem Areopagi erat auſus uendere. Atq; hi ſunt à uobis in iudicio abſoluti, non quo Senatum haberetis mendacem, ſed cum plus ueniæ, quàm iuſtitiæ, tribueretis, & ſupplicium peccato reorum eſſe maius iudicaretis. Num ergo Senatus, Demoſthenes, falſas fecit detectiones? nequaquam. Nam hos quidem, & alios cum Senatus oſtendiſſet peccaſſe, uos abſoluiſtis. Iam de Polyeucto Cydantide cũ Senatum iuſſiſſet populus inquirere, an cum exulibus intraſſet Megara; intraſſe eum detexit. Tum delectis, ut mos eſt, accuſatoribus, in iudicium uenit; atq; ibi, cum ſe Megara profectum ad Nicophanẽ, qui eius habebat in coniugio matrem, confeſſus eſſet, abſolutus fuit. Nihil enim uidebatur uobis grauius facere, ſi matris uirum inuiſeret, & exulẽ pro ſe iuuaret. Quare non eſt habita falſa, Demoſthenes, Senatus detectio; uerùm, quamuis erat uera, cenſuerunt abſoluendum Polyeuctum iudices. Vt enim ueritatis indagatio Senatui committitur, ita ueniam ſibi reſeruat concio. Ergo Senatui credendum non eſſet, poſtquam te cum tuis aurum indicauit accepiſſe? indignum certè foret. Etenim oſtende iudicibus his, ſi potes, illorum peccatorum aliquod cum tuis eſſe comparandum, aut acceptionem donorum cõtra patriam uenia dignam eſſe. Atqui leges in alijs criminib. quæ pe-

[g] κατεψευσμένον pro κατεψηφισμένον.

cunia cenſentur, alterum tantum reddi iubent; in acceptione munerum uel uitam auferunt, ut hoc ſupplicium alijs exemplo ſit, uel decies tantum, quantum eſt acceptum, repetunt, ne fructus ex ea re ſperetur aliquis. An hoc quidem non audebis dicere, uerùm quæ in alijs æqua eſt habita Senatus detectio, eam in te ſolo ſecũ pugnare dices? Atqui tu ſolus ex omnibus, qui ſunt unquam detecti, hos tibi ultro iudices & inquiſitores elegiſti, contraq; teipſum decretum ſcripſiſti, & coram populo capitis ſupplicium non recuſaſti, ſi te Senatus aliquid ab Harpalo detexiſſet accepiſſe. Quin etiã tu olim, Demoſthenes, uniuersè Areopagi ſenatum iuſſiſti delinquentes more antiquo punire, atq; huic ciuitatem totam in manus tradidiſti, quem ſtatim paucorum dominatum dices affectare; tuoq; decreto mortui ſunt ciues duo, pater & filius, in barathrum coniecti: quidam ex Harmodij poſteris comprehenſus eſt: tortus & necatus eſt Antipho, fide Senatus detectioni habita: Archinus eſt Vrbe expulſus pro Senatus detectione atq; multa. In tua uerò cauſa tuum ipſius decretum facis irritum? quod hoc ius, quæ hæc lex eſt? Equidem Seueras deas facio teſtes, Athenienſes, & locum, quem illæ tenẽt, atq; indigenas heroas, & Mineruam popularem, alioſq; deos, qui regioni urbiq; noſtræ præſident, uos eum à populo uobis traditum non puniſſe, qui contra patriam quid acceperat, qui patriæ felicitatem corruperat, qui circumuallatam ſuis conſilijs patriam tradiderat, quem inimici Vrbis uiuere cupiunt, cui eum ſciunt eſſe calamitati, beneuoli uerò, quiq; rerum mutationem Reip. profuturam ſperant, dignis acceptum modis perire, atq; id à dijs petunt, à quibus & ego patriam ſeruari poſtulo, cuius uideo ſalutem, liberos, uxores, gloriam, atq; omnia reliqua periclitari bona. Quid enim ad circumſtantes, Athenienſes, è foro egreſſi dicemus, ſi, quod abſit, huius lenocinijs capiamini? quibus oculis ueſtrum quiſq; Veſtam paternam domi ſuſtinebit intueri, qui & proditorem, qui primùm ad ſe aurum donatum tranſtulerat, abſolueritis, & qui apud omnes habetur auguſtiſſimus ſenatus, mendacij condemnaueritis. Quam porro (nam uoſmetipſos reſpicite) quã ſpem, ſi quod ingruat Vrbi periculum, habebimus, qui tum donorum contra patriam acceptionem licitam reddiderimus, tum Senatum, qui ſolet Vrbis cuſtodiam talibus temporibus gerere, fide ſpoliauerimus? Quid autem (nam hæc ponamus) ſi ſecundum Demoſthenis decretum Alexander mittat, qui aurum ab Harpalo allatum repetant, & præter Senatus detectionem pueros, qui nunc ad eum redierunt, demittat, ex quibus ueritatẽ cognoſcatis? quid nam, Athenienſes, dicemus? Iubes tu bellum nos gerere, Demoſthenes, quoniam priora quoq; bella rectè geſſiſti? Vtrum uerò ſit iuſtius, tuum quoq; aurum ad bellum, ſi populo uideatur, conferri, an reliquos de priuatis poſſeſſionibus contribuere ſingulos, & muliebrem mundũ,

uaſa,

uaſa, deorumq́ ſimulacra conflare omnia, quemadmodum tu iubebas, cum ipſe drachmas quinquaginta de binis ędibus, alteris Piræi, alteris Vrbanis conferres. tanto enim in priore collatione facto ſum tu, uiginti tenes talenta. An uerò bellum nõ decernes, ſed ſecundum tuum decretum Alexandro iubebis allatum aurum reſtitui? Ergo pro te populum oportebit reſtituere. Quod autem ius, quis mos id fert, ut alij contribuant, tu rapias; ut illi manifeſtas habeant opes, de quibus conferant; tu centum & quinquaginta ferè talentis partim à Rege partim ex Alexandri rebus acceptis, nihil in Vrbe manifeſtũ poſſideas, uerùm quaſi rebus à te geſtis parum cõſideres, uaſa colligeris; ut, cum iubeant oratorem atq́ imperatorem leges, qui populo præfici uelit, ſecundum leges procreare liberos, agrumq́ intra termi nos poſſidere, fide omni interpoſita, tu patrimonium uendas, alienosq́ liberos iuriſiurandi cauſa, quod in iudicijs præſtatur, contra leges adoptes, &, qui locum ipſe deſeras, alijs militiam imperes? Qua de cauſa creditis, Athenięſes, reſp. nunc felices eſſe, nunc infelices? nõ reperietis aliã, q̃ quæ cõſultores atq́ imperatores cõplectitur. Nã inſpicite urbẽ Thebanam. ſub quibus ea ducib. & imperatoribus eſt maxima reddita? hoc enim cõfitebuntur ſeniores omnes, de quibus id ego quoq́ intellexi, cum Pelopidas turmę ſacræ præeſſet, cum Epaminondas cum ſuis imperaret, tum Leuctricam uictoriam Thebanos obtinuiſſe, tum agrum Laconicum, qui uidebatur inuictus, inuaſiſſe, tum præclaras res multas geſſiſſe, Meſſena poſt annos quadringentos exculta, Arcadibus liberatis, gloria ubiq́ parta. Quando cõtrà pręter dignitatem priſtinam ſe geſſerunt? cum Timolaus, horum amicus, à Philippo munera capiebat, cũ Proxenus proditor exteris Amphiſſæ collectis præerat, cum Theagenes, infelix & munerum captator, ut hic eſt, phalangi imperabat. Tunc enim per hos tres, quos dixi, uiros uniuerſa ciuitas cum Græcis omnibus perijt. Etenim non falſum, ſed planè uerum eſt, imperatores omniũ & bonorũ & malorũ ciuib. autores exiſtere. Iam noſtrã quoq́ urbẽ eodem conſiderate modo. Ea præſtantia, gloriaq́ inter Græcos ac dignitate polluit, poſt antiquas quidem illas res olim geſtas, cum, quemadmodũ ſeniores narrant, Cono naualem uictoriam Cnidi obtinuerat, cum Iphicrates Laconicam cohortẽ fuderat, cum Chabrias [b] triremes Laconicas ad Naxum deuicerat, cum Timotheus uictoriam naualem ad Corcyram obtinuerat. tunc, Athenienſes, tunc ij, qui antè propter imperatores fuerant illuſtres, Lacedæmonij, demiſſi ad urbem noſtram uenerunt, & à maioribus noſtris ſalutem petierunt: qui autem ab illis fuerat diſſolutus populus, rurſum ad imperium Græciæ per illos conſultores iure redijt, cum & imperatores, quos modò nominaui, nactus eſſet, & conſiliarios haberet Archinum atq́ Cephalum Colyttenſem. Nam in bonis ducibus & probis conſiliarijs omnis

[b] χαβείας pro λαβείας.

& ciuitatis & gentis eſt poſita ſalus. Quapropter debetis, Athenienſes, his rebus perſpectis & conſideratis, nec Demoſthenis munerũ acceptionem amplius ferre, nec in ipſo ſalutis ſpem reponere; nec bonorum uirorum & proborum & conſultorum penuriam metuere; uerùm ira maiorum concepta, qui fur atq; proditor manifeſtò deprehenſus eſt, qui ab opibus in Vrbem delatis manum non abſtinuit, qui maximas in ærumnas Vrbem coniecit, qui Græciæ fuit pernicies, eum occiſum extra Vrbem eijcere, & Vrbis fortunam ſinere mutari, meliusq; ſe poſt hæc habiturã ſperare. Sed audite, Athenienſes, tũ decretum, quod popularis iſte poſt pugnã ad Chæroneam commiſſam in Vrbis trepidatione ſcripſit, tum oraculum à Ioue Dodonæo Dodonæ editum. Nam apertè uos olim, cauendos imperatores & cõſiliarios, docuit. Recita primùm [i] oraculum. ORACVLVM. Nunc huius præclarum decretum recita. DECRETI PARS PRIOR. Popularis eſt uerò, qui uelit ipſe, quoniam animoſus & fortis eſt, in armis manere, quos autem ciues reiecerit, opera facere, & quódcunq; huic aliud uideatur. Recita reliqua. DECRETI PARS ALTERA. Audite, Iudices: abitum legatorum decernit hoc decretũ. Poſtquam eñ audierat Philippum poſt pugnam in regionem noſtram irrupturum, ſeipſum creauit legatum, ut ex Vrbe, collectis octo talẽtis, aufugeret, nulla pręſentis diſcriminis habita ratione, cum quidem reliqui cuncti de ſuis ad ſalutem communem contribuerent. Talem igitur habetis conſiliarium; atq; has duas dũtaxat per totam uitam peregrinationes ſuſcepit Demoſthenes, alteram, cum poſt [k] pugnam ex Vrbe ſe proripiebat, alterã, cum nunc Olympiæ Nicanorem per ſummam ſacrorum præfecturam conuenire uoluit. Huic uerò committenda ſit in periculis Reſp. qui, cum erat hoſtibus inter alios reſiſtendum, ordine deſerto domum redierit; cum domi cum ceteris erat periclitandum, legatus à ſe creatus, ex Vrbe aufugerit; cum de pace erat obeunda legatio, ne pedem quidem alterum extra Vrbem ſe poſiturum dixerit; cum exules ab Alexandro reduci, & Olympiam uenire Nicanor dicebatur, ſummum ſacrorum præfectum ſe renunciarit. Atq; talem hic in acie domeſticum, domi legatum, in legatione fugitiuum ſe præbet. Recita quoq; decretum, quod hic de pecunijs à Senatu quærendis cõſcripſit, ut ijs inter ſe comparatis, amentiã Demoſthenis cognoſcatis. DECRETVM. Hæc tu ſcripſiſti, Demoſthenes? ſcripſiſti? non potes negare. conceſſum hoc fuit Senatui? conceſſum. mortui ſunt ciues? ſunt. ratum fuit contra illos tuum decretum? nemo dubitat. Recita denuo. Demoſthenes cõtra Demoſthenem ſcripſit (attendite, Athenienſes) inuenit Demoſthenem (quid multis?) detexit, Athenięſes. Ac ius quidem poſtulat, ut à ſe condemnatus è ueſtigio moriatur: quoniã autem ueſtras in manus uenit, qui populi cauſa collecti eſtis,

ac

[i] μαντείαν pro μαρτυρίαν.

[k] μετὰ pro πρό.

ac legibus & plebiſcitis uos obtẽperaturos iuraſtis, quid facietis? ꝓdetis pietatem erga deos, & cõmune ius gentium? nequaꝗ, Atheniẽſes, nequaquam. Foret enim turpe & indignum, cum alij, qui nec peiores erant, nec tantum peccauerant, ſecundum huius decreta ſint occiſi, ſi hic, qui ſuis ſe decretis ipſum condemnauit, uobis ac legibus ſpretis, impunitus in Vrbe ſupereſſet. Idem ſenatus eſt, Atheniẽſes, idem locus, iura eadem. idẽm orator & illorum extitit autor malorũ, & horum, quæ nunc metuuntur. idem hunc ſenatum pro concione de ſe iudicare permiſit, denunciato uobis teſtimonio. fecit pactionẽ cum populo, ſcripto contra ſe decreto apud Matrem deorum, quam ſcripti iuris totius cuſtodem Vrbs habet. quare non poteſtis illã piè irritam facere, neque, qui deos in hoc iudicium iuraſtis, contrariam rebus à dijs ipſis geſtis ferre ſententiam. Stetit Neptunus iudicio cõtra Martem pro Halirrothio uictus: ſteterunt ipſæ Seueræ deæ iudicio ſenatus huius contra Oreſtem, atꝗ huius ueritatis accolæ deinceps eſſe uoluere. Vos uerò, qui pietatis uultis haberi pleniſſimi, quid 'nam agetis? Senatus 'ne ſententiam facietis irritam, & Demoſthenis malitiam ſequemini? nequaquam, Athenienſes, ſi ſapietis. non enim de puſillis rebus hodie, uerùm de ſalute ciuitatis totius, atque inſuper de munerũ acceptione iudicabitis, qui mos malus ac perNicioſus eſt, cunctosꝗ perdidit. Itaꝗ ſi eos, qui temere cõtra uos pecuniam capiunt, quantum poteritis, expelletis; dijs uolentib. ſeruabimur: ſin ab oratorib. uos uendi patiemini, Vrbem ab his euerti ſinetis. Iuſſit pro concione Demoſthenes, quaſi uerũ eſſet, opes ab Harpalo in Atticam delatas Alexandro reſeruari. Itáne igitur eas, uir bone, ſeruabimus, ſi tu uiginti habeas apud te talenta, quindecim alter, Demades ſexies mille aureos ſtateres, ceteri quantum ſunt habere detecti? quatuor enim iam & ſexaginta talenta ſunt inuenta, quæ uultis his imponere. Vtrum autem honeſtius eſt atꝗ iuſtius, ut publicè cuncta cuſtodiantur, donec aliquid populus æqui ſtatuerit, an ut ab oratoribus atꝗ ducibus diripiantur pleraꝗ? Exiſtimarim enim, ſi publicè cuſtodiantur, id omnes iuſtum habituros; ut hi poſſideant, approbaturum [l] neminem. Multa hic atꝗ uaria uerba faciet, Athenienſes, neꝗ ſemper eadem. Videt enim uos à ſe uana ſpe falſisꝗ dictis hactenus eſſe deluſos, ac promiſſionum, quandiu recitantur, meminiſſe. Quod ſi ergo Demoſthenis nequitiã & miſeriã debet Vrbs ulterius participare, ut maiorib. premamur cladib. (nam quid aliud dicã, neſcio) erunt, quæ cõtigere, leuiter ferẽda. ſin etiã patriã curamus, & improbos atꝗ munerũ captatores odimus, fortunãꝗ ſtudemus auertere & cõmutare; nõ debetis huius impuri preces, Atheniẽſes, attendere, neꝗ querimonias & impoſturas admittere. Satis enim eius facta, uerba, fortunamꝗ eſtis experti. Quis enim tam benè ſperat, Athenienſes, quis tam eſt rationis expers, atꝗ ita rerum tum præ-

[l] μηδένα pro μηδέν.

EE

teritarum tum præſentium ignarus, ut eum exiſtimet, qui de tanta fe licitate in tantã infamiam quacunq; de cauſa (id enim nunc omitto) Vrbem coniecit, poſtquã ad ceteras difficultates & circumiecta diſcri mina, munerũ ex ipſa ciuitate acceſſit acceptio, & ne turpe crimẽ ſub- eamus, periclitamur omnes, tum nos conſilijs & prœlijs ſuis eſſe[m] ſer uaturũ? Nam reliqua taceo, quibus in rebus nihil præclari ſua muta bilitate geſſit, dum nunc iubet deũ nullũ, præter traditos à maiorib. cenſeri, nunc negat populũ Alexãdro diuinos honores inuidere de- bere; cumq; ueſtrũ ſubiturus eſt iudiciũ, Callimedontem ait cũ exuli bus Megaris de ſoluendo populari ſtatu egiſſe, atq; hanc delationẽ mox irritam reddit, ſicut etiam priore concione falſum adduxerat in- dicem, qui naualib. poſitas inſidias detegeret: id quod omne præſen- tis iudicij cauſa molitur. hæc enim omnia ueſtro poſſunt niti teſtimo nio. Impurus hic homo, Athenienſes, & ſceleſtus eſt, neq; uel gente, uel rebus in Rep. geſtis ad ciuitatem pertinet. Etenim quæ per hunc ædificatæ ſunt triremes, ut ſub Eubulo? quæ naualia per huius admi niſtrationem conſtructa? quando uel per plebiſcitum hic uel per le- gem equitatum auxit? quas copias uel terreſtres uel nauales poſt pu gnã ad Chæroneam per talia tempora cõſcripſit? quod ornamẽtum Deæ in arcem obtulit? quas ędes in emporio ueſtro, uel in Vrbe, uel in tota regione extruxit? nuſquam ullæ cõparent. Ergo qui tum bel licis in rebus infidum ſe præbuit, tum in Vrbanis inutilem, quiq; cõ- trariæ factionis homines omnia permiſit, quæ uellent, peragere, mu- tataq; ſententia, curam populi neglexit, eum ſeruare uultis? nequaq;, ſi ſapitis, & uobis Vrbiq; rectè cõſulitis; uerũ pro ſperam fortunam, quæ nobis oratores, qui ſua munerũ acceptione ciuitatẽ reddiderunt infamem, puniendos tradidit, arripite, ac tales duces & conſiliarios, quemadmodum uos dij ſæpe in oraculis monuerunt, cauete. Atque [n] iterum oraculum audite. Recita oraculum tu. ORACVLVM. Quã- do tandem, Athenienſes, in publicis cõmodis procurãdis unanimes erimus, cum duces & oratores accepta pecunia, utilitatem patriæ ne- gligunt, ac uobis quidem Vrbis area, ſacra patria, liberi, atq; uxores aguntur, illi uerò inter ſe conſentientes, publicè quidẽ alter alteri de induſtria dicunt conuicia, priuatim autem eaſdem[o] res agunt, & uos, qui horum ſermonib. creditis facillimè, decipiunt. Quod etenim eſt oratoris popularis, & cõtra Remp. dicentes uel decernẽtes exoſi of- ficium? quidúe maiores noſtros, Demoſthenes & Polyeucte, tradũt feciſſe, cum quidem nullum metuebat Vrbs periculum? non iudicia feciſſe, delationes inſtituiſſe, legum uiolatarum lites intẽdiſſe? Num quid horum feciſtis uos, qui populum uos curare dicitis, & ex eorum calculo ſalutem ueſtram pendere? Scripſiſti ullum decretum, Demo ſthenes, cum permulta Demades indignè contra leges egiſſet? nullũ. Euertiſti inceptum aliquod ab illo contra Remp. inſtitutum? nullũ.

[m] σώσειν pro τούτων.

[n] τοῦθε pro αὐτοῦ.

[o] ταὐτὰ pro ταῦτα.

Detuliſti

Detuliſti eum, qui cõtra plebiſcita legesq́ multa perpetrarat: nuncq́; uerũ in foro æneum poni, conuictumq́; in Prytaneo cũ Harmodij & Ariſtogitonis poſteris conſequi ſiuiſti. Vbi uerò beneuolentiã tuam populus eſt expertus: ubi potentiam atq́ auxiliũ oratoris ſenſimus: niſi forte de hoc uobis placebitis, quòd hos perpetuò deluditis, dum negatis uos extra patriam poſſe progredi, atq́ ullum habere præter ueſtram beneuolentiam refugium. Atqui decretis contra populum cõſcriptis, re uerbisq́ refutatis, his demũ perſuadere debebatis, nullã uobis, niſi à populi auxilio, ſuppetere ſalutem. Vos uerò ſpem in exteris collocatis, & cum ijs adulatione certatis, qui ſe ab Alexãdro ſtare confitentur, & ab ijs munera, à quibus nunc uos detexit Senatus, accepiſſe. cumq́ coram Græcis omnibus Olympiæ, de quibus uolebas, cum Nicanore egeris, nũc miſerabilem te facis, cùm proditor ſis, & munerum captator, quaſi nequitiæ tuæ ſint hi rationem ducturi, neq́ de te ſupplicium ſumturi, qui hoc es Demàde confidentior, q́ ille, cum ſuam dementiam pro concione indicaſſet, ſeq́ & accipere & accepturum eſſe faſſus eſſet, exhibere tamen ſe auſus non eſt, neq́ cõtra Senatus detectionem quicq́ ſuſtinuit dicere, quanquã ille nec poteſtatem Senatui in ſe inquirendi fecerat, nec ſupplicium capitis promiſerat, ſi pecuniam detectus fuiſſet accepiſſe; tu uerò tantopere tuis uerbis confidis, & horum ſimplicitatem contemnis, ut hoc iudicib. perſuaſurum te exiſtimes, de ſolo te mentitum eſſe Senatum, ac [p] ſolum te, qui aurum non acceperit, detexiſſe. quis hoc autẽ credat? Vidεte, quid agatis, Athenienſes. Rẽ à populo iã accepiſtis; & ut puniãtur ij, qui detectionib. comprehenſi ſunt, primus introducitur Demoſthenes. eum nos pro iure communi accuſauimus. Vtrum ergo rebus geſtis omnib. neglectis, qui primus eſt ingreſſus, eum dimittetis, & quæ populo, Senatuiq́, ac reliquis ômnibus iuſta uidentur, ea reijcietis, & horum ſcelus in uos recipietis; an omnes publico docebitis exemplo, uos proditores, & qui pecuniæ cauſa publicum euertunt commodum, odiſſe? Hæc enim nunc omnia ſunt in uobis poſita; cumq́ mille ſitis & quingenti, totius ciuitatis habetis in manu ſalutem; diesq́ hodiernus ac ueſter calculus ſecuritatẽ Vrbi pariet, ſi rectè uoletis iudicare, uel malam omnibus ſpem faciet, ſi tales mores confirmaueritis. Non debetis percelli, Athenienſes, neq́ publicam & iuſtam Vrbis defenſionem Demoſthenis miſerationib. condonare. Etenim nemo ueſtrum coegit hunc, quæ non decebat, cõtra uos accipere, qui multo plura, quã opus erat, per uos iam cõpararat: neque nunc ob manifeſta crimina perimit, qui contra ſe capitalem tulit ipſe ſententiam: uerũ naturalis reliquæ uitæ malitia, lucriq́ cupiditas, hæc in eius caput auerterunt. Quocirca nolite huius lacrymis & eiulationibus moueri. iuſtius enim longè miſericordiam regioni tribuetis, quam iſte periculis exponit; quæ fetib. ſuis, ueſtris liberis &

[p] μόνον ἐκ pro μονονίκ.

uxoribus,propoſitis uos orat,ut proditorem puniatis, ac ſe ſeruetis; pro qua maiores noſtri cum præclara multa ſubiiſſent diſcrimina, liberam nobis eam reliquerunt; in qua permulta mortuorum uirtutis extant præclara exempla. Ad hanc uos, Athenienſes,& quæ fiunt in ea patria ſacrificia, maiorumq; monumenta reſpicientes ferre ſanam ſententiam decet, cumq; Demoſthenes ad uos eludendos lacrymas & preces fuderit, tum ciuitatis corpore, priſcaq; gloria mente conceptis, illáne propter hunc miſerabilior, an propter illam Demoſthenes fuerit redditus, conſiderare. Etenim hunc quidem, poſtquam ad Remp. acceſſit, ſplendidum factum reperietis, ac tum pro rabula & uenali cauſidico, ditiorem Cteſippo, Phormione, ceteris multis, tum pro ignoto atq; ignobili clarum & illuſtrem redditum; ciuitatem uerò nec pro ſua, nec pro maiorum dignitate ſe gerere. Quapropter omiſſis miſerationibus atq; huius impoſturis, iuſtam ac piam ferte ſententiam, patriæq;, non Demoſthenis, utilitatem ſpectate (hoc enim proborum eſt iudicum officium) cumq; quis ad patrocinandũ Demoſtheni aſcēderit, eum exiſtimate, ſi quidem futuris detectionibus comprehendi non poteſt, Reip. malè uelle, & qui contra populum dona ſumunt, puniri nolle, communemq; ueſtrorum corporum cuſtodiam, quæ ſenatui Areopagi conceditur, aboleri, cunctaq; ciuitatis iura perturbari cupere; ſin orator aut imperator eſt, qui ad fidem detectionibus contra[q] ſe inſtituendis detrahendam patrocinetur, nõ eſſe uobis attendendum, cum tales plerique communem operam in Harpali diſceſſum contulerint. Hos igitur cunctos contra uos aſcendere arbitrantes, Athenienſes, communesq; legum & ciuitatis totius hoſtes habentes, neminem recipite, niſi ad refutanda crimina, neque adeò huius ipſius furorem, qui propter uim dicendi multum ſibi placet: & poſtquam eius acceptio comprobata fuerit, quandoquidem eius erit impoſtura manifeſtior, pro ueſtra, proq; Vrbis dignitate illum punite. alioqui cunctis qui uel detecti ſunt uel detegentur, uno calculo unoq; iudicio abſolutis, in uos atq; populum horũ acceptionem auertetis, atq; olim, cum id nihil proderit, abſolutionem condẽnabitis. Atq; ego quidem, quantum[r] mea requirebat accuſatio, opẽ tuli, ac iuſtitiam duntaxat, ueſtramq; utilitatem curaui; neque uel Vrbem deſerui, uel gratiã populari ſuffragio potiorem habui: uobis autem eodem commendato animo, reliquis accuſatoribus aquam trado.

[q] καθ' αὑτῶν pro αὐτήν.

[r] μέρος τὸ μὲν pro τῦ μὲν.

ALCIDA·

ALCIDAMANTIS ORAtio *Ulyſſis contra Palamedem.*

PRODITIONIS ACCVSATVR *ab Ulyſſe Palamedes.*

SAEPENVMERO conſilium eorum ſum demiratus, Græci,qui temerè uobis è ſuggeſtu ſuadent ea, quæ nec utilitatem publicam efficiunt ullam, & contumelias ferè gignunt utrinq; plurimas; & cùm ineptos de re qualibet ſermones habent, tum ſuam quiſq; ſentētiam lucri cauſa proferunt, atque ijs adeo, à quibus plurimum ſe ſperant accepturos, patrocinantur nonnulli. Iam ſi quis in exercitu quid peccet, uel commune, ſibi ſtudēs, lædat, id curat nemo: ſin aliquis noſtrum uel hoſtem captiuū habet, uel præmium accepit maius; earum rerum ſtudio magnas inter nos contentiones excitamus. Ego uerò probum & iuſtum uirum cenſeo nec priuatas reſpicere inimicitias, nec unius amici ſtudio pluris opes, quàm populare commodum, facturum. Sed ego priſcis laboribus atq; ſermonibus relictis, Palamedem hunc ueſtro iudicio conabor iuſtè proponere. Eſt autem crimen, ut ſciatis, proditionis, quod quidē decies grauior, quàm alia, manet multa. Præterea, quod noſtis omnes, nulla mihi cum hoc unquam nec inimicitia nec lis de re ulla incidit, nec in palæſtra, nec in conuiuio, quamuis ibi plurimæ contentiones & contumeliæ ſoleant exiſtere. Ipſe uerò, quem accuſabo, prudens eſt & uerſutus; ſicut meritò uobis attendendum ſit, nec, quæ dicuntur, negligenda. Etenim nec ipſi ignoratis, quo fuerimus in diſcrimine, cum alij noſtrū ad naues confugerant, alij in foſſas decidebant, & caſtra hoſtes inuaſerant, ac magnopere futurus euentus eſſet incertus. Cum autem nos ad portas eodem in loco, Diomedes & ego, conſiſteremus in acie, nec procul Palamedes & Polypœtes diſtarent, ſagittarius quidam ex hoſtibus excurrens, dum hūc petit, ad me aberrat. Tum hic haſtam[a] in illum emittit; qua ille ſublata, redit in caſtra. At ego ſagittam tollens, Eurybati do ad Teucrum perferendam, ut utatur. Poſtquam uerò pugna nonnihil interquieuit, oſtendit mihi litteras ſub alis teli latentes. Heic ego ſtupefactus, aduocatis Diomedi atq; Sthenelo, quid contineatur, oſtendo. Erāt autem hæc perſcripta: *Alexander Palamedi S. De quibus cum Telepho egiſti, concedentur omnia. pater tibi Caſandram, ut ſcripſeras, deſpondet. tu tua celeriter perage.* Atq; hæc quidem erant ſcripta; cuius uos rei, qui telum accepiſtis, teſtes aduoco. Quin etiam telum uobis ipſum oſtendiſſem, niſi id in tumultu per incuriam Teucer amiſiſſet. Sed reliqua mihi quoq; exponenda ſunt, ne inique uideamur capitale crimen tur-

[a] λόγχην pro λόγχης.

piſsimum commilitoni imponere, præſertim qui uobis hactenus carus fuerit. Nam priuſquã huc appelleremus, diu unà fuimus, cum illum nemo ſignum in clypeo uidebat gerentem. Poſtquam uerò fuimus huc delati, tridentem inſcripſit. cur? niſi ut hæc eum inſcriptio manifeſtum redderet, ſiue hunc hoſtis peteret, ſiue hic in illum iacularetur. Quid quod hinc etiam iure de haſta emiſſa coniecturam facio. nam in illa quoque perſcriptum dixerim, quando nos eſſet proditurus. Sic enim hic illis, & illi huic uiciſſim, quæ uolebant, hoc modo ſine nuncijs indicabant. Nunc etiam hoc perpendite. Decreto cautum inter nos erat, ut, ſi quis telum ab hoſtibus accepiſſet, ad principes deferret, quandoquidem nos illis non ſæpe utimur. Atque alij quidem huic parent mandato: uerùm hic, poſtquam tela quinq; excepit, nec ullum ad uos detulit, ſagittarium ſe prodit. Quare uel hac de cauſa meritò mihi capite plectendus uideatur. Non hæc ex callida mente, uerſutoq; eius conſilio, Græci, prodire, quæ ipſum deceant minimè, cogitatis? Quinimo hunc rerum noſtrarum, totiusq; exercitus ſtatum huic atque huius parenti acceptum docebo referendum, niſi quòd pluribus uerbis eſt opus. Pater huic pauper eſt, Nauplius nomine, arte piſcator. Is Græcorum plurimos de medio ſuſtulit, opes multas è nauibus abſtulit, plurimis iniurijs nautas affecit, omniqúe eſt uerſutia plenus: id quod in progreſſu ſermonis, ueritate rerum geſtarum cognita, intelligetis. Aleo, Tegeæ regi, cum Delphos ueniſſet, prædixit Deus, quicunq; ex eius filia naſceretur nepos, ab eo liberos ipſius interemtum iri. Hoc audito confeſtim domum reuerſus Aleus, Mineruæ ſacerdotem facit filiam, & mortem, ſi unquam cum uiro rem habeat, interminatur. Cum autem Hercules Elim ad Augiam in prœlium forte contenderet, ab Aleo in æde Mineruæ hoſpitio accipitur; & puella conſpecta, per ebrietatem cum ea miſcetur. Atque ut eam Aleus grauidam reſciuit, huius patrem arceſſit, quem portitorem & callidum eſſe cognouerat; eiq; filiam ſubmergendam tradit. Hic dum eam abducit, illa Telephum in monte Parthenio parit, & ab ipſo deinde, neglectis Alei mandatis, unà cum infante Teuthranti, Myſiæ regi, uenditur. Is cum utrunq; perſpexiſſet, Augen ſibi uxorem iungit, & filium, Telephum appellatum, adoptat, atq; apud Priamum ad tempus inſtituendum collocat. Pòſt accidit, ut Alexander in Græciam proficiſci uellet, cùm Delphici templi ſpectandi cauſa, tum quia Helenæ pulcritudinẽ, ac Telephi ortum & uenditionem inaudierat. Quare cũ Alexander hac de cauſa ſolueret in Græciã, interea Moli liberi ad Menelaũ è Creta ueniunt, & ut ipſorũ diuidat hæreditatem, qui patre mortuo, de bonis inter ſe cõcertarent, ab eo petũt. Quid ergo fit? Nauigandũ ille cẽſet; & uxori fratribusq; hoſpitũ cura, donec ex Creta redeat, data, diſcedit. At Alexandex uxore decepta, ſur-

reptisq;

reptisq́, quæcunq́ poterat auſerre, nec hoſpitalem Ioue͂, nec deoru͂ quenq̃ reueritus, aufugit, cum ea per iniquitate͂ & barbarie͂ geſſiſſet, quæ nunq̃ ſunt poſteri credituri. Iam cum in Aſiam ille cum opibus & muliere rediret, num quem alicubi apprehendiſti? num uoce ſignum cuiquam dediſti? num auxilium collegiſti? Nihil potes horu͂ dicere; uerùm à Barbaris Græcos contumelijs affici paſſus es. Poſtquam uerò raptum Græci cognouerant, ac reſcierat Menelaus, copias conſcribebat, & noſtrum ſingulos ad ſingulas ciuitates militum cauſa dimittebat. hunc autem in Chium ad Oenopionem, & Cypru͂ ad [b] Cinyram legabat. ipſe uerò tum Cinyræ, ne militaret nobiſcum, perſuaſit, tum donis ab eo acceptis, Agamemnoni thoracem aeneum, qui nullius erat precij, dedit, ſibi ſeruauit reliqua. cumq́ centum naues miſſurum Cinyram nu͂ciarit, ex ijs nullam uidetis adeſſe. Quare uel hac de cauſa meritò mihi capite plectendus uideatur. Decet enim puniri eum, quem turpiſſima quæq́ in amicos commentum co͂ſtet. Quin etiam ea, quæ per fraudem ac dolum confingere conatus eſt, operæprecium ſit cognoſcere. Ait enim ſe militares acies, literas, numeros, menſuras, pondera, calculos, cubos, muſicam, monetam, faceſq́ reperiſſe; nec eum, dum è ueſtigio mendacij coram uobis prolati conuincitur, pudet. Etenim Neſtor, qui nos omnes ætate ſuperat, in Pirithoi nuptijs ipſe quoq́ phalange & acie inſtructa, cum Lapithis contra Centauros depugnauit. Ac Mneſtheus dicitur primus aciem compoſuiſſe, turmasq́ & phalanges inſtituiſſe, quando Neptuni F. Eumolpus Athenienſes cum Thracibus adoriebatur. Quocirca non Palamedis hoc, ſed aliorum eſt inuentum. At litteras primus Orpheus ex Muſarum dono protulit, quemadmodum etia͂ in illius ſepulcro poſita teſtantur carmina:

Muſarum heic famulum poſuerunt Orphea Thraces,
Ignea quem poterant perdere tela Iouis:
Oeagri caram prolem, Alcidæq́ magiſtrum,
Littera cui quondam multa reperta fuit.

Muſicam uerò Tenus, Calliopes F. quem occidit Hercules, inuenit: ut numeros Muſæus Athenienſis, Eumolpi F. quod etiam declara͂t eius poemata:

Rectum, ſextuplex, menſurarumq́ quater ſex. &
Centenos ut bis quinta ætas uiueret annos.

At monetam non repererunt Pœni, cum eſſent inter barbaros ingenioſiſſimi? Nam de ſolido partes fecerunt æquales, ac primi notam pro ratione ponderis incuſſerunt: quorum hic inuenta ſibi tribuit. Quo fit, ut ea, quorum hic originem ſibi aſſerit, ipſo antiquiora deprehendantur omnia. Menſuras enim atq́ pondera forenſibus hominibus & [c] inſtitoribus ad fraudes & periuria reperit; nec non ocioſis calculos ac contentionem & contumeliam. Cubos quoq́, malum

[b] κινύραν pro κιρύραν.

[c] καπήλοις pro κατήχοις.

maximum, monſtrauit; qui uictos dolore & multa, uictores riſu afficiunt & probro. Neq; enim proſunt cuborum lucra, & pleraq; confeſtim abſumũtur. Faces deniq; excogitauit, ſed quibus ad noſtrum damnum, hoſtiumq́; commodum uteretur. Enimuero hoc ab uno quoq; poſtulatur, ut imperatores attendat, exequatur iuſſa, placeat omnibus, ubiq; probum ſe præbeat, & amicis benè, & hoſtibus malè faciendo: contra quæ hic omnia facit, & cùm hoſtes iuuat, tum amicis nocet. Ac uos ego de hoc homine communiter deliberare cupio, neq; eum in ueſtram redactum poteſtatem dimittere. Sin ei propter dicendi uehementiam tribuetis miſericordiam, maxima in exercitu orietur iniquitas. Etenim cum intellexerint, ne Palamedem quidem, qui tantũ flagitium apertè commiſerat, pœnas dediſſe ullas; ipſi quoque peccare uolent. Quare, ſi ſapietis, quæ ſint uobis ipſis optima, ſtatuetis, & in huius ſupplicio reliquis exemplum proponetis.

GORGIÆ ORATIO *Palamedis.*

NON RECTE PRODITIONIS ACCUSATUM *ſe docet Palamedes. uerùm hæc oratio priori non reſpondet.*

NEC accuſatio, nec defenſio, Iudices, cauſa capitis inſtituitur, quandoquidem eius unumquẽq; mortalium natura, qua die natus eſt, manifeſto damnauit ſuffragio: uerùm honor agitur & infamia; rectène mihi, an turpiſſimè ſit & maximo cũ flagitio uiolenter moriendum. Quæ cum duo ſint, alterum in ueſtra eſt, alterum in mea poteſtate. Vos enim ui poteſtis uti; ego, quod rectũ ſit, tueri. Etenim non difficulter me poteritis, ſi uoletis, occidere, poſtquam eo ualetis, quod mihi deeſt, imperio. Ac ſi quidem Vlyſſes, accuſator, uel meam proditionem compertam habens, uel ita ſe rem habere exiſtimans, Græciæ ſtudio accuſationem inſtitueret, optimus mehercle uir eſſet; quippe q patriã, parentes, totamq́; ſeruaret Græciam, atq; inſuper ſontem puniret. Sin per inuidiam & malignitatem crimen hoc confinxit; ut illo modo optimus, ita hoc peſſimus deprehenditur. Sed ego unde incipiam? quid primùm dicam? ad q; defenſionis partem me uertam? Etenim crimen immane terrorem grauem parit. is porro dicendi adfert inopiam, niſi quid ueritas & neceſſitas ſuppeditent, periculoſiores quàm abundantiores magiſtræ. Ac primùm quidem accuſatorem nihil habere cõpertum, certò ſcio. Nihil enim tale feciſſe me, compertum habeo; neq;, quod factum nõ eſt, ſcire quiſquam poſſit. Sin opinione ductus accuſauit, duabus eũ rationibus non rectè putare docebo. Nam neq; ſi uoluiſſem, potuiſſem,

ſem, necꝫ ſi potuiſſem, ea facere uoluiſſem. Primùm autem non poſſe me oſtendam. Oportebat enim aliquod precedere proditionis initium. id fuiſſet colloquium. ſiquidem factis uerba neceſſe eſt antecedere. Quomodo autem uerba ſine conuentu fierent? quo modo porro conuentus haberetur, cum nec ille ad me, nec ego ad illum quenq̃ miſiſſem? necꝫ etiam per litteras quicquam abſcꝫ tabellario nunciatum eſt. Sed ut hoc fieri poſſe demus, atcꝫ unà colloquamur; quomodo? quis cum quo? Grecus cum Barbaro? quo pacto audiam, aut loquar? An ſolus cum ſolo? neuter alterum intelliget. An per interpretem? tertius ergo rerum ſit occultandarum teſtis. At ut hoc quoque demus, quamuis eſt falſum; fides poſtea danda fuit & accipienda. Quæ nam ea fuiſſet? iuſiurandum? quis erat mihi proditori crediturus? an obſides? ut ſi ego fratrem dediſſem, quoniam alium non habebam, Barbarus aliquem ex liberis. hæc enim inter nos fidẽ pepeřiſſent maximam. uerùm ea uobis fuiſſent omnibus aperta. Sed aliqs pecunias interceſſiſſe dicet, quas ille dederit, ego acceperim. utrũ paucas? non erat æquum paucas pro magno accipere miniſterio. an multas? quomodo ſunt igitur perlatæ? per [a] unum, an per plures? Si multi pertulerunt, multi fuerunt inſidiarum teſtes: ſi unus, nõ multum fuit allatum. Iam [b] quando pertulerunt? interdiu an noctu? multas & frequentes excubias nemo poſſit latere. interdiu? lucem hæ res exoſæ ſunt. Deinde egreſſus ego accepi, an ille ad me eſt ingreſſus? Nam utruncꝫ eſt abſurdũ. Acceptum uerò qua ratione & familiares & alios cælauiſſem? ubi depoſuiſſem? quomodo ſeruaſſem? Siue uterer, manifeſtus fiebam; ſiue non uterer, quid proderat? Verum ſint ea, quæ nunquam accidere, facta: conuenimus, locuti ſumus, audiuimus, pecuniam accepimus, acceptam cælauimus. iam id, quorũ hæc fiebant cauſa, peragendum erat. At id etiam eſt, quàm ſuperiora, incertius. Quod enim agebam, ſolus, an cum alijs agebam? non eſt unius opus. cum alijs? quibus horum? ſeruis an liberis? Ac ueſtrum quidem, qui eſtis liberi, dicat quiſcꝫ, ſi quid nouit. ſerui autem fidem non merentur. ſiquidem & ultro propter libertatem, & malo coacti accuſant. Iam res ut accidit? nempe hoſtes uobis potentiores erant intro ducendi, quod eſt factu difficile. Quomodo igitur introduxiſſem? per portas? eas mihi necꝫ claudere necꝫ aperire permiſſum eſt; uerũ à ducibus curantur. an ultra muros per ſcalas? omnia ſunt excubijs plena. an denicꝫ muri parte deiecta? id omnibus fuiſſet cõſpicuum, quandoquidem ſub dio in caſtris degitur, atcꝫ omnium uiſui patent omnia. Quo fit, & omnino nihil efficere potuerim. Nunc etiam illud ſimul conſiderate, cur hæc agere uelle debuerim. Nemo gratis maximum ſubit diſcrimen; nec turpiſſimum committit ſcelus. Vtrum igitur uobis, an barbaris ut imperarem? Vobis non poteram, qui tot ac tales eſtis, quibusqúe omnia ſuppetunt maxima, maiorum uirtutes,

[a] deeſt ὡς ante ἑ[νὸς].
[b] πότε pro πότερον.

opum copia, fortitudo, magnanimitas, urbium dominia. an [c] barbaris? quis traderet imperium? quibus ego uiribus acciperem, Barbaros Græcus, multos unus? perſuaſione an ui? Nã nec illi poſſent perſuaderi, nec ego cogere. Sed ultro fortaſſis hanc proditionis mercedem rependerent. at hoc & credere foret & ſuſcipere non [d] leuis inſania. Quis enim libertate ſeruitutem, optima re peſſimam commutarit? Sed aliquis me pecuniæ cupiditate hæc aggreſſum dicet. Ego uerò nec mediocribus opibus careo, nec ſplendidas requiro. has enim quærunt ij, qui ſumtus magnos faciunt, non qui corporis libidini imperant, ſed qui ſeruiunt, & opum atq; magnificentiæ auxilio honores ambiunt. At horum nihil in me cerni, teſtem dabo idoneum uitam anteactam, cui uos teſti teſtes poteſtis eſſe. Nam quia mecum uerſamini, non poteſtis hæc ignorare. Quid quod nec honoris cauſa quiſquam, qui uel parum ſapiat, his rebus daret operam. Honor enim uirtutem, non uicium ſequitur. Græciæ uerò proditor quem poſſit honorem conſequi? Præterea non eram honoris expers, quandoquidem ab honoratis uiris [e] ob res honoratas honorabar; à uobis propter ſapientiam. Huc accedit, quòd nequaquam tutum eſt has res agere. Cunctis enim inuiſus eſt proditor, legi, iuri, dijs, hominibus. [f] Etenim legem uiolat, ius diſſoluit, homines perdit, deos afficit contumelia. Talium uerò plena periculis eſt uita, nec ſecuritatem ullam habet. At amicos uolebam iuuare, uel nocere hoſtibus. nam & horũ aliquis cauſa ſecus agat. Ego uerò contrà noccbam amicis, iuuabam hoſtes. Ac beneficij quidem nulla manebat me remuneratio; ſupplicij autem ſtudio calliditati nemo nauat operã. Reliquum eſt, ſi ad metum, laborem, aut periculum aliquod fugiendum hæc inſtitui. At hæc nemo mihi poſſit tribuere. Etenim propter hæc duo cuncti cuncta faciunt, uel ut lucrum aſſequãtur, uel damnum ut euitent. Quæ autem præter hæc aſtutè fiunt * Iam his rebus gerendis mihi me malum daturum eſſe, non me fallebat. Prodebam enim Græciam, meipſum, parentes, amicos, maiorum dignitatem, auita ſacra, ſepulcra, patriam, urbem Græciæ maximam. quæq; omnes maximi faciunt, ea inimicis [g] tradidiſſem. [h] Nunc etiã animaduertite, quàm acerba mihi poſt has res fuerit futura uita. Quo me contuliſſem? in Græciam, ut pœnas læſis ſoluerem? quis uerò à me illorum abſtinuiſſet manum? an apud Barbaros manerem, maximis quibuſq; rebus neglectis, honore ſummo ſpoliatus, infamia turpiſſima conſtrictus, ſuſceptis olim cum uirtute laboribus reiectis, idq; per meipſum, quę quidem eſt maxima miſeria? Quid quod ne apud Barbaros quidem fides mihi fuiſſet, quippe qui rem infideliſſimam à me perpetratam ſcirent, cum amicos hoſtibus prodidiſſem. At ſine fide uitalis haud eſt uita. Etenim qui uel bonis exutus, uel regno, patriaue ſit eiectus; alicubi poſſit excipi. uerùm qui fidẽ amiſit, omni ſpe euerſus eſt. Ex

c deeſt βαρβάρων poſt τῶν.

d πολλῆς τινὸς μωρίας pro πολλῆς τιμωρίας.

e deeſt ἐπὶ poſt γὰρ.

f τὸν μὲν γὰρ νόμον pro τὸν μὲν γενόμενον.

g τοῖς ἀδικηθεῖσιν.

h ἐνεχείρισα pro ἐνεχείρησα.

his igitur efficitur, ne uoluiſſe me quidem, etiamſi potuiſſem, Græciam prodere. Deinceps autem cum accuſatore mihi agendum eſt. Qua tu re fretus, talis talem accuſas? indignus indignum? eſt enim hoc dignum cognitu. Vtrum enim quod mihi crimen imponis, id certò compertum habes, an coniectura complecteris? Etenim ſi compertum habes, uel uidiſti, uel fuiſti particeps, uel audiuiſti. Si uidiſti, [i] locum, tempus his indica. quando, ubi, quomodo uidiſti? ſi particeps fuiſti, in eodem teneris flagitio. ſi de participe audiuiſti, is ipſe prodeat, appareat, teſtimonium dicat. nam ita plus habebit accuſatio fidei. etenim nũc quidem neuter noſtrum teſtem ullum citat. Sed fortaſſe dices, rerum, ut uis tu, geſtarum teſtes non eſſe tibi adducendos, mihi non geſtarum eſſe. id uerò æquale non eſt. Quæ enim non contigerunt, quis ea teſtari poſſit non accidiſſe? at res geſtas etiam facile eſt teſtimonio comprobare, nedum hoc fieri nequeat. Quare tu non teſtes modò, uerùm etiã falſos teſtes reperire ego; poſſis neutros poſſim. [k] Doceo igitur, non habere te, quæ obijcis, comperta. reliquum eſt, ut utaris coniectura, poſtquam ueritatem rei ignoras. Ergo tu, omnium hominum audaciſſime, ſola fretus opinione, re incertiſſima, nec ueritatem cognoſcẽs, cum capitis audes accuſare, quem nihil ſcias tale unquam perpetraſſe? At omnibus eſt commune, de re qualibet opinari; nec in eo tu reliquis es peritior. ceterum nec opinantibus, uerùm ſcientibus eſt credendum; nec opinio ueritate potior habenda, uerùm contrà opinione ueritas. Iam in accuſatione tua duo mihi, quæ ſunt maximè contraria, tribuis, ſapientiam uidelicet & inſaniam; [l] quæ non poſſunt eundem in hominem cadere. Cum enim callidum & induſtrium me uocas, ſapientiam tribuis; cum Græciam prodidiſſe dicis, inſaniam. ſiquidem inſania ſit eas res aggredi, quæ ſint factu difficillimæ, inutiles, turpes; & quibus quis tum amicis noceat, tum hoſtibus proſit, tum uitam ſuam probris & periculis exponat. Quis uerò tali credat oratori, qui in eodem ſermone de ijſdem hominibus apud eoſdem, quæ ſunt contraria plurimum, dicat? Atq; hoc interrogare te uelim, prudentes an ſtultos ducas eos, qui ſapientes habentur. ſi enim ſtultos, uana & falſa eſt oratio: ſi prudentes, non decet eos grauiſſimè peccare, nec mala bonis præferre. Quapropter ſiue ſapiẽs ſum, nõ peccaui; ſiue peccaui, nõ ſum ſapiens. Ex quo fit, ut utroq; modo mendacij conuincaris. Ex quãquã multa poſſim rurſus in te magnaq; tũ uetera tũ noua culpare, non tamẽ faciã; ſiquidem non tam per tua uicia, quàm per mea uirtutes hoc uolo crimen diluere. Atq; hæc quidem ad te dicta ſint: ad uos autem, Iudices, de me nonnihil uolo dicere, odioſè quidem, ſed uerè, quodq; ut in accuſato tolerari [m] poſſit, ita non accuſatum non deceat. Quoniam enim nunc præteritæ uitæ rationes apud uos refero, ne quis ueſtrum indignetur, ſi quid à me præclarè geſtum recenſuero, peto, uerùm accuſa

[i] ἰδὼν pro εἰδώς.
[k] δυνατὸν pro ἀδύνατον.
[l] ἄνοιας pro ἄνοιαν.
[m] ἀνεκτὰ, ἢ pro οὐκ ἀνεκτά.

tum uel falſa de ſe prædicare poſſe exiſtimet. ego autem, quod uerũ ſit, apud uos conſcios libentiſſimè narrauero. Primum igitur ac ſecũdum, quod habeo maximum, eſt uita prior ab initio ad finem uſque ſine ullo crimine peracta. Nec enim quiſquam uicium ullum poſſit uerè mihi tribuere. Nam nec accuſator ipſe quicquam eorum, quæ dixit, comprobauit. adeo conuicium duntaxat ſine probatione ſermo eius complexus eſt. Quid quod non tãtum culpa me uacare, ſed etiam egregiè de uobis & Græcis, atq; adeo cunctis mortalibus, qui quidem ſequentur, meritum eſſe dixerim, nec mentiar, neq; refellar. Quis enim alius uitam humanam facilem ex difficili, ornatam ex inornata reddidiſſet? Equidẽ & aciei bellicæ [n] rationem reperi, rem nõ parui momenti, & leges ſcriptas, iuſtitiæ cuſtodes, & litteras, inſtrumentum memoriæ, & mẽſuras atq; pondera, faciles contractuum arbitros, & numerum, opum cuſtodem, & faces, optimos ac celerrimos nuncios, & calculos, ocij ſuauem uſum. Cur igitur hæc uobis in memoriam reuocaui? non tam, quòd his nõ eſſe deditum, quã quòd à turpibus & malis rebus me ſemotum eſſe indicare uellem. Nam qui illa curet, is hæc, neceſſe eſt, negligat. Hoc autẽ poſtulo, ſi nuſquam uos ego læſi, ne à uobis item ipſe lædar. Nam nec in alijs negocijs ita me gero, ut uel iuniores uel ſeniores mihi nocere cupiant. Etenim ſenibus ſum non iniucundus, iuuenibus non inutilis; felicibus nõ odioſus, erga miſeros miſericors, nec paupertatẽ deſpiciẽs, aut opes pluris, q̃ uirtutem, faciẽs; nec in conſilijs imperitus, nec in prœlijs ignauus, aut contumax. Sed nõ me decet meas recitare laudes; niſi q̃d hæc tempora me, præſertim accuſatum, defenſionem coguntinſtituere. Reliquum eſt, ut de uobis ad uos uerba faciam; quibus abſolutis, defendẽdi finem ſtatuam. Ac miſericordia quidem & preces, atq; amicorum deprecatio, cum uulgi eſt iudicium, uſum habent. at uobis, Græcorum principibus, non amicorum auxilijs, nec precibus aut miſericordia perſuadendum eſt; uerùm iuſtiſſimè declarata ſine fraude ueritate, crimen hoc euadendum. Iam uos nõ uerba potius oportet, quàm res, attendere, nec probationibus præponere crimina, neque exiguum tempus longo ſapientius iudicaturum credere, neq; calumniæ plus, quàm experientiæ, fidei habere. Vt enim omnibus in rebus uiri boni maximè cauent errorem, ita in ijs, quæ reſtitui nequeunt, etiã magis. Nam hæc & prouidentia poſſunt euitari, & pœnitentia curari nequeunt. Tale porro eſt, cum alicuius caput, ut nunc apud uos, agitur. Quod ſi ergo uerbis poſſet pura rerum ueritas auditoribus aperta reddi, facile eſſet ſecundum ea, quæ dicta ſunt, iudicare. Quoniam autem aliter ſe res habet, corpus meum aſſeruate, lõgius expectate tẽpus, ac uerè iudicate. Nam uos quidem neceſſe propemodum erit, ſi uos iniquos præbueritis, infamiam cum gloria cõmutare. At infamiam uiri probi morte grauiorem ducunt. Nam cui

hæc

[n] πολεμικῆς pro πολεμίας.

hæc finem, illa morbum conciliat. Quod ſi me iniuſtè occideritis, id omnibus manifeſtum fiet. Nam & ego innocens, & ueſtra inter omnes Græcos erit nobilis atq; clara malitia. Quid quod uobis totũ imponetur iniuſtitiæ crimen, non accuſatori. ſiquidem uos iudicio finẽ ſtatuitis. Neq; uerò maius ullum poſsitis committere peccatũ: quandoquidem non in me tantùm & parentes meos, cùm iniuſtè iudicabitis, delinquetis, uerum etiam uobiſmetipſis grauis, impij, iniuſti & iniqui facti eritis conſcij, quippe qui commilitonem commodum, de Græcia bene meritum, Græcum Græci occideritis, nullo manifeſto flagitio, nec aperto crimine cõprobato. Atque hæc ſint hactenus à me dicta. Longi enim ſermonis breuis repetitio haberet quidẽ apud uulgares iudices locum. at principum principes, Græcorum Græcos, quæ dicta ſint, nec attendiſſe nec meminiſſe, nix exiſtimare fas eſt.

FINIS TOMI QVARTI.

GVLIELMI CANTERI DE RATIONE emendandi Græcos autores SYNTAGMA.

PRAEFATIO.

QVOD ſolent liberales facere menſores, ut præter iuſtam legitimamq́ue mẽſuram aliquid, quod ἐπίμετρον propriè uocatur, adyciant, eandem in hoc opere nunc benignitatem ſequi animum induxi, & quanquam Tomus quartus ἐν παρέργοις, ut Græci dicunt, totus admenſus uideri poßit, hoc nihilominus uelut ἐπίμετρον ἐπιμέτρου ſubiungere. Quoniam enim Græcorum ſcriptorum lectio quàm ſit utilis ac propemodum neceſſaria, pauci ſunt qui ignorant: fit autem plerunque, ut iydem non leuibus mendis partim ueteribus, partim nouis infecti, lectorẽ tanquam in itinere difficili lubricoq́; remorentur, & pedem cogant figere: huic rei aliquod remedium ſi attulero, non omnino nihil, quod ad ſtudioſorum laborem leuandum faciat, præſtitum à me putabo. Breuiter ergo rationem ex ingenio, cum libri meliores deſunt, ſcriptores Græcos emendandi trademus, eaq́; loca, quæ non prorſus Chironia ſint ulcera, feliciter ap teq́; reſtituendi. Atque id eo fiet commodius, quòd ex Ariſtidis noſtri emendationibus, in margine collocatis, licebit, uelut è diuite promtuario, quicquid ad hanc rem pertinebit, ſumere. Nec enim alio ſtatuimus nunc quidem autore uti, quandoquidem ſolus poterit ad omnia ſufficere, & cuiuſcunque emendandi generis exempla permulta præbere: quæ cum partim coniecturæ ſagaci, partim etiam librorum ueterum collationi debeantur, non incommodè fiet, ut inter ſe fidem, quemadmodum in ſimilibus accidere uidemus, apud lectores faciant. Hoc etiam inerit hac in re commodi, quòd ſimul & emendationum in Ariſtide factarum ratio reddetur, atq; earum quoque, quæ ſunt in Nouis Lectionibus, ſi fortè & has aliquando citari contigerit; & eædem uiciſsim ad ſimilia in alys autoribus caſtiganda loca viã patefacient. Nam quæ in rebus omnibus, & ſacris & profanis, vim habet maximam ſimilitudo, poſtesquam per mentis imbecillitatem ueras omnium rerum rationes explicare non poſſumus; eadem in hoc quoque negocio illud efficiet, vt ad vnius emendationis alicuius exemplum aliæ plures alibi non ineptè quaſi ſuccreſcant. Sic igitur agemus, ut, quæ literæ in quas corrumpi ac degenerare ſoleant, atq; ita uoces alias, aliamq́; nonnunquam orationẽ ſufficere, ſingillatim primum oſtendamus. Deinde quæ literæ uel addi uel omitti temere ſoleant, docebimus: atque etiam ad ſyllabas & uerba multa tum ſuperflua, tum deſiderata ueniemus. Hinc ad coniunctionem uocabulorum disiungendorum, & rurſum disiunctionem coniungendorum, rem ad iucunditatem pariter & utilitatem præſtantiſsimam, progrediemur: & alia quædam deniq;, quæ ad hoc negocium pertinent, breuiter addemus. Atque in his, vt dixi, ſolius Ariſtidis, &, ſi fortè, Nouarum Lectionum, atq; etiã Tomi quarti emendationibus utemur. plura exempla vel ipſi per ſe ſtudioſi colligent, uel nos olim, ſi ſuppetent antiqui libri plures, addemus. Horum enim iure ſummo maxima debet eſſe, vt & antiquitatis totius, autoritas: quæ quoniam nec nobis in his deerit, ea ne ſit obſcura, hoc vbique obſeruabimus, vt, quæcunque codicum ope ſcripturæ emendatæ proponentur, nota parentheſeos deſinentis inſigniantur, & à reliquis, quæ lectoris relinquuntur iudicio, diſcernantur. Sed iam tempus.

QVAE

QVAE LITERAE IN QVAS COR-*rumpantur.* *Caput primum.*

A corrumpitur in ε.

HAEC *mutatio ſepiſſimè contingit, nec difficulter animaduerti poteſt. Scribendum igitur* ἀρισῶν) *pro* ἱερεῶν *quodam loco:* ἀποδέδεικται) *pro* ἐπιδέδεικται *in orat. de Paraphtheg. & in eadem* ἄγραφον *pro* ἔγγραφον. *Siquidem paulò pòſt dicit* ἀπὸ στόματος μόνον. *Nam literas quidem geminari, uel geminatas reddi ſingulas, non rarò uidemus. Hinc* μέλειν *pro* μέλλειν, *& contrà, ac ſimilia. Item* ἀφ᾽ *pro* ἐφ᾽ *duobus locis ponendum, quorum alter eſt initio, De non agen. comœd.*

α in ι & contrà.

Scribendum igitur ἅπασα *pro* ἅπασι: *& contrà* ἅπασιν *pro* ἅπασαν: νεότητι *pro* νεότητα.

α in ο.

Scribendum igitur ἂν) *pro* ἐν *ſub finem Platonicæ 2. & iterum in fine, ubi ualet* (: ἀπολογίας) *pro* ὁμολογίας *in Panath.* πολεμοῦντας *pro* πολεμοῦντες. *Etiam contrà fieri infrà docebimus.*

α in υ & contrà.

Scribendum igitur ἀνάπτουσιν *pro* ἀνύπτουσιν, *Sicula 2. contrà* φυγόντες *pro* φαγόντες: ὑπ᾽ *pro* ἀπ᾽.

α in ω.

Scribendum igitur διάξουσι *pro* διάξωσι, *in Rhodiaca:* ὡς *pro* ἃς *ſub initium Platonicæ I. contrariam rationem infrà trademus.*

αι in ε, & contrà.

Hoc primùm heic animaduertendum, literas, quæ eodem proferuntur modo, inter ſe commutari facillimè. Sic αι *&* ε, ο *&* ω: η, ι, υ, ει, *&* οι: τ *&* θ *ſæpiſſimè inter ſe mutuò corrumpuntur. atque id nos aliquando exemplis docebimus, aliquando ut non neceſſarium omittemus. Scribendum igitur* ἀνταίρειν *pro* ἀντερεῖν. *Neq; debet in his uel ſimilibus quenquam accentus mouere, de quo dicemus infrà. Contrà* ἐδῦσι *pro* αἰδοῖοι *ſcribendum in Platone docuimus lib. 5. Nouarum lect.*

αι in η.

Scribendum igitur πλάσιον *pro* πλησίον *in Monod.* εἶμαι *pro* εἰ μὴ: αὐταῖς *pro* αὐτῆς *in Rhod. Neq; hoc fieri quiſquam mirabitur, qui* αι *eundem nunc, quem olim* η, *habere ſonum meminerit.*

αι in ι, & ει, & contrà.

Scribendum igitur ἐπαινέσαι) *pro* ἐπαινέσει *in Panath. contrà* θλάψει *pro* θλάψαι *in Lesbonacte. Scribendum quoq;* αὐταῖς *pro* αὐτοῖς

αυ in η, & contrà,

Scribendum igitur φλαῦρον *pro* λῆρον *in 2. de Concord. quanquā hoc certè affirmare nolim: Contrà tamen ſcribendum* ἢ *pro* ἂν, *initio Siculæ 1.*

B *corrumpitur in* θ.

Scribendum igitur σεβῶν) *pro* σεβεῖν *ſermone primo.*

β in λ.

Scribendum igitur λαβεῖν) *pro* λαλεῖν *in Panath. & iterum* δίκην λαβεῖν *pro* λαλεῖν: *& rurſum* λαβεῖν *pro eodē in 2. de Pace: ubi* λαβεῖν *dicit abſolutè, ut uocant, quemadmodum alibi,* λαβεῖν ὑπὲρ θεμιστοκλέους

β in π.

Scribendum igitur βράχεα *pro* παράχεα *in Aegypt. id quod ſenſus apertè docet.*

β in χ.

Scribendum igitur ἔλαβεν) *pro* ἔλαχεν *in Panath.*

β in σ,

Scribendum βάσις *pro* σάσις *in Monod. nam & eodem uocabulo de eadē urbe in 1. de Concord. utitur.*

Γ *corrumpitur in* μ, *& contrà.*

Scribendum igitur δυσγένειαν *pro* δυσμένειαν *in Lesbonacte. contrà* μονὰς *pro* γονὰς *in Hymno.*

γ in π, & contrà.

Scribendum igitur γράμματα *pro* πράγματα. *contrà paulò antè* πράγματος *pro* ἐπιγράμματος: *quāquam utrūque uidetur inde potius ortum, quòd illic* πραγμάτων, *heic* ἐπίγραμμα *ſæpius præceſſerat. de qua mendorum origine dicam latius poſtea. In Eurip. quoq;* λόγῳ *pro* λοιπῷ *ſcribendum ex Iuſtino docuimus lib. 1.*

γ in χ, & contrà.

Scribendū igitur ἦγε *pro* ἦχε *duobus in locis: ſemel pro* ἦρχε *Leuct. 1. contrà in Hercule* ἄρχων *pro* ἄγων.

Δ *corrumpitur in γ & in τ.*

Scribendum igitur γοδδίω *pro* γοργίω *initio pro Quatuoruiris:* δυσπειθοῦσαν) *pro* δυσπειθοῦσιν *in*

Regem. de δ in τ dicemus.

E corrumpitur in α.

Hæc mutatio, ſicut & contraria, ualde frequens eſt: Scribendum igitur ἐπῆλθεν) pro ἀπῆλθεν: & mox ἐπήεσαν) pro ἀπήεσαν: ἐπλῶ pro ἀπλῶ: ἐπακτῶ pro ἀπακτῶ. Scribendum quoq; ἐφίσταιν pro ἀφίσταιν: ἐφ' pro ἀφ': de παρὰ & περὶ dicemus infrà.

ε, in η, & contrà.

Scribendum igitur δὴ) pro δὲ duob. locis. contra δὲ) pro δή: ἡνία pro ἔνια: ἦξιν pro ἕξιν Leuctrica 2.

ε in ι, & contrà.

Scribendũ igitur μεσουώτων pro μισουώτων in Aegypt. ὅτε pro ὅτι duob. locis. contrà μίσῃ) pro μέσῃ: ἴσῃ) pro ἔσῃ: & hinc ἐπίσῃ pro ἐπέσῃ in Aegypt.

ε in ο, & contrà.

Scribendum igitur παρόντες pro παρόντας Platon. 1. ὅτι pro ἔτι tribus locis, quorum unus etiam librorum teſtimonio nititur. contrà ἔτι pro ὅτι in fine Aegypt. ἐκέλευον) pro ἐκέλευεν: ὀργῆς pro ἔργοις in Lesb.

ε in υ, & contrà, & ε in αι.

Scribendũ igitur ἐπίχεσαι) pro ὑπίχεσαι in Panath. Scribendum quoq; ἐφεστῶτας pro ὑφεστῶτας: ἐφ' pro ὑφ' duobus locis. Contrà totidem ὑπ' pro ἐπ', quorum alter, Platon. 3. etiã librorum habet teſtimoniũ. de ε in αι diximus.

η in η, & contrà.

Scribendum igitur δεῖ pro δὴ ſæpius, & ſemel pro ἀεὶ in fine Aegypt. quemadmodum & λιθύδριον) pro λιθυάριον in Athenæi fragmento legendũ: εἶξαν) pro ἦξαν: κατεδείσαμεν pro κατεδήσαμεν: λιφθέντων pro ληφθέντων: εἰ pro ἡ, pro ἦ. cõtra ἦ pro εἰ: ἥκοντες) pro εἴκοντες: μηδίσαν pro μηδίσασι: ἧς) pro εἰς duobus locis.

η in ι, & contrà.

Scribendum igitur φησὶ pro φησὶ bis: ἐπεὶ pro ἐπὶ Sicula 1. contrà ἤνας pro τεῖνας: ἐκτίνω) pro ἐκτείνω uide librũ 5. c. 25.

η in ο,

Scrib. igitur ἔδοξα pro ἔδοξα Serm. 1. ὅτις pro ἥτις de Concord. contrariam rationem nondũ reperi.

η in οι, & contrà

Scribendũ igitur οἱ pro ἡ bis: οἴκη) pro ὄικη in Panath. οἴχετε pro ἤχετε. contrà ἡ pro οἱ: ἡδεσόμεθα pro οἰδεσόμεθα in 1. de Pace.

η in υ & in ω

Scribendum igitur νῆν pro νῦν duobus locis, altero 1. altero 2. Platon. quorum illum etiam libri ſic legendum docent. de η in ω dicetur.

ευ in α

Scribendum igitur εὐκαιρίας) pro ἀκαιρίας in Panath. & ibidem εὐεξίας) pro ἀεξίας, ut & apud Lyſ. εὐπορήσαντες pro ἀπορήσαντες: εὐπλεύσωσιν pro ἀποπλεύσωσιν in fine Sicul. 2.]

Z corrumpitur in ξ, & contrà

Hæc mutatio ſicut & contraria, non eſt infrequens, nec exemplum requirit ullum.

H corrumpitur in α, & in ε.

Scribendum igitur ἀπάσας) pro ἀπάσας in fine in Roman. de η in ε dictum eſt.

η in ι.

Scribendum igitur ἤδιον pro ἴδιον duobus locis: πάλιν) pro πάλιν: cui ſimilia plura protulimus initio Nouar. lect.

η in ο, & contrà, & η in υ, & ω, & αυ, & ι

Scribendum igitur ἀπιόντα) pro ἀπόντα: ὅσην pro ὅσον. contrà προφὸν) pro προφὴν ſerm. 1. ὁμήρους pro ὁμόρους: de η in υ, & in ω dicemus infrà: de η in αυ, & in ι diximus.

η in οι, & contrà.

Scribendum igitur ἡ pro οἱ bis: ἡ pro οἱ: ἧς pro οἷς: ἥκων) pro οἴκων. contrà ποιοῦσι pro ποιήσει: ἀθροίσας pro ἀθρήσας bis lib. 5. c. 29.

η in ου.

Scribendum igitur ἄκουσιν pro ἄκουσιν initio Genethliacæ.

Θ corrumpitur in δ.

Scribendum igitur κύθνω pro κύδνω initio in Roman. nam Cydnus inſula nuſquam eſt. literarum quoq; ſimilitudo facilè mutationi locum dat.

θ in λ.

Scribendum igitur ἄθλως) pro ἄλλως in Smyrnã. quod niſi me ſcriptus codex docuiſſet, nunquam profectò, ſicut alia multa, ueniſſet in mentem ſuſpicari.

θ in ν, & in ο, & in τ.

Scribendum igitur ἔθνια) pro ἔννια de Paraphthegmate. de θ in ο, & in τ infrà dicemus.

θε in ω.

Scribendum igitur πρόθεσιν) pro πρόσων Serm. 1. διαπρεφθέντος pro διαπρεφόντος de Paraph. Sed maioris eſt corruptelæ, quod in fine Platon. 2. legitur μίαν, cum ſit μεθ' ſcribendum ex Demoſth. quanquam hoc mutationis genus è breui ſcriptura, qua multum utuntur Græci, potius ortum credo: cuius exempla plura poſt adferemus.

I corrumpitur in η, & in α, & in ε.

Scribendum igitur ἴν') pro ἦν initio Panath. δικᾶσαι pro δικάσαι bis: χρίματα pro χρήματα. ſed alterũ

χρήμα-

χρήματα, quod in 1. de Concord. legitur, ἀλλὰ πάντων κοινὰ ὥσπερ χρήματα, non tam facilè reſtitui poteſt. quanquam ut dicam, quod ſentio, puto heic ad Eurip. uerſus, φίλων γὰρ οὐδὲν ἴδιον &c. ἀλλὰ κοινὰ χρήματα, alludi, ac poſt ὥσπερ deeſſe, Εὐριπίδης εἶπε, uel tale quid. Iā ut reuertamur, ſimiliter οὐδενὶ τῷ ſcribendū pro οὐδὲν ἴδιον. initio Sicul. 1. quod ita eſſe nemo, qui rem totam perſpexerit, negabit. nam de componēdis & ſeparandis uocibus poſtea latius agemus. de ι in α & in ε diximus.

ι in υ, & contrà. & in ζ.

Scribendum igitur κίσιν pro κύσιν Platon. 3. πιθοίμην pro πυθοίμην. contrà ſcribendum φύλλυ pro φίλυ Serm. 3. φύλον pro φίλον: ἄφυκτον pro ἄφικτον ter. de ι in ζ diximus.

ι in οι, & contrà.

Scribendum igitur λιμῶ pro λοιμῶ initio Panath. ἰδ᾽) pro οἱ δ᾽ apud Pind. ut oſtendimus lib. 5. contrà λοιμὸς pro λιμὸς in Contra crimin. ſequitur enim, ἐν αὐτοῖς τοῖς σφαλερωτάτοις καιροῖς. nec ignotum eſt, quid de oraculo, ἥξει Δωριακὸς πόλεμος &c. referat Thucydides.

K corrumpitur in λ, & contrà.

Scribendum igitur κακῶς pro καλῶς duobus locis, quorum alter eſt Leuctr. 5. contrà καλοὶ pro κακοὶ in Lyſ. ἀλληθὴς) pro ἀληθὴς: λογισμὸς pro κογισμὸς, 1. de Concord. Mutationis cauſam ex uicinitate literarum pendere arbitror. quod cur dicam, intelligunt rei typographicæ periti.

κ in μ, & contrà.

Scribendum igitur κάλλιστα) pro μάλιστα in Panath. κύτοι pro μύτοι lib. 1. c. 7. ναυκρατεῖν quoque pro ναυμαχεῖν initio Rhodiacæ. quod etiam ἡγεμονίας uocabulo mox illato cōfirmatur. contrà ἐμπίπλον) pro ἐκπίπλων: πολύμητιν pro πολύκητιν in Antiſthene.

κ in ν & in χ.

Scribendum igitur ἐκτροφαὶ pro ἐντροφαὶ in Panegyr. qua uoce etiam apud Nonium quidam utitur: ἐκ pro ἐν in Dinarcho.: ἄκακος pro ἄνακτος lib. 5. c. 5. de κ in χ dicetur. Huc pertinet uocula καί, quæ quoniam compendio ferè ſcribitur, in uaria ſæpe degenerat uocabula, nec ſub certum poteſt canonem cadere. Scribendum igitur καὶ pro ἢ ter: pro ἡ in Romam: pro μὴ in Aegypt. pro ἐν, teſte antiquo codice pro ὡς Leuctr. 4. Item τὸ pro καὶ bis ponendum, ac ſemel quidem antiqui libri fide. ſic οἱ pro τὸ ſub finem Platon. 2. καθ᾽ quoq; pro εἰ, quo loco ter uſurpatur, corruptè ſemel. de ſimilibus pluribus infrà.

Λ corrumpitur in α.

Scribendum igitur λῖνα pro αἰνὰ lib. 1. c. 7. μέλπω pro μέαπω lib. 4. c. 5. ὅπλητες pro ὁ πάντες lib. 5. c. 19. ac ſimiliter δ in α corrumpi, præſertim apice aliquo inſigne, ſuprà patuit.

λ in δ & in κ.

Scribendum igitur κατελυσάμην pro κατεδυσάμην Serm. 4. γελῶντας pro γεδῶντας lib. 5. c. 19. Atq; heic literarum ſimilitudo, ut & alibi, mutationi eſt obnoxia. de λ in κ dixi.

λ in ν, & in ρ, & in χ.

Scribendum igitur συμπλέον) pro συμπνέον Serm. 2 ἐμέλλετο pro ἐγένετο 2. de Concord. ubi cum quis ἐγέλλετο reperiſſet, ut ſuſpicor, fecit ἐγένετο. de λ in ρ & in χ dicemus.

M corrumpitur in λ, & in γ, & in κ.

Scribendum igitur νομίσαντας pro νολίσαντας in Rhodiac. quod ipſum quoq; uicinitati imputo. de μ in γ & in κ diximus.

μ in π.

Scribendum igitur κέμψιν) pro κάπτιν ſub initium Platon. 2. δύμα pro δύπα in Andoc.

μ in σ, & contrà.

Scribendum igitur τίθημι) pro τίθησι: φημὶ pro φησὶ 2. de Pace. cōtrà φησὶ pro φημὶ Platon. 2. ὑπέρεισα) pro ὑπέρειμα.

μ in τ, & contrà.

Scribendum igitur μάλα) pro τάλα in Panath. μὴ pro τὴ. contrà τὴν pro μὴν: niſi quis hæc ad curtā ſcribendi rationem, de qua modò, referre malit: ſic enim μὴ quoque pro μὴν ponendum lib. 7.

N corrumpitur in π.

Scribendum igitur νίσσων pro πίσσων in fine in Romam. alludit enim ad Phocaenſium hiſtoriam, de qua Herodotus & Horatius. itaq; cū νίσσων quidam ſcriptum legiſſent, πίσσων fecerunt.

ν in ρ.

Scribendum igitur πτρόλιν) pro πτόλιν: γραφεῖς pro γναφεῖς. contrariam rationem infrà trademus.

ν in υ, & contrà, & in χ.

Scribendū igitur σύμβολον) pro συμβόλυ initio Panath. σπένδομαι pro σπεύδομαι initio Plato. 3. ὄντως pro ὄυτως. contrà τυράννυ) pro τυράννων: χρόνυ) pro χρόνων: ἐνθυμεῖσθαι pro εὐθυμεῖσθαι Serm. 4. neq; heic eſt obſcura literarum ſimilitudo. de ν in χ dicemus.

Ξ corrumpitur in σ & in ζ.

Scribendum igitur ξενίζειν pro σωνίζειν in 2. de Concord. cum ad Rhodios ait, μέχρι μὲν γὰρ διεσώζετε τὰ τῶν ἄλλων, εἰκὸς ἦν ξενίζειν, καὶ τοὺς μὲν ταῦτα, τοὺς δὲ ἐκεῖνα ὑμῶν ἀφρονεῖν. Sic enim prorſus legendū affirmo. ξ enim & σ eodem ferè proferuntur à nonnullis modo. nam de reliquis quidem mutationibus alibi

agitur. nec rarò fit, ut in eadem uoce plures mutandæ ueniant literæ. id quod heic ſemel dictum, ubiq; locũ habere uolo. de ξ in ζ diximus.

O corrumpitur in α, & in ε, & in ω.

Scribendum igitur πορείαν *pro* παρείαν *in Panath.* ὀρχῆ *pro* ἀρχῆ *in Athen.* ὀπάτωρ *pro* ἀπάτωρ *in fine primi. de ο in ε, & in ω diximus.*

ο in θ, & contrà.

Scribendum igitur οἴ σοι) *pro* οὐ ἴσθι *initio Platon. 2. contrà* ἴθι) *pro* ἴοι, ἀνθιδὼν *pro* ἀνοιδὼν *l. 4. c. 5.*

ο in ι.

Scribendum igitur ἶρος *pro* ἔρις *in Athen. in uerſu Sapphonis. ac ponitur* ἶρος *pro* ἔρως. *dicit enim* ἶρος ἀ*ϛλω, quod Athenæus exponens* ἡ τῆ ζωῆ ἐπιθυμία.

ο in ω.

Scribendum igitur τετραγονίαν *pro* τετραγωνίαν *in Aſclep. ſicut alibi* τριγονίαν *dixit:* ὡς μὲν ἐκ τριγονίας ἐδύνανθ' ὥσπερ *pro* ὥσπερ *de Paraph. Cur hæc, & contraria mutatio, crebra ſit, initio docuimus.*

Π corrumpitur in δ, & in γ.

Scribendum igitur εἰπεῖν) *pro* εἰδεῖν *in Panath. quemadmodum dicit pòſt,* ἰφάμιλλα καὶ εἰπεῖν καὶ θαυμάσαι. *de π in γ dixi.*

π in κ.

Scribendum igitur δίπας *pro* δίκας *in Athenæi fragmẽto. nec heic eſt in literis magna diſsimilitudo. nã π ad latus inuerſa, fit κ.*

π in τ.

Scribẽdum igitur ἐπεὶ) *pro* ἔτι: ἐπὶ *quoq; pro* ἔτι *in Genethl.* πρᾶξις *pro* τάξις: *ſimiliter* αἷμα περὶ *pro* αἵματ☉ *l. 1. c. 17. Huc pertinent* περὶ *&* ἀεὶ, *quæ inter ſe commutantur ſæpiſsimè, quoniam rarò ſuis literis pinguntur.* περὶ *quoq; pro* παρὰ *ſcribendum duobus locis: quorum alter, Leuctr. 2. etiam ſimilis loci, initio Leuctr. 5. collatione confirmari poteſt, alterum ſcriptus codex in fine Panegyr. ſic habet.*

P corrumpitur in λ, & contrà.

Scribendum Igitur πρὶν *pro* πλὴν *initio contra prodit.* χαίρειν *pro* χαλᾶν *de Paraph. cõtrà* ἀχλυὶ *pro* ἀρχλυὶ, *quo etiam Metatheſis acceſsit, de qua poſtea.*

ρ in ν, & contrà.

Scribendum igitur ἐπορείας *pro* ἐπλωείας: ἀρειδὴς *pro* ἀνειδὴς *in Geneth.* χαίρων *pro* χαίνων. *contrarium tradidimus.*

Σ corrumpitur in α.

Scribendum igitur ἀπλοῦβλιω *pro* ἀμάβλιω *initio libri primi. quid heic originem errato dederit, eſt perſpicuum.*

σ in κ, & in μ.

Scribendum igitur ἐσῆσαντο) *pro* ἐκτήσαντο: ἐπλώσαιεν *pro* ἐπλώκειν: ἄρσενα *pro* ἄρμενα *Leuctr. 5.* ἄνασσος *pro* ἄναχθ☉ *lib. 5. de σ in μ diximus.*

σ in ν, & in τ.

Scribẽdum igitur πάντας) *pro* πάντων: πρῶτος) *pro* πρῶτον: *contrarium quoq; reperitur, quanquã ferè in poſtremis literis: quæ mutatio, quod dicemus, tanti momenti non eſt. de σ in τ agemus.*

σ in ψ.

Scribendum igitur καταλύσειν *pro* καταλείψειν *Serm. 4. cùm ait,* μικρῷ πρόσθεν εἶπον σύσας καταλύσειν τὸν λόγον. *modò enim dixerat,* καὶ ταῦτ' ἐγνωκὼς εἰπεῖν, καταλύσαι τὸν περὶ τούτων λόγον. *Iam* σὺν *pro* ἐν *ſcribendum ſub initium Panath. contrà* ἐν τιθεμένη τὸ παρὸν *pro* συντιθεμένη *in fine Platon 2. ac ſimiliter in eadem dixit,* οἷς ἐν τίθεται τὸ παρὸν. *Scribendum quoq;* συγχωροῦντας *pro* ἐπιχωροῦντας: συγχωρήσαντες *pro* ἐπιχωρήσαντες *in fine Platon. 2. de quo uocabulo pòſt, cùm de gloſſematis.*

T corrumpitur in δ, & contrà.

Scribendum igitur τρόσει *pro* δρόσει *in fine lib. 5. contrà* δρόσους *pro* τρόσους *ibidem.*

τ in θ, & contrà, & in μ.

Scribendum igitur μετλῶ *pro* μαθλῶ *extrema Platon. 2.* κατάραι *pro* καθάραι *in Apollod. lib. 4. contrà* αἰθῶν *pro* αὐτῶν *in Athen. quo etiam pertinere arbitror in Cic. epiſt. 21. l. 9. (ut hoc obiter addã)* ἀπόφθεγμα *pro* ἀπότευγμα, *quod habẽt omnes codices. quodq; ibidẽ innuit è Trabea citatum fuiſſe, ſuſpicor uerſum hunc indicari, Ego uoluptatem animi nimiam &c. qui lib. 2. legitur. ſed ad rem. Mutationis huius originẽ ſuprà paucis indicaui: quæ quidem etiam in priore locum poteſt habere. de τ in μ dixi.*

τ in σ, & contrà.

Scribendũ igitur τῷ) *pro* σῷ *initio ſerm. 1.* ἐνεργετῶν *pro* ἐνεργεσιῶν. *cõtrà* ἐόντασα) *pro* ἐόντα: σάσιν *pro* τάσιν *in Dinarch. Heic etiam fortè uicinitas, uelut in κ & λ, mendo cauſam dedit.*

Υ corrumpitur in κ, & contrà, & in α, in ε, in ι, in ν.

Scribendum igitur θύσιν *pro* θάσιν *Serm. 4.* ὕδημαν *pro* ὄδημαν: ὧν *pro* ὧ *de Societ. 1.* ἐσυκότες *pro* ἐσυνότες *lib. 5. cõtrà* πέφυκεν) *pro* πέφυκεν: *& mox pro* πέφυκεν. *Iam* ὑμῖν *&* ἡμῖν, ὑμέτερα *&* ἡμέτερα *millies inter ſe commutantur. de υ in α, & ε diximus: nec non de υ in ι, & in ν.*

ω in ο.

Scribendum igitur σωθείς) *pro* σωθεὶς *initio Palinod. Pertinẽt huc* ὡς *&* ὡς, *ſæpe locum non ſuum,*

ſæpe

ſepe ſuum non occupantia.

ϕ corrumpitur in γ.

Scribendum igitur λόφῳ pro λόγῳ extremo Serm. 3.

φ in ν.

Scribendum igitur ἀφεῦσαν) pro ἀνεῦσαν Platon. 2.

Χ corrumpitur in κ, & contrà, & in γ.

Scribendum igitur χαίρειν pro καλεῖν: συγχωρήσαντες pro συγκαρήσαντες: χαρὶ pro καὶ lib. 6. c. 19. contrà κύπρεις pro χάρεις eodem lib. & paulò poſt ἰκόντες pro ἔχοντες. Nec uerò mirum ſit, eiuſdem organi literas inter ſe mutari. de χ in γ dixi.

χ in λ & contrà.

Scribendum igitur σκηπτέχων) pro σκηπτέλων extrema Platon. 2. χαβρίας pro λαβρίας in Din. contrà κατάλοις pro κατάχοις in Alcidamante.

χ in ν.

Scribendum igitur εὔχο) pro εὖναι in Panath.

Ψ corrumpitur in ξ.

Scribendum igitur ἐπιῤῥίψαις pro ἐπιῤῥίξαις in Puteum Aeſc. ὑποδείψεις pro ὑποδείξεις lib. 5. c. 27.

Ω corrumpitur in α.

Scribendum igitur τὼ) pro τὰ in Panegyr. πάῤῥω pro παῤῥα: λωβώμενοι pro λαβόμενοι cap. 9.

ω in η, & contrà.

Scribendũ igitur σαφίδων) pro σαφίδην Serm. 2. φρονῶν pro φρονῆν: contrà πεπυμένην) pro πεπυμένων: διηρημένης pro διηρημένως in Panath.

ω in ι, & contrà.

Scribendum igitur παρακολουθῶν) pro παρακολουθεῖν: παραλείπων) pro παραλειπεῖν in Panath. ἐγχωρεῖν pro ἐγχειρεῖν. contrà ἐνδοκιμεῖν) pro ἐνδοκιμῶν initio Platon. 2.

ω in ς, & contrà.

Scribendũ igitur λέγωσιν) pro λέγεσιν initio Cõtra prodit. ὁμοίως) pro ὁμοίας. contrà δεῦτε) pro δεῦτω in Romam. Atque hæc hactenus.

De literis omiſſis & ſuperuacuis. Cap. II.

NVNC ad alteram emendandi rationẽ, quæ multo difficilior eſt & ingenioſior, progredimur. Ea literas, ac ſyllabas, & uerba deniq; tum ſingula tam plura, uel addit, cùm opus eſt, uel tollit. Primũ de literis agemus, quæ ſepe uel ſuperſunt, uel deſunt, ut in ſingulis docebimus. Itaq; in α ſcribendum θεαμάτων) pro θεμάτων in Panath. παλαίσματα) pro πλάσματα: ἀνίχνευσαι pro ἀνίχνευ in Aegypt. ἀποπέντε pro ποπέντε l. 4. Contrà κοσμῶσι pro κοσμῆσαι in Panath. δυνατὸν pro ἀδυνατὸν in Gorg. προτέρους pro προτέρους in Lyſia.

In β ſcribendum προσβιβάζειν) pro προσβιάζειν Platon. 2. Contrà εὐβοῖς) pro εὐβοίοις in Eur.

In γ ſcribendum λέγοντι) pro λέοντι ſub initium Panath. ἀπηλλαγμένον pro ἀπηλλαμένον in Hymno. Contrà ἀμεπικῶς pro γαμετικῶς lib. 4. c. 25.

In δ ſcribendum πυρίδων pro πυρίων de Paraph. Contrà ἰώκει) pro ἰνδάλλει in Panath.

In ε ſcribendum κρίνειν pro κρίνειν Leuct. 3. Contrà σείσω) pro σείσεω: φυγών pro φεύγων in Eurip.

In η ſcribendũ ἴσως) pro ἴσως Plato. 3. quanquam in Platone legitur ἰᾶν. Contrà ἐπηρκώς) pro ἐπηρηκώς

In θ ſcribendum φθάσει) pro φάσει initio Platon. 1. ἐξελθεῖν) pro ἐξελεῖν: διαφθορᾶς pro διαφορᾶς Contra prodit. θεῖναι pro εἶναι. Cõtrà φοράς pro φθορᾶς in Rhod. αἰσχρῶς) pro ἐχθρῶς: ἐλθὼν pro ἐλθὼν l. 6. c. 27

In ι ſcribendum σωιόντες pro σωόντες initio in Sarap. παρόντες pro παρόντες: δηλίῳ) pro δήλῳ. Cõtrà ἀριθμοὶ pro ἀριθμοὶ in Monod. φοῖβῳ pro φοίβῳ bis, l. 6. c. 9. κεδολεχλὼ pro κεδολεχλὼ lib. 7.

In κ ſcribendum πολεμικοῖς pro πολεμίας in Gorg. Cõtrà ναυτιῶν) pro ναυτικῶν. initio de Paraph. αὐτοῖς pro αὐτῆς libro primo.

In λ ſcribendũ ἐλξειν) pro ἕξειν extrema Platon. 1. ἀπληςίαν pro ἀπειλῆν. Cõtrà ἀλήθειαν) pro ἀλήθειαν in Panath. ὑπερβεβηκότες pro ὑπερβεβληκότες: συνέπηξε pro συνέπληξε in Hymno.

In μ ſcribendum πόλεμον pro πολέμιον Leuctr. 1. ὕπνον pro ὕπνομαι: ἐμπυρείας pro ἐμπυρείας.

In ν ſcribendũ εἶδον pro εἶδε quinq; locis: διπλῶν) pro διπλῶ: κριμνώδη) pro κρημνώδη: ταυτ pro αὐτ Ser. 2. λόγον pro λόγον Serm. 5. Cõtrà εἶδε) pro εἶδον ter: κρυμὸς) pro κρυμνός: λέγω) pro λέγειν in Panath. & ἀὴρ) pro ἀνὴρ: τῶνδε pro τῶνδε in fine 7. αὗται) pro ταῦται in Athenæo.

In ξ ſcribendum δεομένων pro δεξομένων extrema Panath.

In ο ſcribendum ὀφθήσονται pro φθήσονται Platon. 1. quodq; præcedit εἰ pro eo malim ᾗ legere. Contrà νῷ) pro νοῷ Platon. 3. πλέως pro πόλεως in Aegypt.

In π ſcribendum παραλύειν) pro παραλύειν initio Siculæ 1. ἀπολικὸν pro ἀποπολικὸν l. 3. c. 5.

In ρ ſcribendum προτερον pro πάτερον in Aſclep. Contrà πατέρας pro προτέρας: παρέχεται pro παρέρχεται in Aegypt.

In σ ſcribendum προσεῖπον) pro προεῖπον in Romã. μεστά) pro μετὰ: προσάγει pro προάγει: προσφέρεται pro προφέρεται: ἀσθενῶσαι pro ἀθενῶσαι. Contrà προσκαλεῖσθαι) pro προσκαλεῖσθαι: νόσος) pro νόος: προσχόντας pro προσσχόντας: ἐξέστηκεν pro ἐξέστηκεν in Aegypt. κῶμον pro κόσμον in Romã. Iam σεὶς & σεὶ inter ſe crebrò mutantur.

In τ ſcribendum μεμετρήκασιν) pro μεμαρήκασιν initio Panath. πλέοντας pro πλέοντας: αὐτοροῦ pro ἀναιροῦ

Platon. 1. Contrà προσοῖκυς) pro προσοίκους ſub finem Panath.
In υ ſcribendum σύμβουλον pro σύμβολον initio 2. de Concord. & in Gorg. ἀύξει pro ἄξει bis lib. 1. c. 13.
Contrà ἰφίδις pro ἰυφίδις in Herc. πίπτεται pro πίπτευται initio lib. 7.
In φ ſcribendum ὠταρίων pro φωναρίων extremo lib. 4.
In χ ſcribendum χώρας pro ὥρας in Palinod. Contrà εἶον pro εἶχον in Panegyr. βάκις pro βάκχις l. 4. c. 14.
In ω ſcribendum ἀπωρυμένου) pro ἀπορυμένου. Contrà θέρειαὶ pro θωρειαὶ in Smyrnam.

De Syllabis & uerbis addendis ac tollendis: & de gloßis.

Cap. III.

HAEC de Literis, nunc ad Syllabas. eæ quoq; uel deſunt uel ſuperſunt in primis, medijs, aut extre-
mis uocabulis. In initio primum ſcribendum διάνοιαν pro ἄνοιαν initio Platon. 1. uide l. 7. c. 9. ἐξῦσαι)
pro ὄχι: ἐξετάσαι) pro ἐτάσαι: μεταλαμβάνοντες) pro λαμβάνοντες in Romã. προφέρεις pro φέρεις in
fine Platon. 1. quod etiã in ſcripto libro annotatum ab aliquo fuerat: συμπροσόντος) pro προσόντος: σπύλῳ
pro πύλῳ in Smyrnam. Contrà ſcribendum βουλεύων) pro συμβουλεύων: κάσον pro καύχασον in Rhodiac.
σάσεως) pro συσάσεως in Panath. θῦτι pro μαθῦτε in Herod.
In medio ſcribendum ἀνανταγώνισον pro ἀνταγώνισον in Aſclep. εἰσηγησαμένους pro εἰγησαμένους: ἐπι-
δεικνυμένου pro ἐπιδειμένου Serm. 4. νομίσαντας pro νομίσας: ξυνοικήσειν pro ξυνοίσειν in Thucyd. ac ſi-
militer in Alcibiad. Plato dixit, ἀμαθίᾳ γὰρ συνοικεῖς ὦ βέλτιστε: ὀνομαστότατα) pro ὀνομαστὰ in fine Panath.
& ὀνομαστοτάτων) pro ὀνομάτων, quod olim in ὀνομαστῶν mutaram: παρακαταθέσθαι pro παρακαθέσθαι: σκυ-
τάλῃ) pro σκύλῃ in Rhod. ὑμετέρου) pro ὑμέρου, ſicut ἡμετέρας pro ἡμέρας in Andoc. χωρηγήσειν pro χωρή-
σειν Serm. 1. Contrà ἄλλοις pro ἀλλήλοις, & ἄλλων pro ἀλλήλων in 1. de Concord. βεβαιότητος) pro βε-
βαιότητος: γραμμάτων) pro γραμμάτων: διέξοντας pro διατάξοντας, & διάπλευσιν pro διατάπλευσιν: ἐλθόμεν)
pro ἐλογχθῶμεν Leuctr. 2. θάνον) pro θάνατον: καθίσει) pro καταθήσει: ὁμοίας pro ὁμονοίας in 1. de Con
cord. ὀψὲ pro ὀψόμαι libro primo.
In fine ſcribendum ἅπαντα pro ἅπαν: καθωσίωτο) pro καθωσίω. quo in loco coniecturam noſtram ſcri-
ptus codex, ut & in alijs permultis, confirmauit: πλουτοῦντες pro πλουτῶν: τότε pro τό. quod etiam pro
ταῦτα ponendum in Lyſia & Athen. μόνος, pro μὴν l. 1. c. 7. Contrà ἔχον pro ἔχοντι initio Leuctr. 1. &
διαγγέλλων pro διαγγέλλοντι extrema Platon. 1. quanquam locus eſt mutilus: μάρτυρι pro μαρτύριον: τὸ
pro τούτε: ὑπόμνημα pro ὑπομνήματα in Eleuſin. πότε pro πότερα in Gorg. Hoc addam deniq; reperiſſe
me uerbum, cui & caput et pedes deſint. nam pro μὴ, niſi me uehementer fallit, ἀμυνεῖ ſcribendũ in Lesb.
Iam ſicut ſyllabæ, ſic etiam uoces unius ſyllabæ non rarò uel deſiderantur, uel uacant. Ac primũ καὶ &
ἐκ deſunt ſæpiſſimè: tum διὰ, παρὰ, πρὸς, ἐπὶ, περὶ, & alia, quæ nihil eſt opus ſingillatim omnia recenſere.
Contrà καὶ ſæpe ſupereſt, ut ἐι initio Sicul. 1: et ἐ initio in Romam, ut aliqua de multis proferam. nihil enim
huiuſmodi à nobis in Ariſtide eſt annotatum, ne quid nimis. Quemadmodum porrò uoces monoſyllabæ,
ſic etiam polyſyllabæ nonnunquam eodem pacto uel deſunt uel ſuperſunt. Ac ſicut literas initio diximus
uel geminari nonnunquam, uel geminatas reddi ſingulas: ſic in uocibus integris accidit, ut eæ propter ſimi
militudinem nunc fruſtra geminentur, nunc in unam duæ contrahantur: quanquam hoc etiam per aliam
inſcitiam fieri aliquando ſolet. De contractis exemplum unum atq; alterum proferam tantum, cùm re-
liqua per ſe cuiuis poſſint occurrere. In orat. in Rom. deeſt μόνον poſt συνευχομένου: deeſt πολιτείας poſt
πολίτας. in quibus eſt perſpicua ſimilitudo. nam diſſimilium nihil eſt opus exempla producere. Similiter,
ut dixi, temere geminantur ſimiles uoces. Sic συμβαίνεται παρ᾽ ἑτέρου παρ᾽ ἑτέρου τινὸς ζητεῖ legitur quodã
loco: & mox ante hunc, εἰ μηδὲ ῥήτωρ τεχνίτης διαφανῆς μηδεὶς: cùm τεχνίτης è priore uerſu ſit ineptè re
petitum. Quid quod in Platon. 3. decem uerba ſunt è tertio proximo uerſu alieno loco inculcata. Iam in
Neptunum legitur, διὰ δυοῖν δὶς εἰς ἓν συνιέναι. at uacat δὶς, quemadmodum & εἰς ante τρὶς ſermi. 3. teſte
codice antiquo. nam illud quidem etiam ex hiſtoria teſtimonium habet, quandoquidem ſolent Iſthmia ter-
tio quoq; anno celebrari. Nõ aliter quod ait de Rhetorica Platon. 1. φαίνεται τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ὑπὲρ τοῦ δι-
καίου συστᾶσα καὶ νομισθεῖσα, ὥσπερ ἀφ᾽ ὧν, ὅπερ εἶπον, τοῦτο ἰσχύσαν ὄνομα οἱ νόμοι: in his ὄνομα ſuperfluum
habeo. quomodo enim rectè dicatur aliquid ἰσχύειν τοὔνομα non poſſum diſpicere. Deniq; ſic in Genethl. di
cit Orator: ἥ τε γὰρ παροῦσά σοι τῆς γενέσεως ἀρχὴ, μέγιστον ἀγαθὸν ἐπάγουσα, τὸν ἐνιαυτὸν ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος.
ἐπανάγει καὶ διαδεξομένη πάλιν ἀρχὴ, καὶ ταῦθ᾽ ἑνὸς ὄντος ἔτους, καὶ ταῦτ᾽ ἐν κεκλήσεται, τὸ πατρῷόν σοι προγο-
νικὸν ἐπὶ χρυσῇ τύχῃ τροφεῖον ἀποδίδωσι. Heic equidem, ut dicam, quod ſentio, tria hæc, καὶ ταῦτ᾽ ἐ pror
ſus eijcienda puto, quippe quæ de prioribus, καὶ ταῦθ᾽ ἑνὸς ὄντος ἔτους excreuerint. Quare ſic rectius quã
factum eſt, poſſint hæc uerti: Nam & præſens ortus tui initium, annum optimum ab initio reducit, & ſub-
ſecuturum mox initium, idq; eodem anno, paterna & auita ſecundis auibus nutrimenti præmia tibi perſol
uit. Ponitur enim heic elegãter κεκλήσεται pro φαίνεται, quemadmodum in Aſclep. dixit θαυμαστὸς ὡς ἐπι-
τήδειος κεκλήσεται. Si quis tamen nihil geminatum uolet credere, alteram ſequetur expoſitionem. Atque
hæc de ſimilibus. Diſſimilia porrò quæ ſunt, è gloſſematibus ferè oriuntur, de quibus paulò pòſt dicemus.
nunc ad ea pergamus loca, in quibus plura uerba, uerſusq; integri nonnunquam uel addendi ſunt, uel au-
ferendi.

ferendi. quæ quamuis eſt omnium difficillima corrigendi ratio, ſæpe tamen non minus eſt, quàm aliæ ullæ, certa. Cæterùm heic quoq; ſimilitudo locum habet. Fit enim ſæpenumero, cum duo uerſus continui idem habent initium, ut alterum ſcriptores quaſi deſcriptum tranſiliant, & omittant. Huius generis lacunæ ſunt in Ariſtide ſeptem, ut leuiores omittam, de quibus libri quidem quinque, noſtra coniectura duas impleuit. Atq; illæ quidem ſunt in Roman, Platon. 3. ſub finem, Platon. 2. initio Serm. 1. & Serm. 4. nam uerba cuncta poſtquam ſemel in marginibus poſita ſunt, nolim huc iterum adducere. Iam de noſtris coniecturis habetur altera Leuctr. 5. quam ſenſus ipſe ſatis confirmat: altera Serm. 2. quanquam hæc fortuita potius eſt, quàm ingenioſa. Cùm enim ſic legeretur in Ariſtide τίς κἂν ἐκεῖνά γε ἐκ ἀγροῦ, quod & ſenſus, & uerborum ratione poeticum aliquid deeſſe non obſcurè ſignificaret: eodem ferè tempore, cùm hæc uertebam, in Homeri uerſum, qui hoc loco deſiderabatur, caſu incidi: eumq; ἕρμαιον οὐ φαῦλον ἐποιησάμην, cùm & uerſus hic eſſet huic loco conueniens, & uerborum ſimilitudo, propter ἐκεῖνα repetitum reliqua fuiſſe omiſſa demonſtraret. Plura proferre exempla non eſt opus. ad ea, quæ ſuperſunt, uerba contendimus: quæ quoniam gloſſis ferè debentur, de his dicendum reſtat. Eæ uel pro contextu ponuntur, uel huic inſeruntur. Atq; heic meritò deploranda uenit ſuperioris temporis librariorum inſcitia, qui, quæcunq; ſupra lineas in bonis autoribus loco gloſſarum ſeu gloſſematum (ſic enim uocantur notæ, quæ gloſſas, ſiue difficilia uocabula breuiter explicant) annotata reperiebant, ea uel emendationes eſſe contextus, uel membra cenſentes, temere & inſcitè nunc expulſa uera ſcriptura, nunc apud ueram contextui infulſerunt. Neq; hoc in poetis tantùm cõtigit, quanquam ſæpiſſimè, ut alibi oſtendimus, uerumetiam in oratoribus, ut ex noſtro iam docebimus. Pro contextu gloſſa ponitur primũ de Paraph. ubi τέσσαρας & ἡμῶν legitur in carminibus pro πίσυρας & ἀμμῶν. Iam initio in Sarap. pro διαχαράττουσι in ſcripto legebatur διαχρίζουσι: pro πειρᾶται in Plat. 2. σπεύδει pro συγχωρήσαντες (ſic enim legendum docuimus) in eiuſdem fine ὑπερβάντες: pro περὶ Serm. 1. ὡς. quæ quo pertineant, nemo non uidet. Sed illud præclarum. Platon. 1. legitur, ἃ γὰρ οἱ βουλόμενοι λέγουσι, ταῦτα φέρονται λέγειν. Scriptus codex pro λέγειν habet καλοῦσι: & illud alterum pro expoſitione ſupraſcriptum. Vt autem ad plura uerba ueniamus; in 2. de Concord. pro his, ἀλλ' ἐς τὸ κοινὸν νομίζει τις: antiquus habebat, μικρόν τι νομίζομεν εἶναι, quod eſt priorum erudita interpretatio. Sed quid his fiet, quæ Leuctr. 5. in eodem antiquo leguntur: ἀλλ' ὅταν ὑπὲρ τῶν ἄλλων δίκαιον παρακινδυνεῦσαι, κἂν εἰς τοσαύτην ἀγνωμοσύνην ἐμπεσεῖν αὐτοὺς συμβῇ, πᾶς οὐκ ὑπὲρ αὑτοῦ μᾶλλον ἑλέσθαι τὰ βέλτιστα χρή, καὶ τοιαῦτα ἀγαθὰ εἰργασμένους ἀνθρώπους τὴν πόλιν: pro his, ἀλλ' οὐ τὴν, τῷ γε ἄλλῃ δίκαιον παρακινδυνεῦσαι, κἂν εἰς τοσαύτην ἀγνωμοσύνην ἐμπεσεῖν δέῃ. ἄξιον γὰρ Λακεδαιμονίους περιιδεῖν ἢ Θηβαίους τοσαῦτα, καὶ τοιαῦτα ἀγαθὰ &c. quæ uera ſunt. In contextu porrò gloſſam poſitam, tribus locis docent libri, multis alijs nos deprehendimus. Primum ſub initiũ Panathenaicæ ſic legitur, καὶ μὴ μόνον τῶν πυρῶν καὶ κριθῶν εἶναι τὰ σπέρματα αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης διαίτης καὶ πολιτείας ἐκ θεῶν αὐτοῖς εἶναι τὰ σπέρματα. In antiquo deſunt hæc εἶναι τὰ σπέρματα αὐτοῖς. Ac ſimiliter quod in fine in Roman legitur, τοῦτον ὑπερῄρει τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ τὸν πατέρα, ὅσον οὐδ' εἰπεῖν ῥᾴδιον, ὥσπερ αὐτοὺς ὑπερῄρει: tria poſtrema credò habere ſuperflua. Quare ſic rectiùs poſſint & hæc uerti: tanto interuallo priores & patrem, tanquam pugil eximius ſuperat, quantum uix dici poſſit. Quod porrò paulò antè legitur, οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν εὑρεῖν τοὺς μειζόνων τετυχηκότας: horum εἰπεῖν deeſt in Aldino codice, tanquam τοῦ εὑρεῖν expoſitio. Iam quod in 1. de Societ. habetur, καὶ παρεσκεύασαν κενὰς αὐτοὺς ἐλπίδας ἀλογίᾳ: poſtremam harum uocem non habet ſcriptus codex. quale quid etiam uidetur eo loco accidiſſe, quo σοφία λογίζεται pro σοφίζεται perperam legitur. Nos porrò, quod Platon. 1. legitur καὶ τὴν ἐπωνυμίαν διὰ τοῦτο εἰλήφασι παρ' αὐτοῦ ἀντ' ἄλλου σύμβολον μαρτύριον τῆς ἐξουσίας: in his μαρτύριον pro gloſſa habemus. Tum in 1. de Pace hæc, ἀλλὰ μὴν εἰ ἄγε μηδ' ἂν οὕτως φήσαιεν, ἔχει δὲ μηδὲ ἐγγυήσασθαι τις. πῶς ἡμῖν καλῶς ἔχει ταῦτα πιστεῦσαι, ἃ τούτοις ὑποχείριος τῶν αἰσχρῶν εἶναι δοκεῖ: ſuperfluum habent ἄγε: quemadmodum alibi εἰ cum πότερα, & δὴ cum ἦ perperam ἐκ παραλλήλου ponuntur. Neq; ſecus in his de Panath. πότερον ταῦτα μόνα ἀνύσαντες τῶν προηγμένων τῇ κατὰ ἦθος πόλει, ἢ τοῖς ἑαυτοῦ πατρίοις οὐκ ἂν συμβουληθέντες καὶ ταῦτα καὶ τἄλλα ὑπάρχειν, ὅσα τῇ πόλει: illud κατὰ ἦθος è ſcholijs huc relatũ puto. ſiquidem non rarò ſolent illa, κατὰ ἦθος dictum aliquid monere: nam in contextu quidem locũ habere nullo modo põt. Similiter quod in Aſclep. dicit, παύσαντες εἰς νοῦν, τὴν μερόπιδα γῆν ἐκκειμένην ὑπὸ μερόπων: quatuor hæc poſtrema tollenda cenſeo, tanquam explicationem uocabuli μερόπιδα, atque adeo γῆν pro τὴν malè poſitũ. Alibi quidem ſic ait, καὶ περὶ τὴν ταύτην τὴν μερόπιδα &c. quare & hæc è uerſione tolli poſſent. Deniq; Contra prodit. ſic inquit, καὶ ταῦθ' ὅτι οὐ τῷ παραδόξῳ λέγεται χάριν, ἀλλ' ἀμήχανον ἄλλως ἔχειν αὐτά, κατηγορεῖ τις ἄριστος ἐπῶν ποιητὴς Ὅμηρος: τίς δ' ὡς πλεῖστον ἀνθρώποις ἀρέσκει, &c. quæ ſic, meo iudicio, legenda ſunt, καὶ ταῦθ' &c. ἀλλ' ἀμήχανον ἄλλως ἔχειν, αὐτὰ κατηγορεῖ. τίς ἄριστος ὁ τῶν ποιητής, τίς δ' ὡς πλεῖστον &c. nam Ὅμηρος eſt gloſſa: & αὐτὰ κατηγορεῖ dicit, quemadmodum Euripides nõnunquam αὐτὸ σημανεῖ. nec eſt ei inſolitum, poetarum floſculis dicta ſua comere. Sed quid his rurſum fiet, quæ extrema 2. de Concord. ex Hom. Iliad. α leguntur, ὅσα θεοῖς ἐπιπείθηται. quæ tam ſunt hoc loco aliena, uix ut in ſcholijs potuerint locum habere. Ac fortè hoc animi cauſa fuit ab aliquo in margine poſitum, & ab imperitis in contextum poſtea receptum. Eodem certè modo quõdam in Horatio antiquiſſimo uerſum ineptiſſimum inter ceteros, quaſi genuinus eſſet, poſitum reperi: ac ſimile poſſem è Cic. pro-

ferre, niſi nollem nimis audax uideri. Neq; illud ſimile poteſt huic dici, cùm in Romam ex Hom. citat hæc ἔγχεα ἐγχεα πίσσυρας ἔχον οἱ ἀντίπαλοι*: quæ nuſquam in Poeta reperias. Nam uel aliter potuit hæc ſuo tempore, uel ex alio opere legere, uel etiam, ut ſæpe, memoria labi.*

De Coniunctione uocum, & diſiunctione. *Cap. IIII.*

NVNC *alium corrigendi modum trademus. is in coniunctione uocum uel literarum perperam diſiunctarum, & uiciſsim in perperam coniunctarum diſiunctione cernitur. Inde autem originem hoc mendorum genus habet, quod olim Græci libri ſine ulla uocū inter ſe diſtantia, quæ nunc eſt in uſu, ſcribebantur. quo factum pòſt eſt, ut, qui ſatis periti non erant, alia uocabula non rectè coniungerent, alia malè diſiungerent. Cuius rei cùm permulta ſuppetant exempla, breues tamē heic, ut & in reliquis, erimus. Scribendum igitur per coniunctionem* ἅμα *pro* ἃ μὲν *de Paraph.* ἀνῆγον *pro* ἂν ἦγον*:* ἅπαντας *pro* ἅπαν τις*:* ἀπήνεμον *pro* ἀπήει μὲν *Serm. 1. &* ἀνήσομεν *pro* ἀνήει μὲν *2.* δυλίαν δ' ἀλίαν *in Genethl.* ἐξὸν *pro* ἐξ ὧν*:* ἰδίᾳ *pro* εἰ διὰ *in 2, de Pace:* κολυμβητὰς *pro* πάλιν ἥττας *in Athen.* καὶ δὴ δύμεθα*) pro* καὶ αἰδούμεθα*:* πλείον*) pro* πλέον εἶναι*:* προθυμότερον *pro* πρότερον θυμότερον *Leuctr. 1.* προσέσω*) pro* πρὸς ἕω*:* σοφίζεται *pro* σοφία λογίζεται*, de quo ſuprà.* σφεῖς*) pro* ὃ φὴς *Platon. 3.* οὔτι *pro* οὐ τὸ *lib. 6. extremo:* ταυτηνὶ *pro* ταύτην ἣ *in orat. Leg.* ὥσπερεὶ *pro* ὥσπερ εἰς *Sicul. 2. & pro* ὡς περὶ *in Gorgia. Contrà ſcribendum per diſiunctionē* ἀλλ' οἱ *pro* ἄλλοι*:* ἀλλά τι *pro* ἀλλ' ὅτι *bis:* ἂν τῆς*) pro* αὐτῆς *in Panath. bis:* ἂν τὸ *quoq; pro* αὐτὸ*, &* ἂν τ *pro* αὐτ *in Aegypt.* ἃ χαὶ *pro* ἄχαι *l. 5.* ἀπώλεσεν αὐτὴν *pro* ἀπώλεσεν αὐτὴν *in Athen.* γ' ἔτι *pro* γέτι*:* δ' ὄντες *pro* δέοντες*:* εἰς τέταρτον δὲ *pro* εἰς τὸ γῆ τόνδε *in Aegypt.* ἐν ἰκέλυσεν*) pro* ἐνεκέλυσεν*:* ἐν ἴσοι *pro* ἔνεσι*:* ἐπὶ δ' ἤ μοι*) pro* ἐπὶ δύμνῃς ἄττου *pro* ἴσαι μοι *in fine Palmod. quam tamen emendationem, ſicut & alias aliquot, margines non habent, quoniam haud ſatis certa uidebatur:* ἡ δ' ἢ δίκην δ' ἐδόκει*, pro* ἡ δικήκει*:* ἰωνίαν οἱ *pro* ἰωνιανοὶ *in Athen. & ibidem* χαμίσλω ὕδ' ὕν μὲν αἴθαβα *pro* χαμίσλων μεταίβυβα*. Sic enim Macrob. lib. 1. Ianus cum Cameſe æquè indigena terram ita poſsidebat, ut regio Cameſene, oppidum Ianiculū uocaretur:* ὁ παντάχῃ*) pro* ὁ παντάχῇ *Platon. 1.* οὗ δ' *pro* οὐδ' *quod etiam in Eurip. Helena legitur:* οὐδ' ἀλλοθρηνής*) pro* ὁ κελλιθέρονς*:* οὐ δὴ λωάχθη*:* ὁ τῷ *pro* αὐτῷ*:* παντὸς ὂν*) pro* πᾶς τίσον*:* πρὸς μοίας *pro* τιμωρίας *in Gorg.* τὸ συνειδὸς ᾖ*) pro* τοῦτο δὴ *in extrema Leuct. 3.* τύχῃ τινὶ θεοῦ *pro* τύχης συνθείᾳ*:* τι μαρτίως *pro* τιμᾶν τίως *lib. 4. c. 5.* ὡς δὴ *pro* ὥστε*. Quod ſi etiam Latinum quid licet adijcere, proferam, quod his diebus in Cic. lib. 9 epiſt. ex tragœdia quadā citatum legebam, Vſurpata duplex cubile. nam Vſurpat ab, legendum cenſeo, idq; ſenſu & uerſu aſtipulantibus.*

De Metatheſi literarum, & uerborum: *Cap. V.*

ALIVD *mendorum genus ſuppeditat metatheſis, ſiue tranſpoſitio tum literarum tum uerborum uel ſingulorum, uel plurium. de illis primum, pòſt de his agemus. Scribendum igitur* ἐπιχαταδερθεὶν*) pro* ἐπιχαταδαρθεῖν*:* ἀπιταδζοτάτῳ*) pro* ἐπιτηδειοτάτῳ*:* ἐλθόντων *pro* ἐλθόντων *bis:* ἐπιών*) pro* ἐπαινεῖν*:* ἴσαι *pro* εἶναι *ſæpius:* νεῖν *pro* νικᾶν*, &* ἰκίανοι *pro* ἰνίανοι*:* χρυσόχαρον *pro* χρυσόχερον*:* κτητικὰ *pro* κτητικὰ*, quod è* κτητικὰ *corruptum uidetur:* λαβόντες *pro* βαλόντες*, &* λαβὼν *pro* βαλών*: Contrà* μετέβαλον *pro* μετέλαβον*:* λιμνώδες *pro* λιμώνδες*:* κιρύφαν *pro* κιρωφαν *in Alcid.* προθύρων*) pro* πορφυρῶν*:* πύλας *pro* λύπας *in Eurip. loco quodam. Quin hoc etiam diuerſis in uerbis contingit. ſic* ἐνθυμῶν ἔφη*, pro* ἐνθυμῶν ἔφην *legitur. Iam de uerbis ipſis adferamus exempla. Scribendū igitur* καὶ δρόμοι *pro* δρόμοι καὶ*.* καὶ οἱ *pro* οἱ καὶ*. nec aliter in Aſclep. fortaſſe pro* κοινοὶ καὶ *legendum* καὶ κοινοὶ*, ut nihil deſit. ſcribendū porrò* τῶν μὲν *pro* μὲν τῶν*:* τῆς διὰ *pro* διὰ τῆς*:* τῷ παντὶ μέχρι *pro* μέχρι τῷ παντὶ*:* φωνῇ ἐμμῇ *pro* ἐμμῇ φωνῇ *Plat. 2. quanquā Platonis uerba, quæ hoc loco citātur, nuſquā in Platone reperire potui, licet eū bis totum perlegerim. ſic nec è Xenoph. quod in eadem oratione legitur, in ipſo Xenophonte uſquam reperi. de Homerico quoq; uerſu ſuprà dixi. ſed ad rem. Hæ uerborum metatheſes in Poetis occurrunt ſæpiſſimè, & agnoſcuntur facilius: nec hoc tantū, ſed etiam uerſus integri nunc inter ſe bini locum mutant, nūc alieno planè loco ſinguli cernuntur. Nunc ad maiora ueniamus. In Panath. legitur,* οὐ δὴ τὸ τοὺς ἄλλοθεν ἥκοντας καὶ πολλῷ νεωτέρους, πρὸς αὐτόχθονας καὶ πρεσβυτέρους, οὐδὲ τὸ τῆς πόλεως ἑτέρους κατασχεῖν, οὐδὲ τὸ μηδενὸς ἄλλου πλὴν τοῦ εἰς τὸν πόλεμον προσγουμένους, τῆς πόλεως ἡ πλέον τοῖς ἄλλοις ἢ ταύτῃ νικῶσιν, ἢ ταῦτα μόνον διοικοῦσι τὸ ἐκ ἴσου *etc. cū ita ſit legendū,* οὐ δὴ οὐδὲ τὸ τοὺς ἄλλοθεν ἥκοντας καὶ π. ν. π. α. κ. πρ. τῆς πόλεως ἑτέρους κατασχεῖν*. Similiter extremo ſerm. 5. legitur,* καὶ τυχεῖν (ἐδόκουν) λ' κελεύοντα παρόντα τῶν ἑταίρων, καὶ ἄλλους τῶν περὶ λόγους, καὶ προστρέψειν δή με, ὥσπερ εἰώθει τὸν λύκιον, τάς τε διατριβὰς συνάγειν, καὶ προσιέναι τοὺς νέους, καὶ δὴ καὶ παῖδά τινα λύκιον πρὸς αὐτὸν λέγειν περὶ ἐμοῦ *&c. cum hæc ſit uera ſcriptura,* καὶ τυχεῖν λύκιόντι παρόντα τῶν ἑταίρων καὶ ἄλλους τῶν περὶ λόγους, καὶ δὴ καὶ παῖδά τινα, καὶ προστρέψειν δή με, ὥσπερ εἰώθει τὸν λύκιον, τάς τε διατριβὰς συνάγειν, καὶ προσιέναι τοὺς νέους, καὶ λύκιον πρὸς αὐτὸν λέγειν. *Iā Plat. 1. hæc habētur,* ὥστε καὶ ὅταν εἰς πολέμους ἀλλήλοις ἔλθωσιν ἄνθρωποι, τοὺς μετὰ τῶν αὐτοχείρων πρεσβεῖς ἀφικνουμένους δέχονται καὶ ἀποπέμπουσιν, ἐνθυμούμενοι τὸ τῶν ῥητόρων φῦλον, ὑπεξαιρούμενοι τὴν τῶν λόγων φύσιν, αἰδούμενοι ὅτι ἐξαρχῆς ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ κοινῇ χρείᾳ τοῦ γένους εὑρῆσθαι. *at cōtrà ſcrib. eſt,* αἰδούμενοι τὸ τῶν ῥητόρων φῦλον, *et* ἐνθυμούμενοι ὅτι ἐξαρχῆς*. Similiter Pla. 2. hæc ſūt in fine ſcriptis,* ἕως ἂν αἱ πόλεις διοικοῦνται, ἀνάγκη μηδένα μηδὲν ἁμαρ-

τέλος· ἀλλ' ὅτι τοῦτο ὑμᾶς δυνατὸν, ὥσθ' ὡς, εἰ μὴ τοῦτο γενήσεται, οὐδεμίαν δυνάμιν δεῖ πάλιν ἀνασφζεσθαι, φέρε πῶς ἂν. uerū ὥσεως & prius ὅτι locū inter ſe cōmutarunt. Deniq; Cōtra prodit. ait, τὸ σ' ὁμοῦ καὶ τῷ τῆς ὑγιείας ἀγαθῷ καὶ πρὸς ἔσχατα κάλλους τετιμημένους, ἔλαττον ἔχειν τούτων πείθοίμεθα. In libro ſcripto pro τετιμημένους legitur ἐκλελοιπότας, ac rectè; ueruntamen nō eſt abijciendū alterum, ſed ita totum legēdum, τὸ σ' ὁμοῦ καὶ τῷ τῆς ὑγιείας ἀγαθῷ τετιμημένους, καὶ πρὸς ἔσχατα κάλλους ἐκλελοιπότας. Atque ita de duabus malis lectionibus unam fecimus bonam. quæ quidem omnia, quoniam breuiter indicari non poſſunt, in marginibus fuerunt omiſſa, & heic explicantur latius.

De accentibus. Cap. VI.

OBſeruandi quoq; ſunt accentus, qui non rarò perperam collocantur. cuius quidem erroris eadem eſt, quæ coniunctionis ac diſiunctionis origo. ſiquidem ueteres nudas etiam literas abſq; apicibus ullis pingere ſolebant: id quod cum è uetuſtis codicibus, tum è ſcholiaſtis colligi poteſt, à quibus aliquando, ſitne ἢ (uerbi gratia) an ἤ legēdum, dubitari uideas. Quapropter huius quoq; correctionis aliquot exempla proferemus. Scribendum igitur αἰτιῶν) pro αἴτιον in Panath. ἀλλὰ pro ἄλλα ter, & apud Poetas nonnunquam, cum pro ἀλλὰ ponitur: καρδία pro καρδία l. 6. c. 3. κατὰ) pro κάτα, & cōtrà in Eurip. Cyclope.: ἐκεῖ pro ἐκεῖ ter: νυν pro νῦν apud Poetas crebrò: συνοίκια) pro συνοικία: ταῦτα pro ταυτὰ, & cōtrà ſæpius: χεῖρ pro χείρ multis locis. Nonnunquam etiam apoſtrophi nota omittitur, uel temere additur. Scribendum igitur μηδὲν' pro μηδὲν tribus locis, & ſemel in Dinar. δεῖσθε) pro δεῖσθε l. 1. c. 9. contrà μὴ) pro μὴ, lib. 6. c. 7.

De homoeoteleutis & homoeoarctis. Cap. VII.

ADmodum difficile reſtituendi genus eſt in ijs uocibus, quarum uel initia uel poſtrema corrupta cernuntur, uel una uel pluribus in ſyllabis. Atq; hoc nonnunquam propter ſimiles uoces proximas cōtingit, quemadmodum ſuprà docuimus, errandi cauſam ſæpe ſimilitudinem præbuiſſe, nonnunquā aliam ob rem quamlibet. De initijs corruptis primùm, deinde de extremis agemus. Scribendū igitur ἀλλήλους) pro αὐτοὺς: πόλεις) pro πολλοὺς: μητρὸς pro μεγίστων Leuctr. 3. πατρὸς pro παιδὸς l. 6. c. 17. quoniam in ſingulis ἑαυτοὺς, πολλοῖς, μεγίστων, παῖδες præceſſerant. Scribendum quoq; ἄγει) pro λέγει: αὐχεῖ pro ἀρχεῖ: νυκτομαχίᾳ pro ἡμερομαχίᾳ in fine Platon. 2. etenim ſimiliter ſuprà dixerat, μὴ γὰρ ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ τῶν φίλων ἀπτώμεθα. ſcribendum quoq; πάντα) pro μετὰ, niſi quis hoc ad compendioſas ſcripturas referri malit, quemadmodum & μετὰ ſcribendum pro κατὰ in Dinar. & ipſum κατὰ pro καὶ extrema Platon. 1. Contrà ſcribendum γιγνώσκομεν) pro γιγνώσκοντες: διαφθεῖραι) pro διαφθεῖται: ἀρχόμενοι) pro ἀρχόμεθα, & αἰσχυνόμενοι pro αἰσχυνόμεθα Sicul. 1. ὥστε) pro ὥσπερ: φροντίζειν pro φροντίδων, & εἶτα pro εἶτε, quoniā præceſſerant ἀδήλων, & εἰ: πῶς: μάλις) pro μάλιν, quoniam ſequebatur poſt δυοῖν ἐπεὶ ἡμῶν: συνεσβάλοντα pro συνεσβάλοντο: τούτων pro τούτοις: αὐτοῦ) pro αὐτὸς: αὐτοῖς) pro αὐτοῖς: αὐτά) pro αὐτ. & ſimilia plura, uel potius infinita. Vt enim errandi, ita nec erratorum eſt modus ullus. Deniq; poſtremæ uocum literæ creberrimè corrumpuntur, ac præcipuè cùm compendioſè ſcribuntur: qua de re ſequitur, ut dicamus.

De abbreuiationibus. Cap. VIII.

SINgularem in Græca ſcriptura elegantiam habent cōpendioſæ breuesq; ſcribendi rationes, quas abbreuiationes uocant, quæq; paucis & facilibus ductibus magnum literarum numerum complectuntur. ſed heic quoq; cauendum diligenter eſt, ne alterum pro altero propter ſimilitudinem ſubſtitutum, incautos fallat. Sic enim τ, τῶ, τ, & ſimilia, non difficulter inter ſe commutantur. ac de παρὰ & περὶ, deq; ſimilibus antè diximus. non enim poſſunt hæc obſeruatione certa comprehendi ſingula. Quin etiam lineas ſupra uocabula ductas uſurpant nōnunquam, ut nos, Græci, uelut cum πηρ, σηρ, additis lineis pro πατὴρ σωτὴρ ſcribūt: niſi quod in talibus lineæ aliquādo per incuriā omittūtur. ſic in Panath. σωΐ & πρῶον legitur, cū σωί & πρῶον cū lineis fuerit ſcribendū. nam in Aldino quidem codice πατρῷον & σωκράτει perfectè legebatur. Atque his equidē exēplis motus, duo quædā in Ariſtide loca prorſus auſim ſimiliter heic emēdare. ut enim id in ipſo facerem opere, nunquam certè mihi imperare potui. Serm. 2. poſtquam de Antonino dixit nonnihil, hæc ſubijcit, ἰδὼν δὲ μοι καὶ ἰατρικὸν πνῶν ἐμπείρως ἔχειν ὁ δῆμος. quæ uerba nos ad marginem curauimus adijcienda, quoniam uerſa non ſunt. quid enim heic δῆμος faceret, nunquam intellexeram. Sed arbitror pro eo uocabulum Antonini deſiderari, quod ſcriba, cum iam ſæpius in paucis lineis occurriſſet, breuius & citius, ut fieri ſolet, ſcribere uoluerit, & ἀντν̄ος fecerit. Id cum pòſt alius non eſſet aſſecutus, ex eo δῆμος inſcitè fecit. Nam ἀ quidem in δ corrumpi, quemadmodum ſupra contrà fieri docuimus, non ſit mirum. deinde linea, fortaſſe breuior, pro accentu fuit habita. præterea quod conti-

nuò ſequitur, Δεξιόμενος δέ με εἰπεῖν, omnino debet Antonino tribui. Quare ſi quis hæc etiam uerſa uolet reliquis adiungi, ſic legat: tum ille prope me aßidere, & ab altera parte Antoninus in ſolio, iſq; etiam rerum medicarum peritiam habere quandam uideri. Alter locus eſt Serm. quarto, ubi ſe ait canticum quodam, ad chorum pertinens, omiſiſſe, διὰ τὸ παντελῶς αὐτοσχεδίως καὶ ἐκ τοῦ ῥᾴστου πεποιῆσθαι, καὶ ὅσον αὐτό φασιν. quod poſtremum ſemper mihi ſuſpectum fuit, cum prouerbium, ὅσον αὐτὸ, nec alibi reperire uſquam, nec heic intelligentia conſequi poſſem. Tandem in mentem uenit, pro αὐτό φασιν legendum ἀφοσιώσασθαι, quod olim breuius hoc modo, ἀφοσασθαι, uel ſimili ſcriptum, pòſt ab imperitis corruptum fuerit. Nam υ & φ aliquando inter ſe mutari deprehendi, propter ſimilitudinem pronunciandi. deinde ut in re obſcura, quiduis facilè, dummodo aliquid, affictum fuit. Iam quæ præcedunt, αὐτοσχεδίως, & ἐκ τοῦ ῥᾴστου, omnino cum ἀφοσιώσασθαι conſentiunt. Quod enim ὅσον ἀφοσιώσασθαι facimus, id leui brachio, quod aiunt, ac dicis cauſa fit. Sic ἀφοσιώσασθαι πρὸς τὸν θεὸν, πρὸς τὸν νόμον, πρὸς τοὺς Ἕλληνας alibi dicit Ariſtides, cum quid ita factum innuit, ut ex officij neceßitate potius, quàm ex uoluntatis promtitudine profectum uideatur. Atque hæc hactenus. Sunt & alia fortaſſe minutiora quædam mendorum genera, quæ lectorem aliquando remorari poßint. uerùm nobis omnia ſimul non ſuccurrunt: & hæc arbitramur ijs, qui ingenio non planè ſterili, & ſermonis obſeruatione non prorſus negligenti fuerint, propemodum poſſe in obſcuris autorum locis, qui non planè ſint intractabiles, ubique ſufficere. Præterea, ſperamus nos, modò uita manſerit, nec ingratus uidebitur noſter labor, & hæc olim ampliora reddituros, & in ipſum Ariſtidem commentarios plenos & uberes, qualesq; tantus orator poſtulat; nec non alia quædam, ad linguam Græcam pertinentia, conſcripturos.

GNOMO-

GNOMOLOGIA GRAECOLATINA, SIVE

Sententiæ inſigniores, breuiter ex Ariſtide collectæ.

1 Ἀργίαν οὐ θέμις ἐν τοῖς πρὸς τοὺς θεοὺς ἔχειν.

2 Κρεῖττον, εἰ δεῖ γέλωτα ὀφλεῖν, ἢ μέμψιν, ἐκ θεοῦ.

3 Δημιουργοῦ γὰρ ἔργον οὐδὲν ἐστὶ πρεσβύτερον.

4 Ἀρχὴ μὲν ἁπάντων θεός, καὶ ἐκ θεοῦ πάντα.

5 Ἥτις οὖν ἐξ ἀρχῆς γένεσις ἐκ θεοῦ ἡμῖν, ὥσπερ καὶ τῷδε τῷ παντί, καὶ ἡ τοῦ βίου σωτηρία, καὶ τέχναι, καὶ νόμοι, καὶ τὸ θνητὸν ὂν ἡμῶν γένος, κατὰ μέρος ἀθάνατον εἶναι τῷ διαδέχεσθαι. καὶ ὁ περὶ αὐτῶν τούτων λογισμός, θεοῦ ἐστι μέρος.

6 Πάντα δὲ πανταχοῦ θεοῦ μεστά, καὶ πᾶσιν ἐφ' ἑκάστης πράξεως παρίδρυται, ὥσπερ οἱ διδάσκαλοι τοῖς παισί, καὶ παραβάται τοῖς ἡνιόχοις.

7 Ἀπὸ θεοῦ ἄρχεσθαι χρή, καὶ τελευτᾶν εἰς τοῦτον, πάντων λόγων καὶ πάσης πράξεως ἡγεμόνα καὶ βοηθὸν καλοῦντας, ὥσπερ εἰκὸς τὸν ἁπάντων κρατοῦντα ἀρχηγέτην, καὶ τέλειον μόνον αὐτὸν ὄντα τῶν πάντων.

8 Κακὰ γὰρ οὔτε ἔστιν ἐν θεοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἂν δύναιτο γενέσθαι ποτέ, ἀφώρισται γὰρ ταῦτά γε εἰς τὸν πρὸς γῆν τόπον. οἷα δὴ παθήματά τε καὶ συμφοραί.

9 Ὅλως μὲν κέρδος ἀνθρώπῳ τοῦ βίου, καὶ ὥσπερεὶ κεφάλαιον, ἡ περὶ τοὺς λόγους διατριβή.

10 Πλεονάζοντες ταῖς θεραπείαις, ἀμείνους ἂν εἶημεν ἢ παραλείποντες ἃ μηδεὶς τῶν πάντων ἀξιοῖ.

11 Πάντας τιμᾶν θεὸν εἰκὸς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἑκάστοις δυνάμεως.

12 Εἰ τὴν φύσιν τιμῶμεν, τὴν αὐτὴν τοῦ θεοῦ διάταξιν καὶ βούλησιν τιμῶντες ἂν εἶημεν. τὸ γὰρ κατὰ φύσιν ἐφ' ὅτι ποτ' ἂν εἴποις, μᾶλλον κεχαρισμένον τῷ θεῷ.

13 Δεῖ τὸν ὡς ἀληθῶς βασιλέα τοῦ τῶν ὅλων ἀπεικάζεσθαι βασιλεῖ, κατά τε τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν πρόνοιαν ἁπάντων τῶν ἀρχομένων.

14 Ὅτε γὰρ ἔξεστι βουλευσαμένους περιγενέσθαι, τί δεῖ ἐνταῦθα κινδυνεύειν. ἔπειτα τοίνυν τὸ μὲν νικᾶν ἐν ταῖς μάχαις, καὶ τοῖς φαύλοις πολλάκις περιγίνεται. φρονήσει δὲ καὶ σοφίᾳ κρατεῖν δύνασθαι, μόνων ἐστὶ τῶν εἰδότων βουλεύεσθαι.

15 Διδάσκαλοι πολλοὶ εἰς ἀμαθίαν μᾶλλον φέρουσιν.

16 Ἡ μὲν τελευτή, κοινὸς ἅπασιν ὅρος πρόκειται. τὸ δὲ τῶν καλλίστων ἑαυτὸν ἀξιώσαντα, μετ' εὐκλείας τελευτῆσαι θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις ἄμεμπτον, τοῦτο δὲ οὐκ ἐπὶ πάντας, ἀλλ' ὀλίγοις δή τισι τῶν πάντων ἀπεδόθη.

17 Μέγα γὰρ καὶ πόλει καὶ ἔθνει, ἕνα τὸν πρῶτον παρέχεσθαι.

18 Τροφὴ ὡς ἀληθῶς καθαρὰ καὶ διαφερόντως ἀνθρώπου, ἡ ἐν μαθήμασι καὶ λόγοις.

19 Ὁμοίως γὰρ ἐπὶ τοῖς σμικροῖς σπουδὴ φέρει μέμψιν, καὶ τὸ τοῖς μεγάλοις μὴ τὴν ἀξίαν διὰ πάντων διαφυλάξαι.

IGNAVIA in rebus diuinis eſt nefaria. Fol. 1

Præſtat rideri, ſi ſit opus, à Deo, quàm reprehendi 1.

Nullum poteſt autore ſuo opus eſſe antiquius 2.

Omnium rerum principia ſunt in Deo, ab eoq; cuncta proceſſerunt 2.

Primus noſter, ſicut & Vniuerſi huius ortus à Deo eſt; uitæ quoq; conſeruatio, artes, leges, & quòd mortales cum ſimus, immortalitatem ſucceßione per partes imitamur: quin & quod hiſce de reb. ratiocinamur, ex Dei dono totum procedit 4

Omnia ſunt ubiq; Dei plena, cum ipſe rebus ſingulis aßideat, non ſecus atq; pueris præceptores, et bellici uectores aurigis. 4.

A Deo incipere meritò debemus, et in hoc deſinere, dictorum omnium & factorum præſidem ipſum & adiutorem, ceu Vniuerſi imperatorem, & ſolum perfectum, ſemper inuocantes. 5.

Mala, ærumnæ, calamitates, nec ſunt inter deos, nec eſſe poſſunt, cum in hunc terreſtrem locum relegata ſint. 15.

Totus uitæ fructus, & quaſi ſumma in literis homini conſiſtit. 21.

Præſtat in obſequijs exhibendis nimium eſſe, quàm quæ minimè oporteat, prætermittere 21

Debent omnes pro ſua quiſq; facultate Deum honorare. 27.

Si naturam ſequemur, ipſi Dei ordini & uoluntati parebimus. nam quæ ſecundum naturam ſunt, ubique Deo putantur eſſe gratiora. 28.

Debet uerus rex ſecundum Vniuerſi regem conformari, tum quantum ad humanitatem, tum quantum ad ciuium cunctorum curam pertinet. 36

Quando conſultatione poſſumus ſuperiores euadere, quid opus eſt pericula ſuſcipere? deinde prœlio uincere, uulgaribus etiam contingit hominibus: prudentia & ſapientia ſuperare tantum eſt eorum, qui conſilio ualent. 37.

Præceptorum turba potius ad ignorantiã facit. 43.

Quando mors omnib. æquè eſt propoſita, illud certè, ut quis præclarißima quæq; cõſecutus, glorioſè obeat, nec dijs nec hominibus inuiſus, non omnibus eſt, ſed paucis admodum conceſſum. 45

Honorificum eſt & genti & urbi, ſummum aliquẽ uirum protuliſſe. 48.

Verè purum eſt & hominis proprium alimentum artes & literæ. 51.

Aequè & rerum minutarum conſectatio, & magnarum leuior tractatio uicio datur. 76

20 Ἀμείνων μὲν ὁ πεισθεὶς οἶμαι τὰ δίκαια ἀναγκαίως τοῦ παραβαίνοντος ἑκόντος, οὐ μὴν αὐτό γε τὸ πᾶν ὡς εἰπεῖν γίγνεται.

Præſtat neceſſariò iuſtè agere, quàm ultro peccare, tamen ut id omnibus numeris abſolutũ nõ ſit 82

21 Μόνοι γὰρ σχεδὸν οὗτοι καθαρῶς ἡσυχάζουσιν, οἵτινες ἂν δείξωσι μὴ πάντως ἡσυχίαν ἄγειν δεόμενοι.

Ii ferè ſoli quiete uera fruuntur, qui ſe nõ uſquequaque ea indigere oſtendunt 82.

22 Τότε γὰρ κακία καὶ πόλεως καὶ ἰδιώτου δείκνυται, ὅταν ἢ μόνα τὰ προσόντα ὑπαίτια, ἢ πλείω τὰ φαῦλα τῶν ἐπιεικῶν ἐλέγχηται ἢ μείζω.

Et ciuitatis & hominis cuiuſuis uicium ita demum cognoſcitur, ſi mala in eo uel ſola, uel bonis plura aut maiora cernuntur. 96,

23 Οὐ γὰρ ἔνεστιν ἄρχεσθαι καλῶς, ὅταν κακῶς οἱ ἄρχοντες ἄρχωσιν.

Non poteſt quiſquam rectè parere, cum principes male imperant. 112.

24 Ἀρχὴ γὰρ, οἷς οὐ δύναμις, οὐ σωτήριον.

Vt ij, qui nequeunt, imperent, ſalutare non eſt. 118.

25 Εἰκὸς ἵππων ἐπιστατῶν μὴ εἶναι χείρους ἀνδρῶν ἄρχοντας, ἀλλ' ἐξητακέναι τὰς φύσεις, καὶ πρὸς ταύτας ἄγειν.

Hominum principes equorum magiſtris non decet cedere, uerùm pro indole comperta ſingulos gubernare 123

26 Ζῆν εἰς κάλλος τοῦτ' εἶναι χρὴ δοκεῖν, ὅταν ἁρμονία καὶ τάξις διὰ πάντων κρατῇ.

Honeſta uita hæc eſt cenſenda, cum in omnibus harmonia & ordo uiguerint. 136.

27 Δεῖ τὸ θεῖον φρικῶδες μὲν δι' ἰσχὺν, σωτήριον δὲ εἶναι διὰ πρᾳότητα.

Diuinam naturam & horrendam per uim, & ſalutarem per manſuetudinem decet exiſtere. 138

28 Ἴδιον γὰρ τοῦ θνητοῦ γένους αἱ μεταβολαὶ, καὶ πολλὰ τὰ θαύματα τοῦ χρόνου.

Propriæ ſunt humano generi mutationes, ac multa cernuntur temporis miracula. 151.

29 Οὐ πρὸς ἀνδρὸς σώφρονος, προχείρως ἔχειν ἀπεχθάνεσθαι καὶ ὀνειδίζειν τῶν πολιτῶν.

Non eſt uiri prudentis, uel in cuiuslibet ciuis criminationem eſſe propenſum. 209.

30 Ἡ ῥᾳστώνη καὶ τὸ καθ' ἡδονὴν ἀπὸ τῶν πόνων περιγίγνεται, καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἔργων τοῖς ἀρίστοις μένει.

Commoditas omnis ac uoluptas labore paritur, & res maximæ fortißimis debentur. 214.

31 Οὐχ ὅπως ἂν σχῆμα ὁ λόγος σχῇ, τοιαῦτα ἀποβαίνει τὰ πράγματα, ἀλλ' ὅπως ἂν ἐκεῖνα τύχῃ τέλους, οὕτως οἱ ῥηθέντες ἐν ἀρχῇ περὶ αὐτῶν δόξαν ἔχειν λόγοι.

Res naturam ſermonum non ſequuntur, uerũ qualem illæ conſequuntur exitum, tales habiti primũ de ijs ducuntur ſermones. 217.

32 Δεῖ δὲ εὐχομένους μὲν τὰ μέγιστα καὶ τὰ ἥδιστα αἰτεῖν τοὺς θεοὺς, βουλευομένους δὲ τὰ ἀσφαλέστατα ἐκ τῶν παρόντων αἱρεῖσθαι, τότε γε μηδ' αὐτοῖς μήτε τοῖς θεοῖς μέλλοντας ὕστερον ἐγκαλεῖν.

Debent ut qui orant, maxima queq; à Deo & iucundißima petere, ita qui deliberationem inſtituunt, tutißima queq; eligere, niſi pòſt uel hi ſeſe uel illi Deum uelint incuſare. 210.

33 Οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν οἶμαι δουλεύειν βούλεται.

Nemo non inuitè, opinor, ſeruit. 222.

34 Οὐ ῥᾴδιον εὖ πράττοντας εὖ φρονεῖν, ἀλλ' οἱ πολλοὶ χείρους ὑπὸ τῆς τύχης γίγνονται.

Felices non temerè ſapiunt, quin per fortunam plerique deteriores reddantur. 226.

35 Οἷστισι τὰ κράτιστα τῶν ἀνθρώπων ἔδωκαν οἱ θεοὶ, τὰ πλείω κατορθοῦν, οὐ πάντ' ἔδωκαν.

Quibus hominibus maximè fauit Deus, iis pleraq; non omnia feliciter permiſit ſuccedere 227.

36 Οὔτε τυραννὶς ἰσχυρὸν, οὔτε πλοῦτος βέβαιον. μυρίαι δ' αἱ μεταβολαὶ καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ ταῦτα γ' οὐ πόλεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅλοις ἔθνεσι.

Nec regnum eſt firmum, nec opes ſtabiles, atq; infinitæ mutationes tam publicè quàm priuatim, atque adeo non urbibus modò, uerùm totis etiam gentibus contingunt. 228.

37 Τότε γὰρ χρὴ, κἂν ἄδηλον ᾖ τὸ μέλλον, αἱρεῖσθαι κινδυνεύειν, ὅταν τὸ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν φανερῶς χεῖρον ᾖ.

Tunc eſt ſuſcipiẽdum periculum, quamuis incertus ſit euentus, cum quies apertè nocet. 229

38 Τοῦ νικῆσαι μαχομένους οὐκ ἐλάττω φιλοτιμίαν ἔχει τὸ καλῶς χρῆσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν.

Vſus uictoriæ honeſtus non minorem, quàm uictoria, laudem adfert. 234.

39 Ἔστι γὰρ ὅτε καὶ ἀμυνομένους ἀμέτρως ἀδικεῖν.

Poſſunt etiam ij, qui ſe ulciſcũtur, modũ egredi. 238

40 Ἔστι δὲ ἐν μὲν χρηστῶν κοινωνίᾳ τοῖς ψευσαμένοις ἡ αἰσχύνη. ἐν δὲ πονηρῶν καὶ τοσοῦτο τοῖς ψευσθεῖσι.

In proborum ſocietate pudor fallentes, in improborum etiam falſos manet. 245.

41 Τὸ γὰρ τὴν γενναιοτέραν καὶ βελτίω τάξιν ἑλέσθαι, καὶ νοῦν ἔχον ἐστὶν καὶ ἔντιμον. τὸ δ' ἐξαναχωρῆσαι καὶ φυγεῖν καθάπαξ τὰ πράγματα, τοῦτ' ἀργίας ἤδη καὶ νωθρότητος, οὐ σοφίας οὐδὲ σεμνότητος ἔχει τάξιν οὐδεμιᾶς.

Eſt prudens & glorioſum, generoſiorem atq; meliorem deligere partem: recedere, & negocia prorſus fugere, ſocordiæ præbet atq; ignauiæ, non ſapientiæ nec grauitatis ullius indicium. 246.

42 Ὅλως μὲν οὐκ ἔστι φέρειν ἀδικούμενον. τὸ δ' ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν, ἀπαραίτητον τὴν ὀργὴν παρίστησι. (ἀδικεῖν.

Vt omnino nemo ſe fert iniurijs affici, ita ſi ab iis id à quibus oportebat minimè, fiat, implacabilem iram excitat. 254.

43 Τὸ δὲ προσπταῖσαι τοῖς σαθροῖς, ῥᾳδίαν ποιεῖ τὴν

Ruinoſa facilè percelluntur 264.

44 Ἐν εἰρήνῃ καὶ σπονδαῖς μάλιστα οἱ τὰ δίκαια ποιεῖν βουλόμενοι κρίνονται· ἐν γὰρ τοῖς πολέμοις οὐχ ὁ τρόπος κύριος, ἀλλ' ὅσα ἡ τύχη δῷ καὶ ὁ καιρὸς, ταῦθ' ἕκαστοι μεταλαμβάνουσιν.

Qui Iuſtitiæ ſtudent, in pace ac fœderibus cernuntur maximè; quādoquidem in bellis nemo ſui ſic eſt compos, quin fortunæ ſit & occaſionis particeps. 267.

45 Πάντα γὰρ ὡς εἰπεῖν οἱ πόλεμοι φύουσι, πολιτειῶν καταλύσεις, φιλονεικίας, βλάβας, ἃς οὐδ' ἂν προΐδοιτό τις, παντοδαπάς.

E bellis omnia, ſic ut loquar, naſcuntur, Rerumpub. euerſiones, contentiones, clades omnis generis necopinatæ. 277.

46 Οὐ γὰρ ἐπεξαμαρτάνειν ἦν ἄρα πάντων ἄριστον, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς τὰ δέοντα βουλεύεσθαι· τούτων δ' ἀμφοτέρων μέσον, ἄν ἁμάρτημά τι συμβῇ, μεταγνῶναι.

Nō tam inſuper peccare, quàm initio, quæ recta ſint ſtatuere laudi ducitur: inter quæ medium eſt, ſi quid peccatum fuerit, pœnitentia duci. 291.

47 Ἃ μὲν ἡ τύχη δίδωσιν, ἀνεκτὰ τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὰ δ' αὐτοῖς τῶν χειρίστων ἑκόντες πορίζουσιν, οὐδὲν αἰσχύνης ἐλλείπει.

Fortunæ euenta facilè tolerant ſapientes; qui uerò ſibiipſis ultro peſſima quæq; conciliant, eo nihil queat eſſe pudendum magis. 294.

48 Ἡ φύσις πρὸς τὸ ἴδιον ἄγει πανταχοῦ.

Quæ ſunt naturæ cōſentanea, ſequimur libētes 296

49 Οὔτε ἰδιώτου μεῖζον οὐδὲν ἂν τις κατηγορήσειεν, οὔτε πόλεως, ἢ ὅτι χαίρει κακοῖς.

Nec priuati cuiuſquam, nec ciuitatis totius crimen eſſe maius poſſit, quàm ſi malis gaudeat 297.

50 Ἔσχατον εἶναι δοκεῖ τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων ὁ φθόνος, οὐκ ἔχων παραίτησιν.

Supremum in delictis humanis obtinet locum inuidia, nec ullam meretur ueniam. ibid.

51 Ὅταν γὰρ εἰς συνήθειαν καταστῇ τοῦ κακῶς ἀκούειν ἀνὴρ ἢ γυνή, καὶ τὰ χείριστα φέρειν τῶν ὀνειδῶν εὐχερῶς, ἀνίησιν ἡ γνώμη, καὶ διδάσκεται πᾶς τις φαῦλος εἶναι, εἰ καὶ μὴ πρόσθεν ἦν.

Simulatq; aſſueuerit aliquis, tam uir quàm mulier, malè audire, & peſſima ferre conuicia; mox remittit animum, & nequitiam, quāuis prius ignotam, tum diſcit. 300.

52 Πολλὰ γὰρ καὶ παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἄνθρωπος φθέγγεται συμφορᾷ ληφθεὶς, ἄλλως τε καὶ ἣν οὐδέποτ' ἂν ἤλπισεν.

Multa etiam præter morem ſuum facilè loquitur quis in calamitate, præſertim inſperata, conſtitutus. 303.

53 Οὐ γὰρ ἔστι, γνώμῃ δυσκόλῳ χρώμενον, εὐκόλως πειρᾶσθαι τῶν πραγμάτων.

Non poſſunt ij, qui difficili ſunt animo, facilè ſuas res gerere. 302.

54 Οὐ γὰρ ἅπασα νίκη καλή, οὐδ' ἐκ θεῶν ἀνθρώποις παραγίνεται.

Non omnis eſt honeſta uictoria, uel à Deo prouenit 315.

55 Βασιλεῖς μὲν ἄριστ' ἂν ἄγοιεν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, τοῖς τῶν ὅλων κυρίοις ὁμοιοῦντες ἑαυτοὺς τοῖς θεοῖς. πόλεις δ' ἄριστ' ἂν ἄγοιντο, ἐγγυτάτω τῆς τῶν ἀρχόντων γνώμης οὖσαι.

Reges quidem optimè res humanas adminiſtrant, cum ſe Vniuerſi domino, Deo reddunt ſimiles: ciuitates autem, ſi ad principum ſententiam accedant proximè, reguntur optimè. 317.

56 Ὥσπερ τὸν χρυσὸν ἡ βάσανος δείκνυσιν, οὕτω τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς κρίνουσιν αἱ συμφοραί.

Sicut Index aurum probat, ſic uiros fortes examināt calamitates. 323.

57 Ὡς τήν γε τῶν ἀγαθῶν διηνεκῆ διὰ τέλους κτῆσιν οὐκ οὖσαν ἀνθρώποις, ἀλλ' ὄντας διπλοῦς τοὺς βίους τῶν ἀνθρώπων, τοὺς μὲν ὅλως ἐν κακοῖς, τοὺς δ' ἀναμίξ.

Perpetua bonorum poſſeſſio nō eſt inter homines, uerum duplex eorum uita cernitur, alia penitus mala, alia miſta. 324.

58 Μόνον τὰς συμφορὰς ἐπικουφίζει τὸ παράδειγμα.

Solum calamitates reddit leuiores exemplum. 326.

59 Πολλὰ δὲ τοῖς περιοῦσι κινδυνεύεται, καὶ πολλοὶ παρ' ἀξίαν ἤδη καὶ παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν ὑπὸ τῶν τυχόντων ἐσφάλησαν, οἱ πρὶν ἐνταῦθα ἐλθεῖν, ἀκραιφνὲς καὶ κρεῖττον ἁπάσης ἐλπίδος τὸ φρόνημα ἔσωζον.

Superſtites multa manent pericula, nec pauci ſæpe præter omnem ſpem atq; dignitatem ſunt à quibuslibet proſtrati, quorum antè ſincera, nec ulla ſpe minor extiterat gloria. 327

60 Γνώμῃ καὶ φρονήματι καὶ καρτερίᾳ ψυχῆς τὰ πολλὰ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' οὐ τῷ πλήθει τῶν ὑπαρχόντων κρίνεται.

Non tam rerum copia, quam conſilio, fiducia, & patientia pleræq; res geruntur. 328.

61 Οὐδὲν ὄνειδος τοῖς ἰδιώταις οὕτω προσήκει φεύγειν, ὡς πόλει κοινῇ.

Non eſt turpitudo, quam priuatus æquè, atq; ciuitas, fugere debeat. 330.

62 Ἔστι δὲ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου τοῦτ' ἀπολαύειν, παραδείγμασι τοῖς γνωριμωτάτοις χρωμένους εἰς τὰ παρόντα.

Hîc præteriti percipitur temporis fructus, cum celeberrimis exemplis ad rem præſentem utimur. 332.

63 Οὐ τῷ θυμῷ κάλλιστα πράγματα κρίνεται.

Res nullæ per iram commodè componuntur. 333.

64 Ὧν μὲν ὁ δαίμων κύριος, αὐτῷ καταλείπομεν, ὅσα δὲ εἰς λογισμοὺς ἥκει καὶ τὸ βουλεύσασθαι, μηδαμῶς τῶν χειρόνων ἑαυτῷ τιμᾶν, ἀνδρός.

Quæcunque diuini ſunt arbitrij, Deo relinquenda: quæ autem in rationem & conſilium cadunt, eorum optima quæque ſibi quenq; deligere, uirile iudicatur. 342.

65 Πᾶσι πράγμασιν ὥσπερ ὅρους ἡ φύσις ἐστήσατο, καὶ οὐδὲν ἐστιν ἀθάνατον τῶν ἐν ἀνθρώποις, οὐ πόλεμος, οὐκ εἰρήνη, οὐκ χάρις, οὐκ ὀργὴ, οὐκ ἄλλο τῶν πάντων οὐδέν.

66 Τὰ γὰρ μέγιστα ἐκπίπτουσι τοὺς πολλούς.

67 Εἰ γὰρ ἕκαστοι τῆς ἀξίας τυγχάνοιεν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἄμεινον σωθείη τὸ δίκαιον, οὐδ' ὅπως ἂν ἀσφαλέστερον τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων σώζοιτο.

68 Τοῦ δήμου φύσις αὕτη, μηδέποτε γενέσθαι πάντα χρηστὸν μηδ' ἀναμάρτητον.

69 Τὰ δὲ ἐπιτηδεύματα ἐκ τῶν κατορθούντων, οὐκ ἐκ τῶν ἀποτυχόντων κρίνεται.

70 Μεγίστη καὶ καλλίστη δύναμις ἀνθρώπου, διακονοῦσαι τοῖς κρείττοσι.

71 Κάλλιστον δὲ πάντων τῆς πόλεως κερδῶν ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν φορά.

72 Οὐδὲν τῶν ἀνθρωπείων ἀσφαλὲς, οὐδ' ὁμαλὸν, οὐδ' αὐταρκες.

73 Ἡ τῶν λαμπρῶν καὶ μεγάλων ἀνδρῶν εὐδοξία καὶ μνήμη, χωρὶς τῆς εἰς τὸ παρὸν φιλοτιμίας, καὶ πρὸς τὰς ὕστερον τύχας ἀποθήκην ἔχει ταῖς πόλεσι.

74 Πάντως συνηθέστερον κακῶς λέγειν, ἢ εὖ.

75 Πρὸς τὴν ἀξίαν ἕκαστον κρίνεται.

76 Οὐδεὶς ἑκὼν μεθίησι τὸ βέλτιστον.

Singulis rebus à natura ſui præſtituti ſunt quaſi termini, nec eſt quicquam in rebus humanis immortale, nec bellum, nec pax, nec gratia, nec ira, nec aliud quicquam. 348.

Maxima queq; in pauciſſimos cadunt. 352.

Non poteſt melius æquitas obſeruari, nec tutius hominum ſocietas contineri, quàm ſi ſuum cuiq; tribuatur. 370.

Populi natura eſt ea, nunquam ut omnes probi & inſontes uideantur. 389.

Artes ex ijs, qui ſunt eas aſſecuti, non qui illis exciderunt, cenſentur. 405

Maximum eſt ac pulcerrimũ hominis munus, Deo miniſtrare. 446.

Maximum Reip. commodum in prouentu bonorũ uirorum conſiſtit. 462.

Nihil eſt in reb. humanis ſecurum, nihil æquabile, nihil ſibi ſufficiens. 478.

Magnorum & præclarorum uirorum memoria atque gloria præter præſentem laudem etiam poſterorum fortunis ſolet prodeſſe. 503.

Omnino uulgarius eſt male quàm benè loqui. 522.

Pro dignitate de ſingulis ſentiendum. 540.

Nemo ſponte id, quod eſt optimum, dimittit. 563.

F I N I S.

IN

IN ARISTIDIS ORATIONES
INDEX.

Priores numeri paginas, poſteriores verſuum denarios, ſub quibus quicque comprehenditur, indicant.

Achilles Lyrneſſum capit 341. 40.
Achillis ad bellum alacritas 340. 10.
fata 340 10. gloriatio 542 1.
intemperantia 56 50 iracun-
fa 339. 1.
mira modeſtia 338. 50. præ-
ſtantia 348. 1.
Aciei diſponendæ ratio 3. 20.
Admonitio quib. cõueniat 136. 10
Adraſtus 410. 30.
Adrianeum 158. 10
Adriani 175. 20.
Adrianothera 160. 40
Adulatorum natura 384. 20.
Aeaci factum 344. 10.
Aegæi aer 137 20. ciues dij 138.
10. fertilitas 139. 1. inſulæ
138. 50. magnitudo 137. 50.
muſica 138. 20. nauigandi
cauſæ 139. 10. ſitus 137. 10.
vrbes 138. 1.
Aegeſtæorũ mendaciũ 214. 10.
Aegyptus deuicta 437. 10.
Aegyptus inferior pluuiam ha-
bet 522. 20.
Aegyptus ſupior multo calidior
520 20. nubes nõ habet 522 40.
Aegypti limbus 520. 50. palu-
des 529. 50.
Aegyptij 25 10. deficiunt 83.
20. fide digni 535. 30.
niuem nunquam vident 520 10.
ſapientes 431. 40. 119. 20.
Aegyptij calcei 162. 1.
Aegyptij cuiuſdam factũ 211. 30.
Aegyptiorũ ſcientia 566. 1.
Aegina 249 20.
Aegina obſidetur 214 10.
Aegopotami 250 20.
Aeolum poetarũ mos 110 20.
Aeſchines Socratis ſocius 355 10.
Aeſchinis philoſophi mendaci-
um 108. 50.
Aeſchinis verba 458. 10.
Aeſchinis philoſophi verba 353. 10.
Aeſculapius mortuos reſuſcitat
21. 40.
Aeſculpius Pergamum profectus
140. 10.
Aeſculapij ædes Pergami 306. 10.
maximum beneficium 21 50.
ſuffragium 405. 20.
mandatũ 164. 50. oraculũ 174
1. ſomnia 221. vires 21. 10.
Aeſculapius, nauis 271. 50
Aeſepus 183. 10
Aeſopus 49. 1.
Aeſopi graculus 217. 10.
Agamemnon homericus 56. 30.
Ageſilaus 95. 10. 418 1.
Ageſilai crimen 43 c. 20.
Agmina bellica, Mineruæ inuen-
tum 7. 10.
Alcæi dictum 450. 20.
Alcibiades 409. 50.
Alcibiades deuotus 225. 30. trãs-
fuga 219. 10.
Alcibiadis audacia 492. 1. cri-
men 421. 1.
Alcini apologus 172. 10. fabu-
la 552. 10.
Alcmanis gloriatio 547. 1.
verſus 362. 1.
Alcmæonidæ 247 10.
Alcuadæ 431. 20.
ad Alpheum pugna 143. 20.
Alexander ludimagiſter 157. 20.
artẽ auxit 46 40. cõmune orna-
mẽtũ 46. 10. Cotyæam reſtituit
48 1. doctores ſuperauit 46. 20.
patriam celebrauit 48. 20. pu-
blicum promtuarium 46. 10.
qualis erga pauperes 47. 40.
apud Ariſtid. qualis 45. 30.
Alexandri animus 49. 10. bene-
ficentia 47 30. corpus 49. 10.
facilitas 47. 10. in Homerum
cõmentarij 49. 1. mortis genus
50. 1. de Ariſtide iudicium 51.
10. ſcripta 49 1.
Alexander Magnus 112. 10.
Alexander cum Dario partiri no-
luit 134. 1.
Alexandri duo monumenta 150.
57. ſomnium 147. 20.
Alexander legatus 791. 455. 20.
Alexandrea 112. 20. 135. 50.
Amazones ſuperatæ 64. 30.
Amicitiæ ſignum 288. 20.
Amicitiæ efficiẽdæ ratio 304. 50.
Amor & Neceſſitas 5. 10.
Amor, hominum tyrannus 17. 30
Amoris ortus 563. 50.
pompa 206. 50.
Amphiaraus 36. 10.
Amphiarai obitus 327. 1.
Amphilochus 26. 10.
Amphilyti oracula 215. 20.
Amphionis dictũ 397. 20. 484. 1.
Amphipolis 274. 30.
Amphipolitæ 281. 10.
Angelis maior Minerua 6. 20.
Anſeres dimiſſi diſcedunt 182. 30.
Antiochus 503. 10.
Antiquorũ vita qualis 11. 30.
Antiſthenis liber 180. 1.
Apellas auus Aeſculapio carus
40. 20.
Apellæ animus 40. 50. eloquẽ-
tia 41. 1. oculi 40 50.
Apia 150. 50
Apollo de Athenis 107 10. Callite
cnus 166. 40 cuſtos Athenarũ
61. 50. Cyzici cõditor 130. 40
Apollo iubet Herculis templũ fie-
ri 19 10.
Apollo trib. Atticas diſtinxit 105
50.
Apollinis gloriatio 546. 50. ora-
cula 581. 78 10. 130 30 437. 40
440. 20. 452. 20. 539. 10.
Apollonia 187 50.
Aquæ ſacræ 141 40.
Arabiæ lapicidina 518. 50.
Arcades indigenæ 103. 10.
Arces Mineruæ ſacræ 6 10. 7. 1.
Archela⁹ Socratẽ euocat 374 30.
Archelai ſcelera 374 1. (496 40
Archilochus quibus maledixerit

Archilochi interfector 496. 30
ſimiæ 504 20.
Archytas Platonẽ deprecatur 463
Areopagus 104. 1. (20.
Areopagi laus 59 10.
Argentifodinæ 46 2.
ad Arginuſas vincunt Athenien-
ſes 89 10.
Argiui 231 1.
Argiui ſepulturæ dati 64 1.
ab Athen. adiuti 247 20.
Argiuorum antiquitas 103. 10.
clades 277 20. quies ibid. ſedi-
tio 332 30.204 20. ſeditio ſedata
91 20.
Argo nauis à Corinthijs extructa
14. 2.
Ariſtides iuſtus 93 20. condẽnatus
391 10 489 10.
Ariſtides Perſas occidit 97 80.
Ariſtidis nuntiatio 444 20.
Ariſtides in Aegypto peregrina-
tur 158 10.
Aeſculapio probatus 23 20 ab Ae
ſculapio doctus 22 30
Alexandri diſcipulus 46 2.
cantu ſeruatur 288 20. Coa-
ctor creatur 196 40. dictus
Theodorus 190 40. fit Aeſcu-
lapij ſacerdos 197 90. Græco-
rum princeps 574 10. Impp. fa-
miliaris 23 1. è lecto dicit 162 30.
luto ſe conſpergit 174 20. pacis
cuſtos creatur 193 30. in patriã
redit 173 10. peſte laborat 169
20. quomodo ſanatus 354 10. re-
natus 306 10. Romam ingre-
ditur 172 30. terremotum cua-
dit 302 20. tertiam ad Lepti-
nem conſcribit 509 20.
Ariſtidis admiratio 203 10.
cantica 182 10. 163 30. carmi-
na duo 176 1. chori 189 10. edu-
catio 573 20. elegiacũ 189 10.
eloquẽtia 576 30. eloquẽtiæ ſtudiũ
571 30 gloria 574 1. de gloria ſen-
tẽtia 573 40. illuuies 261 30. vo-
mitus ibid. iter Cyzicenum 204
20. laudes 23 1 magnanimitas
419 20. Mercurius 191 30.
morbus 115 1. 165 2. morbi
origo 172 10. mos 250 20.
mos in Aeſculapij 558 30 na-
ſcentis ſchema 191 30. naufragi-
um 166 30. nauigatio 525 20.
nutrix Philumena 164 10. o-
ratio pro Curſu 186. 30. & a-
liorũ oratorũ diſcrimẽ 557 30.
Ariſtidis pean 20 30. 187 20.
peanes 22 40. præſtantia 22 20.
peregrinatio 517 30. pue-
ri ingeniũ 558 20. Philoſophiæ
ſtudium 508 1. ſanguinis miſsio
170 20. ſtatua 156 20.
Ariſtidi confirmatur immunitas
196 30.
ad Ariſtidẽ Impp. literæ 194 1.
Ariſtophan. de Aeſchylo 49 40.
Ariſtophanis ſartor 499 30. glo
riatio 552 30. Telmiſſẽſes 156 10.
Aritbmius 502 10. 456 1. zelites
104. 10.
Ariſtonicus 303 10.
Ariſtotelis cũ regib. cõſuetu
do 49 20.
Artemiſiũ 441 10. ad Artemiſi-
um victoria 78 10.
Arte carent maxima queq; 350 1
Artium duplex vſus 572 2
Artium finis in quibus 571 2.
Ars naturæ opus 361 10.
nõ errat 376 1. poſterior natura
quibuſdã ꝓbro eſt 362 10. (358 30
Artes omnes à Mineruæ 7. 10.
Aſclepiadæ cum Heraclidis com-
parati 25 30.
Aſclepiadæ nobiles 24 1.
philoptetem ſanat 24 30.
Aſclepiadarum ſorores 26 20.
Aſiæ laus, 304 1. termini 305 10.
Aſparus 529 40.
Athenæ Atticæ media 54 30.
belli barbarici curia 75 30.
inter deos controuerſæ 58 20.
eloquentiæ magiſtra 52 30.
Athenæ cõmunis Græcorũ patria
60 20. cõmunis patria 200 10. mul
tis modis Græciæ propugnaculũ
78 1. primas ferunt 25 10.
ſociorum curia 95 30. variè
laudatæ 52 30.
Athenarũ ambitus auctus 81 30.
autoritas 66 30.
calamitas qualis 148 20. coloniæ
307 30. coloniæ in Aſia 62 1.
excellentia 100 40. laus 19 10.
236 40. magnitudo 102 20
præſtantia 227 10. 221 30
propriũ 148 20.
Athenis exhibita reuerẽtia 100 10.
Athenienſes 70 annis impera-
runt 93 30. in aduerſis & pro-
ſperis vincunt 89. 30.
bis codem die vincunt 83. 10.
Byzantium ſeruant 296 10.
pro Corinthijs pugnant 91 10.
diuitias contemnunt 106 20.
excuſantur 97 1. 232 30.
cũ alijs Græcis cõparãtur 103 1.
Heraclidas excipiunt 60 10.
indigenæ 56 10.
cũ Laced. comparantur 89 10.
Laced. iuuant 90 10. 95 20.
pro Leõtinis pugnant 87 30.
libertatem Græcis comparãrũt
63 30.
maiores ſuperant 90 40.
migrant 71 20. à Perſis ſoli-
citantur 79 1. patriam recupe-
rant 91 1. cum Phœnicibus &
Cyprijs pugnant 83 10. qua-
les in rebelles 254 20. quomo-
do imperium adepti 86 40.
Sardes populãtur 66 10. cum
Theban. comparantur 261. 1.
pro Thebanis pugnant 95 1.
91 30. vbi perſtringũtur 300 10
è Theſſalia diſcedunt 223 30.
vincunt 80 10. vndique di-
ripiuntur 84 20. omnibus vſi
rebuſpub. 105 30. Xerxem vin
cunt 77 1.
Athenienſiũ in Aegypto clades 230
20. 28 30. 82 1. beneficia varia
334 20. decreta tria 104 1. beni
gnitas 87 10 cõcordiæ et diſcor
diæ effectus 312 20. 332 30.
duplex principatus 321 1. du-
plex victoria 73 20. excel-
lentia 82 1, 72 1. fortitudo 72
30. humanitas bellica 63 30.
imperium inſtauratum 327 30.
laus 210 10. 258 20. lex ibid. li-
beralitas 57 40. magnanimi-
tas 84 40. manſuetudo 73 20.
memoria vbique vtilis 107 10.
miſericordia 59 30. 241 20.
nauium multitudo 72 20. pax
qualis 86 20. poſteri latiſs. di-
ffuſi 62. 20. quadruplicia bella
98. 10. res ſub Pericle et poſt Pe
riclẽ 409 20. teſtes tres 80 1.
vicium 262 30. victoriæ 94 10.
victoriæ contra Græcos 85 1. vi-
ctoriæ & clades omnium cõmu-
nes 98 1. virtutes 76 20.
Athenienſibus victoria debetur
77 20.
Athletarum delectus 299 1.
gloriatio 548 10.
Attica Græciæ media 54 30.

ſrumento caret 449. 20. homine prima protulit 56. 10. incolis conuenit 53. 2.
Attice aer 55. 2.
aer optimus 102. 30. agri 55. 20. fertilitas 57 10. linguæ laus 99 2. mõtes 55 30. ſitus 58 10. 260 20.
Atticarũ laudũ excellẽtia 103 10
victoriarũ termini tres 103 1.
Auditor optimus 556 10.

B

Bacchus idẽ et antiqſſimus & nouiſſimus 17 30.
egreſſus 454 1. egreſſus bello Perſico 17 20.
Græcos iuuat 143 10. Indos et Tyrrhenos ſubiugauit 17 10.
Bacchi cantus 17 20.
facti allegoria 17 2. hymni perfecti qui 16 20. ortus 16 30. potentia 17 2. triremis 327 10. tripodes 336 10.
Baccharum allegoria 17 10.
Bacis 352 10.
Bacidis oracula 215 20.
Barbarorum fuga 80 20.
Batus 506 10.
Bellerophon 7 20. 9. 2. 452 2.
Bellũ mutationes ád fert 223 10.
Belli genus tertium 32 20
Belli cum Græcis & cum Barbaris diſcrimen 230 30 294 10
Belli ſpecies duæ 82 10
Bella quatenus laudanda 273 1.
Bella regit Fortuna 224 1.
Bellorum vtilium ratio 223 20.
Benedictorum laus 309 20.
Beneficia cur collocentur 564 1.
Bœoti victi 65 20.
Boſcyptæchmus 506 20.
Braſidã colũt Amphipolitæ 48 20
Brithonis crimen 435 20.
Buzyges 7 30.
Byzantinorum numiſma 420 20.

C

Cadmea capta 145 20
Cæneus 570 10.
Callæthyia 346 10.
Callimachus ſtat mortuus 63 20
Canobus 585 10.
Carminis ſcribẽdi facilitas 26 40.
Cartaginenſes in Siciliam traijciunt 225 10.
Cartaginenſiũ nauigatio 532 40.
numiſma 420 20.
Cecryphalea 85 2.
Celeus 142 20.
Ceres Eleuſini nomen dat 142 30.
Cereris ignis 38 10.
Chabriæ gloriatio 561 20
ad Chæroneã prælium 100 10.
Chij vaſtati 293 20. victi 127 10.
Chironis dictum 348 30.
Choaſpes 142 2.
Cimon orator 428 10.
Cimon expulſus 426 40.
qualis erga Græcos 425 10.
qualis erga Barbaros 425 10.
reuocatus 426 40.
Cimonis facta cum prioribus cõparãtur 426 1.
Cimonis ſimplicitas 413 20
Ciuitatum appendices 419 30.
Ciuitatũ morbi 26 2. morbus 331 10.
probationes duæ 92 20.
Cladiũ magnarũ remedia 322 30.
Clearchus 212 10.
Cleon occiditur 479 40.
Periclem vincit 479 30.
Cleomenis victoria 314 10.
Clypeũ qui primi geſtarunt 7 19.
Clypei orbes 54 30.
Codrus 65 20.
Codri regnum 65 10.
Cæphi 257 40.
Comœdiæ cur abolendæ 300 1.
Co Meropis 24 40.
Comicum teſtimonium 411 40.
Concordiæ & bonorum fortunæ diſcrimen 303 20.
Concordia laus 329 1.
laudes 334 30.
Concordiæ & diſſenſionis diſcrimen 308 10.
Concordiæ priuatæ & publicæ diſcrimen 310 1.
Concordiæ & ſeditionis deſcriptio 335 10.
Coniectura omnis ratione vtitur 362 40
Conon 39 10. 327 40.
Conon Lacedæmonios deuincit 98 20.
Conſilio præſtat, quàm vi vincere 87 20.
Conſultores fide digni 328 10.
Conſultorum officium 329 20.
Contentio quæ tuta 309 20.
Contentio vtilis 38 40.
Contentionis initium 314 40.
Controuerſiarum finis 253 30.
Coptus 536 20.
Corcyra 87 10. 95 10.
Corcyræi 507 20.
Corcyræi ab Athen. recepti 268 40
Cordax 563 20
Coreſſus 175 10.
Corinthus, Iouis f. 14 1.
Corinthus, Veneris vrbs 13 20.
Corinthi laus 13 10.
magnitudo 13 20.
Corinthij iuridici 23 30.
Corinthij iuſti 103 20.
bis victi 85 10.
Corinthij vincuntur ab Athen. 214 30.
Corinthiorum calumnia 229 10.
Corones 239 20
Coronæ longæ 259 30.
Corſica 25 10.
Cotyeæ antiquitas 462 20.
Cratinus de Pericle 354 30.
Cratini gloriatio 552 20.
Cretenſium ſeditio 104 20.
Criaſus 346 10.
Critias peſſimus 338 40.
Critiæ præceptum Socrati 472 10
Cyprus regi ſubdita 215 1.
Cyrſilus interficitur 76 30.
Cyri gloriatio 554 10.
Cyrus 42 20.
Cyzicus 44 40.
Cyzicus peninſula 131 30.
Cyzici copia 132 10. mare multiplex 131 20.
ſitus 132 1. tẽplum triplũ 133 1.
Cyzicenæ feriæ 300 20.
Cyzicena oratio 201 3.
Cyzicenum templum 132 30.
ad Cyzicũ vincunt Athen. 88 30.
Currus Athenis debetur 102 10

D

Darius ad bellum excitatus 66 10.
prælio vincitur 68 20.
Darij dictum 555 10.
mandata 67 10. militum numerus 67 10.
Datis 70 20. 429 1.
Decelea 88 1.
Decemuiri 115 30.
Declamationum vſus 304 20.
Delphicum templũ exornatum 81 20.
Delium 274 30.
Delus facta ſtabilis 25 1.
Delta inſulæ antiquitas 530 20.
Demagogi cur dicãtur oratores 368 10.
Demoſthenis gloriatio 550 10.
laus 504 20.
Dẽtium dolor ſanatus 187 20

Dentium remedia 180 10.
Deorum regiones 43 20.
Deſſa 172 30.
Dialectica Rhetoricæ pars 40 1. 40. 48 10. (595 40.
Dicendi & faciendi ars eadem
Dicere præſtat quàm facere 396 10. per Dictamnum pharmacum 179 1.
Dignitas vbiq; cõſiderãda 540 20
Dioniſius tyrannus 97 30.
Diotinæ beneficium 411 10.
Diuina natura qualis 138 10.
Dij mutabiles Homero 51 1.
Dominatus nunquam diuturnus 112 10.
Domus optimè conſtituta 308 30.
Dores fugam capiunt 141 1. victi 65 30.
Dorum magnanimitas 324 1.
Dryopes 60 30.
Dyſeris Anthiocum luxit 42 40.

E

Elephãtine ſub cataractis 526 1.
Elephantinæ nulla vmbra per ſolſtitium 527 20.
Eleuſinium 143 40.
Eleuſinis laus 14 20.
Eleuſine primi ludi 142 40
Eleuſiniorum excellentia 104 30.
Eleuſinis ſpectra 75 20.
Eloquentia Athenarum propria 99 40. nõ obiter conquirenda 402 10. res diuina 599 20
Eloquentiæ ac diuitiarum diſcrimen 398 30.
Eloquentiæ & pulcritudinis diſcrimen 399 10.
Eloquentiæ laus 415 10. præſtantia 573 1. raritas 403 10.
Erimeliæ 570 10
Epagathi laus 391 1.
Epaminondæ dictũ 244 40. gloriatio 561 10.
Epei gloriatio 544 10. magnanimitas 342 20.
Epheſi laus 307 10. origo 307 30.
Ephori cines 528 30.
Ephori opinio de Nilo 528 10
Epibothria ſacra 168 1
Equiria 187 30
Erechtheus 65 1.
Ergane Minerua 4 10.
Erembi 555 1.
Eretria capta 321 20.
Eretrienſes abrepti 67 20.
Erichthonius 7 20. 58 40.
Etheonci mos 43 40. mores 43 10 nobilitas 43 1. parentes ibid. præceptor 43 20. pulcritudo 43 10. ſtudiũ 44 1. verecundia ibid.
Eteſiæ plerunq; Zephyri 518 20
Eteſias Nilũ non augere 518 20.
Eubœenſes victi 65 40.
Eumolpidæ 143 1.
Eunicus 420 10.
Euphrates euaneſcit 537 10.
Euripidis loquacitas 414 1. opinio de Nilo 519. 10
Eurycles 17 30.
Euryſtheus 60 1.
Euryſtheus debellatus 63 30.
Eurybiades 442 10.
Eurybiadis fuga cõpreſſa 442 20
Euthymenes 531 20.
Exilij cauſæ 427 10. (225 10.
expeditionum magnarũ euentus

F

Fabula de ortu rethoricæ 397 20.
Famæ ara 295 10.
Familia rectè conſtituta 833 20.
Fauere linguis 298 1.
Feriæ teſſeræ amicitiæ 297 30.
Fluuij pro dijs habiti 11 1.
Fluuij ſub Xerxe deficiunt 70 20.
Fortunæ vis 478 1.
Forum deorum Athenis 132 1.
Fronto pater Apellæ 40. 1.
Furor diuinus qualis 556 1.
Furta quatenus cõmuncẽda 528 30.
Futura propiora præteritis 292 30.

G

Galli in Græciã irruerunt 143 30.
Glaricus 450 40
Gloriã cur ſectemur 569 40
Gloriationis dignitas 560 30. neceſſitas 540 40.
Græci ab Athen. ſeruati 98 10. deficiunt 83 1.
Græci fugã meditãtur 76 40. imperandi rudes 110 10. verè pueri 144 10.
Græcorum concordiæ effectus 810 20.
Græcorũ diſcordiæ effectus 331 30. excuſatio 313 30. imperiũ quale 115 1. præſtantia 116 10. partes tres ſub Them. 439 1. res ſub Demoſt. 483 10. res ſub Miltiade 431 30. res ſub Themiſtocle 437 10.
Græcorũ erga Smyrnam ſtudium 149 1. ad Troiã aductus cauſæ 339 30. vicium 508 20. virtus (561 30.
Galea poetarum 286 1.
Gigantomachia 6 20.
Gratiæ veloces 58 1.
Gratiarum horti 40 30.
Gryneum 200 1.
Gubernatores colliment 364 1.
Gygis factum 374 20.
Gylippus Syracuſios iuuat 311 20
Gimnaſtica colliniat 364 10.

H

Haliartus 92 1. 239 20. 254 1. 29 20.
Harmoſtæ eiecti 315 40
Halij ludi 321 10.
Hebes allegoria 20 20.
Heliades mutatæ 146 10.
Hemina regia 179 30
Heraclidæ ab Athen. adiuti 62 20
Heraclidæ traijciunt 414 30.
Hercules Alexis 19 30. Athenas incitatus 57 30. Athenis primũ cultus 59 40. Co vaſtat 24 40. ad omnia inuocatur 19 30. à Minerua deus factus 9 10. morbo: Meſſanæ curat 19 20. ſ. ſtat 570 1.
Herculis columnæ 19 1. facta 118 1 factorũ allegoria 18 30. lauacra 209 20. liberi 19 40. parẽtes 18 1. ſtatua 19 30 vitæ ſcopus 414 20. (30.
Herculis et Theſei amicitia 284
in Herculẽ à dijs collata dona 20
Herculani globi 19 20. (10
Hermias 202 10.
Hermocrates poeta 186 20.
Hermopolis 495 10.
Hermus Nili pars 530 10.
Hermũtina præfectura 522 30.
Herodoti gloriatio 549 10. mẽdacia 524 40. opinio de Nilo 524 1.
Heroum vita duplex 324 20.
Heſiodus de Oceano 110 10.
Heſiodi gloriatio 541 1. præceptum 31 1.
Hippocrates 25 20
Hipponia via 171 10
Homerus optimus poeta 566 40
Homerus a Plat. exigitur 502 40.
Homerus de Athenienſib. 105 10. de nuc 109 1. de Rom. 125 20.
Homerus reprehenſus 4 1
Homerus Smyrnæus 99 30.

Homerus

Homerus turpiloquiũ cauet 565 20.
Homeri cõparationes 542 20. dij cũ hominib. loquũtur 4 40. Iliad. ſcopus 313 20. inuocationes 417 1.
Homeri laus 430 1. laudationes quales 496 10. mendaciũ geographicũ 535 1. mors 309 20 opinio de Nilo 584 30. ortus 113 40. pater 574 30. poeſis Athen. debetur 99 30. vita 574 40.
Homerica catena 3 10. imprecatio 11. 1.
Homericum pelagus 117 40.
Hominum ſingulorũ diuerſa natura 564 10.
Homini ſoli leges datæ 5 40.
Horæ 15 30.
Humana vita 3. conſtat 29 30. 102 10.

I

Ianus vates 27 30.
Iaſius 346 10.
Icarius 284 20.
Ignauia in ſacris nefaria 1 20.
Ignis impp. 134 10.
Imperatoris autoritas 113 30. iudicia 114 20.
Imperatori nunquã pugnandum
Imperatorũ laus 316 40 (417 30
Imperium res diuina 215 10.
Imperij iniquitas 96 20. ius 96 30. (50 10.
Infernorum inter ſe commercia
Inſulæ à Neptuno editæ 11 40.
Iniuriæ memoria quid 251 1.
Iniuriã nec facere nec pati, præſtat alterutri 377 30.
Ion Athenas venit 144 10.
Ionia controuerſa 123 30.
Iphicratis gloriatio 551 20.
Iſchyro 170 30.
Iſidis templum Smyrnæ 182 10.
Iſocratis gloriatio 533 1.
Iſthmus Neptuni palatiũ 13 1.
Iſthmi laus 13 10. in Iſthmo eodẽ vento ſoluitur & appellitur nauis 13 10.
Iſthmia tertio quoq; anno redeũt
Ithome 255 40. (14 10.
Iupiter Aeſculapius 160 1.
Iouis Aeſculapij tẽplum 21 20.
Iupiter Liberator 265 20.
Iouis Liberatoris ara 81 20.
Iupiter nõ mutatur 4 10. quare Ζεὺς dicitur 4 10. ſeipſum creat 2 1.
Iouis aula 13 1. facta 1 40. cognomina 5 10. gloriatio 546 1. mãdato parent omnia 4 10.
Iouem cur Δία dicimus 4 10.
Iudiciales artis natura 372 1.
Iudicis boni officium 345 10.
Iudicum officium 312 20.

L

Labellum luſtrale 35 40. 298 10.
Lacedæmon Heraclidis paruit 20 1.
Lacedæmonij Athenienſes remittunt 271 10. ſua celant 91 10. 300 30
Meſſenã euertũt 255 20 cũ Perſa componũt 182 192 10. perfidi 94 30. Perſam perſequuntur 256 1. cur præpoſiti 95 10. poſt præliũ veniũt 77 20. Iones prodũt 146 1. quales in bellis 248 20. quales in Sicilia 260 1. Teucri ſimiles 94 1
Lacedæmoniorũ calumnia 112 20. cum Athen. cõiũctio 247 1. cõcordiæ ac diſcordiæ effectus 312 10. conſuetudo 255 32. crudelitas 98 1. imperia 267 30. Ingenium 256 10. legatio 456 1. 79 30. origo tenuis 255 20. perfidia 115 20. 298 20. reſponſum 418 1.
Laconica beneficia cũ Thebanis comparantur 241 10.
Laconicæ canes 480. 30.
Laconis dictum 247 1.
Laconiæ terræmotus 86 10
Lanceum Ariſtidis prædiũ 181 10 Ariſtidi adiudicatur 198 30.
Latona parit 54. 10.
Laurus Heſiodi 358 30.
Laus leuis 309 30.
Legati hoſtiũ remittũtur 420 40
Leges quamobrẽ mutetæ 370 30. iniquæ non ſunt leges 376 20
Legis et plebiſciti diſcrimẽ 218
Legislatorũ nobilitas 24 1. (10.
Lenæum 571 30.
Leo 65 1.
Leocorium 45 10.
Leſbij 589 1.
Leſbiorum ſeditio 386 30
Leucates 18 20. (97 30.
ad Leucadem vincuntur Laced.
Leucothea maris domina 15 20. ſapientiæ ſtudioſa 15 30. ſemper dea fuit 14 30.
Leuctrica clades 90 10. pugna 116 1.
Lex Athenienſium 469 1. 428 1
Lex Laconica 502 30
Lex naturæ 517 20. 333 30. 51. 10. 569 10.
Lex Perſarum 475 10. 562 10
Linguæ omnis præcipua duo 99 30.
Loquacitatis et eloquentiæ diſcrimen 412 20.
Luſorum contentio 224 20.
Lycidas occiditur 455 40.
Lycurgi leges 350 20.
Lyſander occiditur 92 1. 275 20. 242 10.
Lyſandri crimen 435 10.
Lyſiæ dictum 436 1.

M

Macedonum principum imbecillitas 112 30.
Maledicta qui libenter audiunt 297 10.
Malignitatis & malitiæ affinitas 297 20.
Malis dij carent 15 10.
Mãtinenſes diſſipati 493 40. 517 20. ad Mantineã præliũ 97 20.
Marathonia ſtatua 456 10.
Marathonis nomen 48 30.
Marathonij prælij excellentia 69 1
Marcus Antoninus cũ priorib. comparatus 33 20. fratrem in regnum aſſumit 133 40. Græcos amat 35 20. regnum recuperat 34 20. ſemper idem 36 10. regno dignus 34 1.
Marci clementia 33 40. Comitas 35 10. cõtinẽtia 36 20 diſciplina militaris 37 10. excellentia 38 10 humanitas 33 20 iuſtitia 34 30. iudicia qualia 35 1. laus 125 30. liberi 125 40 prudentia 37 20 ſapiẽtia & eloquẽtia ib vitiis facilitas 37 1.
Marci et Veri impp. laus 138 20
Mardonius 436 20. 78 10.
Mare beatorum 139 1.

Maris laudes 137. 1.
Maßilienſiũ ſimplicitas 533 10.
Matroum 20 30.
Maximus 509 10.
Maxima non optima 156 40.
Medea Theſſaliã inficit 25 20.
Medicina cõiecturis vtitur 364
20. præſtat Gymnaſticæ 394 1.
Medici officiũ 572 1. (493 30.
Medicorum mos 319 12.
Megara defendũt Athen. 85 20
Meleager 419 10.
Meles 128 30.
Meletis laus 252 10
Meleſippus 416 30.
Meleſippi dictum 511 40.
Melij 232 32.
Melienſes 95 30.
Meneſthei laus 15 20
Menſuræ 38 20.
Menſuræ forenſes 28 22.
Mercurius bonorũ dator 401 10.
Mercurius cõmunis 476 10.
liberalis 351 20.
Mercurij cognomina 401 1.
Meroe 526 40.
Meſſenij ſeruati 61 1.
Metanira 142 30. (429 40.
Miltiades cũ Licurgo cõparatur
cũ Pauſania cõparatur 434 40
toti Græciæ profuit 431 1.
Miltiadis et gubernatoris diſcri-
mẽ 132 30. crimen 436 1. diſcipli-
na 428 20. decretũ 429 20.
Lex 429 30. mors 470 1.
obitus 271 30. ſtatua 434
30. victoria 435 10.
Minerua ambidextra 7 30.
deorum antiquißima 6 1.
dux Herculis 9 3.
Ergane, & prouida 9 20.
leges & arma inuenit 7 1.
Iouis vnica filia 5 30.
ex Iouis orta cerebro 5 30.
gigantes ſuſtulit 6 20.
laniſicium reperit 7 1.
Latonæ obſtetrix 8 1.
cum armis nata 5 40.
patri reuerenda 6 1.
phidiaca 169 40. prouida 8 10.
rẽ naualem inſtruxit 7 20.
ſalutaris 8 20.
vis Iouis 9 42.
verã tribuit uictoriam 9. 30
cur vrbi tenens 7 3.
Mineruæ allegoria 477 10.
in Athenas dona 58 30.
calculus 8 1.
feriæ plurium dierũ 80 40.
tibia lyra & cithara inuẽta 8 20.
Mithæcus coquus 443 30. 462 1.
Mitylenenſes 97 20.
Molionis filij 467 30.
Momi fabula 559 3.
Monarchiæ quinque 200 30.
Mors rara quæ 45 1.
Mortui lauantur 575 10.
Muliebris mos 573 10.
Mundus citiſsimè creatus 2 30.
quomodo creatus 2 10.
Mundi perfectio 419 30.
pulcritudo 316 30
Muſæ quomodo doceãt 357 1.
Muſonius 208 10.
Mycale 282 30.
Myrmidones 121 10. (20.
Myronides Thebanos vincit 258
Mys interemtus 67 1.
Myſteria minora 46 30.
Myſteriorum vis 101 22.
144 1.

N

Naſamones pereunt 303 1.
Naturæ præſtãtia 362 10
Naucratis 493 10.
Naupactica prœlia 86 10.
Nauplij laquei 144 19.
Nauis à Minerua primum fabri-
cata 8 30.
Nauigatio diurna quanta 535
30.
Naxus 95 20.
Nemeſis & Iuſtitia 343 40.
Neptunus amat Leucotheã 15 1.
alatos homines reddidit 12 1.
Neptuni allegoria 10 47.
campus 129 1.
cum Marte controuerſia 59 1.
humanitas 21 20.
Neptuno ſacra loca 22 20.
Neſtor eques optimus 470 20.
Neſtoris gloriatio 543 10.
Niciæ laus 487 30.
petitio 210 10.
Nilus 323.
Nilus auris caret 536 1.
à Ioue delapſus 5 1.
nunquam idem 523 1.
hyeme nunquã creuit 521 30.
quando creſcat 527 20.
quomodo creſcat 520 40.
quomodo decreſcat 521 40.
Nili aqua nõ corrũpitur 536 10
Nili creſcentis cauſa 537 30.
creſcentis ordo 536 10
cultus 538 1
Nili aquæ dulcedo 516 30.
Nili fluxiones duæ 527 1.
Nili fontes humorem non attra-
here 533 20.
Nili laus 537 40.
oſtia excurrunt 519 10.
vis 518 40.
vſus amplus 537 1.
Nubes Eleuſinia 143 10
Nutricij Græcorum antiquißi-
mi 51 30.
Nutricum precium 895 1.
Nympharum laus 158 10.

O

Oceanus à Ioue creatus 4
20.
Oceanus, commune ali-
mentũ 11 1. ortus deorũ ibid.
Oceani inſula 113 10.
profluuia 431 40.
Oebari dictum 112 10.
Odeum 203 1.
Oedipi ſepulcrum 433 22.
Oeniadæ 223 30.
Oenophyta 265 10. 455 10.
in Oenophytis victi Bœoti 561 10.
Oleum & veſtes à Minerua da-
ta 6 40.
Olympicus mos 507 30.
Olynthij ab Athen. ſeruãtur
281 1.
Anthemuntem tenent 280 10
Olynthios corrumpit Philippus
289 10.
Olynthijs potidæam dat Philip-
pus 280 10. 289 20.
Oraculum Colophonium 177 10
Oracula ſine carmine 28 1.
Oraculorum excellentia 350 32.
Orationes optimas maximè mo-
uere 564 40.
Orationes quæ optimæ 21 10.
quomodo inter ſe contradicãt
385 20.
veriſsimæ 829 30.
Oratione ſoluta dij compellan-
di 28 10.
Orationis permiſsio 556 20
Orator quatenus ad auditores ſe
accommodet 367 30.
Orator vir optimus 378 10.
oratoriæ facultatis ſcopus 166 20
Oratores populo non obſequi
366 40.
populo obſequi nõ poſſe 368 40

Oratoris & gubernatoris diſcrimen 393 1.
Oratoris merces 519 10.
Oratoris & natatoris diſcrimen 194 10.
Oratorum enthuſiaſmus 555 30.
numeri 38 20.
præſtantia 191 40. 195 30.
Oreſtes abſolutus 454 20.
liberatus 50 30.
à Minerua ſeruatus 7 40.
Orontis dictum 476 40.
Orphei ars 568 30.
caput 836 30.
Oſtracine 529 40.

P

Pacis Athen. & Græcorum diſcrimen 92 30.
Præſidiarij milites 120 20.
Prætores Aſiæ 314 30.
Præcones 143 1.
Darij perduntur 67 1.
Præcones Regis 419 30.
Palæmon 15 30.
Palæſinorum mores 505 20.
Palamedes condemnatus 478 30.
Palamedis inuenta 478 30.
Panis templum 414 1.
Parabaſes 300 20.
Paraphthegmatis verba 541 20.
Pardali laus 187 1.
literæ 195 30.
Paris Achillem occidit 476 1.
Helenæ imaginē attulit 71 30.
Parrhaſij gloriatio 553 1.
Patriam liberare quantū 448 10.
Pauſaniæ 115 10.
Pauſanias abdicatur 229 10.
Pauſaniæ vituperium 16 10.
Pegaſus 14 10.
Pelaſgi 60 30.
Peleus Pindari 410 10.
circum Peloponeſum nauigāt Athen. 85 30.
Pelops proræ Smyrnæ conditor 150 20.
Pelopis fabula 151 30.
Peneus 142 1.
Peplum 108 1.
Perfectiſsima amplectenda 50 20
Pergami laus 105 30.
Pergamena ſchola 30 10.
Pericles agros vrbi donat 406 40
Platonis executus precepta 408 40. 411 30. (20.
omnib. virtutib. inſignis 410
in peloponeſū nauigat 418 10
quando condemnatus 470 10
Periclis cognomen 422 20.
conſilium 231 30.
Periclis et Aiacis diſcrimē 415 10
Periclis eloquentia 407 1. 471 1. 411 30.
expeditiones 415 20.
fortitudo 417 1. lex 415 1.
Periclis matris ſomnium 410 10.
vita qualis 406 30
Pericula quibus affectāda 228 10.
Perſa cōtra Athen. aduocatus 88 10.
Perſarum regis oculus & auris 114 20.
Perſæ bellum quale 376 20.
Stratagemata 346 1.
Perſeus 9 1.
Perſicus mos 569 30.
Philæ 523 20.
Phliaſij 265 30. 252 1.
Philippus 97 40.
Philippus Pheras capit 286 20
inſtituit pythia 291 1.
prodit pythia 287 1.
Thebis obſes 287 20. 290 1.
præcones tollit 282 1.
Philippi ſacta 255 20. 281 30.
Philonis miſtura 179 10. (30.
Philoſophia quid olim fuerit 506
Philoſophorum vicia 275 40.
Philoxenus 465 1.
Philumenæ mors 202 30.
Phœbidas Cadmeam occupat 217 30 248 10. (30.
Phocenſes à Philippo ſublati 281
Phocenſium peccatum 290 40.
Phoenix 149 10.
Phormio 453 30.
Phyla 91 1. 257 20.
Picturæ finis 144 40.
Picturæ impiæ 16 1.
Pindaro vera muſica vtitur 498 1
Pindari canticum a Pane cantatum 433 40.
dictum de Ioue 5 10.
gloriatio 547 10
Lex 372 20.
mendacium geographicum 535 40.
pæan à Pane cantatus 22 40
veritas 515 10. (90 30.
Piræum recuperāt Athenienſes
Piſces cicures 128 40
Piſiſtratidæ 431 20.
Plataica clades 238 20
Platea 80 1.
Plateas Thebani vaſtant 235 10
Plato adulationem accuſat non Rhetoricam 404 10.
ſtipendium conſtituit 420 10.
teſtimonia contemnit 407 36.
ſophiſtas deridet 405 10
dimittitur liber 464 30.
fide dignus 353 20.
Plato Cimonis fortunam expertus 465 10
Periclis fortunam expertus 471 1.
Themiſtoclis fortunam expertus 464 20.
Plato Homerum incuſat 346 10.
improbos imitatur 497 20.
laudat periclem 491 1.
laudat Quatuoruiros 190 1. 489 30.
laudat Rhetoricam 403 1.
vendi iubetur 463 40.
Pythiam vult conſuli 350 10.
redit in Siciliam 465 1.
tertio nauigat 465 20.
Platonis cum Dionyſio conſuedo 468 20. 49 30.
dignitas 504 10. 401 30. 480 10.
diſputatio præclariſsima 347 30.
eloquentia 415 10.
fabula 119 1.
gloriatio 560 10
libertas 459 10 408 20
maledicendi ſtudium 513 20.
philoſophi duplices 507 1.
dicendi ſuauitas 498 20.
philoſophia qualis 507 30.
præceptum 41 10
ſodalium contumacia 472 30.
Platonem emit Anniceris 464 30.
Pluuiam Nilum non augere 521 20.
Poemanenus 283 20.
Poeſis quando orta 38 1.
quæ præſtantiſsima 406 30
Poetæ Muſarū interpretes 351 10
ſacri 27 10.
Poetarum felicitas 27 1.
patriæ 48 30
poetis ars non ſufficit 351 10.
polycrates 461 20.
Polydamas victus 474 20.
Populi varietas 369 1. 430 20.
Potidæa 249 10.
Procemia 52 30.

Propontis 131 10.
Proſopopœia 461 40. 44 30. 386 (10.
Proteſilaus 461 20.
Prytanea comitia 190 1.
Pſyttales 77 30.
Pugilum mos 418 30.
Pueri vbi docendi 299 20.
Putei Aeſculapij aqua vnde 140. 20. ſitus 140 1.
Putei aquæ laus 140 30.
Putei copia 140 40.
vires mirabiles 141 30.
Pydnæi 281 10.
Pylus 213 40.
ad Pylum geſta 87 10.
Pytho legatus 288 1.
proditor 296 10
Pythodorus dux Athen. exulat 216 1.
Pythiæ familiare reſponſum 497 30.

Q

Quadratus 89 10.
Quadratus Pergamum reſtituit 89 20.
Quadringentiuiri 90 20.
Quatuoruiri defenduntur 383 1.
excuſantur 460 10. 474 30.
Quatuoruirorum & aurigarum diſcrimen 467 10.
Quatuoruirorum & Socratis diſcrimen 472 1.

R

Rationis vis 365 1.
Reipublicæ tria genera 105 30. 122 30.
Rex verus qualis 86 1.
Rhadamanti iuſtitia 421 1.
Rhetorica ars eſt 366 20.
Mercurij donum 851 30
præſtat pulcritudini 400 30.
propter calumniatores non vituperanda 375 10.
perfectior philoſophia 3 3 40
potior legibus 371 10.
potior philoſophia 377 30.
Rhetorica cum prudentia coniuncta 397 10.
cum alijs artibus coniuncta, plurimum valet 399 30.
quantum comprehendat 373 10.
Rhetorica quid 383 20.
quomodo inuenta 370 1.
res diuina 360 1.
Rhetoricæ & tyrannidis diſcrimen 384 10.
Rhetoricæ laus 369 40. 372 20
natura 370 30.
neceſſitas 374 20.
pars, leges 371 1.
officia 374 1.
vſus perpetuus 398 20. 390 30.
vtilitas 398 1. (fert 400 10.
Rhetoricã Homer. militari præ-
Rhodus emergit 336 1.
quando exculta 325 10.
Rhodi caſus 318 30
duplex excellentia 313 10.
Leges 317 30.
reparandæ facilitas 325 10
Rhodij Aſclepiadis parent 25 1.
de cæde foris iudicant 311 10.
Rhodij nautæ dictum 319 30.
Rhodiorum dialectus 337 1.
nobilitas 314 10
origo 335 30.
Roma communis officina 110 1.
Romæ amplitudo 117 30
arationes 110 20. (30.
laudes oratione maiores 118
Romana mœnia 120 30.
Romana reſpub. qualis 122 30.
Romanæ reipublicæ præſtantia 118 20.
Romani imperij certa poſſeſſio 113 10.
diuiſio 117 20. fines 113 1.
Romani dijs cari 125 10.
liberis imperant 114 1.
perpetuo imperant 113 1.
nudis corporibus non imperant 123 10.
ſcientiam imperandi inuenerunt 116 10.
quomodo copias conſcribant 119 40.
terram fecere communem 124 10.
Romanorum erga Græcos ſtudium 121 30.
Romanorum imperiũ cum Græcis comparatur 114 40. cum Perſico comparatur 110 30.

S

Salamin 76 10.
Salaminiæ pugnæ præſtantia 450 10.
Salamis Megarenſibus traditur 277 20.
Saltationes Laconicæ 570. 10.
Saltationes Mineruæ 6 20.
Saltator Bacchi Pan 16 40.
Saltatores Martis 554 40.
Muſarum 555 1.
Serapidis 31 10.
Salutius Conſul 165 10.
Samia ſacra 299 10.
Samothracum ſacra 103 20.
Samus 88 20
Sanitatis hortus 24 10.
Sapientiæ vires 29 30.
Sapphonis gloriatio 546 40
ſplendor 345 10.
Sarambus inſtitor 445 30.
Saron 450 40.
Satrapæ ingenium 288 30.
Sciapodes 547 10.
Scionæi 232 30. 55 30.
Scolia 45 1.
Scylla 354 20.
Scythopolis palus 531 1.
Sedatus 170 30.
Seditio cũ bello cõparatur 331 20
cum tyrannide comp. 311 30
quomodo tollenda 313 20.
tabi ſimilis 308 40.
vbique noxia 311 30
Seditionis effectus 310 10.
Serapis ab omnibus colitur 30 1.
cõuiua & conuiuator 31 10.
animalibus præeſt 31 1.
Ventorum cuſtos 31 20.
Serapidis facta 29 20.
facta innumera 31 30.
natura 29 10.
apud inferos officium 31 1.
potentia 182 10
potentia latiſſ. patens 30 30. vrbs 32 10.
Sermonis pharmacum pulcerrimum 100 1.
pharmacũ ſapiẽtiſſimũ 399 40.
Seruatores dij 135 30. 446 10.
Seruatorum templum 176 20.
Seruorum natura 212 30.
Seſoſtridis columnæ 135 20.
Seuerus 184 20.
Seueri de Ariſtide iudiciũ 194 20
Sicilia cũ Helleſpõto cõparatur
Siculũ bellum 250 10. (213 10.
Silentiũ crimina cõfirmat 347 10
Simonides 428 1. (188 10
Simonides à Dioſcuris ſeruatus
Simonidis modeſtia 547 40.
Siſyphus 14 1.
Sinus Smyrnæi laus 129 40.
Smyrna ab impp. inſtaurata 147 (20.
Smyrna prima 126 30.
ſecunda 126 30.

Smyrnæ aer 128 10. clades cum
Athenienſi cõparata 148 30. laus
309 30. magnitudo 127 30. ſitus ibid. 127 30. ſchola 307 1.
triangulus 129 30.
Smyrnæus mos 127 1.
Smyrnæi Chios vincunt 150 30.
generoſi 151 20. quales in gentiles 303 10
Smyrnæi tẽpli excellẽtia 303 20.
Smyrnæorum laus 296 30.
Socrates Athenienſis 103 40.
cõdemnatus 473 20. artẽ cõtemnebat 355 20. quãdo mortuus 492 30. quomodo nihil ſciebat 355 30. ſapientiſſimus 355 20. 452 20.
Socratis crimen 514 20. gloriatio 551 1. ironia 551 10. militia 332 30. 445 40. vicium 498 30.
Solaris meatus cauſa ignota 518
Solon 488 30. (20.
Solon Athenienſis 103 40.
orator & ſapiens 483 10.
Solonis factũ 302 20. gloriatio 530 40. 559 10. lex 308 30.
mos 499 20. ſepulcrum 413 30.
verſus 559 10.
Somnia, liber Ariſtidis 165 20. 129
Somniorum vſus 354 20. (10
Sophiſtæ olim qui dicti 506 20.
Sophocles dux Athe. exulat 216 1
Sophocles victus 476 20.
Sophoclis frater 192 1.
Satyri 504 30.
Spartorum allegoria 370 10.
Spectri vox ad Ariſtidem 183 1.
Sphodrias 143 20.
Steſichori palinodia 146 40. 490 1. 510 20.
ſtipendij neceſſitas 410 10.
Suffragiorum vis 210 10.
Supplicationes Græcorũ 81 30.
Syriaca palus dicta mare 582 10.

T

Tabulæ 475 40.
Tanagrea pugna 86 1.
victoria 99 1.
Telephei colonia 306 1.
Tempe 151 40. 442 30.
Tempus à Ioue creatum 2 10.
Terræmotus Aſiæ 303 10.
Terræmotus deſcriptio 320 30.
Tertia liberatio 307 10. lucta 465 20. manu 126 20. teſſera 438 30
Tertio pedato 126 40.
Teſſera 306 10.
Teſtimonium facti 379 30.
Thebæ bis euerſæ 326 20.
Thebani cũ Ath. cõponũt 240 30
Tebani cuiuſdã ſẽtẽtia 252 20.
Thebani Meſſenã excolũt 295 30
Plateas inuadunt 260 40.
ter ab Athenis ſeruati 631.
Thebanorũ in Athen. beneficia 241 30 clades in bello Perſico 262.
et Athen. cõiunctio 284 10. (30.
cũ Lacedemonijs cõiũctio 174 10
Imperium 312 1.
Themis 335 1.
Themiſtocles 72 10.
Themiſtocles & Miltiades cum Dione comparãtur 448 20.
Themiſtocles cũ Militiade & Cimone comparatur 445 1.
Themiſtocles Xerxẽ fugat 444 30. omnib. virtutibus inſignis 444 30. Athenieſes reducit 451 20. ab Admeto ſeruatur 464
Themiſtocles cõſiliũ 441 10. (20.
dictum 147 40.
Themiſtoclis et miltiadis diſcrimẽ 436 20.
Themiſtoclis et Terpandri diſcrimen 440 1.
Themiſtoclis edictũ 443 10.
exilium 271 20.
humanitas 457 20. inſignia tria 453 20. interpretatio oraculi 440 30. laus 74 10. cum Ionibus res geſtæ 442 40.
Themiſtoclẽ quãti fecerint lacedemonij 457 1. de Themiſtocle Græcorum iudicium 456 30.
Thermopylæ 72 10. 442 30.
Theſeus cõditor Smyrnæ 144 40.
Theſeus & Alexander Smyrnæ conditores 147 10.
Theſei delubra ad Herculẽ relata 19 10. oſſa Athenas relata
Theoxenia 301 10. (468 10.
Theſſali tranſfugæ 253 40.
Theſſalici equi 430 30.
Theudis 493 10. Thmuis 535 40.
Thraciæ multi domini 280 1.
Thracum expeditio 64 40.
Thraſibulus 327 40.
Thucidides de Athenis & Sparta 108 20. de Lacedemonijs 122
Thucididis gloriatio 549 20. (10.
laus 407 30.
Timocreon 406 40.
Titareſius 140 30.
Tlepolemus 232 1.
Tricarani autor 116 1.
Trigintauiri 50 20.
Triptolemus 7 20.
Triptolemi currus 57 40.
iter 82 30.
Troezen 443 10.
Troezene ſuos deponunt Athen.
Troia ter capta 326 30. (76 10.
Trophonius 26 10.
Tyrannorum natura 384 30.
Thyrrenum latrocinium 318 20.
Tyrtæus 247 10.
Tyrtæus Spartã mittitur 234 30.

V

Vates artẽ carent 830 1.
imaginantur 365 10.
Venatio belli ſimulacrum 8 10.
Venti calidiſſimi 520 20.
Venus à Neptuno edita 12 10.
Venus publica 8 1.
Victoriæ ſignum 58 20.
à Vipera morſi 229 20.
Vita breuis 45 1.
Vitæ fructus vbi 21 10.
Vitiũ ciuitatis & hominis 96 1.
Vitij ciuitatis et hominis diſcrimẽ
Vltionis terminus 238 30. (330 20.
Vlyſſes 444 1.
Vlyſſes qualis 15 30.
Vlyſſis factum 564 10. gloriatio 542 10. 545 1. ſocij 536 10.
Vniuerſi diuiſio 11 10.
Vologeſus 258 30.
Votum non negligendũ 2 20.
Vrbs optimẽ habitata 308 30.
Vrbium ornatus 316 20.
Vulcani inſtrumenta 141 1.
Vulgus nõ contemnendũ 422 20.

X

Xenophõtis militia 383 10.
Xerxes Græcis cedit 841
Victus 87 30.
Xerxis arbor aurea 70 30.
feciales perdũtur 72 10. fuga 311 10. inſtitutum 69 30. mina 70 1. poſtulata, ibid.
militũ numerus 70 40. ſecũda petitio 76 30. termini 84 10.

Z

Zethi muſica 134 30.
Zeuxidis gloriatio 552 1
Zephyri factum 564 10.
Zoſimus moritur 164 1.
ſanatur 163 20.
Zoſimi morbus 163 20.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Quemadmodum humanum eſt errare, ita non minus eſt humanū errata, ne quis fallatur, fateri & prodere. Huic humanitati noſtræ ſi reſpondere voles, amice lector, hæc vicia, quæ pro libri mole non nimis multa ſunt, humaniter & ipſe corriges, & nobis condonabis. Vale.

Fol.	Numeri oerſuum	Verſ.
	fol. 2. 3. 6. 7. 8.	
	in. corigeodi	
3.	ſommem	15.
	io ante *fortiß.* dele	27.
7.	lanificio	1.
	Buzyges pro bu-	
	bulcus	34.
9.	Olympiram	33.
11.	partitipes	19.
24.	*ficus legislateres* ad	
	de poſt	7.
	nobiles	
28.	extarét pro exiſte	
	reot	8.
30.	quantem	40.
31.	præſulrore	17.
33.	prorſus	43
34.	exorſos	36
41.	diſtat	5.
44.	ebcuſsir	27
49.	ſuperarit	2.
77.	ipſi	3.
78.	extremum	30.
83.	quos antee Rrx	
	contre ipſos	7
	fateret p pateres	43.
86.	eū adde poſt *modo*	27
87	*sum* dieende, adde	28
	poſt *perinde*	
	ſuffirere dijs	29
91	ioter.	14.
	re pro oe	20.
	cū.n.u. b.infeſtio	
	ribus	40.
96	Nam pro tam	20.
200.	effrt pro eſt	1.
202.	apparatu	13.
208.	eui &	5.
210.	portantur	11.
225.	ſationum peo ſel-	
	terionum	18
228.	fontib. pro finib.	31
234.	perfectiſſ.	7.
235.	propius	30.
236.	nos 27 reqrerrtur	38.
237	parantur	17
243	eumermis alteros	
	alteri eepiſſens	25.
249	faciērpro patient	43.
253.	ceſpoodeant	8.
264.	quandam (rit	16.
266.	cōperit p cōcepe-	30.
267.	*medici* adde poſt *ac*	9.
276.	dnmom	22
207.	indigeree	6.
	eſſe mirarer Cum-	
	qoe eſſem	37.

211	Abſordum	12.
213.	uaſtatum	33
215.	roiapro rante	13.
219.	diſſuaſerat	23.
218.	*&* adde ante *ce*	27.
220	ult. oeui pro mari	
222.	erit	31.
225.	illos pro ipſos	9.
243.	*nec* adde poſt *qued*	9
	fateantur u. q. u. fe	
	oeritis	14.
245.	*in* adde ante *impre*	
	berem	39
257.	hie pro his	25.
264.	oer prn non	27.
280.	ioter eſt	4.
281.	diſcrimen	2.
287.	dixerit.	1.
291.	oobis'ne	39.
307	exripiat	28
	iure pin ire	41.
308.	uoluerit	35.
311.	diuiſerunt	1.
	iam adde poſt *qua*	14.
317.	credetis	17
318.	*ſplendida* adde āte	
	ſpleodida	23.
319.	*eſt* adde poſt *relicta*	2.
	abiectiooem	36
338.	*te* adde poſt *tempus*	18.
346.	reijciendus	25.
	iore q.i. liseras	29.
349.	(iam	1.
	ea pro es8. qui	14.
354.	*&* adde poſt *vt*	4.
1	nos pro eos	23.
357.	quidem	35
358.	ernnt	41.
361.	audita	25.
365.	iodirere	37.
366.	*&* adde poſt *Itaq;*	15.
367.	fueraor	30
380.	domo	22.
381.	*ſe* adde poſt *cauſa*	16.
383.	*id* adde poſt *quoq;*	38.
389.	*in* adde ante *his*	34
391	aliquanto	37.
401.	ſemideos p deos	11.
402.	nihili	5.
	eo pro ea	29.
403.	*&* adde ante *ego*	34.
404.	ignoras	26
411.	*vel* adde aote *dice*	
	rent	34.
415.	eedendum pro	
	eooeeodum	40.
417.	fereoe	39.

418.	urbis	25.
	mur;	40.
	non adde poſt *qued*	42
423.	*a* onuum	40.
437.	imiſatus	7.
442.	*hac* adde poſt *Quis*	43.
446	*quis* adde ante *etiā*	22.
447.	*eum* adde poſt *ipſi*	37.
450.	urbem	37.
453	eſtatus	40.
460	triburim	34.
463	*id* adde poſt *quãuis*	37.
470.	Neſtorea	18.
	& adde poſt *cum*	39.
481	*Graeci* adde ante	
	fortuna	11.
484	perceat pro parcat	35.
488	nctum	40.
489.	li pro lis	9.
490.	fic	10.
496.	fidei	26.
	choros, neque adde	
	poſt *&*	34.
507.	malitia	28.
509.	pbilologus	32.
513.	teſtabitur	37.
519.	*in* adde poſt *velut*	33.
	ferè adde ante *vt*	35.
524.	*Nilū* adde poſt *iū*	33.
527.	*capite* adde ante *cō*	
	cluſa	19.
532.	vlr. oecp ro'ne	
534	*eſt* adde poſt *pater*	36.
545.	eum prn cum	1.
	arque pro at	36
553.	proſectò	22
556	habeat is	20.
563.	abiecturi	40.
566.	totum	17.
	eſt adde poſt *opti-*	39.
	mos	
581.	tractere	19.
584.	reliquā proeliquā	4.
	hæc addr poſt *At-*	17.
	que	
587.	gent	24.
588.	p babitis q.p. bar-	25
	baris	256.
589.	Troezenē tenebe	
	mos	26
	centum	36
595.	*per* adde poſt *vel*	37.
603.	deprehenderer	31.
604.	enotulrramus	12.
619.	ad contentionem	43.
631	ut pro &	39.
633.	r. poſsis, ego n.	25

BASILEAE
EXCVDEBAT PETRVS PERNA
ſuis & HENRICI PETRI impenſis,
Anno Salutis
(I). I). LXVI.
MENSE MARTIO.